UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK WUPPERTAL
BERGISCHE UNIVERSITÄT WUPPERTAL

Universitätsbibliothek Wuppertal

Artivm scriptores minores

Keil, Heinrich

Lipsiae, 1923

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-1978

Visual Library

Einband von
HANS ZIEHER
Alteburgerstr. 31
Köln

Universitätsbibliothek Wuppertal
W00058002

GRAMMATICI LATINI

EX RECENSIONE

HENRICI KEILII

VOL. V

ARTIVM SCRIPTORES MINORES

CLEDONIVS POMPEIVS IVLIANVS

EXCERPTA EX COMMENTARIIS IN DONATVM

CONSENTIVS PHOCAS EVTYCHES AVGVSTINVS

PALAEMON ASPER

DE NOMINE ET PRONOMINE DE DVBIIS NOMINIBVS

MACROBII EXCERPTA

LIPSIAE IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI MCMXXIII

ARTIVM

SCRIPTORES MINORES

CLEDONIVS POMPEIVS IVLIANVS
EXCERPTA EX COMMENTARIIS IN DONATVM
CONSENTIVS PHOCAS EVTYCHES AVGVSTINVS
PALAEMON ASPER
DE NOMINE ET PRONOMINE DE DVBIIS NOMINIBVS
MACROBII EXCERPTA

EX RECENSIONE

HENRICI KEILII

EXEMPLAR ANASTATICE ITERATVM

Dieses Buch stammt aus der
Bibliothek Günther Jachmann
Notizen und Randbemerkungen
dürfen nicht verändert oder
entfernt werden!

LIPSIAE IN AEDIBVS B. G. TEVBNERI MCMXXIII

UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

04
ZZVM11905-5

LIPSIAE TYPIS B. G. TEVBNERI

84. 18859

CLEDONII

ARS GRAMMATICA

Jahnnam
Jan. 1924

Cledonii artem primum edidit Putschius 'ex libro Cl. viri Francisci Pithoei', ut scribit in indice scriptorum praefationi in gramm. lat. auct. ant. subiecto. Pithoei autem codex postea in bibliothecam Bernensem translatus nunc inter libros manu scriptos eius bibliothecae est n. 380. scriptus est litteris uncialibus, quas dicere consuevimus, saeculo, ut mihi visum est, sexto, ut in Sinneri catalogo cod. bibl. Bern. I p. 342 indicatum est, septimo, in membranis formae quadratae minoris numero centum et quinque. constat enim quaternionibus tredecim integris praeter secundum quaternionem, cuius primum folium deest, et duobus foliis ex initio quarti decimi quaternionis relictis, ita ut sex folia, quae quartum decimum quaternionem conplebant, vel plures etiam membranas, in quibus extrema pars libri scripta erat, in fine codicis periise adpareat. in singulis paginis plerumque viceni et terni versus scripti sunt litteris, ut in hoc genere scripturae fieri solet, accurate et aequaliter pictis neque ullis conpendiis scripturae adhibitis praeter illa antiquissima eaque raro posita, *ũ* pro *um*, *q̃* pro *que*, *b̃* pro *bus*. singulae litterae in continua scriptura omissae saepius a vetere librario super versus adscriptae sunt; plura recenti manu correcta, interdum etiam vetere scriptura in marginibus umore corrosis deleta litterae restitutae, sed tam male pictae sunt, ut quid scriptum fuerit non certo adpareat. his autem exceptis, quae non ita multa sunt, reliquis locis vetus scriptura satis certa et plana est. in f. 1 scripta est epistula grammatici ad amicum quendam, cui librum inscripserat. sed detrita scriptura in superiore parte primae paginae inscriptio epistulae cum primis versibus duobus ita deleta est, ut paucae litterae adpareant, quas una cum iis quae recentiore aetate addita sunt in scriptura codicis editioni subiecta exhibui. f. 2 prior pagina solum titulum libri a vetere librario scriptum continet, *ARS CLEDONII ROMANI SENATORIS COSTANTINOPOLITANI GRAMMATICI;* recenti manu subscriptum est *AD FIDUM.* inde ab altera pagina ipse liber scriptus est nova addita inscriptione, *EXPLANATIO TOTIUS | ARTIS COLLECTA EX DIUERSIS | CUM CETERIS | DE PARTIBUS ORATIONIS* (ante *explanatio* alia

manu praescriptum est *INCIPIT*, item *DONATI* ante *collecta*) *PROBUS ET UASSO* sqq. codicem olim Petri Pithoei fuisse indicat nomen eius in ima margine primae paginae scriptum, '*P. Pithou Emi Basilia* . . 1568'. inscriptionem Pithoei cum specimine scripturae ipsius codicis expressit C. G. Muellerus analect. Bernens. part. III (a. 1841) tab. II.

Hoc igitur codice, cum post Petri Pithoei mortem ad fratrem Franciscum, ut videtur, delatus esset, usus est Putschius, qui de editione sua in epistula ad Gruterum data, quae Cledonii libro praemissa est, scribit haec, 'ego sane in hac temporis angustia, e corrupto Cledonii codice plura eruere non potui, nec consultum videbatur ingenio nimis indulgere, quod sciam hanc rem multis male successisse. sed ut verum libere profitear, tanti non est qui bonas horas male auferat, ita saepe suaviter nugatur. quia tamen aliquot veterum auctorum fragmenta inedita continet, malui totum corrupte, quam illas ipsas aevi prioris gemmas separatim publicare, cuius rei causam facile suspicari potes'. et verissime quidem Putschius et de corrupto codice et de labore emendandi libri questus est. nam ut codex Cledonii antiquitate reliquos omnes latinorum grammaticorum libros superat, ita vix ullus in hoc litterarum genere extat, qui vel gravius corruptus sit vel maiorem in emendando molestiam paret. cuius rei causa non solum ex neglegentia veteris librarii, quamvis is quoque multa peccaverit, sed etiam ex ratione et indole ipsius libri repetenda est. neque enim continuo sermone, sicut reliqui grammatici, qui commentarios in Donatum scripserunt, Cledonius praecepta artis exposuerat, sed interpretis munere functus ita per universum librum verba grammatici secutus est, ut ea quae vel accuratius explicanda vel uberius exponenda esse viderentur adscripta adnotatione illustraret. qui commentarius olim, ut videtur, una cum integro Donati libro scriptus erat; mox, cum ab illo separaretur, modo pauca Donati verba lemmatis loco singulis adnotationibus praescripta, modo ea ad quae interpretis adnotatio pertinebat omissa, interdum continuis antiquioris grammatici verbis transscriptis ea quae ab interprete adnotata erant interposita sunt. multa autem iam tum, cum primum in hanc formam liber redactus est, perturbata esse facile intellegitur; alia postea ab iis qui haec descripserunt et ad suum usum adcommodaverunt corrupta esse videntur. saepius enim de uno loco plures scriptae sunt adnotationes, sive ipse Cledonius plura de eodem argumento 'a diversis veteribus', ut ait, collecta posuerat, sive quaedam ab aliis addita erant, eaeque non numquam aliis interpositis distractae, atque etiam eadem verba diversis locis repetita sunt. praeterea aliis omissis, aliis transpositis continuae adnotationes disiectae vel partes adnota-

tionum relictae sunt; denique collectio quaedam scholiorum facta est, in qua nullo certo ordine ea quae grammatici ad Donati librum adscripserant et inter se et cum Donati verbis mixta et confusa sunt. hinc facile existimari potest, quam molestum laborem susceptturus sit qui ex his turbis in suum quidque locum restituere velit. augetur vero molestia ac taedium emendationis etiam vilitate rerum quae in hoc libro tractantur. plurima enim in vulgaribus illis praeceptis et definitionibus, quae in libris grammaticorum tractari solent, versantur neque aliam fere utilitatem habent, quam ut intellegatur, quo modo haec olim in scholis grammaticorum ad artem Donati adplicata sint. sunt tamen aliqua ex reconditiore doctrina repetita vel minus vulgaria, quae in aliorum grammaticorum libris non leguntur, propter quae et olim Putschio dignus visus est liber qui ederetur, neque nunc in nova grammaticorum editione videbatur omitti posse. sed quoniam ea quae in codice scripta sunt nisi multis et magnis mutationibus adhibitis in iustum ordinem revocari nequeunt, operae pretium non fuit tantam curam huic libro inpendere; sed satis consultum iri commodo legentium visum est, si relicto eo ordine qui in libro manu scripto est illud efficeretur, ut singulae adnotationes quamvis dispersae et perverso loco positae tamen legi et intellegi sine molestia possent. itaque Donati verba accuratius, quam a Putschio factum erat, ab iis quae ab interprete adscripta sunt separavi, atque quo facilius intellegeretur, quo singulae adnotationes pertinerent, numeris paginarum et versuum ex mea editione Donati in margine adscriptis lemmata vel praescripta ab interprete vel omissa indicavi. deinde diversas adnotationes distinxi, ea quae continuitatem verborum turbant uncis adpositis notavi, denique verba in codice neglegentissime scripta, quantum fieri poterat, correxi. qua in re quid Putschio debeatur, satis habui tum cum a codicis scriptura longius recedebat emendatio indicare, in reliquis, quae facile a quovis inveniri possent, nihil interesse ratus ut nomen auctoris adscriberetur. in describenda codicis discrepantia, quam separatam a mea adnotatione subieci, vetustati codicis hoc dedi, ut ne levissima quidem vitia praeterirem. atque ea etiam quae ad diversam scribendi vel pronuntiandi rationem pertinent, quoniam haec in marginem reicere quam in continuitatem verborum recipere malui, indicata sunt, nisi quod *ae* et *e* vel *b* et *v* frequentissime mutata raro adnotavi. eorum quae recenti manu adscripta sunt, quorum nulla auctoritas est, plerumque rationem non habui; siquae a vetere librario correcta sunt, corrupta scriptura ibi tantum, ubi alicuius momenti esse videbatur, exhibita est. librum manu scriptum ipse cum Putschii editione contuli; postea haud ingratum meae operae supplementum mihi praebuit Hermanni Hageni Bernensis liberalitas.

is enim, dum librum a me excussum esse nescit, iterum cum Putschii editione diligenter eum contulit et suas schedas humaniter mecum communicavit. quibus conparatis cum iis quae ego exscripseram quaedam quae meam diligentiam fugerant inveni.

Cledonium in urbe Constantinopoli artem grammaticam docuisse et dignitatem habuisse Romani senatoris inscriptio libri docet. quare ea quoque quae de schola in Capitolio habita narrata sunt p. 1866 recte ita interpretabimur, ut Cledonium publico munere professoris artis grammaticae in Capitolio functum esse dicamus. neque dubito quin ex his ipsis scholis, quibus ille artem Donati interpretari solebat, liber quem habemus originem duxerit. ex hoc enim fonte repetendum est illud, quod plurima quae in Cledonii libro leguntur cum amplioribus commentariis, quos Servii vel Sergii et Pompeii nominibus inscriptos habemus, consentiunt. nam non solum rerum in his libris traditarum et rationis disputandi maxima est similitudo, quae quidem libro Donati, quem ducem secuti sunt, tribui poterat, sed etiam eadem fere vocabulorum exempla et veterum scriptorum testimonia ad regulas probandas adscripta sunt, atque ex ipsis artis praeceptis quaedam similibus verbis concepta invenias. quarum rerum cum plurima exempla per omnem Cledonii librum deprehendantur, tum facile adparet ita conparatum esse eum consensum, ut ea quae similiter apud illos grammaticos scripta sunt neque a Cledonio ex illorum libris peti neque ad illos ex Cledonii libro transferri potuerint, sed potius ex communi fonte et ad hunc et ad reliquos interpretes derivata sint. alia enim a Cledonio rectius et uberius quam ab illis tradita sunt, alia, quae a Cledonio omissa vel corrupta sunt, integra servaverunt illi. vidit hoc nuper Augustus Wilmanns de Varr. libr. gramm. p. 110, qui cum in quibusdam Varronis fragmentis hunc consensum interpretum Donati animadvertisset, omnes ex uno eodemque doctiore commentario hausisse, aliumque plura, alium pauciora inde sumpsisse existimavit. neque tamen in uno et continuo antiquioris grammatici libro haec omnia, quae tamquam veteris doctrinae reliquiae nunc apud plures dispersa sunt, olim coniuncta fuisse confirmaverim; sed constanti scholarum usu factum esse videtur ut ea quae a magistris grammaticae artis de Donati libro scripta vel scholis praecepta erant, id quod in primis ex Cledonii libro intellegitur, ad posteros propagarentur et iis qui postea in eodem labore versabantur certae copiae paratae essent, quibus ita utebantur, ut et disputandi ordinem a prioribus institutum sequerentur et quae ab illis memoriae prodita erant repeterent. itaque ad Cledonium quoque maxima pars eorum quae ille ex veterum scriptorum libris exhibuit et de sermone antiquioris aetatis disputavit iis quae olim in Donati artem adnotata et usu scholarum

tradita erant delata sunt. in primis vero huc referenda sunt ea quae de superiorum grammaticorum doctrina suis praeceptis interposuit. nominatim autem appellavit hos, quorum nomina adpositis Servii vel Sergii et Pompeii locis, ubi illi iisdem auctoribus usi sunt, infra scripsi, Varronem p. 1861, p. 1897 (Serg. p. 492, 37 Pomp. p. 143 ed. Lind.), p. 1904 (Pomp. p. 233), p. 1905 (Pomp. p. 239); Plinium p. 1901 (Pomp. p. 172 et 202), p. 1906 bis (Pomp. p. 237); Terentianum p. 1884 (Pomp. p. 42); Probum p. 1861, p. 1874, p. 1901 (Pomp. p. 92), p. 1906 (Serv. p. 435, 25. Pomp. p. 235); p. 1933 (Pomp. p. 409); Sabinum p. 1874; Aristotelem et stoicos p. 1889 (Serv. p. 428, 11. Pomp. p. 83).

Alia Cledonius veteribus Vergilii interpretibus debere videtur, quod propterea moneo, quod permulta in libris grammaticorum ab hac origine repetenda esse video. Vergilii enim carmina summo studio in scholis grammaticorum tractata eademque uberrimis et doctissimis commentariis illustrata esse constat. cumque multa de usu sermonis a Vergilii interpretibus docte disputata essent, ii qui de arte scripserunt non nulla inde in suos libros transtulerunt. quo factum est ut nunc etiam in scholiis Vergilianis quae Servii nomine inscripta feruntur multa extent, quae apud artium scriptores quoque leguntur. quamquam enim dubitari nequit quin quaedam ex libris de arte scriptis postea in Vergilianos commentarios inlata sint, sunt tamen quae illos ab antiquioribus Vergilii interpretibus petivisse certis indiciis adpareat. sed ut in Cledonio et in iis quae ei cum reliquis Donati interpretibus communia non sunt subsistam, certa eius generis exempla, quae ex commentariis in Vergilium ducta esse persuadent ea quae apud Servium in Vergilii versus eos quos adscripsi leguntur, sunt haec, quae de Inuo vel Pane scripta sunt p. 1891 coll. Verg. Aen. VI 776; de Cornificio Gallo Vergilii obtrectatore p. 1898 coll. Verg. bucol. 2, 39. 5, 8; 36. georg. I 210; de nominibus civitatium et provinciarum p. 1922 coll. Verg. Aen. I 2. ex eodem fonte fluxisse videntur quae de dubiis nominum generibus scripta sunt p. 1895 sq. coll. Verg. Aen. III 94. VII 99. XII 208 de stirpe, Aen. I 703 de penu, bucol. 7, 58 de pampino, Aen. III 286. VIIII 709 de clipeo, Aen. VII 568 de specu, Aen. VIIII 619. XII 764 de buxo; item de verbis incertae significationis p. 1916 coll. Verg. georg. I 185 Aen. VII 273; de verbo facesso p. 1918 coll. Verg. Aen. IIII 295; de adverbio noctu p. 1920 coll. Verg. georg. I 287.

Ceterum praeter librum quem habemus nihil de Cledonio memoriae proditum est*), neque ex posterioribus grammaticis quisquam

*) Nihil tribuendum est coniecturae Pauli Colomesii in Lil. Gyrald. de poet. (Lilii Gyraldi opera Lugd. Bat. a. 1696 vol. II) p. 295, 'Fuit Sidonius alter, Grammaticus scilicet, cuius fragmentum de vocibus animantum in aliquot Glossis

eius mentionem fecit. temporis autem quo vixit in ipso libro certum indicium non est. sed si manu scripti libri aetatem recte definivimus, quoniam Cledonium Donato aliquanto inferiorem fuisse adparet, sequitur ut satis probabiliter in quinto saeculo aetas grammatici constituatur.

Mss Boxhornii legebatur, ipso teste ad Plautum p. 565 editionis 1645. Sed vereor ne pro Sidonius reponendum sit Celidonius, a Scriverio ad Tragicos Latinos laudatus, cuiusque sub Celidonii nomine Grammaticorum corpori quaedam inserta ab Elia Putschio iuvene erudito.'

p. 1861 ed. Putsch.

. . . . . .

CLEDONIVS

. . . . . .

Fluentibus verbis scribis ad me, ut ea quae in arte utraque doctissimi Donati nebulosa caligine legentis obscurant inscitiam lucido sermone ad te perferenda rescribam, quasi quidquam sit quod indaginem tui vitare possit ingenii et alterius laqueis inretiri. parce, doctissime, protervo forsan, sed grato sermoni: o fide omnibus et in omnibus fide, hoc tantum reperiri potuit, in quo fas sit tibi dici 'mentiris'. quid igitur faciam? video quam scopuloso difficilique in loco necessitudo versetur. indevotus me quoque accusante reperiar, adgrediar temeritatis flatibus, aestu procelloso iactabor. est tanti, temerarius corrigar, quam nomine conditoris afficiar, pro quo de diversis | veteribus aptos huic operi sumpsi tractatus atque his mea quoque, ut potui et quae potui, pro bacchare copulavi ablatisque limitibus campo plano dispersi, ut inoffensibili cursu fructus sibi lector colligat maturatos usu. me tuis praeceptis adgressum circumspice, luxuriosos tonde sermones, doctiloqua serie corrigentis extende curta, caudifica, ut ad tuum arbitrium cuncta videantur tractata relecta digesta. vale. |

Codex Bernensis I 1. 1*. 1 SCDO . . . RAT . . . IAMANIVS | CLEDONIUS *(litterae recenti manu obductae sunt. in altera marginis parte recenti manu adscriptum est* cledonii | clenodii gra|matica, *in altera recentiore etiam manu* Clenodius in primam et secundam Artem Donati) α ✝ ω APICIBUS MELIORE METALLO | DEFIXISISET . . . . LTO LECT ORE | FLUENTIBUS 4 obscuratinscitia *vel* — as atte 5 quiquam 7 repperiri 9 quoquae 10 repperiar 12 sumsi atque his] aquebis 14 plano *recenti manu scriptum est* 15 maturatosiusu *ut videtur* agressa *ut videtur* 16 ut] ud 17 cuncta] cunta

---

3 Apicibus meliore metallo defixis stilo multo lectiore fluentibus *etc. coniecit Hermannus Hagenus* 4 obscurant ob inscitiam ingenium *idem* 12 atque his] a quibus *Putschius* 15 maturatos nisu *Putschius*

p. 1861. 62 P.

ARS

CLEDONII

ROMANI SENATORIS

CONSTANTINOPOLITANI GRAMMATICI

DE PARTIBVS ORATIONIS

Probus et Varro, alter eorum in duas partes scribit et reliquas subiectas facit, alter in quattuor, prout quisque potuit sentire. nos vero convenit Donati sequi auctoritatem. igitur octo partes orationis esse dicimus. nomen dictum quasi notamen, quod res nobis notas efficiat; pronomen, quod inpleat nominis vicem; verbum, quod verberet os motus linguae reductus; adverbium, quod verbis adiectum sit; *participium* *; coniunctio, quod coniungat duas partes; praepositio, quae omnibus partibus praeponatur et sibi ipsi; interiectio, quae ex affectu nascitur mentis.

DE NOMINE

355, 5 Proprie: proprie, ut Roma Tiberis; communiter, ut urbs flumen. — 6 Nomini quot accidunt? qualitas accidit, ut sciamus | quale nomen sit, masculinum an femininum, vel proprium an appellativum; *comparatio,* quia appellativa nomina conparantur, propria numquam; genus, ut discernamus sexus; numerus, qui unum et plures demonstrat: et communis est numerus, qui et dualis dicitur apud Graecos, ut species facies res: figura, quia simplicia 8 nomina conponi possunt; casus, quibus nomina declinantur. — Bipertita: in duas partes divisa. — Nomen est: notandum quod pro||pria nomina 9 pluralem non habent. — Appellativum: appellativum est commune cum 11 multis. — Appellativa: appellativa comparantur, propria comparari non possunt. — Dumtaxat: tantum modo sola. — Qualitatem: in qualitate duo principalia quaerenda sunt, animi et corporis, et unum extrinsecus, divitiae, | dignitas rei; in quantitate unum, quam magnus aut quam brevis. nam ideo dixit ‘dumtaxat’, id est sola, quia multa alia sunt nomina appellativa, quae 12 qualitatem aut quantitatem non recipiunt. — Comparativus: comparativus

Cod. Bern. I 2—3. 1 *f.* 2 ars cledonii | romani senatoris | costantinopolitani | grammatici. | *recenti manu adscriptum est* ad fidum *f.* 2* (incipit *add. al. man.*) explanatio totius artis | (donati *add. al. man.*) collecta ex diuersis | cum ceteris | de partibus orationis | probus et uasso (*corr. recenti manu* ex basso) altereutrum (*corr. al. man.* alter eorum) in duas partes 10 redductus 11 sit coniuntio 14 DE NOMINE *om.* 15 propriae propriae urps 16 quot] quod 17 conparatio *om.* 26 principialia 28 quia] quam

6 alter orationem in *coniecit Hagenus* scribit] discribit *coniecit Wilmanns de Varr. libr. gramm. p.* 212, *qui Varronis de grammatica libro haec tribuit ib. p.* 115. *quattuor partes orationis ponit Varro de l. l.* VIII 44 *p.* 424 *Sp. et* X 17 *p.* 554 *Sp. Probi divisio unde petita sit non constat*

p. 1862. 63 P.

gradus semper generis communis est. — Ablativo: tribus casibus servit, id 355, 12
est ablativo, septimo casui, et nominativo adiecta quam particula. — Super- 13
lativus genetivo tantum plurali: dicimus enim doctissimus ami-
corum: et tunc hoc dicimus, quando aliquem de nostro genere aut de aliqua
professione significamus. singularem autem numerum ita admittit, si positio-
nem habeat singularem, intellectum pluralem, ut fortissimus Troiani generis.
— Est epicoenon: inter epicoenon et commune hoc interest. commune in 17
articulis duo genera | comprehendit; dicimus enim hic et haec sacerdos:
epicoenon unum; dicimus enim hic passer et haec aquila. — Quibus modis 21
nomina conponuntur? IIII. ex duobus corruptis: ipsa nomina sim-
plicia sunt *quae* ex duobus corruptis constant; quae ex corrupto et integro
vel ex integro et corrupto vel ex duobus integris fuerint, composita sunt. 22
— Vt efficax: pro efficiens, adfaciens. — Vt nugigerulus: pro nugas. 24

A velo, praeter deabus mimabus mulabus asinabus equabus filiabus, quae 356, 31
causa sexus anomala sunt, fuerint terminata, ut Musa Musarum Musis,
genetivum pluralem in rum mittunt, dativum et ablativum in is.
intellegimus etiam, quando correpta, quando producta sit e littera in ablativo
singulari: correpta est, si eam | in genetivo plurali non reddat, ut ab hoc
corpore corporum, muliere mulierum; si autem ex ablativo singulari
se in genetivo plurali detinuerit, producta est, ut ab hac specie specierum,
ab hac *re* rerum. — Si e correpta: e correptam hinc advertes, si genetivus 34
is fuerit terminatus, ut huius parietis; si autem in ei miserit, e producta est,
huius diei harum dierum, et siqua talia. — Si producta: ut species speci- 35
erum. — Geminata u littera: ut cornu cornuum. — Casus nominum: 355, 25
casus a cadendo dicti, quod alium casum demonstrent. [quartae declina-
tionis] genetivus singularis si similis fuerit nominativo, et vocativum parem
habebit, genetivum pluralem in uum mittit, dativum et ablativum *in bus*,
hic fluctus huius fluctus horum fluctuum | his et ab his fluctibus. si autem
dissimilis fuerit genetivus a nominativo, vocativum in e mittit, genetivum
pluralem in rum, dativum et ablativum in is, docti horum doctorum his et
ab his doctis. sed et varius interdum vocativum in i mittit, quia secun-
dae declinationis, ut Salusti; antiqui in us, ut Virgilius

Cod. Bern. I 3*—5. 1 ablatibis tribus seruit et ablatibo 5 singularem autem itamittis si 7 est epicoenum (*corr.* -on) inter epicoenum (*corr.* -on) 9 epicoenum *corr.* -on 11 sunt ex 17 intellegimus et si quando sit] sint 20 detenuerit 21 re *om.* si e correpta e correpta hinc aduertens 22 is] his 23 harum] arum 24 geminata ai littera 25 dictus 26 nominatiuum et 27 in bus *om.* 28 hic fletus *corr.* hic fluctus 29 uocatiuus genetiuus pluralis 30 datiuus et ablatiuus in his doctis horum 31 sed] sic uocatiuus

---

13 *fortasse* ut efficax pro efficiens, ut nugigerulus pro nugas adferens 14 *verba perturbata et a suo loco remota in iustum ordinem ita videntur restituenda esse*, a vel o fuerint terminata, genetivum pluralem in rum mittunt, dativum et ablativum in is, ut Musa Musarum Musis, praeter deabus mimabus mulabus asinabus equabus filiabus, quae causa sexus anomala sunt. hinc intellegimus 32 Virgilius] *Aen.* VIII 77

p. 1863. 64 P.

corniger Hesperidum fluvius regnator aquarum

pro fluvie. nominativum et vocativum pluralem generis masculini et feminini *in* i facit, hi et o magistri, hae et o fraxini. — Casus sunt sex: est et septimus casus ablativi similis sine praepositione, ut velocior equus equo, non ab equo. est et octavus dativi similis, qui accusativi casus repraesentat speciem et facit elocutionem, ut 'it clamor caelo', id est ad
356, 11 caelum. — Nominativi: | neutra nomina tam in singulari quam in plurali numero tres casus similes habent, nominativum *accusativum vocativum.*
27 — Ab hoc et ab hac et ab hoc felici: ablativus singularis in omni genere e et i communem habet propter genetivum pluralem, qui in ium vadet. et sane sciendum in ablativo singulari participia iuxta superiorem formam in e exire, nomina in i.

Praefectus urbis rationabilius dicitur quam praefectus urbi, quia nomen est dignitatis, non participium. hic enim est praefectus, quem Graeci *ὕπαρχον* dicunt, ut videatur praeire omnes, non ex eo quod praefectus sit civitati. adde quod Cicero Verrinarum septimo, id est suppliciorum, dicit totiens 'praefectus classis' et 'praefectus classium Cleomenes'. deinde | de futuro praefecto quid dices? 'hic praefectus faciendus est crastino die'. quo modo duo tempora sibi contraria confundes, praeteritum perfectum et futurum? tribus enim temporibus participia constant. praefectus si participium dixeris *praeteritum perfectum,* et futurum est, et non potes, antequam fiat, dicere factum. et erit nomen, non participium, quo iungendum est genetivo casui, non dativo. nam si volueris verbi gratia mihi dicere 'nescio urbem, civitatem novi dici', et quaesieris a me 'qui transiit?', nimirum dicturus tibi sum praefectus civitatis. numquid bene dico, si dixero praefectus civitati? similiter etiam praefectus praetorii dici debet, non praefectus praetorio, ita ut praepositus cubiculi, non cubiculo. ille nam | dici debet praefectus aut civitati aut praetorio, qui superpositus fuerit a praefecto vel fabricae praetorii vel victualibus civitatis. non enim poteris dicere de faciendo praefecto 'cras iste praeficiendus est civitati', sed dicis 'cras iste futurus est praefectus' aut 'faciendus est praefectus'.

Proconsul a disertis bene dicitur, non ut quidam putant hic proconsule dici, quia nomen est dignitatis, non sub duabus partibus orationis, sed sub una. nam si dixeris proconsule, erit monoptoton secundum Donatum et alios, qui dicunt ea parte declinari nomen, qua fuerit in compositione casus nominativus. absurdum igitur erit dicere 'a praetorio

---

Cod. Bern. I 5—6*. 1 esperidum 2 pro fluuiae 3 in *om.* i et o magistri haec et hoc .i. et o fraxini et est 4 ablatiuus similis 5 quia accusatiuus 6 eloquutionem it] iit id est] ut est 8 accusatiuum uocatiuum *om.* 10 habent 14 hic] hoc 17 classis] clasis 20 contrant 21 praeteritum perfectum *om.* 34 monoptotum *corr.* -on 36 nominatiui

6 it] *Verg. Aen.* V 451 22 quod iungendum est *Putschius* 23 civitatem non novi, dic *coniecit Hagenus* 34 secundum Donatum] *p.* 377, 11

proconsule venio' vel 'carruca est proconsule': sectantes chartulariorum | aliquantorum || inperitiam deserunt doctissimorum veterum in arte tractatus; quippe cum inter chartularios eloquentissimos reperias quosdam vel paucos indoctos. melius ergo est sequi eos inter quos nullus reperiatur inperitus, quam hos inter quos videantur esse vel pauci. ergo si hic proconsule voluero dicere, declinabo sic, quia erit monoptoton: nominativo hic proconsule, genetivo huius proconsule, dativo huic proconsule, accusativo hunc proconsule, vocativo o proconsule, ablativo ab hoc proconsule. quid ergo cum a me quaesierit quisquam 'qui processit?', nempe dicturus sum proconsule; 'de cuius praetorio venis?' proconsule; 'cui libellum obtulisti?' proconsule; 'quem vidisti procedentem?' proconsule; 'voca illum nomine suo', | o proconsule; 'a quo causa tua examinata est?' *a* proconsule. vide quam sit absurdum per tot casus errare. quod si voluero recte declinare, sic declinabo simplex nomen, quo modo compositum, quia praepositio, si illam non sequatur casus suus, perdit vim suam et transit in nomen. declinabo igitur simplex nomen sic, nominativo hic consul, genetivo huius consulis, dativo huic consuli, accusativo hunc consulem, vocativo o consul, ablativo ab hoc consule. ad hanc formam compositum declinamus, nominativo hic proconsul, genetivo huius proconsulis, dativo huic proconsuli, accusativo hunc proconsulem, vocativo o proconsul, ablativo *ab* hoc proconsule. nomen est enim dignitatis suae, non actus cuiusdam rei, vel belli specialiter sibi mandati. quod si ad tanta | testimonia *per*suadere pertinaci non queo, sufficiat illi ad confirmandam regulae qualitatem, quod simplicia nomina, in qua syllaba terminaverint nominativum, in eandem mittunt sua composita, ut decens indecens, potens inpotens, curator procurator, ita et consul proconsul. deinde nullum nominativum masculini generis reperies, si requiras, e littera terminatum.

Saepe quaesitum est, utrum vicarius dici || debeat etiam is cui magnificentissimi praefecti vices suas in speciali causa mandaverunt. nequaquam: nam vicarius dicitur is qui ordine codicillorum vices agit amplissimae praefecturae. ille vero cui vices mandantur propter absentiam praefectorum, non vicarius, sed vices agens, non praefecturae, sed praefectorum dicitur tantum.

| Praefectus vigilibus bene dicitur, quia hic participium est praefectus, non nomen. praeponitur enim disciplinae nocturnae. et is qui eidem

Cod. Bern. I 6—8*. 3 repperias 4 repperiatur 6 qui erit monoptotum (*corr.* -on) 7 accusatibo huic proconsule uocatiuo opproconsule 11 optulisti audisti 13 a *ante* proconsule *om.* 19 huius] huic 20 hunc] huic 21 ab *om.* 23 testimoniam (*corr.* -a) suadere 26 curato procurator 27 repperies 29 bicarius is] his 30 mandauit 31 is] his 32 apsentiam 33 bicarius sed uices is agens 35 qui hic 36 nocturrae eodem is] his

6 quia erit *Putschius* 17 *fortasse* sic declinabo compositum nomen quo modo simplex 24 aequalitatem *Hagenus* 35 quia hic *Putschius*

p. 1866. 67 P.

officio deputatur, non officio potestatis ducit et nomen. qua enim ratione nomen poterit habere potestas, quae diem non habet?

Et quia praetermittendum mihi non visum est quod eventus admonuit, quodam tempore, dum ars in Capitolio die competenti tractaretur, unus e florentibus discipulis Iohannes a grammatico venia postulata intendens in alterum sciscitatus est, qua differentia dici debeat consularis. * qui nomine suo anni circulum. * |

DE PRONOMINE

357, 4 * met, nosmet. — Persona: quia finita pronomina personas habent. — Casus: sicuti in nomine, ita et in pronomine. non omnia pronomina per- 3 sonas habent, nisi tantum finita. — Interdum recipit: ideo interdum quia finita sola personas recipiunt [ab hoc quod de praesenti persona tractetur]. 5 — Bipertita est: non est bipertita, sed tripertita, quia sunt finita, infinita, 6 minus quam finita. — Ego tu ille: alii dicunt ille non esse finitum, quia 8 de absentis persona est, et est verissimum magis esse infinitum. — Ea- dem fere: ideo 'fere', quia epicoenon non habet, praeter epicoenon. — 9 Vt qualis talis: qualitatis infinitae, *talis vir*, talis femina, tale mancipium. 10 — Qui communis numeri est generis masculini, quae similiter feminini. 16 *dicimus* enim quae mulier et quae mulieres, qui vir et qui viri. — Ego pronomen fi||nitum generis omnis | numero singulari figurae simplicis: ideo figurae simplicis, quia facit compositum egomet. — 17 Personae primae: prima et secunda persona generis sunt omnis. — 18 O a me [ablativo]: in singulari numero prima persona vocativum non habet, quia ipse se nemo potest vocare; pluralem habet. genetivus duplex est, sed *mis* omnino in usu non est. et [hic] in plurali genetivus duplex 21 est [septimus est generis]. — Tunc pronomen ille finitum est, quando de praesente dicitur; tunc infinitum, quando de absente. — Finita, ut ego tu ille; minus quam finita, ut ipse iste; articularia, ut hic et haec et hoc; subiunctiva vel relativa, ut is; infinita, ut quis quae quod; possessiva, ut meus tuus noster vester. — In neutris pronominibus sicut in nominibus tam in singulari quam in plurali numero tres casus similes sunt, | nominativus accusativus et vocativus. — Minus quam finita duo 26 sunt, ipse et iste. — Ipsius naturaliter sic accipit accentum: longa est 25 enim i, sicut et illius. — Minus quam finita: quae nec finita sunt nec infinita. finita pronomina praesentes personas faciunt, minus quam

Cod. Bern. I 8* — II 3. 1 depotantur non officia potestatis ducit examen 2 *post* habet *duorum versuum spatium relictum est* 6 debeat | consularis † | (*sequitur spatium duorum versuum*) qui nomine suo anni circulum | (*una scheda, quae fuerat prima secundi quaternionis, periit*) met nosmet 14 non esse finita 17 talis vir o . 18 dicimus *om.* 21 composita 25 mis *om.* 30 in neutris — iste *bis scripta sunt* 34 i] hic

25 sed mis *Hagenus* 26 sed omnis est generis *idem*

p. 1867. 68 P.

finita absentes. hoc pronomen in ipsum mittit, non in ipsud, quo modo illud et istud. nam sic Vergilius dixit, 'adque ipsum', non per d'. — Item articulare: articulare ideo dicitur, quia articuli huius pronominis 357, 35
nominibus coniunguntur. nam inter articulos et pronomina hoc interest: pronomina sola declinantur, articuli iuncti | nominibus, ut hic magister et haec Musa: potest etiam, si nomini non iungitur, aliquem demonstrare, ut si dicas 'hic *est*'. — Hic: hoc pronomen dum correptum fuerit, pronomen est, dum productum, adverbium est. ideo articulare praepositivum dicitur, quia praeponitur nomini. dum dico hic magister, praepositus est articulus nomini. — Vel demonstrativum: demonstrativum ideo, quia videmur demonstrare, dum dicimus 'hic est', ut Vergilius 'hic est, tibi quem promitti saepius audis'. — || Huius: sane notandum geneti- 36
vum communem esse tam masculino quam feminino vel neutro. dicimus enim huius viri et huius mulieris et huius scamni. — Subiunctivum: 358, 3
subiunctivum dictum est aut relativum, quod subiungitur aut refertur. nam ista pronomina articularibus | praepositivis subiecta sunt. nam cum verbo tenus interrogamus 'hic est magister?', respondes is. nam si hic dixeris, vitiosum est. — Eius: notandum quod genetivus omnibus tribus generibus communis est. — A quo vel a qui: ablativus singularis duplex est, cuius 8
talis est regula, qua et ablativum pluralem duplicem a quis vel a quibus, sicut a docto doctis; ab eo quod est a qui facit a quibus, sicut a nobili nobilibus. — Quis: nominativus duplex est iste singularis. dicimus enim et 'quis' et 'qui est'. sed qui communis numeri est, quis communis non est. quae communis numeri est, ut quae mulier et quae mulieres. — 13
Item possessiva: possessiva dicta, quia possident nomen; finita dicta, quia personativa sunt. horum pronominum quattuor latera sunt: aut utraque | pluralia, ut nostri; aut utraque singularia, ut meus; aut intrinsecus plurale et extrinsecus singulare, ut vester; aut intrinsecus singulare et extrinsecus plurale, ut mei. [aut ex utraque parte possessiva, ad aliquid se habentia, plurale, ut nostri, *singulare*, ut meus codex.] — Inter nostrum et nostrorum hoc interest: nostrum de nobis ipsis, nostrorum de hominibus nostris. sic et vestrum et vestrorum.

Cod. Bern. II 3—4*. 1 non in ipsut quomodo illut et istut *corr.* ipsud — illud — istud 2 sicut per d] perdat 3 iter articularem articula ideo dicuntur quia articula huius pronominis pronominibus coniunguntur 7 dicat hic hic hoc 8 articularis praepositio, *ut videtur*, *corr.* -tium 10 demonstratiuus ideo 12 promittis genetiuum omne esse a masculino quam a feminino 15 subiungitur et refertur 17 is] his dixerit 19 communis] omnis 21 ab eo] habeo 27 aut extrinsecus (*corr.* intrinsecus) singulare aut et ext secus plurale ut mei 29 ad aliquit se abentia 30 singulare *om.* 31 nostrum de hominibus

---

2 Vergilius] *Aen.* I 486 utque ipsum corpus amici 11 Vergilius] *Aen.* VI 793 12 genitiuum communem esse tam masculino quam feminino *Putschius* 19 communis est *Hagenus* *fortasse* cuius talis est regula, quae et ablativum pluralem duplicem facit, a quis vel a quibus. ab eo quod est a quo facit quis, sicut a docto *etc.*

p. 1868. 69 P.

DE VERBO

* verberato ore motu linguae locutio firmetur. sed dum omnes partes sic fiant, verbum maxime, quia pars est principalis, sine qua loqui non
359, 4 possumus. — Cum tempore: quoniam verba temporibus declinantur et modis, quo modo nomina casibus. — Sine casu: casu caret, et ideo dixit sine casu, propter graeca verba 'est tibi loqui', 'est ambulare | in foro;' est verbum, ambulare verbum, et duo verba iungi non debent
5 simul. igitur illi sic utuntur infinitis ver||bis quasi nominibus. — Neu-
7 trum: nec agere nec pati, ut est curro. — Qualitas verborum: qualitas accidit, ut sciamus quale sit verbum in modis et in temporibus; coniugatio, ut sciamus utrum prima an secunda; genus, ut intellegamus significationes, utrum activae sint an passivae; numerus, sicut nominum; tempus, quo cognoscimus rem gestam; persona, per quam singula dividimus.
9 — Coniunctivus: coniunctivus ideo dictus, quia solus sensum implere non potest, ut puta 'cum legero, surgam' hanc partem orationis sibi adiungit, surgam, quam si detrahas, plenus sensus non est. modi sex sunt. promissivus modus non est, sed est indicativi modi tempus futurum. infinitus dicitur, qui numeros tempora personas, | confusum habet totum. inpersonalis modus est, qui de significatione sua personas non facit, sed de pronominibus personas sumit, ut legitur a me, a te, ab illo vel ab eo. — Quae sunt formae: quattuor, quae habent verborum ipsorum significationem. nam haec est forma perfecta lego, quae est et significatio activa. — Meditativa: meditativa prima debet esse, quia ante meditamur aliquid et sic inchoamus; et meditativa est a meditatione dicta, ut lecturio, legere volo: non actum enim, sed agendi apparatum habet. inchoativa est quae inchoat et venit a neutrali verbo, ut ardeo ardes ardesco, vel a se oritur, ut inanesco. et inchoativa forma nec praeteritum habet nec futurum. frequentativa est quae nos ostendit frequenter aliquid facere, |
22 ut lectito, hoc est frequenter lego. — Quarta coniugatio a tertia hinc separatur, quod quarta coniugatio semper in activo ante literam i productam habet, in passivo ante syllabam, ut audio audis, audior audiris. et duplicem futurum habet; nam et in am mittit et in bo, ut audiam et audibo; et infinitum semper producit, ut audire munire.

4 Cum tempore et persona: quare? quia ista sibi invicem sunt iuncta, et persona tempori et tempus personae. nam si persona sola

---

Cod. Bern. II 4—6. 2 orae *corr.* ore 3 maximae sine quo 6 imforo 13 quo] quos 15 potes 18 comfusum 20 quae sunt formae .... (*corr. manu recenti* formaeque ago) quia habent 23 meditamus 27 inanesco] manesco 29 separatum 30 ante littera 34 quare] quarte

---

2 verberato aere *Putschius. lacuna, quam indicavi, initium tractatus de verbo periit.* Verbum inde dictum, quod verberato ore — formetur *coniecit Hagenus* 20 quae sunt formatiuae: ideo quia *Putschius. fortasse* quot sunt formae?

p. 1869—71 P.

fuerit, pronomen erit; si tempus solum, || participium erit. ergo tempus 359, 11
et persona verbum faciunt. — Inchoativa: inchoativae formae haec debent congruere, ut oriatur a neutrali verbo, ut in sco syllabam exeat, ut tertiae sit coniugationis semper, ut careat tempore perfecto | et plusquamperfecto et participio futuri temporis: calesco praesentis temporis, calescebam *inperfecti*, calescam futuri. — Coniugationes verborum 12
quot sunt?: multi volunt tres coniugationes esse, multi quattuor. tamen singulae hanc habent regulam. prima coniugatio a productam habet in activo verbo et neutrali in secunda persona ante litteram, in passivo communi et deponenti ante syllabam, ut laudo laudas, laudor laudaris. secunda est quae in activo verbo et neutrali e productam habet ante novissimam litteram, passivo communi deponenti ante syllabam, ut doceo doces, doceor doceris. tertia est quae in activo verbo et neutrali secunda persona i correptam habet ante litteram, ut scribo scribis. quarta est quae in activo verbo et neutrali secunda persona ante litteram i productam habet, | in passivo ante syllabam, ut audio audis, audior audiris. et sane notandum quod prima secunda et quarta coniugatio productae sunt, tertia sola correpta. — Octavus modus quidem dicitur concessivus hoc exemplo, ut 'fac quasi dixeris', quod conpendiosa locutio invenit. — Indicativus, qui et pronuntiativus: inter promissivum et indicativum hoc interest. promittimus tantum futura, indicamus omnibus temporibus. verba inpersonalia currunt per modos, legitur, legebatur, lectum est, lectum erat, lectum fuerat, legetur; imperativo modo legatur, optativo modo utinam legeretur, utinam lectum esset, utinam lectum fuisset, utinam legatur. ita currit per modos declinatio totius verbi: non sunt modi. gerundi vero ideo modi non sunt, quia videntur quasi significationem habere participii. nam quando dico | legendi, genetivus videtur esse || participii futuri temporis a passivo, quam*quam* alia significatio, legendo dativus, legendum accusativus. lectum vero quasi accusativus est praeteriti temporis participii. [quasi: videntur eadem esse, cum non sint.]

Formae ita debent ordinari, ut prima sit meditativa, secunda in- 359, 10
choativa, tertia perfecta, quarta frequentativa, ideo quia necesse est prius ut meditemur, deinde, cum meditati fuerimus, ut inchoemus, deinde, cum inchoaverimus, ut perficiamus, deinde, cum effecerimus, ut frequentemus. iste confuse illas posuit. meditativa forma non aliquid nos agere

Cod. Bern. II 6—7*. 1 fuerit] fierit 3 oriantur syllanum exeunt 4 sint 5 praesenti temporis 6 inperfecti *om.* 7 quod sunt 8 habent] habet a producta 9 et neutrale ante littera 10 ante syllaua 11 e producta 13 tertiaequae in actiua 15 secunda personam i producta 19 quasi] quia 20 qui est pronuntiatibus 23 legetur] legeretur 26 quasi] qui iam 28 quam alia 31 utrima 35 istae confusae aliquit

19 indicativus qui et pronuntiativus *Donatus p.* 381, 18 21 tantum futuro *Putschius* 26 quasi] quandam *Putschius* 34 perfecerimus *Putschius*

p. 1871. 72 P.

ostendit, sed velle agere, ut lecturio: significat enim non lego, sed legere volo. inchoativa calesco, calere incipio. inchoativa autem forma haec habere debet, ut oriatur | a neutrali verbo et exeat in sco syllabam, careat tempore praeterito perfecto et plusquamperfecto, careat etiam participiis futuri temporis et tertiae semper sit coniugationis correptae. si autem minus fuerit, non erit forma inchoativa, sed perfecta, ut compesco compescis: tempus praeteritum perfectum compescui *facit;* idcirco non videtur inchoativa forma. frequentativa canto *cantas, cantito* cantitas; primae sunt coniugationis. — Sciendum tertiam coniugationem hinc distare a quarta, quod quarta coniugatio futurum duplicem habeat, tertia simplicem. tamen melius coniugatio, sive correpta sit sive producta, infinito modo deprehenditur, ubi etiam melius syllabarum natura cognoscitur. notandum quod prima et secunda coniugatio semper futurum | in bo mittit, tertia semper in am, quarta producta et in am et in bo. sciendum quod prima secunda et quarta coniugatio infinitum productum habent et tertia correptum. [et inperativo nutrio nutriris] tertiam correptam vel productam de passivo cognoscimus de penultima syllaba infiniti modi; colligitur et de imperativo, qui a neutro veniat: ab imperativo e correpto, scribe; ab infinito, id est perpetuo, scribi: item ab imperativo i producto, muni; ab infinito, muniri.

359, 29 — Et || infinito: tria verba in imperativo excepta sunt, dico duco facio, dic duc fac, non dice, non duce, non face. quod si invenerimus, comice dictum est. modi ergo imperativi temporis praesentis secundae personae re syllaba adiecta fit modus perpetuus * | ut dicere ducere facere, excepto uno, quod modo infinito sine re syllaba terminatur, ut volo velle, non vellere, et uno defectivo, esse.

31 Quando tertia: tertia coniugatio producta aliquando in bo tantum mittit, aliquando et in am et in bo: tunc in bo tantum, quando indicativi modi prima persona e habet ante o ultimam syllabam, ut exeo facit exibo tantum; tunc et in am et in bo, quando in supra dicta persona i habet ante ultimam o, ut nutrio: facit enim et nutriam et nutribo. nam et Vergilius dixit

audiam, et haec manes veniet mihi fama sub imos,

et Terentius dixit 'matris servibo commodis'. ille in am et hic in
33 bo misit, unde apparet utramque esse regulam. — Genera verborum quae et significationes: activa sunt quae se aliquid agere demonstrant, passiva quae pati, neutra quae nihil horum: deponentia per catantifrasin, | hoc est per contrarietatem, sicut Parcae, quod nulli parcant; aut certe ideo dictum est deponens, quod deponat significationem activam:

Cod. Bern. II 7* — III 1. 3 in sco syllaba 4 tempori 7 compescuit (id *add. al. man.*) circo 8 frequentiua canto canticas (*corr.* -tas) primae 15 habet 17 de penesultimam syllabam 23 aiecta 24 imfinito 28 e] et 29 tunc etiam et in bo 33 commodis *corr.* quomodis 35 aliquit 36 nihil orum 38 deponens] depones

31 Vergilius] *Aen.* IIII 387 33 Terentius] *Hec.* III 5, 45

p. 1872. 73 P.

communia quae et agentis et patientis sibi vindicant significationem; et de activo passivum fit, et de passivo activum. — Osculor tunc activum signi- 360, 5
ficat, quando accusativum casum regit, ut osculor illum; tunc passivum, quando ablativum, ut osculor ab illo: dicimus enim osculor te et oscu-
lor a te. — Figurae verborum: figurae sic accidunt verbis, quo modo 8
nominibus, simplex et composita. — Tempora verborum quot sunt?: 9
tria tempora sunt, in declinatione quinque, quia praeteriti tres sunt distantiae, inperfecti perfecti plusquamperfecti. praesens est quod facere videmur, praeteritum inperfectum est quod facere videbamur et inper|-
fectum dimisimus, praeteritum perfectum est quod factum nunc comple-
vimus, praeteritum plusquam||perfectum est quod olim res perfecta est, futurum est quod facere nos quandoque demonstramus.

Coniugationis tertiae correptae: tertia coniugatio semper cor- 17
ripitur. — Futuro legam leges: secunda persona futuri indicativo 23
singulari numero e producta pronuntianda est, ne secunda persona prae-
sentis temporis intellegatur. — Imperativus modus praesenti tempore se- 24
cundam et tertiam personam habet, quia ipse sibi nemo imperat. — Eodem modo tempore futuro: modus imperativus temporis futuri 26
numeri pluralis tertiae personae ita fit, *si* sublata o indicativi modi primae
personae addes unto, ut amo amunto, doceo | doceunto, lego legunto, audio audiunto. — Futuro legito: in hoc futuro nec in singulari nec
in plurali prima persona est. — Coniunctivo modo: temporis prae- 33
sentis coniunctivus modus futuro optativi similis est. — Infiniti modi 361, 4
numeris et personis: infinitus ideo dictus, quod in numeris et in
temporibus et in personis aequalis est. dicimus enim a numero legere debet et legere debent, a tempore legere habent et legere habuerunt, a persona legere habeo, legere habes, legere habet. hic similiter tria tempora habet, quamvis in praesenti omnia complectatur, ut est legere modo, legere antea, legere postea. — Verbo inpersonali: inpersonale verbum 6
est quod personis caret suis et a pronomine accipit | personas et sic declinatur: dicimus enim legitur a me a te ab illo. — Gerundi: ideo 9
dicitur gerundi, quod nos aliquid gerere significat, ut puta legendi causa veni, legendo mihi contigit valetudo, legendum mihi erit, lectum venio, nimio lectu fatigatus sum, ut Vergilius

nec visu facilis nec dictu affabilis ulli.

sed magis [melius est] participia sunt, quam gerundi verba: bonus est

---

Cod. Bern. III 1*—3. 1 communia quae est agentis 2 passiuum] passi-
uam 4 osculor pro ab illo osculor te] osculo te 6 quod sunt 7 in] cum
10 compleuimus praeteritum praeteritum plusquamperfectum 12 quo facere de-
monstramus tertia coniugatio coniugationis tertiae correptae semper 20 personae
et ades 19 si *om.* 23 futuri optatiui 25 a numero lege legere 26 ad (*corr. al.
man.* a) tempore 29 uerum *corr. al. man.* uerbum 34 fatigatus] factus 36 sint

14 futuri passivi *Hagenus* 34 Vergilius] *Aen.* III 621

p. 1873—75 P.

361, 9 visu, ille suavis est auditu. — Participialia verba sunt: quia similia
10 sunt gerundi verba participiis futuri temporis a passivo. — Participia
trahuntur a verbo activo: participia regulam significationis suae ser-
18 vant et ipsa actum demonstrant. — Et ulteriore: || quia dua tempora
habent ulterius tempus, lectus fui ante horam, | etiam ante duas horas,
22 ostendit retrorsum tempus, lectum tibi erat, lectum tibi fuerat. — Le-
geris vel legere: sic abutere; quamvis sit tertiae correptae coniugatio-
nis, tamen e producenda est, quia elocutionem implet. sciendum sane
quod regulas super futuro indicativi tam in passivo quam in communi vel
deponenti, tam in prima producta quam in secunda producta quam in
tertia correpta quam in quarta producta similiter ponendum, ut prober
proberis vel probere probetur, docear doceris vel docere docetur, audia-
23 mur audiamini audiantur. — Ad secundam et tertiam personam:
quoniam primam non habet, siquidem sibi nemo potest imperare. —
25 Futuro legitor: * probator probaminor | probuntor; sic a secunda do-
cetor docetor doceminor doceuntor; sic a quarta coniugatione producta
auditor auditor audiminor audiuntor. iam per omnia verba haec regula
27 sequitur. — Optativo modo: optativus est proprie *praesentis temporis*,
quod praesenti tempore optamus; ita Donatus: nam Probus et Sabinus
sic volunt declinari optativum per singula tempora, quo modo coniuncti-
vum, ut Vergilius 'fecissentque utinam'. notandum ne quo tempore
utinam nec in singulari nec in plurali prima persona ponendum sit. — Vl-
terius dicitur quod post praesens est, quia praeteritum esse cognoscitur. —
362, 10 Ipse est modus coniunctivus, quod est tempus futuri optativi. — Futu-
rum lectum iri: futurus ab activo in e, a passivo in i [futurus infiniti
ab activo | in e, a passivo in i]. — Participia trahuntur a verbo
passivo duo: participia significationis suae intellectum secuntur.

DE ADVERBIO

Adverbium dictum est ideo, quod coniunctum verbo vim eius expla-
net et impleat. nam cum dico lego, nec dicitur quem ad modum legam,
sed adiecto adverbio exprimitur, ut puta verbi gratia bene lego an male
17 lego. — Significatio: significatio est quae probat a se adverbia || de-
scendere, et significari cuius sint. — Conparatio: sic conparantur ad-

---

Cod. Bern. III 3—4*. 2 participii futuri 3 trauntur 4 ipsam *corr.* ipsa 5 antoram *corr. al. man.* ante horam duas oras 6 legetur uelle legere sic habutere 8 e] et 9 futuri 15 prouator prouaminor promuntor 16 dociminor 17 audiuntur 18 propriae quod 19 sauinus *corr.* sabinus 22 ponenda 27 significationes 29 explanat 30 discitur *corr.* dicitur 31 abiecto aberbio

---

12 docear docearis vel doceare doceatur *Putschius. sed ne sic quidem corrupta verba satis emendata esse adparet, quamquam coniunctivum praesentis pro indicativo futuri ipse grammaticus posuisse videtur* 15 *lacunam indicavi, qua regula imperativi futuri excidit* 19 Probus] *cf. praef. vol.* IIII *p.* XXII 21 Vergilius] *Aen.* II 110 33 et significati cuius *Putschius. fortasse* et cuius sint significationis

p. 1875. 76 P.

verbia, sicut et nomina. sic etiam conponuntur. similiter et in figuris et in conparatione deficiunt. adverbia ipsa quae extra exempla lectionis istius reperiuntur sensu colligenda sunt, ut deprehendantur, | cuius significationis *sint*. — Vt multum parum: adverbia ista, multum et parum, 362, 27
non iunguntur nisi genetivo tantum singulari, ut multum olei et parum aceti. — Forsitan et fortasse unum est. — Vt heu: heu quaerendum 29
est quando adverbium sit respondendi, quando interiectio. si verbum sequitur, adverbium, si alteram partem orationis, interiectio est. — Hercle 30
medius fidius: edepol et mediusfidius singulae partes orationis sunt,
etsi habeant intellectum duarum. — Vt doctissime: si nomini iungitur, 361, 3
nomen est generis neutri doctius, ut doctius mancipium; si verbo iungitur, adverbium est comparativi gradus, ut doctius dixit. — Magis: tam et magis, istae duae particulae a positivo non recedunt: qui voluerit istas comparativo et superlativo iungere vitium non vitabit. — Et quam magis 5
figurae: | his rebus componuntur adverbia, quibus et nomina. — Ad 7
locum adverbia haec sunt, huc illuc illo istoc; in loco ista sunt, hic illic ubi ibi istic; de loco ista sunt, hinc illinc inde istinc alibi et illim; per locum, istac illac illa; de loco ‘unde venisti?’; per locum ‘qua transimus?’. ad locum etiam illa adverbia iunguntur, intro et foras, ut vade
intro, exi foras; in loco etiam ista, intus et foris, ‘ubi fuisti?’ intus vel foris. de loco etiam similiter, ‘unde existi?’ intus, ‘unde venisti?’ foris. — Ideo deintus et deforis non dicimus, quia praepositio adverbiis locali- 10
bus minime sociatur. sic dicimus et Roma exeo et Romae sum et Romam vado, quia praepositio civitatibus non iungitur, sed provinciis. sic et domo
exeo, domi sum, domum vado. tunc iungimus praepositionem, | quando pronomen iunctum fuerit, ut de domo mea venio vel de tua, ut ad domum meam vado aut ad domum tuam. sic et rus vado, rure venio, || ruri sum: si addo pronomen, iungo praepositionem, ut de rure meo venio vel ad rus meum vado.

Adverbia quae conparari possunt in positivo gradu aut in e aut in ter exire possunt, ut docte admirabiliter; comparativus vero gradus in adverbiis semper in ius exit, ut doctius admirabilius; superlativus vero in e semper exit, ut doctissime admirabilissime. adverbia tunc in ter exeunt,

---

Cod. Bern. III 4—6. 1 simpliciter *corr. al. man.* similiter 3 repperiuntur 4 sint *om.* multum i rarum multum et rarum non iungitur 6 forsitan et heu *al. man.* forsitan (*corr. al. man.* forsan) et fortasse ut heum; heu; querendum 8 etcle 9 etdepol et 10 habeat intellectum intellectum duarum 12 doctior tam et] tamen 15 rebus] uerbis 16 haec] hic 17 de loca stic stinc 18 istac] esthac 19 uade de intro 22 praepositiuo (*corr.* -tio) aduerbiis uocalibus 24 praepositio ne ciuitatibus domo] modo *corr. al. man.* domo 26 uel de tua *bis scriptum est* 28 addomo pronomen praepositione 30 in positivo gradu] cum in *al. man.* positiuo singulari 32 semper .i. us

---

28 si addo modo pronomen *Putschius*

p. 1876. 77 P

quando dativus casus singularis i littera terminatur, ut *agili* agiliter; tunc in e exeunt, quando dativus casus singularis o littera terminatur, ut docto docte. — Nomina civitatum aliquotiens pro significatione adverbiorum ponuntur, et cum ad locum | significant, accusativi speciem tenent, ut puta Romam pergo; cum de loco, ablativi, ut puta Roma venio; cum in loco, aliquando genetivi, aliquando dativi, tunc genetivi, quando nominativus vel um vel us fuerit terminatus, ut puta Ilium Antandrum Adrumetus; adverbium in loco facit Ilii *Antandri* Adrumeti. cum autem nominativus aliis regulis fuerit terminatus, secundum dativum facit adverbium, ut puta Carthago Tibur: adverbium loci in loco erit ‘Carthagini sum’, ‘Tiburi sum’. ab his regulis pauca auctoritate usurpata sunt, ut ‘Narbone fui’ pro Narboni; ablativum posuit pro dativo: Sallustius ‘Narbone per concilium Gallorum’, Cicero in Philippicis ‘cum tu Narbone mensas hospitum convomeres’. — Contra | hanc regulam inveniuntur rare auctoritates usurpatae, ut durus duriter, inhumanus inhumaniter. item sunt alia, quae o litteram in er convertunt, ut violento violenter. item ex hac forma sunt nomina, quae o litteram in i convertunt, et tus syllabam accipiunt, ut divino divinitus, caelo caelitus. sunt alia, quae [genera], dum dativum in o non mittant, variata adverbia in tus mittant, et hoc paene ab omnibus generibus decurrit. nam radix facit radicitus et dativum mittit in i. alia quae originem non habent, ut penitus. nam medullitus a feminino genere adverbium facit, quod est primae declinationis. ergo regula horum nominum qui exeunt in adverbia in us va||dunt. pauca quae auctoritas adprobat, ut medulla medullitus, | et a secunda similiter, ut caelum caelitus, et a tertia similiter, ut radix radicitus. *a* quarta et quinta declinatione nusquam lectum est quod adverbia in us mittunt.

DE PARTICIPIO

Participium dictum, quod partem sibi verbi, partem sibi nominis tollat. nam a nomine tollit casus et genera, a verbo significationes et tempora, ab utrisque partibus numerum et figuram. similiter nomen et participium haec res discernit: quod si genetivo servit, nomen est; si accusativo, participium. ‘prudens est illius rei’, ‘prudens est ad illam rem’,

---

Cod. Bern. III 6—7*. 1 agili *om.* in e exit 5 ablatiuus 6 genetiuo genetibo 7 illium (*corr.* ilium) atandrum 8 aduerbio illi adrumenti *corr.* -eti 10 carthageni 11 pro nasboni 13 filippicis 14 comuomeres 15 utsurpatae ut 16 quae o in er litteram comuertunt (*corr. al. man.* conuertunt) 17 syllaba 18 gerera *corr. al. man.* genera 19 paene] tene 25 radicitus quarta 29 casus] cui 30 munerum 31 descernit *corr.* discernit

12 *Sallustii verba ad secundum librum historiarum retulit Kritzius Sall. hist. fragm. p.* 130 13 in Philippicis] II 30, 75 19 paene *Putschius* 22 *sententia verborum in hunc fere modum restitui possit*, ergo regula horum nominum, quae in a exeunt, adverbia in tus facit. pauca quae in tus vadunt auctoritas adprobat 25 a quarta *Putschius* 32 *fortasse* providens est illius rei providens est illam rem

p. 1877. 78 P.

hic tempus designat. — Tribus generibus, ut hic et haec et hoc 363, 18
legens: participia omnia temporis praesentis, quae veniunt ab activis et neutralibus verbis | vel a deponentibus vel a communibus, semper generis sunt omnis. participia semper totius generis ablativum singularem in e litteram mittunt. participia in se invicem ita recurrunt: si participio praesentis temporis tollas s litteram et addas dus, facis futurum tempus a passivo, ut amandus. item si participio praeteriti temporis ab activo tollas s et addas rus, facies participium futuri temporis ab activo, ut amaturus. neutri regulam ab activi intellegis, quia ipsam sequitur. deponens verbum passivi regulam sequitur. — Tempora participiorum: partici- 22
pium praesens in ns litteras semper terminatur ab omni verbo ab omni coniugatione, ut amans docens legens. praeteritum participium us semper terminatur et est generis masculini, ut doctus amatus lectus. futurum participium | duabus regulis terminatur, ut [legens lecturus: praeterito tus, ut lectus] legendus lecturus. — A communi: ideo quia activi duo par- 28
ticipia tenet et duo passivi, propterea commune verbum quattuor participia recipit [quia activi passivique significationem demonstrat, propterea eorum bina participia]. — Numeri participiorum quot sunt?: com- 30
munis numerus in participiis numquam deprehenditur. — Figurae par- 31
ticipiorum quot sunt? duae: quo ordine || participia componuntur? quo et nomina. — Da declinationem participii praesentis tem- 32
poris: participia quae veniunt ab activo vel neutrali verbo semper generis sunt omnis. — A verbo activo temporis praesentis: participia 33
ista praesentis temporis semper tertiae sunt declinationis. et haec et alia similia iuxta istam declinationem inflectemus. | — Ab hoc et ab hac 364, 2
et ab hoc legente: semper participia praesentis temporis ablativum singularem in e litteram mittunt, licet genetivum pluralem in ium mittunt. — A verbo activo temporis futuri: participia ista futuri tem- 7
poris ab activo masculinum et neutrum secundae declinationis habent, femininum primae. haec et alia similia iuxta hanc declinationem inflectenda sunt. — A verbo *passivo* temporis praeteriti: participia ista prae- 15
teriti temporis a passivo has declinationes habent, quas futuri ab activo. — Participia venientia a verbo passivo similes declinationes habent. haec praeteriti temporis secundae declinationis sunt in masculino et neutro, in feminino primae.

Cod. Bern. III 7* — IV 1. 5 praesenti temporis 6 s littera 9 qui ipsam 11 in ns littera 12 us] os 14 tus] dus 18 quod sunt 19 depraehenditus 20 quod sunt comparantur 23 tempori praesentis 31 a berbo (*corr. al. man.* uerbo) temporis praesentis participia 34 in masculinum et neutrum femininum

---

9 ab actiuo *Putschius. scribendum videtur aut* ab activi regula, quia ipsam sequitur *aut* ab activo, quod ipsum sequitur 14 *de duabus regulis participii futuri uberius expositum fuisse videtur a grammatico. deinde quae uncis inclusi ad Don.* 363, 25 *pertinent*

p. 1878. 79 P.

DE CONIVNCTIONE

Coniunctio est pars orationis, dicta quod iungat elocutionem. nam si dico ‘ego tu faciamus’, non utique sermo completus est; addito et
364, 34 implebitur elocutio, ut ‘ego et tu faciamus’. | — Coniunctioni quot accidunt?: tria, potestas figura ordo. potestas, ut sciamus, quae coniunctio sit; figura, quia sic conponuntur coniunctiones, quo modo pronomina; ordo, ut sciamus, quando aut praeponamus aut subiungamus. —
35 Quinque. quas? copulativas disiunctivas: hic quaestio est, si coniunctiones a coniungendo dictae sunt, cur disiunctiva coniunctio est. quia copulativa verba et sensus iungit, disiunctiva verba quidem iungit, sed sensus disiungit. ‘ego et tu’: ecce coniunxit personas. disiunctivas: ‘ego aut tu’, separavit. expletivas: ‘non legis, saltem vapulabis’. rationales: ‘lege cum pronuntiatione; nam vapulabis’: ecce et causam. — Quas? copulativas: copulativae dictae sunt ab eo, quod verba copulent et sensus, hoc est coniungant, sicut supra diximus, | ‘ego et tu faciamus. disiunctivae dictae sunt, quod sensus quidem disiungant, verba autem co||pulent, ut ‘ego aut tu faciamus’. expletiva est ab eo, quod expleat id quod in sensu minus fuerit, ut puta

saltem siqua mihi de te suscepta fuisset
ante fugam suboles.

36 Causales ac rationales: inter causales et rationales hoc interest, quod causales non possunt poni pro rationalibus, rationales possunt pro causalibus. nam in causa non est ratio semper; necesse est ut sit in ratione et causa [in causa non semper est ratio, in ratione semper est causa]. videlicet, itaque, etsi, quoque, itemque, quatinus, quando, quapropter, si enim, namque, quoniam, quamobrem, quamvis, enimvero, si quidem, porro, autem, sive, quin etiam, etenim, nisi. |

DE PRAEPOSITIONE

365, 10 Praepositio dicta est ab eo, quod praeponatur omnibus partibus orationis: dicimus enim ante homines, non homines ante. nam haec vis est praepositionis: praeposita praepositionis obtinet locum, postposita in significationem transit adverbii. inde est ‘et longo post tempore venit’; ‘gemina super arbore sidunt’; ‘saeva sedens super arma’, id

---

Cod. Bern. IV 1—2*. 3 non utrique addito] adduo *corr. al. man.* adde et 4 quod accidunt 7 quando ad proponamus 9 cur] cun *corr. al. man.* cum 16 disiungantur (*corr.* -ant) uerba quidem copulant 17 hab eo 18 id] it 19 salte *corr.* -tae 20 ante fuga 21 ac] o *corr. al. man.* ac 23 sit et ratio et 25 quoque] quoquo 29 preponantur 30 haec vis] habet uis *corr. al. man.* hae cuius 31 praeposita] praepositae optinet posposita

---

6 *fort.* quo modo et nomina 19 saltem] *Verg. Aen.* IIII 327 32 et longo] *Verg. bucol.* 1, 30 33 gemina] *Verg. Aen.* VI 203 saeva] *Verg. Aen.* I 295

p. 1879. 80 P.

est supra arma. ecce postposita vim quam tenuit modo *

cum Iuno aeternum servans sub pectore vulnus.

Aliis partibus orationis significationem complet: praeclarus, 365, 10
quia cum dico clarus, elocutionem non complevi; addo prae et compleo
elocutionem. mutat, ut infelix: nihil tam contrarium felici *quam* infelix
[quia felix aliud significat ad compositum, ut infelix, aliud minuit, detraxit
illi. — Earum aut complet: ita impotens multum inpotens, minus | 11
potens, mutat]. minuit autem, ut infractus. — Etenim ad patrem: 16
plane pro libitu nostro et accusativo singulari et plurali, ut, si poscit
ratio, [ut] dicam et ad patres et apud villas et cetera. — Apud villam:
ad et apud dum unius casus praepositiones sunt, ad itineralis est, apud
localis, licet hoc poetae contemserint, ut Vergilius 'ad quem tum Iuno
supplex', pro apud quem; et 'hi multum fleti ad superos', pro 22
apud. — Istae || omnes praepositiones tam ablativo singulari quam plurali
iunguntur. — Dicimus enim a domo: a domo non dicimus, nisi pro- 23
nomen addamus, a domo mea vel a domo tua, quoniam praepositio ad-
verbiis sine aliqua parte orationis numquam sociatur. — Clam custo- 24
dibus: clam praepositio utriusque casus est, ideo pro voluntate dicentis
vel accusativo iungetur vel ablativo. dicimus enim 'et clam amicum est'
et 'clam amico'. | — Sub super: utrius*que* casus praepositiones ideo 27
dictae sunt, quod communes sint accusativo et ablativo. sed in duabus
his praepositionibus, in et sub, quae similem regulam habent, distantia
haec est, quando accusativo serviant, quando ablativo. quotienscumque
itinerales fuerint, hoc est cum de altero loco ad alterum transit, ut 'imus
ad forum', 'descendimus in vallem', accusativo iungendae sunt, tribus
temporibus comprehensis, et ire et isse et ituros esse. cum vero locales
fuerint, hoc est cum in ipso loco aliquid esse dicitur, ut 'in campo ste-
timus', 'in foro clamavimus', hae ablativo iungendae sunt, sed ita ut tria
tempora comprehendant, in loco esse, fuisse, futuros esse: sed regulariter
scire debemus quod interrogatio praepositiones facit esse perspicuas. nam
si convenit | quo dicere, respondendum est per itineralem praepositionem,
ut 'amicus quo processit?' 'in publicum'; si interrogo ubi, responden-
dum in loco, 'ubi equitat amicus?' 'in campo'. [super] super vero a

---

Cod. Bern. IV 2*—4. 4 eloquutionem non composuit 5 contrarium felici in-
felicem 6 aliut aliut 7 aut] autem 10 ad uillas aput uillam ad et aput dum
unius causas praepositionis (*corr.* -es) sint ad iteralis est aput 12 comtemserint
Vergilius] uero illius 13 suplex aput 14 aput 18 uolumptate 20 utrius
casus 24 ad alterum] adulterum 26 compraehensis localis fuerit 27 ut]
est *corr. al. man.* ut est 28 hae] haec 29 compraehendat 31 conuenit *corr.
al. man.* conuenit

---

1 postpositae *Putschius. excidisse quaedam videntur, quibus accuratius de collo-
catione praepositionum dictum erat* 2 cum] *Verg. Aen.* I 36 12 ad quem] *Verg.
Aen.* I 64 13 hi] *Verg. Aen.* V 481

p. 1880. 81 P.

contrario quando itineralis fuerit accusativo servit, quando localis ablativo, ut 'est codex super armarium', non 'super armario', quia, ut dixi, itineralis accusativo iungitur; si vero de significat ablativo servit, quia localis est, ut 'multa super Priamo rogitans', hoc est de Priamo. — Suptus numquam dicimus, nisi aut sub aut super. — Accusativo serviunt, quando itinerales sunt, ablativo quando locales, sicut sub et supter. —

366, 7 Sunt quae adiectionibus: istae praepositiones loquellares dicuntur: ideo ab adiectionibus sequentibus non separantur, quia loquellares sunt, non casuales: | loquellis tantum serviunt, casibus || servire non possunt, nec separatae proferri, nisi iunctae verbis nominibus participiis vel adverbiis.

DE INTERIECTIONE

13 Interiectio quid est? pars orationis: interiectio dicta, quod interponitur ad exprimendos tantum animi affectus. nam cum dico '*heu* amicus meus mortuus est', significo ex affectu mentis causam dolendi: ergo quidquid affectum exprimit, interiectio est. nam sunt interiectiones similes praepositionibus, quae hinc intelleguntur, quod praepositiones non

14 sint, per affectum aut gaudentis aut dolentis aut admirantis — Interiectioni quae accidunt?: quia sunt interdum confusae interiectiones. —

15 Aut dolorem, ut heu, aut admirationem, ut papae: heu quando interiectio est dolentis, quando adverbium respondendi, | hinc intellegi-

16 mus: producta interiectio est, correpta adverbium respondendi. — Et si qua sunt similia: quae ex affectu mentis colligenda sunt, id est quod sonum suum vocalibus misceant, ut he ohe vae.

DE LITTERA

367, 9 Littera quid est? pars minima vocis articulatae. littera dicta quasi legitera, eo quod legentibus iter praebeat. littera in duas species dividitur, aut in vocales aut in consonantes. vocales sunt istae quinque, a e i o u, sine quibus loqui non possumus; reliquae decem et octo consonantes dicuntur, eo quod cum vocalibus consonant. — Articulatae: quia duo genera sunt vocum, confusa pecorum, quae scribi non potest, articulata hominum, quae legi et scribi potest. litterae ipsae, si ad elementa referamus, neutri generis sunt, sicut Tullius dixit, ut hoc m, hoc l; si ad | ipsas litteras, feminini. Romanas litteras primo Carmentis nympha, mater

---

Cod. Bern. IV 4*—6. 3 localis] bocalis *corr. al. man.* uocalis 6 quando uacales 14 heu *om.* 20 pape 24 ut he oe ue 27 legiterad (*corr. al. man.* legitera ad) quod 30 articulae quiduo 31 pectorum 34 nimfa

---

1 quando itineralis fuerit, ablatiuo seruit, quando localis accusatiuo *et deinde* quia ut dixi localis accusativo *Putschius* 4 multa] *Verg. Aen.* I 750 7 adiectionibus] dictionibus *Donatus* 27 legitera ideo quod *Putschius* 33 Tullius] *Ciceronis testimonio in eadem re usus est Pompeius p.* 34 *ed. Lind.*

p. 1881. 82 P.

Euandri, invenit, ut alii dicunt, Mercurius. — Consonantium duae species 367, 10
sunt, quia ex ipsis semivocales fiunt et mutae: semivocales, quia semis
sonum vocis inplent; mutae vero non sonant, nisi a vocali spiritum ac-
ceperint. — Harum duae, i et u, transeunt in consonantium 12
potestatem: || quando pro consonantibus ponuntur et iuvant vocalem.
— Hae etiam mediae dicuntur, quia quibusdam dictionibus 14
expressum sonum non habent: mediae, quia vel ipsae pro se invi-
cem ponuntur, vel quia expressum sonum non habent in aliquibus dictio-
nibus, ut maxume pro maxime. [— Mediae dicuntur: mediae ideo
dicuntur, quia et vocales sunt et consonantes et in quibusdam nominibus
| non certum exprimunt sonum, i, ut vir, modo i opprimitur; u, ut optu-
mus, modo u perdit sonum. — I et u: de his duabus vocalibus haec 12
ratio est: i et ipsa vocalis est et post vocalem etiam posita * cum alia
consonante ponitur, non pro duabus, sicut i.] — Interdum nec voca- 16
lis nec consonans habetur: sic quoniam cum scribimus q, non potest
nisi u sequi, ac per hoc modo vocalis perdidit in metro vim suam. —
Et aliquam vocalem constituitur, ut quoniam quidem: quoniam 17
aut qu sonat aut o, *quidem* aut qu aut i. — [u scilicet] Huic item 18
digammon adscribi solet: alii sic volunt esse digammon, in geminata
u gammae duae graecae litterae ponuntur hoc modo, ut non intellegantur
separatae sed iunctae, ne uulgus dicamus: | hoc ab Aeolicis processit.
— Nam i litteram geminari in una syllaba posse plurimi ne- 19
gant: nullum enim nomen inveniri potest, quod in una syllaba duas i
habeat. — Latinae vocales: quia dichronae sunt; breves quae fuerint 20
singula tempora habent, longae bina. — Atque his solis adspirari 21
quidam existimant: adspirationis notam accipere, id est h, ut post
adspirationem statim vocalis sequatur. — Quae per se quidem pro-
feruntur: falsum est. profertur autem sonus a vocalibus et finitur in
naturalem, id est in proprium sonum. — Ex his una duplex est: 368, 1
ideo duplex dicitur, quia post vocalem posita pro duabus consonantibus
valet et positione eam longam facit. x in graecis simplex est littera,
Xerxes Xanthus. — Liquidae ideo dictae, quia liquescunt in metro | ali-
quotiens et pereunt. nam [quotiens et pereunt] quotiens cum muta iunctae
fuerint, post * vocalem longam faciunt et urbem, ut Atrida, a commu-

---

Cod. Bern. IV 6—7*. 5 potestatem quia quibusdam dictionibus expraessum sonum non habent quando pro consonantibus ponuntur et iuuant uocalem hae etiam mediae dicuntur mediae quia uel 8 qui expraessum 11 oprimitur a ut 14 consonanti 15 habetur hic quoniam cum scribimus quae non potest nisi ut sequi 18 aut que sonat aut o aut que aut i 20 graeci 21 hoc habeolicis 24 dicrone 25 longue adque 26 abspirationis post] pro 27 sequutus 28 in naturali 31 positionem eam 32 xerses 33 cum multa *corr.* cum muta

---

13 *lacunam qua* u *litterae definitio excidit indicavi* 33 nam toties pereunt *Putschius. de liquidis hoc videtur praecepisse grammaticus, postpositas mutis vocalem longam facere, ut* urbem, *antepositas communem syllabam facere, ut* Atrida. *quare lacunam indicavi.*

p. 1882. 83 P.

368, 2 nem syllabam facit. — S littera cuiusdam suae potestatis: quia superflua invenitur interdum et ipsa liquescit in metro, || quia sibilus 4 magis est quam consonans. — Ex illis f littera: hanc habet potestatem, quotienscumque anteposita fuerit liquidae, sic et eam communem syllabam 7 facit, ut Africa: a communis syllaba est. — K et *q*: apud veteres haec erat orthographia, ut, quotiens a sequeretur, k esset praeposita, | ut kaput Kalendae; quotiens u, q. sed usus noster mutavit praeceptum, et 9 earum vicem c littera implet. — Scribendum. h: quotiens iuvat vocalem, consonans est; quotiens non iuvat, nota adspirationis est. [x: ita 1 dicitur, quia genetivus in is mittit, pix picis, rex regis. — Liquidae quattuor, l m n et r: apud Latinos solae pro metri causa liquescunt 10 l et r, pereunt; apud Graecos totae quattuor liquescunt.] — Y et z: *z* apud nos et longa et brevis est, apud Graecos duplex, id est longa, apud nos ita est, *duplex, ut* ‘Mezenti ducis exuvias’; simplex, ut ‘ne- 13 morosa Zacyntos’. — Vna aspirationis nota, h; duplex x; duae supervacuae, k et *q*, quia harum locum c implet, duae graecae, y et z. — Omnes litterae generis sunt neutri et semper indeclinabilia 14 sunt [numquam declinantur], *ut* ait Cicero | in Siciliensibus * accidunt, nomen, quo vocatur; figura, qua notatur, hoc est imago ipsius, qua fingitur; potestas, qua valet, ut sciamus, utrum vocalis sit an semivocalis an muta.

DE SYLLABA

18 Syllaba dicta est ἀπὸ τοῦ συλλαβεῖν, eo quod plures litterae comprehensae una, a pluribus litteris dicta. cur una syllabam facit vocalis littera? hoc solvitur per catantifrasin, hoc est per contrarietatem, quia tanta vis est vocalis, ut locum syllabae impleat. — *Temporum capax:* quia omnis syllaba tempora capit: nam longa tempora duo [syllaba] habet, brevis unum. tres sunt species syllabarum: aut breves sunt aut longae aut communes. longa syllaba positione octo modis fit: si vocalis desinit in duas consonantes, ut ‘ast ego’; * vocalis | desinit in unam conso-

Cod. Bern. IV 7*—8*. 1 suae] siue *corr.* sue 2 quia] qua 3 f litteram 5 communis syllaba est una duplex .x. ideo duplex dicitur quia post uocalem posita pro duabus consonantibus ualet et positione eam longam facit (ut *add. al. man.*) est .x. in graecis simplex est. littera xerses. xanthus. k et aput ueteres 6 orthografia 7 caput calendae 9 adspirationis ex ita 10 in his 12 aput graecos y et z aput nos et longa et uerbis est aput 13 aput nos ita est mezenti 16 superuacuae c et quia arum 18 declinantes ait cicero | in sicelyensius (*corr. recenti manu* -sibus) q. adaliarum eri | ..... littera essetintegrae et. z | ..... accidunt ..... | nomen qua 19 quae fingitur 23 dictacaпотоусуллавеин 24 a pluralibus litteris 26 est] et impleant quia 27 habent praeuis unum 30 ut aseco uocalis in unam consonante

9 x ita dicitur] *cf. Pompei. p.* 28 *ed. Lind.* 14 Mezenti] *Verg. Aen.* XI 7 nemorosa] *Verg. Aen.* III 270 23 *fortasse* conprehensae sint. cum a pluribus litteris dicta sit, cur 30 ut ast ego *Putschius. ex octo modis syllabarum positione longarum, quos posuit grammaticus, exciderunt duo, alter, cum vocalis excipitur duabus consonantibus, alter cum excipitur duplici littera* x, *ad quem modum* axis *pertinet: cf. Diom. p.* 423 *P. itaque lacunas indicavi*

p. 1883. 84 P.

nantem et excipitur ab alia consonanti, ut arma; si vocalis in x duplicem desinit * ut axis; si correpta vocalis desinat in unam consonantem *et* excipiatur ab i vocali vice posita consonantis, ut 'at Iuno'; si vocalis desinat in unam consonantem et excipiatur ab u vo||cali vice posita consonantis, ut 'at Venus'; aut si in i solam quae pro duabus consonantibus ponitur, ut aio. notandum sane quod i vocalis inter duas vocales posita semper praecedentem longam facit, ut Pompeius, sed in una parte orationis tantum. — [Pro duabus consonantibus: i, ut Troia, ita 368, 21
ut una pars orationis sit; si in alia, non conputatur, ut

constitit ante Iovem supplex per vota precatus.

Vt aio: i inter duas vocales. —] Et diphthongon faciunt: diphthongi 23
istae quinque longae sunt, exceptis his quaecumque vocales iunctae fuerint, | breves sunt, ae oe au eu ei. itur sic scribitur, eitur, quia prima verbi persona eo facit, ut ait Terentianus. — * *Primus* modus hic est, 369, 3
quotiens correpta vocalis in duas desinit consonantes, ita ut una muta sit, altera liquida: est enim longa sic,

Atridas Priamumque et saevum ambobus Achillen;

brevis sic, 'nec solos tangit Atridas'. secundus sic, cum correpta vocalis desinit in duas consonantes, ita ut prior sit f semivocalis et sequens liquida: est longa sic, ut 'reflexit remis'; brevis, 'neve flagella.' tertius sic, cum correpta vocalis in unam desinit consonantem sequente h, nota aspirationis: *est longa sic,* ut 'versaque iuvencum Terga fatigamus hasta; brevis sic, 'quisquis honos tumuli'. quartus sic, quotiens correpta vocalis in duas desinit consonantes, ita ut prior s littera sit, quae quando iuvat vocalem, consonans est, quando non, sibilus est: | est longa sic, 'unde spissa comam;' brevis, 'ponite spes sibi quisque'. [est] quintus sic, cum partem orationis terminat brevis syllaba, quae in unam desinit consonantem *. sextus modus sic, cum diphthongum vocalis sequitur: *est longa* sic, 'Aoniae Aganippae'; brevis, 'insulae Ionio in magno'. septimus sic, cum vocalem productam vocalis alia sequitur: *est longa sic* 'Eoasque acies'; brevis, primo surgebat Eoo'. octavus sic, cum pronomen c littera termina-

---

Cod. Bern. IV 8* — V 1*. 2 una consonante excipiatur ab i uocale 5 ad uenus sola 7 ut .i. pompeius 9 si in alias non conputantur 10 suplex 11 difthongo faciunt dipftongae 14 ut ad terentianus modus 19 sequiens 20 niue 21 si cum 22 est longa sic *om.* 23 asta 26 sibilus est el.s. unde 27 si cum 28 syllabam si cum diftongam 29 est longa *om.* 30 si cum uocalem 31 est longa sic *om.* 32 Eoo] sic

---

10 constitit] *Verg. Aen.* VIII 624 14 Terentianus] *v.* 459 *sqq. cf. Pompei. p.* 42 *ed. Lind. deinde definitio syllabarum communium, quarum octo modi subiecti sunt, excidit* 17 Atridas] *Verg. Aen.* I 458 18 nec] *Verg. Aen.* VIII 138 20 neve] *Verg. georg.* II 299 22 versaque] *Verg. Aen.* VIII 609 23 quisquis] *Verg. Aen.* X 493 26 unde] *Terentian.* 1103 ponite] *Verg. Aen.* XI 309 29 Aoniae] *Verg. bucol.* 10, 12 30 insulae] *Verg. Aen.* III 211 31 Eoasque] *Verg. Aen.* I 489 32 primo] *Verg. Aen.* III 588

p. 1884. 85 P.

tur: *est longa* sic, ‘hoc erat alma parens’; brevis sic, ‘solus hic inflexit sensus’. item *cum* correptam vocalem sequitur z consonans graeca duplex: *est longa sic*, ‘Mezenti ducis exuvias’; brevis, ‘nemorosa Zacyntus’.

DE PEDIBVS

369, 17 Pedes dicuntur quibus versus incedit. — Pes est syllabarum: ordo talis est, quod || litterae syllabam faciunt, syllabae pedes. metra numerantur, syllabae computantur | et tempora et ordinant pedes: haec est certa dinumeratio. — Accidunt uni cuique pedi arsis et thesis: omnis pes in passu est; arsis elatio, thesis positio; numerus syllabarum, quoniam collectae syllabae pedes faciunt; tempus, quia longa syllaba duo tempora habet, brevis unum; resolutio, quia licet pro una longa duas breves ponere, ut Vergilius ‘fluviorum rex Eridanus’ et ‘arietat in portas’ et ‘genua labant’ et ‘abietibus iuvenes’; figura, quia simplices pedes componuntur et figurati duplices fiunt; metrum, quia mensura pedum ordinat metrum. — [Tempus resolutio: resolutio ideo inventa est, quia licet nobis pro una longa syllaba duas breves ponere, hoc exemplo, quia Vergilius anapaestum posuit, ut ‘fluviorum rex Eridanus’: posuit et proceleumaticum, ut ‘abietibus | iuvenes’ et ‘arietat in portas’ et ‘genua labant’.

19 XXXV versus Vergilius tales habet. —] Hi sunt disyllabi, pyrrichius: dictus ab actu pyrrichae; hic etiam pariambus et dibrachus dici-

24 tur. — Tribrachus: hic etiam chorius dicitur. — Dactulus dictus a

370, 2 digito, quia ut tribus unciis digitus, sic iste tribus syllabis constat, longa

3 et duabus brevibus. — Amphibrachus dictus eo, quod unam longam

4 duae breves cingant[is etiam creticus dicitur]. — Amphimacrus dictus

7 a contrario, quod mediam brevem duae longae cingant. — Duplices pedes dicti qui et compositi, quoniam bini dissyllabi istos sedecim maiores

6. 10 faciunt. — Antibacchius ipse dictus est et palimbacchius. — *Diiam-*

11 *bus* ex brevi longa brevi et longa. — *Ditrochaeus* ex longa brevi

14 longa et brevi. — *Ionicus minor*: hic etiam ionicus *ἀπὸ ἐλάσσονος*

15 dicitur. — Ionicus *maior:* hic quoque ionicus | *ἀπὸ μείζονος* vocatur. —

Cod. Bern. V 1*—3. 1 est longa *om.* 2 cum *om.* 3 est longa sic *om.* memorasa 6 inceditur 9 denumeratio 10 in passus 16 metra quia 18 breuis 21 pyrrechius dictus 22 pyriambus 24 ut] aut digitus] signatus 26 is] his 27 quod] quo 28 maiore faciunt 29 antibacchus dictus est epalimuacchius ex berbi 30 ditrochaeus *om.* 31 ionicus minor *om.* apo elassono 32 maior *om.* apomizonos uocatur hii etiam ippii

---

1 hoc erat] *Verg. Aen.* II 664 solus] *Verg. Aen.* IIII 22 3 Mezenti] *Verg. Aen.* XI 7 nemorosa] *Verg. Aen.* III 270 8 et tempora ordinant pedes *Putschius. fortasse* ex pedibus metra numerantur. syllabae et tempora conputantur et ordinant pedes 13 fluviorum] *Verg. georg.* I 482 14 arietat] *Verg. Aen.* XI 890 genua] *Verg. Aen.* XII 905 abietibus] *Verg. Aen.* VIIII 674

p. 1885. 86 P.

Epitriti: hi etiam hippii dicuntur. — Συζυγίαι dicuntur latine con- 370,21.27
iunctiones. — Deinceps alii: quorum nomina in usu non sunt. pro-
prii pedes sunt XXVIII. — Pedes quattuor: [ratio varietatum haec est: 28
quot varietates fuerint, tot et pedes sunt, quia una syllaba duas varieta-
tes habet, aut brevis est *aut longa*] quia duae syllabae quattuor varietates
habent, quia aut longae sunt aut breves, aut una longa et una brevis, aut
una brevis et una longa. trisyllabi sedecim pedes per varietates similes
faciunt XXXII, tetrasyllabi sexaginta et quattuor cum || trisyllabis geminati.
— Ideo excepto amphibracho, quoniam amphibrachus caret divisione, 30
quia pes qui illum antecedit, amphimacrus, quinque tempora habet et iste
quattuor, nec duplum est nec aequum nec sescuplum * | ideo epitritus, 31
sive quia septena tempora; et paeones quina, ideoque integra divisio inter
ipsos, nec dupla sed sescupla esse potest, quia semis minus est. sescu-
plum enim est dimidium de duplo. — Enim aequa divisio est: aequa
divisio unum et unum, duo et duo; dupla unum et duo, duo et quattuor, 33
quattuor et octo; [tripla et] sescupla tria et duo aut duo et tria. quotiens
una pars alteram partem medietate partis vincit, tunc sescupla est, ut in
paeonibus. [aequa dactulica] amphibrachus nullam de tribus habet divisio-
nem, quoniam, si mediam longam ad arsin adicias, tres erunt in arsi et
una in thesi; si ad thesin adhibeas, unum erit [unum] tempus in arsi et
tria in thesi, quae res nec aequam nec duplam nec sescuplam significat
divisionem. similiter et epitriti quattuor — Metri pedes legitimi: [qui 35
sunt | naturales, in heroico spondius; nothi degeneres, ut si dicas nothus
de patre nobili et matre ignobili.] legitimi sunt spondei, quia primi ipsi
inventi sunt et ex ipsis alii facti nothi [simplices]; nothi dactuli, quia
fracta syllaba spondei factus est nothus, inde facticius [ut Vergilius
supposita de matre nothos furata creavit].

DE ACCENTIBVS

Accentus dicitur partium orationis. quid igitur accentus dicuntur? 371, 2
et toni dicuntur et tenores. acutus qui cursim profertur, ut árma, excusso

---

Cod. Bern. V 3—4. 1 dicuntur latine (*corr.* -nae) coniunctiones dicuntur deinceps 3 haec] hoc 4 quot] quo sunt] sint 5 habent aut longa *om.* 7 tressyllabi *corr.* trisyllabi 8 XXXII] XXXU 9 amfibracho amfibrachus amfimacrus 11 nec aecum nec sexscuplum 12 quia] qua ideque 13 secsuscupla *corr.* sed sescupla 14 enim a qua diuisio 16 medietatem parte . is 17 amfibrachus nulla 19 ad arsis adibeas 20 in arsin et tria in thesin 21 nec duplum nec sescuplum et epitriti et quattuor 23 matri 29 orationis] oratorum quid igitur *edidit Putschius, mihi esse videbatur* quidicitur 30 cursum arma *et* roma *sine notis accentuum*

---

7 *fortasse* tres syllabae octo, quattuor syllabae sedecim pedes per varietates similes faciunt. *sed praeterea de expositione pedum duplicium, ad quam reliqua pertinent, quaedam excidisse necesse est* 12 septena tempora habet et paeones *Putschius. aut ante* ideo *aut post* tempora *quaedam de definitione epitritorum excidisse videntur* 26 Vergilius] *Aen.* VII 283 29 *fortasse* accentus dicitur quasi adcantus partium orationis

p. 1886–88 P.

enim sono dicendum est; circumflexus qui tractim, ut Rôma; gravis qui
371, 3 pressa voce habet accentum. — Circumflexus acutus: hanc habent observationem, in graecis nominibus [syllabis] accentus est in ultima penultima et antepenultima; in latinis ultima syllaba | accentum non habet. sane a fine, hoc est ab ultima, conputandi sunt accentus. tria habet cognomenta accentus: aut toni sunt aut tenores aut accentus, toni a sono,
6 accentus ab acuendo, tenores ab intentione. — Non || tenebit nisi penultimum locum: apud Latinos loca, quae circumflexus aut acutus
7 dimiserit, gravis possidet. — Et hoc illi non est commune cum ceteris: quia non sibi vindicat locum, sed dimissum ab aliis possidet. —
8 Ergo monosyllaba: in omnibus monosyllabis nominibus, sive quae breves fuerint natura, sive quae positione longae factae fuerint, non habent nisi acutum accentum. si vero ipsa monosyllaba natura longa fuerint,
11 non positione, non habent nisi circumflexum accentum. — In disyllabis quae priorem: in omnibus disyllabis [omnibus: quattuor pedes sunt | disyllabi, qui toti nothi sunt] in penultima, sive longa sit sive brevis, non habent nisi acutum accentum. solus trochaeus circumflexum accentum habet in penultima, si natura longa fuerit. qui si positione habuerit pe-
15 nultimam longam, et ipse mutat accentum et acutum recipit. — Trisyllabis et deinceps: omnes pedes trisyllabi * sive in penultima acutum accentum habet. solus amphibrachus, si penultimam natura longam habuerit, circumflexum accipit. qui, si penultima positione fuerit longa, mutat accentum et acutum recipit. in dactulo in antepenultima acutus
21 ponendus, sive natura sit sive positione longa. — Perosus et Cethegus amphibrachus pes est: penultima ipsius, si natura longa sit, circumflexum recipit. quae si positione longa fiat, mutat accentum et in antepenultima acutum recipit. notandum hunc solum | pedem circumflexum accipere, si penultima natura longa fuerit.

Ratio accentuum. Tribrachys, ut macula, in antepenultima acutum habet. molossus, ut naturae, *sive natura fiat* sive positione, in penultima acutum habet. anapaestus, ut Erato, quovis modo in antepenultima acutum habet. palimbacchius, qui et antibacchius, *ut* natura, quovis modo in penultima acutum habet. amphibrachys, ut carina, in penulti||ma

---

Cod. Bern. V 4—5*. 6 thoni thoni 7 ab hacuendo ab institutione 8 loncum aput aut actus 13 si uero in ipsa fuerit 16 disyllabi] syllaui 18 natura longus 20 denceps omnes 21 amfibrachus si penultima 22 quem si penultimam positionem 23 mutat] mut 24 cetegus amfibrachus 25 longa sit] longa (*corr.* -gae). si 26 in antepenultime 27 notam dum pede 29 tribracys 30 sive natura fiat *om.* in antepenultimam 32 antibacchus natura 33 in penultimam amfibrachys in penultimam

---

15 sunt dissyllabi *Putschius. fortasse* omnes quattuor pedes disyllabi, qui toti noti sunt, in penultima *etc.* 20 *fortasse* omnes pedes trisyllabi vel in antepenultima vel in penultima acutum accentum habent 32 *ante* palimbacchius *definitio dactyli et bacchii excidisse videtur*

p. 1888. 89 P.

circumflexum habet, si natura longa; si positione, acutum, ut carecta. amphimacrus, ut insulae, quovis modo in antepenultima acutum habet. quinque sunt hi pedes ergo, qui quovis modo in antepenultima acutum habent, tribrachys molossus anapaestus dactylus et amphimacrus. duo sunt, palimbacchius et bacchius tantum, qui quovis modo | in penultima acutum habent. unus est amphibrachus, qui in penultima, si natura longa fuerit, circumflexum recipit, si positione, acutum. in amphibracho haec est ratio: huius penultima si positione longa fuerit, acutum habebit accentum, si natura, circumflexum. providendum est autem ut penultima amphibrachi positione fiat longa: nam si ex muta et liquida fuerit facta positio penultimae, acutus in antepenultimam transit.

In compositis: quotienscumque ex pluribus partibus nomina composita 371, 22
reperimus, non nisi in tribus syllabis accentum quaerimus. in compositis sermonibus aeque unus accentus invenitur, sicut et in simplicibus, quia in tribus syllabis invenitur accentus [in bacchio vero in penultima invenitur | acutus accentus, sive illa positione sit longa sive natura]. interea in antepenultima est. — Accentus in Romanis verbis et in regularibus 24
quaerere debemus. peregrina nomina, quae sunt barbara, vel interiectiones, quae ex affectu animi nascuntur, accentus habere non possunt, heus heu. — Nulli certi sunt: accentus legem dicit pronuntiatione corru- 25
ptam, quia dissyllaba verba vel nomina, quae constat in prima syllaba habere accentum [si tenores], in pronuntiatione accentus ad ultimam transferunt, quae quidem non videtur esse ultima, quia hac coniunctione inpletur periodos. — Saepe conturbat: meminerimus ut graeca verba 27
graecis accentibus pronuntiemus, quae verba in ultimis syllabis accentus habent, quae Latini habere non possunt, ut Dido Nais. | [in his ultimae habent circumflexum accentum.] — Nisi discretionis causa: tunc in 28
latinis verbis in ultima syllaba accentus invenitur, quotiens fuerit discretio verborum separanda, ut || ergo [ut pone, ideo ne verbum putetur imperativi modi], ne coniunctio intellegatur, quae causam significat, ut ultima producatur, in ultima circumflexum recipit. Acutus, gravis, circumflexus, brevis, *ὑφέν*, *διαστολή*. — Ne dicatur *ὑφέν* ‘conspicit ursus’. — *Δασεῖα ψιλή*: *δασεῖα* adspiratio, *ψιλή* siccitas. haec signa apud Graecos.

Cod. Bern. V 5*—7. 2 amphimacrus] amfibrachys in antepenultimam 3 hii in antepenultimam 4 amfimacrus 5 in penultimam 6 habet amfibrachus in penultimam 7 in amfibrachu 9 penultimam amfibrachy 10 longam 11 penultima 12 ex pluribus] in plumis *corr. al. man.* in plurimis 13 repperimus 14 quia in stribus 20 correptum 21 imprima 24 graecis *om.* 29 ideo] ibi 30 causa 31 recipiant 32 conspiciet *corr.* -cit 33 aput graecos positurae ponenda 34 ΔΑCΙΑ *bis*

---

16 *fortasse* interealoci: in antepenultima est accentus 32 conspicit] *Verg. Aen.* VIII 83

p. 1889. 90 P.

DE POSITVRIS

372, 15.17 Positurae a ponendo dictae. unde et theses dictae. — Vt est illud Te-
19 renti, 'facio te apud illum deum'. — Media est:

principio caelum ac terras camposque liquentes
lucentemque globum lunae Titaniaque | astra,

22 propter longum sensum, ut habeamus dilationem respirandi. — Periodos est conclusio totius sensus; comma est caesura finita cum sensu, ut 'Caesar in arma furens'; colon est caesura curta, ut 'Italiam fato profugus'.

ARS SECVNDA

DE PARTIBVS ORATIONIS

26 Ex his duae sunt principales, nomen et verbum: ex nomine et verbo genus ducunt ceterae partes. — Principales: sine quibus loqui non possumus. unde et primae partes orationis ponuntur, quia reliquae harum sunt partes. pronomen hoc est | paene quod nomen; adverbium quae pars sine verbo non patitur; participium habere enim parti nominis et verbi coniungitur; nominis et verbi ponitur coniunctio, * nomini autem praeponitur et verbo; interiectio nomini adponitur et verbo. —
27 Articulum: male dixit Donatus. habemus autem articulos, sed in pronomine, non in nomine, ut Graeci. τὸ ἄρθρον cum in nomine habeant Graeci, interiectionem in adverbio enumerant. heu adverbium Graeci dicunt, Latini interiectionem. ergo nos articulum separatum non habemus,
28 Graeci interiectionem. — Aristoteles duas dicit, stoici quinque, multi novem, multi decem, plerique undecim.

DE NOMINE

373, 2 Nomen aut corporalem rem significat aut incorporalem. corporalia sunt | quae et tanguntur et videntur, ut homo terra mare; incorporalia sunt quae non tanguntur et videntur, ut caelum sol aër; alia quae nec tanguntur nec videntur, ut pietas iustitia dignitas. — Vnius hominis propria nomina appellan||tur [multorum vocabulum faciunt ex se si

---

Cod. Bern. V 7 — 8*. 2 thesis illut ferenti 6 adspirandi principio conclusio 7 coma est caesusrae (*corr.* -urae) in ita cum 8 colon] cola 9 profugus explicit ars prima. inquipit ars secunda feliciter de partibus orationis 20 τὸ] ΤΟΝ 21 enumarant 24 plerique] usque 25 DE NOMINE *om.* 29 hunius *corr. al. man.* unius 30 ex se] exe

2 Terenti] *Adelph.* IIII 1, 19 4 principio] *Verg. Aen.* VI 724 8 Caesar] *Lucan. Pharsal.* II 439 Italiam] *Verg. Aen.* I 2 17 *lacunam, qua quaedam de praepositione exciderunt, indicavi, reliqua corrupta, sicut in codice scripta sunt, reliqui. sententia verborum hoc fere modo restitui potest,* adverbium, quae pars sine verbo non ponitur; participium habet partem nominis et partem verbi; coniunctio nomina et verba coniungit; praepositio nomini praeponitur et verbo

p. 1890. 91 P.

quidem, ut dico Roma Tiberis]. apud veteres haec erat discretio inter nomina et vocabula; nominibus res animales appellabantur, vocabulis res inanimales. sed hoc usus confudit et usurpavit. — *Ternis:* quia quattuor litteris notari praenomen noluit, ne nomina faciamus. — Primae positionis nomina sunt quae dedit natura. — Appellativorum nominum species sunt viginti septem. [item aliud 'cui Remulo cognomen erat'] — Praenomina sunt quae ante nomina ponuntur, nomina sunt propria, cognomenta | familiae, agnomenta virtutis. sciendum vero quod haec veteres confuse proferant. nam et nomina cognomina vocabant, et cognomina nomina dicebant, hoc exemplo, ut 'cui nunc cognomen Iulo' et 'magno demissum nomen Iulo'. ecce modo nomen, modo cognomen dixit. — Sunt etiam: sicut illa superiora ab origine descendunt principalium, a monte montanus monticulus, ita haec originem non habent, unde descendant. ex se videntur esse principalia, ex se diminutiva. — Vt Themisto: haec Themisto, huius Themistus, huic Themisto, hanc Themisto, o Themisto: quinque casus habent Graeci. latine ita declinatur, haec Themisto, huius Themistonis, ut Cicero Ciceronis, huic Themistoni, hanc Themistonem, o Themisto, ab || hac Themistone. sic Calypso, sic Manto, | sic Dido hanc Dido: Vergilius, 'et nomine Dido saepe vocaturum'. — Omnia nomina quae in on terminantur apud Graecos perdunt n ultimam et latina fiunt, ut puta Apollon dicit Graecus, Latinus Apollo dicit. — Calypso *Pan:* hic Pan Panos Pani Pana o Pan, ablativum non habet quia graeca est declinatio. latine Inuus Inui dicitur, id est Panos: Vergilius 'Pometios castrumque Inui'. alii illum Incubonem dicunt, hic Incubo huius Incubonis, huic Incubo hunc Incubum o Incubo ab hoc Incubone, sicut hic botruo *huius* botruonis huic botruo ab hoc botruone. — Vt Polydeuces: graece, latine Pollux, Odysseus graece, latine Vlixes. — Quae notha appellantur: corrupta, media inter graeca et latina, ut Apollo, ut Achilles *pro* Achilleus, Agamemno pro Agamemnon. | — [unum multa significant non] Sunt alia homonyma: homonymum est quod una significatione multos intellectus habet, quia

373, 11 13 11 9 16 18 20 18 19 20 21

Cod. Bern. V 8*—VI 2. 1 aput 3 ternis *om.* 5 omnia sunt *corr.* nomina sunt nominum] nominatim 6 sunt] sum aliut 7 cognominata *corr. al. man.* cognomenta 8 haec] nec 9 comfusae praefereant 10 hoc exemplu' ut qui 12 decedunt 14 descendentia *corr.* descendant ex se] exe *corr. al. man.* ex se ex se] exe 16 latinae 17 huius themistudinis huic themistudini hunc themistudinem 18 hac themistudine 20 quaenon aput 21 fiunt] sunt 22 calypso hic patit panos (?) pana o pana 23 latinae inios ipsius det id est 24 Pometios] panetios illum cubonem 26 huius *om.* 28 correpta 29 pro *post* Achilles *om.* 30 pro agamnenon omonyma omonymum 31 significatio

6 cui] *Verg. Aen.* VIII 593. *exemplum Vergilii ad ea quae infra v.* 10. *adscripta sunt pertinet* 10 cui nunc] *Verg. Aen.* I 267 11 magno] *Verg. Aen.* I 288 12 descendunt *Putschius* 19 Vergilius] *Verg. Aen.* III 383 23 latine Inuus Inui *Putschius* 24 Vergilius] *Verg. Aen.* VI 776 25 huic Incubo hunc Incubum *et* huic botruo *sic ut in codice scripta sunt reliqui. nam hoc docuisse videtur grammaticus,* hic Incubo *et* hic Incubus *dici, sicut* hic botruo *et* hic botruus

p. 1891. 92 P.

nepotes et consumptores dicimus et adfines, ut aciem oculorum dicimus
373, 22 et exercitus [haec utraque declinatione flectuntur]. — *Sunt alia synonyma:* haec contraria sunt homonymis, cum una res multa nomina
23 habet. — Patronymica: ista non solum a patribus appellantur, sed *et* a matribus vel avis, ut Aeacides: patronymicon est, dum ab avo perhibeatur. quo modo tribus modis exeunt masculina, sic tribus modis exeunt feminina, ut Peleias Atreias Nereias, sic item Atreis Peleis Nereis, sic
26 Atrine Peline Nerine, ut Vergilius 'Nerine Galatea'. — Vt Atrides:
28 trina regula, ut Atrides Atreius Atreion. — Vt Nerine: Atrine Nerine, ut 'Nerine Galatea', [ita et Galatea] ita et Nereia. — Ctetica dicuntur | quae coniunctionibus gaudent, hoc est quod aliis copulantur nomi-
374, 2 nibus, sicut exempla docent. — Ctetica dicuntur possessiva — Mediam significationem habent, quia et exercitum magnum dicimus et virum; sic et fortem. quae a nobis mediae significationis dicuntur, a Graecis epi-
1 theta vocantur. — Cum dicimus Euandrius Pallas, patronymicum est;
373, 23 ensis, possessivum. — Et a matre ita fiunt patronymica, ut Vergilius 'et Inoo Melicertae'; erit nominativus Inous Melicerta. haec ab omni-
374, 4 bus cognatis || fiunt, nec a sororibus penitus. — Haec etiam adiunctiva. — Qualitatis [ut magnanimus Aeneas] ut bonus: qualitas trahitur per
5 mores, quantitas per magnitudinem — Alia gentis: inter gentilia nomina et patronymica hoc interest: gentilia nomina | a provinciis veniunt, patronymica et a civitatibus. — Quantitatis ad mensuram refertur, ut
6 ostendat quantus sit. — Vt unus: numeri nomina ab uno usque ad tres declinamus; a tribus usque ad centum *non declinamus;* a centum usque
7 ad mille *declinamus.* — Inter primum et priorem hoc interest: prior dicitur de duobus, primus de multis, sicut alter et alius; alter de
8 duobus, alius de multis dicitur. — Vt de duobus [haec ab auctoribus corrupta sunt] *alterum* dicimus: ut spondei alteram longam dicimus, de multis primam, ut dactyli et reliqua. — Ad aliquid dicta: [ad personam respicit] inter *ad* aliquid et *ad* aliquid qualiter se habentia hoc interest, quod *ad* aliquid *ad* personam respicit; ad aliquid qualiter se habentia ad locum respicit, non ad personam [dexter dexterior sini-

---

Cod. Bern. VI 2—3. 1 acies 2 utrisque declinationis sunt alia synonyma *om.* 3 omonymis nomina] omonyma 4 habet ista non solum a patribus patronymica appellantur sed a 5 eacades peribeatur 7 aut peleias atrias sic item atris pelis neris sic atridae pelidae neridae 8 nerinae galatea 9 Atreius Atreion] atrius atreon 11 alii is 13 habet quia ad exercitum 15 euandius 16 possessiuam 17 et ino melicerte inousque melicerta 22 ut hostendat 23 ut hunus 24 non declinamus *post* centum *et* declinamus *post* mille *om.* 27 haec] hae 28 alterum *om.* 29 mul *corr. al. man.* multis 30 inter aliquid et aliquid abentia 31 quod aliquid personam recipit

---

10 Nerine] *Verg. bucol.* 7, 37 11 quae coniunctionibus — docent *ad definitionem epithetorum pertinere videntur* 17 et Inoo] *Verg. georg.* I 457 *fortasse* nec ab omnibus 21 patronymica *grammaticus dixisse videtur quae* patriae nomina *Donatus appellavit*

p. 1892. 93 P.

strior comparativus est]. — Vt pater frater: ad aliquid non sine 374, 9
causa, | quia et pater a filio intellegitur et filius a patre, frater a fratre.
— Vt dexter sinister: quia ex dextro sinistrum intellegimus, ex sinistro dextrum. — Haec comparativum admittunt: quia facit dexte- 10
rior, sinisterior; frater fratrior facere non potest. — Sunt alia gene- 11
ralia: ut in rhetoricis generale et speciale est, sed species pendens de genere. — [de verbo] Alia facta de verbo: haec nomina verbialia 12
dicuntur, quae de verbis fiunt. [dictor facit dictrix, lector facit lectrix, auctor non facit auctrix, quia est communis generis]. tunc intellegimus, quando feminina faciunt, quando communia sunt: si *a* verbis originem habuerint, unde descendunt, faciunt femininum, ut cantor ideo facit cantrix, quia facit verbum canto; auctor, quia verbiale non est, | ideo est commune, licet aliquanta contra regulam auctoritate sint usurpata. — Vt dictor lector: gerundi ultimo tempore ultimam syllabam in or vertet, et faci- mus nomen. amatu ultimum tempus est, amator, cantatu cantator, cano canis || canit cantu cantor facit, nutrio nutritor. — [Qualitas a tribus 4
trahitur rebus, ab animo, ut doctus stultus, a corpore, ut pulcher turpis, extrinsecus, ut dives fortunatus; quantitas vero a corpore, ut altus parvus.] — Alia verbis similia: ista nomina non solum nomina sunt, 13
sed et verba nam dicimus comedo comedis comedit [et * sicut edo es est], et facit hic comedo huius comedonis. sic et palpo palpas palpat et hic palpo huius palponis; sic et verbero verberas verberat et hic verbero huius verberonis. sic et contemplator est verbum futurum | passivi imperativi, ut contemplator contempletur; est et nomen hic contemplator huius contemplatoris. sic et speculator est verbum futurum deponentis, speculator speculetur; est et nomen hic speculator huius speculatoris. similia verba *a* nominibus ita discernuntur, quod nomina casibus serviunt, verba temporibus declinantur. participia a nominibus et a verbis sic discernuntur, quod nomina casibus iunguntur, verba temporibus.

Conparationis gradus: ascensus quidam ad amplificandam signi- 15
ficationem gradus sunt dicti. — Vt demens: ista nomina participiis 13
praesentis temporis similia sunt. sed participia et nomina * quando significationes suas servant, participia sunt; quando comparationem recipiunt, nomina. | si est casus accusativi, praesentis temporis est participium; si

Cod. Bern. VI 3—5. 4 admittuntur 6 retoricis speciales sed 8 fiunt] faciunt facit dictix facit lector facit lectix 10 femina quando] quia si uerbis habuerit 12 communes licet aliquanti contra regula auctoritatis susurpatio 15 amator ultimum tempus est amator cantatu cantaturo cano 16 cantor] cantator *corr. al. man.* cantor nutritur 17 a corpore a pulcher 19 verbis] uersis 23 huis 24 ut contemplator] ut contemplor est et] este 26 est et] este hic speculatur 27 a *om.* 28 disernuntur 34 nomina si praesens tempus est participium est casus accusatibi si genetiui

32 *lacuna quam indicavi haec fere excidisse videntur*, casibus et conparatione discernuntur

p. 1893. 94 P.

genetivi, nomen. metuens quaerendum est utrum participium an nomen sit: si genetivo servit, nomen est, ut metuens tui; si accusativo, participium, ut metuens te. participia praeteriti temporis a nominibus ita discernuntur, ut, si participia fuerint, secundae sint declinationis, ut puta hic visus huius visi; si nomina fuerint, quartae sint declinationis, ut hic
374, 15 visus huius visus. — Superlativus positivus: positivus non est gradus, nullam habet alterius expressionem conparatam. doctus simplicitudo est,
16 non collatio. — Vt fortior: notandum quod conparativus gradus ablativum singularem semper in e mittit, ut ab hoc for||tiore doctiore. —
17 Semper communis est: non semper generis communis est, quia invenitur nomen in comparativo gradu, quod non sit generis communis, ut senior. senior vero de viro dicimus, de muliere dicere non pos|sumus,
21 sed dicimus magis anus. — Nam pro comparativo magis: magis comparativus est et ideo cum comparativo non ponitur, quia duo comparativi poni non possunt (nam est soloecismus), | sed positivo adiungitur
24. 25 magis. — Extra hanc formam: extra hanc regulam. — Comparatio nominum: comparatio in comparativo et superlativo est. positivus pro gradu non accipitur, quia ipse id est, quod est et nomen, quod est et
27 genus, quod est et casus. — Et absolutus: quia solus nomen declarat. — Comparativus gradus praeponitur: tanta vis est comparativi
28 gradus, ut interdum et superlativum vincat. — Vt stultior: nam stultior plus significat quam stultissimus: Ovidius in nono Metamorphoseos

non hoc inimica precatur,
sed quaecumque tibi iunctissima iunctior esse
expetit.

— Doctior dicunt grammatici comparativi gradus esse, cum res ipsa doceat et sensus esse praelativi. nam *cum* dico ‘doctior hic illo’, non tam ei videor alterum conparare | quam praeferre. quare potius ille dicendus est comparativus, quando tam vel sic adverbia iungimus positivo, ut puta ‘tam doctus hic quam ille’, ‘sic doctus hic ut ille’. ergo quattuor sunt
28 gradus. — A positivo: comparativus aliquotiens minus a positivo significat, ut ‘mare Ponticum dulcius quam cetera’ [quo dulcius

---

Cod. Bern. VI 5—6*. 1 participiaman 4 sint] sunt 7 expraessionem 8 collatio qualitas a tribus trahitur rebus ab animo ut doctus stultus a corpore ut pulcher turpis extrinsecus ut diues fortunatus quantitas corpore ut altus paruus ut fortior 10 cummunis *priore loco* 13 anus qualitatem significant qualitas a tribus trahitur rebus ab animo ut doctus stultus a corpore ut pulcher turpis extrinsecus ut diues fortunatus quantitas uero a corpore | ut altus paruus nam pro 15 solycismus 18 ipsius ut est 19 ut absolutus 21 uincat nam nam (*deleto priore* nam) stultior plus significat quam stultissimus ut stultior onidius 22 metamorforeos 23 praecatur 26 res] pes 27 nam dico illo] illis 28 quare] quale 31 gradus appositiuo

---

22 in nono metamorphoseos] *v.* 548 32 quod dulcius mare est quam communia maria sunt. dulcius quam pro dulcius quam sit aliud mare dulce *Putschius. fortasse* quo modo dulcius mare est, cum omnia maria amara sint?

p. 1894. 95 P.

mare est communia amara sint. dulcius quam pro dulci], quasi sit aliud mare dulce. — Vt iam senior: seniorem hic dixit [magis] iuvenem, 374, 31 non magis senem, cui est viridis senectus. ergo hic comparativus minus a positivo significat. — Ista nomina diminutiva sunt et ab inprudentibus 33 conparativa intelleguntur. nam grandiusculus diminutivum est, *non* conparativum. — Aut magis: istae omnes particulae nec com||parativo 375, 1 *nec superlativo* iunguntur, nisi tan|tum positivo: qui comparativo et superlativo voluerit iungere, vitium facit. — Non ablativo tantum, sed et se- 4 ptimo et nominativo adiecta particula quam. [superlativus.] — Compara- tivus non solum septimo casui iungitur, sed et nominativo. — Troia- 9 norum fuit: si dixeris Graecorum, vitiosum est. — Dum dico 'Iuppiter 10 optimus maximus', comparari non potest, quia ad ipsum solum pertinet, si quidem nemo est alius Iuppiter; et Aeneas fortissimus, id est fortis. — [Comparativus generis communis est excepto senior, quia *magis* anus facit. —] Nominativo: comparativus gradus interdum servit nominativo. 11

Casus nominativi: quia articulis discernimus genera. — Epi- 14. 22 coenon: inter commune et epicoenon hoc interest: commune duobus articulis declinatur, dicimus enim hic et haec | sacerdos; epicoenon *uno*, nam dicimus hic passer et haec aquila. — Vt haec Eunuchus: quia 25 ad comoediam retulit, ut 'Eunuchum suam'. — Feminina sunt: ut 27 Terentius 'mea Glycerium'. — Neutra, ut poema: haec equidem 28 neutra sunt, sed apud antiquos feminina erant. — Vt pelagus vulgus: 29 * Ista in singulari neutra sunt, in plurali masculina. — Vt balneum 30 Tartarus: Tartarus in singulari masculinum est, in plurali neutrum. — Caelum: caelum in singulari neutrum est, in plurali masculinum, hi caeli. 31 — Hoc caepe et hae caepae. — Porrum porri in singulari neutrum, in plurali masculinum. — Locus: hic locus et haec loca, in singulari masculinum, in plurali neutrum [hic locus et haec loca]. — Fori: foros generis masculini dicimus, locum tabulatum | navis, ut 'implessemque foros flammis'. fora autem, ubi deambulamus, neutro appellamus. — Sunt 31

Cod. Bern. VI 6*—8. 1 aliut 5 non *om.* 6 articulae 7 nec superlativo *om.* qui] quia 11 uisiosum *corr. al. man.* uiciosum 12 quia] qui 13 aener *corr. al. man.* aeneas 14 magis *om.* 16 epicoenum *corr. al. man.* -non, *itemque postea* 18 declinantur uno *om.* 19 ut heunuchus qui ad 20 ut heunuchum sunt terentius ut mea 22 aput 23 erunt *corr. al. man.* erant 25 implurale femininum (*corr. al. man.* masculinum) ut hoc caepae et haec caepae masculinum ii (*corr. al. man.* hii) caeli porrum 26 implurali masculini 27 haec loca loca loca in singularis masculina in plurali neutra 29 dicimus cum inuilicum nauis 30 neutri

---

20 Eunuchum suam] *Ter. Eunuch. prol.* 32 21 mea Glycerium] *Ter. Andr.* I 1, 107. V 6, 5 *fortasse* haec nunc quidem 22 *post* pelagus vulgus *ea quae ad haec vocabula explicanda adscripta erant exciderunt. nam quae sequuntur ex expositione nominum quae in singulari numero alterius generis et alterius in plurali sunt relicta sunt* 29 dicimus cum innui locum *Putschius: cf. Pompei. p.* 151 *ed. Lind. Serv. in Verg.* IIII 605 *Charis. p.* 71, 29. 32, 19. *Non. p.* 428. 447 implessemque] *Verg. Aen.* IIII 605

p. 1895. 96 P.

375, 32 item nomina: ideo quia pro voluntate dicentis est. — Et femininum, ut cortex: quia quovis genere declinantur, sive masculino sive feminino. 33 — Radix finis: finis, 'hic finis fandi' et 'quam fessis finem rebus ferunt'. — Stirps adfinitas feminini generis est, ut 'heu stirpem invisam' domus; masculini, ut

sed stirpem Teucri nullo certamine sacrum
sustulerant:

Horatius 'stirpesque raptas'. — Penus: [penus] hic penus || Plautus in Pseudulo,

nam nisi mihi penus annuus hodie convenit;

haec penus Pomponius,

quo pacto caream tam pulchra peno.

haec penus huius penus, hic penus huius peni, ut est haec manus huius manus, hic panus | huius pani. penus per omnia genera declinamus. — Pampinus: pampinus et dies generis sunt communis: hic pampinus Accius in Bacchis,

deinde ab iugulo pectus glauco pampino obnoxae
obtexunt;

haec pampinus Lucilius,

purpureamque uvam facit albam pampinum habere.

34 — Clipeus masculini, ut 'ingentem clipeum informant'; neutri 'clipeum super intonat ingens'. — Vulgus neutri generis, saevitque animis ignobile vulgus', masculini 'in vulgum ambiguas'. — Specus: specus et generis est masculini et neutri, *neutri* 'hic specus horrendum'; masculini Horatius, 'quos agor in specus'. — Vt buxus: buxus feminini,

tympana vos buxusque vocat Berecynthia matris,

Cod. Bern. VI 8, 8*. 1 quia] qui uolumtate (*corr. al. man.* uoluntate) dicendus est 2 genera 3 fundi 4 ut eusfripem 5 mascolinini 6 centamine sed] si 7 oratius 10 hodie] ozie comuenit *corr. al. man.* conuenit 11 pompenius 12 pulchram 16 acius 20 facet 23 uulgus masculinum 24 neutri *semel scriptum est* 25 oratius ut buxus buxum mascilinum tympana 27 uerecynthia maris

---

3 hic finis] *Verg. Aen.* X 116 quam fessis] *Verg. Aen.* III 145 4 heu] *Verg. Aen.* VII 293 5 domus *ad explicandum priorem Vergilii versum adscriptum alterius significationis definitionem expulisse videtur, ut scriptum fuerit* arbor masculini. *Horatii autem exemplum adscriptum est, ut hac quoque significatione femininum genus usurpatum esse probaretur. quamquam si plura perturbata sunt, sic restitui ordo verborum potest,* stirps feminini generis est, ut 'heu stirpem invisam', Horatius 'stirpesque raptas et pecus et domos', masculini ut etc. 6 sed stirpem] *Verg. Aen.* XII 770 8 Horatius] *carm.* III 29, 37 raptos *Putschius* 9 in Pseudulo] I 2, 45 (378 *R*) 12 pulchra penu *Charisius p.* 140, 11, *quod ipsum voluisse videtur Cledonius* 17 obnixe obtegunt *coniecit Grotius* obnixum obtegunt *Hagenus* obnexae tegunt *Bothius poet. scen.* V 1 *p.* 189: *cf. Boeckh. Graec. trag. princ. p.* 312 21 ingentem] *Verg. Aen.* VIII 447 clipeum super] *Verg. Aen.* VIIII 709 22 saevitque] *Verg. Aen.* I 149 23 in vulgum] *Verg. Aen.* II 99 24 hic specus] *Verg. Aen.* VII 568 25 Horatius]*carm.* III 25, 2 27 tympana] *Verg. Aen.* VIIII 619

p. 1896. 97 P.

neutri, 'et torno rasile buxum'. et buxus buxi, quo modo pampinus pampini. | — Sunt etiam genera nominum fixa, sunt mobilia: 376, 1
quae moveri non possunt. — Genus flecti non possunt: nam nec 2
masculinum de se faciunt nec neutrum, frater pater. — Mobilia autem: 3
mobilia sunt quae in alterum genus transeunt et de masculinis faciunt feminina, malus mala malum. — Sunt item alia nec in totum fixa 5
nec in totum mobilia, sed ex parte fixa, ut draco dracaena, leo leaena: non facit draca. haec fixa esse non possunt, quia licet non recte, tamen faciunt feminina. mobilia [certa] non sunt, quia non faciunt rex rega, gallus galla, quo modo doctus docta. sed et haec lea dicitur: Ovidius libro quarto Metamorphoseos

ut lea saeva sitim multa compescuit unda.

Haec in diminutivo genus mutant, acus acula, hoc scutum | haec scutella, 7
hoc pistrinum haec pistrilla, hic et haec canis et haec canicula.
Nomen in a vocalem desinens nominativo casu numeri 10
singularis aut masculinum est, ut Agrippa, aut femininum, ut Marcia, aut neutrum, ut toreuma: a terminata tantum masculina *et* feminina sunt et com||munia latina; neutra vero graeca tantum possunt reperiri. notandum quod a terminata nomina generis masculini feminini et communis primae declinationis sint, neutri tertiae — Sed tamen 12
graecum: quia latinum non invenis a terminatum. — Nomen in e vocalem desinens: e finitum duo genera tantum excipit, femininum et neutrum. — Ideo graeca, quia latina numquam *a* terminantur neutra. sed inveniuntur barbara, ut flu|men Turia vel alia. — Ostrea si primae declinationis fuerit, sicut Musa, feminino genere declinabitur, ut ad animal referamus; si ad testam, ostreum dicendum est neutro genere et ad secundam declinationem, ut sit huius ostrei, huic ostreo, quia dicit Varro nullam rem animalem neutro genere declinari. * sed latinum, ut sedile. — Nomen in i vocalem desinens casu nominativo numeri singularis 14
aut neutrum graecum est, ut sinapi gummi: tantum monoptoton excipit vel aptoton. — Trium generum est aptoton, ut frugi: apto- 16

Cod. Bern. VI 8*—VII 2. 1 tornor asyle *corr.* -lae 3 noueri 4 mouiliarumouilia sunt 7 draco dracena leo leena 10 lea] hea 11 metamorfoseos 15 desinens reu nominatiuo casus singularis 16 agrippa ut femininum 17 masculina feminina 18 latina et neutra graeca uero graeca 19 repperiri masculinis 20 tertiae quia latinum non inuenis a terminatum sed tamen graecum nomen in e 22 finita 23 et] cum a *om.* 24 truria ostria 25 ad animam 26 sic ad testam ostrium 27 huic ostreo] sicui ostri dicitur uarro 29 desinens aut neutrum neutrum est ut — uel aptoton casus nominatiui singularis trium 30 cummi 31 frigi

---

1 et torno] *Verg. georg.* II 449 9 mobilia certe non sunt *Putschius* 11 libro quarto] *v.* 102 25 ad animans *Putschius* 27 *Varronis praeceptum ad librum undecimum de lingua Latina rettulit Wilmanns de Varr. libr. gramm. p.* 32 *et* 151: *cf. Serg. explan. in Don. p.* 492, 37 *sqq.* 28 sed latinum ut sedile *ad ea quae supra v.* 21 *de nomine in e vocalem desinente dicta sunt pertinent. videtur autem adnotatio de femininis graecis excidisse. quare lacunam indicavi*

p. 1897. 98 P.

ton quod unum casum tantum habet et in alios casus non mutatur. nam dico hic et haec et hoc frugi, huius frugi, huic frugi, hunc et hanc et hoc frugi, o frugi, ab hoc et ab hac *et ab hoc* frugi, sicut nihili. inter aptoton et monoptoton hoc interest: | ✻ monoptoton est ubi omnes casus
376, 18 similes sunt. — Commune, ut pumilio: vel pusio. pumilio dicitur brevis staturae. inter parvum et pumilionem hoc interest: parvus est qui
20 potest et ✻ — Tantum neutrum est: et haec aptota sunt, unum casum habent in singulari numero tantum, in plurali per omnes casus declinantur. — Vt cornu genu gelu: quia indeclinabilia sunt in singulari. *genu* facit genua, sicut *veru* verua et specu specua. gelu gelua facere non potest, quia plurali numero caret. nam tonitru facit *tonitrua* tonitruum tonitribus, sicut *cornua* cornuum cornibus.

Sunt nomina quae in numero deficiant, quae pluralem habent, singularem non habent; quae singularem habent, pluralem non habent. —
24 Sunt etiam numero communia: in tertia quarta et quinta declinatione communis numerus invenitur. — Communia, | *ut res* nubes dies: haec res hae res. quotiens nomi||nativus numeri singularis et pluralis
25 pares sunt, communis est numerus. — Semper singularia generis masculini, ut pulvis: pulveres apud Horatium,

novendiales dissipare pulveres.

26 — Semper pluralia, ut manes Quirites: licet Horatius singulari numero Quiritem dixerit [quamvis Iuvenalis 'donavit Quiritem'], sed usurpative usus est, et sic declinatur, hic Quiris huius Quiritis. et compedem singularis numeri dixit, cum sit pluralis. — Semper singularia generis feminini, ut pax: usurpavit Sallustius, qui dixit 'bella atque
28 paces exercebant'. ita et scopae dici debet, quia res quae de pluribus constat singularis esse non potest. sic scalae mappae quadrigae. — Singularia generis neutri, ut pus virus: superfluum est in hac re numerum quaerere, quia indeclinabile est; | sed tamen legimus apud Lucre-
30 tium 'tetri primordia viri'. — Consuetudine usurpata sunt, ut vina: vina apud Tullium in Verrinis, 'vina Graeca ceteraque

---

Cod. Bern. VII 2*—3*. 1 habeat 3 et ab hoc *om.* nihil interea aptoton 5 ut pumilios uel 9 sunt in in singulari facit genua sicut nerba et specu 11 nam tonetru (*corr. al. man.* tonitru) facit nerba (*corr. al. man.* nerva) et facit tonitruum 12 cornua *om.* 13 deficiant (*corr. al. man.* -unt) quae plurales 15 tertia] III 16 ut res *om.* 19 aut (*corr. recenti manu* aput) oratium 20 puluere *corr. al. man.* -res 21 oratius 23 usurpatiuae 25 adque 26 scopae debent de pluralibus 27 potes quadrigrae 29 aput 31 aput caeteraque

---

4 *lacuna quam indicavi alia definitio nominis aptoti excidisse videtur* 19 apud Horatium] *epod.* 17, 48 21 Horatius] *carm.* II 7, 3 quis te redonavit Quiritem 22 Iuvenalis] *sat.* 8, 47 tamen ima plebe Quiritem facundum invenies. *Iuvenalis exemplum una cum versu Horatii postea adscriptum esse videtur* 23 compedem] *Hor. carm.* IIII 11, 24 compede vinctum *epod.* 4, 4 dura compede 25 Sallustius] *Iug.* 31, 20 26 scopae esse debent *Putschius* 29 apud Lucretium] II 476 31 in Verrinis] *act. sec.* I 36, 91

p. 1898. 99 P.

quae ex Asia facillime conportantur'. — Vt vina mella ordea: 376, 31
Cornificius Gallus inde reprehendit Vergilium,

ordea qui dixit, superest ut tritica dicat.

— Semper pluralia eiusdem generis, ut arma: quotienscumque ista nomina in nominativo plurali ante ultimam vocalem a i habuerint, semper genetivum in ium mittunt; si consonantem, in rum, ut moenia moenium, castra castrorum, licet veteres contra artem moeniorum dixerint et anciliorum, ut

anciliorum oblitus nominis et togae.

Vt populus: dum sint singularis numeri populus et contio, plurali intel- 377, 1
leguntur, quia populus et contio ex multis est, | non ex uno.

Nugigerulus conponuntur: figura conposita inventa est ornatus 7
causa. nam maxim ea iuris peritis inventa est, qui duo verba composuerunt vel nomina, fideicommissum, iurequiritium. — Inexpugnabilis: notan- 8
dum quia quaecumque fuerint nomina composita, si a duplici conponi possunt, simplicia sunt; quia cum dico expugnabilis, compositum est et tamen simplex est, quia facit inexpugnabilis. || aliud enim significat expugnabilis et aliud inexpugnabilis. propterea videtur non secundum compositum. — 9
Quae ex duobus nominativis composita sint: quia duo nominativi per omnes casus inflectuntur; si nominativus cum alio casu fuerit, nominativus tantum inflectitur, alius inmobilis manet. hic paterfamilias: *familias* indeclinabile est, | quamquam multi dicant esse genetivum graecae declinationis. sed melius dicetur nomen esse indeclinabile, quoniam non licet latinum graeca regula declinari. — Vt praefectus equitum: * ut praefectus 12
vigilibus elocutio est, non nomen, hoc est qui praeest vigilibus, quia necesse est aliquid interponi, quia magis ad participium refertur, quia praeficior facit praefectus, ut commendor commendatus, trador traditus [ita et praefectus urbis. genetivo iungitur, ut 'inmitis Achilli']. — Quae aut 14
composita sunt: ne videatur esse contrarium quod dicit nomina conposita non debere componi, quippe cum superius dixerit ex pluribus posse conponi, inde intellegendum est, quod iam compositum est in contrarium sensum non posse conponi. ut puta felix sensum suum habet; | contrarium

---

Cod. Bern. VII 3*—5. 1 quae] qua facillima 3 dicat] dica 4 genere 6 ium] tum *corr.* ium si] .s. 7 artem] arce 8 et anchiliorum ut ancholiorum 12 ornatos 14 iuraequiritium expugnauilis 15 si adduplici 17 aliut 18 aliut secundo *corr. al. man.* -dum ' 21 familias *om.* 24 regula] multa 26 quia praeficio 27 ut commendos 28 aut] autem

---

2 Cornelius Gallus *coniecit Spaldingius in Quintil.* I 5, 16: *cf. Vngerus de Valg. poem. p.* 392. *I. Beckerus ephem. antiq. (Ztschr. f. Alterth.) a.* 1847 *p.* 1065. *Ribbeck. prol. in Verg. p.* 96 9 anciliorum] *Hor. carm.* III 5, 10 24 graeco more declinare *Putschius: cf. Pompei. p.* 190 *ed. Lind.* apud maiores enim nostros pleraque nomina ad ritum graecum declinabantur 28 inmitis Achilli] *Verg. Aen.* I 30. III 87. *verba, nisi omnino ab hoc loco aliena sunt, eo consilio adscripta esse videntur, ut dativum pro genetivo,* urbi *pro* urbis, *poni posse hoc exemplo probaretur.*

p. 1899. 900 P.

huic est infelix, quae est prima conpositio [infelix]; secunda esse non potest, id est non facit ininfelix, ne videatur ad primum sensum nominis
377, 13 simplicis remeare. — Vel senatusconsultum: nominativus hoc consultum, senatus genetivus est numeri singularis. ergo senatusconsultum sic, ac si diceret patrumconsultum. — Nomina propria omnino non possunt componi.
15. 16 Casus sunt sex: casus a cadendo dicti. — Ex his duo recti appellantur: secundum antiquos recti appellati sunt, non secundum praesentem usum. de nominativo casu dubitatur, quia non potest, sicut alii, nominativus cadere, ut hic noster o noster. — Recti nominativus et vocativus: recti sunt, quia analogiam sequuntur, obliqui non. [ablativum || Graeci non habent]. recti casus sunt nominativus | et vocativus in prima tertia quarta et quinta declinatione; ceterum in secunda non numquam *vocativus* oblique, ut hic doctus o docte. quamquam antiqui etiam ipsum casum rectum faciebant, *ut est* illud apud Vergilium,

duc ait et Rutulos equitem Messapus in armis,

id est o Messapus pro eo quod est o Messape. — Etiam septimum casum: est et octavus casus dativo similis, qui per accusativum profertur et elocutionem facit, ut 'propinquo muro', hoc est ad murum. nominativus *et* septimus non numquam similem exprimunt sensum, ut doctior illo,
23 doctior *quam ille* * ab illo praesente suscepi. — Sunt autem formae casuales sex: formae istae casuales per casus agnoscuntur, ut possit regula nominum demonstrari. quotienscumque nomen in declinatione casus | superfluos habuerit, sequestrantur, et quot remanserint, talem formam faciunt; si tres, ternariam, si quattuor, quaternariam. formae casuales significantur varietate declinationis in ultimis syllabis, ut hic Aeneas huius Aeneae huic Aeneae hunc Aenean o Aenea ab hoc Aenea. formae latinae appellantur ita, unita binaria ternaria quaternaria quinaria senaria. unita est, quando omnes casus similes sibi sunt, ut hic nequam huius nequam et reliqua. binaria dicitur, quotiens tres casus longi sunt, tres breves, in nominibus scilicet indeclinabilibus, ut hoc cornu o cornu, id est nominativus accusativus et vocativus correpti sunt, genetivus dativus et ablativus producti. ternaria est forma, quotiens nominativus accusativus

---

Cod. Bern. VII 5—6. 1 secundae esse 4 numeri] modo 5 patrisumconsultus componi casus a cadendo dicti casus sunt sex ex his 9 alia 10 analogia 13 nonnumqua oblique 14 casum rerum faciebant illut aput 17 et est 18 est] es 19 et *om.* ut doctior illo doctior ab illo 21 sex] ex 23 quot] quod 25 uarietatem 26 huic aenea huc aenean 29 reliqua] regio 31 correptae

---

11 ablatiuum Graeci non habent *ad verba Donati ab interprete adscripta pertinent. et fortasse haec cum iis quae antecedunt ita cohaerebant, ut hoc continuum lemma praescriptum esset*, recti nominativus et vocativus, reliqui obliqui: ablativum graeci non habent 14 apud Vergilium] *Aen.* XI 461 15 dic *Putschius* equites *Putschius* 18 *fortasse* nominativus ablativus et septimus non numquam similem exprimunt sensum, ut doctior quam ille, doctior illo, doctior ab illo. *sed deinde quaedam de differentia ablativi et septimi casus exciderunt*

p. 1990. 01 P.

et vocativus similes sunt, | item dativus et ablativus similes sunt, genetivus dissimilis, ut hoc templum. quaternaria dicitur forma, quando nominativus et vocativus pares sunt, item genetivus et dativus similes sunt, accusativus dissimilis, ablativus dissimilis, ut haec species. quinaria forma est, quotiens dativus || et ablativus tantum similes sunt, ut hic doctus huius docti et reliqua. senaria forma est, quotiens omnes casus dissimiles sunt, ut hic unus huius unius uni unum o une ab uno; sic et nullus. — Neque 377, 25
per casus: [nefas sponte] tabo aptoton est, licet auctoritas tabes praesumpserit, ut Lucanus 'cum iam tabe fluunt', 'et terram tabo maculant'. sponte septimum tantum habet, ut 'sponte mea conponere curas'. — Ex qua forma sunt: ab uno usque ad tres per omnes 26
casus | declinamus; a quattuor usque ad centum declinare non possumus; a ducentis declinamus et deinceps praeter mille, ut ait Plinius. mille non intellegitur, qui casus est. dicimus enim et 'mille homines docuit' et 'mille hominum magister est': talis est accusativus, qualis et genetivus. in plurali vero declinatur, milia milium milibus, uno l sublato, ut 'milia multa daret leto'. — Nominativus in usu non est, ut siquis dicat 29
hunc laterem: Probus in arte quam de regulis scripsit hic later posuit. haec autem dicio non est lecta. — Casus: tres tantum casus habent, 30
nominativum genetivum et accusativum. — Haec nomina carent nominativo, quia nec hic lateris potest dici nec haec dicio. — Item per ceteros casus nomina multa deficiunt: sponte septimum casum habet; sed inveniuntur | nomina quae binos, ut hic Iuppiter o Iuppiter; inveniuntur quae ternos, ut hoc ius huius iuris * o iura; inveniuntur quae quaternos, ut huius lateris lateri laterem ab hoc latere: nominativum et vocativum non habet; non enim facit later. — Vt ignarus belli: et ignarus belli dicimus 32
et ignarus bellorum. — Secundus tibi non dicitur, sed 'secundus a te est'. 378, 1
— Dignus illam rem Terentius, 'dignus cum tua religione odium, 2
nodum in scirpo quaeris'.

Inter monoptoton et aptoton hoc interest: monoptoton est quod per 4
omnes casus idem significat, ut frugi; aptoton est quod tantum unum casum, quem invenerit, servat et non flectitur, ut ab hac dicione. neque enim

---

Cod. Bern. VII 6 — 7*. 1 ablatiuus similes lege pares sunt gentibus 3 pares] praes 5 huius] huic 6 reliqua] recte 8 praessumperit 9 tabo] tobo 13 praeter mille autem implenius (*corr. al. man.* inplenius) mille non 16 l] .i. 17 in usum 20 nominatiuus genetiuus et accusatiuus 21 per] prae 22 habent 24 iura] ir *corr.* iur 25 laterem] later 26 habent ignarum *primo loco* 29 stirpo

---

9 Lucanus] *Pharsal.* II 166 et terram] *Verg. Aen.* III 29 10 sponte mea] *Verg. Aen.* IIII 341 13 ut ait Plinius *scripsi auctore Pompeio p.* 172 *et* 202 *ed. Lind. nam non solum de scriptura, sed etiam de declinatione vocabuli egisse videtur Plinius. quamquam omisso Plinii nomine scribi poterat* praeter mille. mille autem in singulari numero non intellegitur 16 milia multa] *Verg. Aen.* V 806 18 Probus] *cathol. p.* 17, 4 28 Terentius] *Andr.* V 4, 37 32 *fortasse* neque enim tabus

p. 1901—03 P.

tabes potest dici neque dicio. quia aptota nomina et monopto||ta a decli-
378, 7 natione discrepant. — Necesse est autem | contra hanc regulam declinentur ea nomina: haec regula, quae propter discretionem generis ablativum et dativum in bus mittit, ut his et ab his deabus, his et ab his filiabus, in his tantum servanda est, quae lecta sunt. ceterum si volueri- 5
mus in ista omnia declinare generis feminini, perit latinitas, ut Romana, his et ab his Romanabus, quia hoc ipsum quod inventum est contra artem iuris periti fecerunt, nequis moriens hereditatem filiis dimitteret et filias
13 videretur patrimonii sui facere heredes. — Hanc regulam invenimus ab hoc vase vasorum: aliter dicendum est vasa, aliter dicendum est 10
vasis, ut vasis simulacris hic tertiae declinationis et faciat vasis ab hoc vasi his vasibus. hoc vero vas facit ab hoc vase vasorum vasis. | quare antiqui rectius dicebant vasum, quo modo scamnum. auctoritas vas praesumpsit, quia nullum nomen generis neutri as litteris terminatur. —
16 Dativo et ablativo in bus, ut ab hac re harum rerum his et ab 15
his rebus; et haec regula proprie feminini generis putatur: haec regula quintae declinationis feminini generis est, ut haec dies magis feminino genere declinanda sit, quam masculino, licet Vergilius utrumque
20 dixerit. — In hac regula accusativus pluralis genetivi singularis formulam sequitur, hoc est has puppis, sicut huius puppis, propter genetivum qui 20
17 in ium vadit. — Ista nomina, puppis Tigris Tiberis navis, in i mittunt ablativum, sicut illa quae a communi veniunt tertiae declinationis, | ut agili facili liberali. quae communia et neutra sunt, semper in i mittunt
22 ablativum singularem. — Quae in genetivo plurali nomina in um vadunt, ablativum singularem in e mittunt, ut matrum matre; quae in ium vadunt, 25
ablativum singularem in i et in e mittunt, ut horum felicium ab hoc felice vel felici. nam et lacrimantium dicimus et lacrimantum per syncopen. nam par||ticipia semper in um debent exire, nomina in ium, ut gementium
30 nomen sit, gementum participium [fons fons frons]. — Consuetudine commutata: ut per e exeant quae per i exibant apud antiquos. — Con- 30

Cod. Bern. VII 7*—VIII 1. 1 potes 5 quae electa 7 ipsut 8 hereditate 12 ab hoc uase uasorum uasis uase | uasorum uasis quare 14 littera terminantur 16 propriaetfeminini 18 sit] est 19 pluralis] singularis 20 hoc est ut has 21 in iam uadet puppis igris thybris 22 declinationi 23 quae communia semper et neutra sunt in i 25 ut matre matrum 27 lacrimantum] lacrimantium 29 consuetudinem 30 exiebant aput consuetudinem

---

1 quia — discrepant *ad Donat.* 378, 4 sed ea dumtaxat quae non sunt aptota *pertinent. de iis quae praecedunt non satis constat utrum eodem referenda sint, an ad ea quae supra de differentia aptotorum et monoptotorum disputata sunt pertineant*
5 voluerimus ita ista *Putschius* 6 Romana] *cf. Pompei. p.* 176 *et p.* 209 *ed. Lind.*
10 vas *in numero singulari tertiae declinationis esse, in numero plurali secundae docent Servius in Donat.* 434, 12 *et Pompeius p.* 213 *ed. Lind. quorum rationes si hoc quoque loco Cledonius secutus est, ut solet, sic fere scriptum reliquisse putandus est,* aliter dicendum est vasa, aliter dicendum est vas, ut vas in singulari numero sit tertiae declinationis et faciat huius vasis ab hoc vase, haec vero vasa secundae et faciat vasorum vasis 29 mons fons frons consuetudine commutata *Putschius*

suetudine commutata: ait enim Lucanus 'puppe propinqua' et 'gemitus morientum' pro morientium, 'gemitumque carentum' pro carentium. — | Et ab hoc iugere iugerum iugeris: modo nos iuge- 379, 2
rorum debemus dicere; antiqui iugerum dicebant, sicut tuberum. iugerum ideo facit iugeribus, quia antiqui iuger iugeris dicebant, quo modo iter itineris: ideo ab analogia discrepat. et nunc dicendum iugero, quia hoc nomen secundae declinationis est. — Quia antiqui domum et secundae 1
declinationis declinabant et quartae; dicebant et ab hac domo domorum, [et Terentius 'domo me eripuit'] ut Vergilius 'turres ac tecta domorum', *et* ab hac domu domuum, sicut versuum, ut Iuvenalis 'viscera magnarum domuum', quia quod nos habemus quartae declinationis, illi secundae habebant. — Verum euphoniam: euphoniam in declinan- 2
dis nomi|nibus intellegimus potius suavitati quam rationi obsequi. analogia autem est similium similis declinatio. haec fit rebus octo, sex quae accidunt parti orationis, hoc est nomini, et duabus potestatibus syllabarum. euphonia suavis dictio gratiam augens. in declinandis nominibus debemus potius suavitati quam rationi obsequi, id est euphoniae potius quam analogiae. — Artubus: ideo artubus per u dicimus, non artibus per i, dis- 8
cretionis causa, ne non significemus membra, sed artes intellegamus. sic et arcubus, ut arcus intellegamus. nam si arcibus dixerimus, arces intellegimus. sic et portubus dicimus et quercubus et partubus. antiqui enim i in u vertebant, ut specus specubus, non specibus, | ita et tribubus non tribibus. — [rationem declinandi] In hanc regulam: aptota nomina, 10
in alios casus quia cadere non possunt, regulam non servant, sicut alia nomina, quae his litteris vocalibus terminantur, quia illa per omnes casus inflectuntur, haec casum nullum habent. — Regulam: ad has regu||las, quas memoravi * quae non possunt. — Quia istae regulae utique ab ab- 11
lativo singulari procedunt, et ista nomina numeri sunt tantum pluralis. — Conpitalia. non veniunt: nec haec quidem in nomina quinque voca- 12
libus terminata cadunt, quia graeca sunt, et magis graecam regulam sequuntur quae a Graecis sumpsimus. ideo Cicero dixit peripetasmatis, non peripetasmatibus, quia hoc ad femininum nomen secundae | declinationis

---

Cod. Bern. VIII 1—3. 2 carentum pro carentum pro carentium | pro carentium 4 iugero ideo 6 discrepat iugero et nunc dicendum quia 10 domorum ab hac domu domus sicut uersuum 12 eufoniam eufoniam 13 rationi] ratio 16 eufonia gratia augenti 17 eufoniae 18 artibus per i] artubus per u 20 intellegimus *primo loco* 22 enim in .i. u tribus non triuibus 28 tantum plurali 29 in quinque uocalibus nomina terminata 32 peripetasmatibus *corr.* peripetesmatibus

---

9 Terentius] *Adelph.* II 1, 44 Vergilius] *Aen.* II 445 10 Iuvenalis] *sat.* 3, 72 23 ratione declinandi *Putschius. scribi poterat* non tribibus secundum rationem declinandi, *cf. Pompei. p.* 224 *ed. Lind.* tribubus, cum ratio exigeret ut diceremus tribibus. *sed probabilius visum est glossam adscriptam esse ad v.* in hanc regulam 26 Regulam — possunt *ex altera expositione aptotorum relicta sunt. reliqua* quia istae *sqq. ad nomina tantum pluralia spectant* 31 Cicero] *in Verr. act. sec.* IIII 12, 28

p. 1904. 05 P.

379, 11 retorsit. — Neque haec poterant in regulam cadere nominum quinque
13 vocalibus terminatorum, quae semper pluralia sunt. — Nomina veteres:
antiqui haec verba graeca, quae apud nos *neutri* generis sunt, feminino
14 genere declinabant. — Isocatalectica, id est simili modo finita. in pus lupus
genetivo lupi, *lepus* leporis: quia lupus facit lupa, lepus non facit lepora, ideo
facit in genetivo differentiam. nam ita debes colligere, *si* pares sunt syllabae
et simile genus fuerit et pari syllaba terminata et unum genus ex se fa-
ciunt, id est [parem] similes sunt nominativi, ita et genetivi fiunt, ut doc-
tus docti factus facti et similia; et sint appellativa. — Vel ex collatione
debemus intellegere, ut similitudo collationis intellectum | similium nomi-
num possit tenere, ut, si pluralia posita fuerint, a plurali requiras, si graeca
15 a graecis, si aptota ab aptotis. — Vel ex diminutione: ex diminutione
autem poteris omne genus colligere, ut est acus acula generis feminini
[hic silex antiqui dicebant; sed nunc propter auctoritatem Vergili haec
17 silex dicimus, stabat acuta silex] — Ad latinos casus: haec pyxis
pyxidos pyxidi pyxida o pyxis. Tullius tamen ait in Caeliana 'veneni
pyxidem traditurum' [sylex est]: graecum nomen latina declinatione
flexit. in his vero nominibus, sive quae graeca neutra sunt, sive quae
semper pluralia, sive quae aptota, ex collatione similium nominum, vel
19 ex positivo gradu | vel ex diminutione analogia colligitur. — Sex muta:
ideo sex, quia f excluditur. nullum autem nomen f littera terminatur. —
21 Vt allec vel lac: vel lacte, quia volunt dicere quod lacte dicitur in no-
minativo singulari iuxta Plautum. lact ait Varro non || dici: numquam
enim nomen ex duabus mutis terminatur. aut currit hoc lacte, quod dicit
Plautus, 'sicut lacte lactis', non 'sicut *lac* lactis'. auctoritas Ver-
gilii tamen lac dixit. ita ergo allec debemus dicere, non allece, sicut
lac lactis.

Cod. Bern. VIII 3—4. 1 retorisit cadere nominibus uocalium terminatorum 3 aput neutri *om.* 4 is uocata lectica 5 lepus *priore loco om.* lupus (*corr. al. man.* lepus) non 6 si *om.* 7 fuerit a parissyllaba 8 fiuntur 9 ex collationem 13 feminini et haec casus hic silex 15 casus *hoc loco om.* 16 celiana 17 traditurosylex est 18 siuae quae *primo loco* 20 ex positio diminutiuo sine analogia 21 terminantur 23 singulare iuxta plaustum lacte 25 plautus ut sit lacte lacti non sicut lactis

---

4 Isocatalectica *sqq. ex disputatione de analogia, de qua similiter praecipiunt Servius in Donat. p.* 435, 15 *et Pompeius p.* 230 *ed. Lind., relicta sunt* 5 lepus lepa non facit *Servius p.* 435, 23 *Pompeius p.* 232 9 et sint appellativa *ad ea quae supra de analogia nominum dicta sunt videntur referenda esse, ut scribendum sit ita,* si pares sint syllabae et simile genus fuerit et sint appellativa pari syllaba terminata et unum *etc.* 13 feminini et haec acus hic silex *Putschius* 15 stabat] *Verg. Aen.* VIII 233 16 in Caeliana] *c.* 25, 61 22 vel lacte, *quod apud Donatum non legitur, Cledonius addidisse videtur. sed non integra relicta sunt quae ille de tribus formis* lac lact lacte *adnotaverat: cf. Pompei. p.* 233 *ed. Lind., Diom. p.* 303, 6, *Prob. cathol. p.* 7, 3, *Claud. Sac. p.* 47 *ed. Vind., Charis. p.* 102, 4, *Priscian. vol.* I *p.* 212, 4, *Cap. p.* 2241, *Ritschl mus. Rhenan. noviss. t.* VII (*a.* 1850) *p.* 586. 606, *Wilmanns de Varr. lib. gramm. p.* 212 24 aut currit] occurrit *Wilmanns l. c. ex coniectura Vseneri* 25 Plautus] *Bacch. v.* 19 *ed. Ritschel.* sicut lacte lacti *vel* ut sit lacte lactis, non sic ut lac lactis *coniecit Ritschelius mus. Rhenan. l. c. p.* 586

p. 1905. 06 P.

DE PRONOMINE

Quaerendum utrum pronomen an pronomine dicatur. magis pronomen, sicut procurator. — Inter nomen et pronomen | hoc interest, quia nomen plenam elocutionem habet, pronomen semiplenam. haec enim particula propter fastidium inventa est, ne bis nomen repetatur. Inter nomen et pronomen hoc interest: nomina conparationes habent, pronomina personas. nam neque nomina personas possunt habere neque pronomina conparationes. — Quae pro nomine posita tantundem pene significat: non est enim tantum, cum dico Gaius, quam quando dico ego tu ille. 'Vergilius scripsit bucolica, ipse et georgica': ipse minus plena est oratio; nam quaerendum mihi est nomen, quis sit ipse. — Personamque interdum recipit: aliquotiens. nam tunc accipit, quando finitum est; quando infinitum est, caret | persona. — Finita: cuncta absoluta et perfecta, maxime in prima et secunda persona; tertia quasi incerta, quia potest esse et absentis. [prima: prima et secunda persona semper generis sunt omnis. et multi volunt tertiam personam finitam non esse, quia et de absente dicimus ille.] — Cuias et cuiatis: duo ista unum significant. — Finitum a prima persona vocativum singularem non habet, in plurali habet, quia alios secum includit. — Inter finita et infinita hoc interest: finita sunt quae habent certam personam, infinita quae cuique aequari possunt. sed haec apud Graecos nomina sunt interrogativa vel comparativa. — Pronomen, quia *non* fungitur officio nisi praemisso nomine. ideo haec pars a Varrone | succedanea dicitur, quia non potest in eadem locutione esse, hoc est quia bis nomen repeti non potest. ordo tamen hic custodiendus est,|| ut nomen in praecedenti sit loco, pronomen in subiecto. ideo pronomen vocativum casum non habet, res quae nomen praesentat, quia res subiecta vocativum habere non potest. — Quae recipiunt personas: Plinius artigraphos dicentes pronominibus finitis accidere personas reprehendit. tunc enim bene diceretur, si aliud esset pronomen finitum, aliud persona. non enim una res potest esse quae accidit et cui accidit. ergo melius ita dicendum est, ait, eadem esse finita pronomina, quae sunt etiam personae. — Vt ego tu ille: ipsa sunt | finita et quae ex his derivantur,

379, 23 24 27 30 27 23 27 27

Cod. Bern. VIII 4—6. 1 DE PRONOMINE *hoc loco omissum post* 3 procurator *scriptum est* 3 hoc hoc interest 5 reppetatur 10 scribsit uocolica 11 quid sit 15 potes 16 omni 21 aput 22 non *om.* a barrone succedat in ea 23 potes et in 24 potes 25 in subiectus 26 praesenta *corr. al. man.* -at 27 plenius artigrafus 28 infinitis repraehendit 29 aliut esset nomen aliut 31 praenomina

15 prima — 16 omnis *ad ea quae proxime antecedunt explicanda adscripta esse videntur, ut* prima *lemmatis loco repetitum sit* 20 quae cuicumque personae aptari possunt *Servius in Don. p.* 410, 10 *Serg. explan. p.* 500, 17 22 quia non fungitur *Putschius* 23 succedanea *Bondamus var. lect. p.* 115 *fortasse* quia bis nomen non potest in 25 in subiectis *Putschius* 26 *fortasse* vocativum casum non habet, quia res subiecta, quae nomen praesentat, vocativum habere non potest 27 Plinius] *cf. Pompei. p.* 237 *ed. Lind.*

p. 1906. 07 P.

meus tuus suus. — Ille: ille cum dicimus, non usquequaque finitum est, sed tunc finitum, cum ad praesentem dirigitur elocutio; cum vero de absente relatio est, infiniti speciem habere cognoscitur vel minus quam
379, 30 finiti — Subiunctiva ut qui: subiunctiva qui is, ‘ipse est ille qui scripsit’, ‘qui illud fecit, is etiam hoc’. is ad certas personas dirigitur,
29 quis ad incertas. — Minus quam finita sunt quae nec finita sunt nec infinita. nam iste et ipse et de praesentibus dicimus et de absentibus. —
27 Finita sunt secundum finitionem personae, ut ait Plinius, infinita generaliter, eo quod plurima sint, ut quis. per omnes enim species nominum currit, ut quis homo, quis equus, quis codex, | quis color. minus quam finita dicuntur quae non significant quod est certum. referunt enim eandem personam, de qua ante locutus est, et eam praesentem non esse significant. — Minus quam finita pronomina proprie sunt quae commemorationem faciunt earum personarum, de quibus iam locuti sumus. — Probus quattuor species fecit tantum et ipsis omnia pronomina inposuit XXI; sed longe a veritate, quia multo plura inveniuntur. sed siqua alia inventa fuerint, ab istis oriuntur principalibus, quia ista primigenia dicuntur et ex ipsis fiunt alia pronomina, ut quisquis quispiam quisnam aliquis. Donatus addidit et ait ‘sunt alia qualitatis’ et cetera [ut quotus]. — Articularia nominibus iunguntur, quia funguntur articulis | Graecorum. nam inter articulos et pronomen hoc
30 interest: articuli || iuncti nominibus declinantur, pronomina sola. — Cuiatis nostratis: haec dicuntur gentilia esse. cuias autem et cuiatis duo nominativi sunt, ut nostras et nostratis. facit autem et cuiatem et nostra-
380, 10 tem. cuias autem significat cuius gentis, nostras nostrae gentis. — Genera pronominibus ita ut nominibus quidem accidunt, sed praeter promiscuum genus. neque enim pronomen promiscuum inveniri potest. — Nemo pronomen est, et quaerendum est, cuius generis sit. quod communis generis esse non ambigendum est. denique feminino lectum est apud Terentium,
2 ‘ut illum nemo nostrarum quisquam vidit’. — [acutus] Numeri est, quando per *t* scribitur; | quando per *d*, generis est neutri, ‘quot homines occidit?’ ‘quod est hoc?’ — Quot tot: quot et tot facit quotus et totus. quotus vero in penultima acutum habet, totus circumflexum,

---

Cod. Bern. VIII 6—7*. 2 tunc sonitu cum ad 3 infiniti] finiti 4 finitio subiunctiua his ipse 5 illut his etiam derigitur 6 quae] qua 7 istae et absenti 8 finionem plenius 9 nominum] omnium *corr.* nominum 10 equus] ecus 11 refert enim eadem 12 praesentem nam infactam finita 13 propriae 15 a baritate 16 plura] plurali 17 primagenia 23 nominati sunt 24 cuius generis nostrae] nosne 28 anbigendum aput 30 t *et* d *om.* quod homines 31 quod tot quod 32 circuflexum

---

14 Probus] *instit. art. p.* 131, 25 17 primigenia] primigenia quae dicit Varro *Pompeius p.* 239 *ed. Lind.* 28 apud Terentium] *Eunuch.* IIII 4, 10 hunc oculis suis nostrarum numquam quisquam vidit, Phaedria 29 quot numeri est quando per t scribitur; quando per d, generis est neutri *Putschius. v.* acutus *ex adnotatione de accentu pronominum* quotus *et* totus *videtur relictum esse*

UNIVERSITÄTS BIBLIOTHEK WUPPERTAL

p. 1907. 08 P.

quia producitur, sicut legimus, 'totus et ille dies' et 'hos tota armenta secuntur'. ergo in simplici utrumque corripitur, et quot et tot; in derivatione totus producitur. — Infinita ut cuius: indefinitum 380, 4
est ad aliquid, qua ostendo me aliquid possidere quod cupio et persona possidentis refertur, ut Terentius 'quid, mulier cuia est?' et Vergilius 'cuium pecus?' — Cuia cuium: ad aliquid ideo dixit, quia ne- 5
cesse est ut persona possessi non intellegatur nisi iuncta personae possidentis * ut si dicamus verbi | gratia 'quotus ab illo est?' — Vt quan- 6
tus tantus: notanda ista pronomina, quia et adverbia faciunt, ut quanti tanti, 'quanti te habuit', 'quanti te duxit', et sic dicenda quo modo maximi. — Sunt alia demonstrativa: demonstrativa, quae praesentes res demonstrant, ut hic haec hoc. nam si dicas de praesente persona 'iste est qui tibi fecit iniuriam', soloecismum facis. minus quam finita pronomina, quae commemorationem faciunt earum personarum, de quibus iam locuti sumus, ut est ipse iste is. haec etiam subiunctiva appellantur, ut puta 'qui illud fecit, ipse et hoc fecit' [commemorationem videatur habere personae]. — Vt eccum eccam ellum ellam: pronomina ista quasi 8
monoptota sunt. sed haec propter latinitatem composita | proferenda sunt, ut puta eccam ecce eam, eccum ecce eum, sic et ellum. sicubi ista inventa fuerint, usurpativa sunt; et ideo demonstrativa maxime sunt, quia adverbium demonstrantis habent, ut ecce, et pronomen, ut eum illum. sed haec omnia ex istis quattuor speciebus sunt, finitis, infinitis, minus quam finitis [servi] et possessivis.

Commune, ut qualis talis: qualis et talis communia sunt prono- 11
mina. neutra in e correptum exeunt, ut quale tale, sicut in nominibus suave dulce, quae et conparantur, ut suavius dulcius. ista pronomina non conparantur, quia nullum pronomen recipit conparationem. neque enim potest dici qualior talior, quo modo suavior dulcior. unde Lucanus | adverbium fecit,

qualiter expressum ventis per nubila fulmen.

nam non possumus his pronominibus comparationem adponere, quamvis

---

Cod. Bern. VIII 7* — VIII 1. 2 simpli *corr. al. man.* simplici et quod et totum in deribatione 4 ad aliquod 6 ad aliquid] aliquit aliqui 8 gratiam quantus] quā tu 9 quanti tanti] quantitati 10 habui 11 demonstrant] demoustrat 13 solycismum quam infinita 14 commemoratione 15 istae appellaritur *corr. al. man.* appellabitur 17 persona ellam] iam 18 proferanda 19 ut puta eccam ecceam eccum ecceum sic 21 eum illum] eccum ellum 25 neutrum 26 ut suauibus 30 expraessum

1 totus et] *Verg. georg.* I 434 hos] *Verg. Aen.* I 185 4 quo ostendo *Putschius.* quando dico meus, me aliquid possidere ostendo *in explicatione possessivorum habet Pompeius p.* 243 *ed. Lind. quare haud scio an haec ab hoc loco aliena sint, et ad infinitum pronomen* cuius *illud tantum pertineat,* quia ad personam possidentis refertur 5 Terentius] *Eunuch.* II 3, 30 quid virgo cuia est Vergilius] *bucol.* 3, 1 8 ut si — est *ex explicatione pronominum* quotus *et* totus *relicta sunt* 28 Lucanus] *Pharsal.* I 151

p. 1908. 09 P.

ab analogia non discrepent nominum horum, suavis et dulcis, et similiter adverbium faciant. — Omnia pronomina, ut supra diximus, primigenia viginti et unum sunt ita, finita tria, ego tu ille, infinita septem, quis qualis talis quantus tantus quotus *totus*, minus quam finita sex, ipse iste is hic idem qui, possessiva quinque, meus tuus suus noster vester. quattuor latera habent ista pronomina: aut ambo pluralia, aut ambo singularia, aut unum plurale et unum singulare, *aut* unum singulare et unum plurale.

380, 19 Aut composita, ut quisquis: quisquis ita declinandum est, quisquis cuiuscuius cuicui quemquem | quisquis a quoquo vel a quiqui, et pluraliter quiqui quorumquorum quibusquibus quosquos quiqui a quibusquibus. unde sunt illa exempla, apud Terentium

quemquem nacta sis, quin spolies, mutiles, laceres,

apud Tullium in frumentaria 'cuicuimodi est'. quispiam autem prima parte declinatur, postrema non declinatur. piam enim quid est? nihil. sic et aliquis: ali non declinatur, quis declinatur. nomina a prima parte conponuntur, pronomina *a prima et* ab ultima. || composita pronomina in qua parte nominativum habuerint, ipsa parte declinantur, sicut nomina, quae aut unum nominativum habent aut duos. si unus nominativus fuerit, ipse declinatur, alter casus sequens non declinatur; si duo nominativi fuerint, | ambo in-

22 flectuntur. — Nam idem: *idem* pronomen ex duobus corruptis constat; ideo simplicis figurae est. nam cum idem productum fuerit, masculinum pronomen est; cum correptum * idem accusativus triptotus est si de masculino, ipse est nominativus, qui et accusativus. — Et figura in pronominibus ita est, ut et ab ultima parte componantur et a prima, ut quispiam aliquis quinam nequis siquis nescioquis: aut ex conpluribus componimus, ut quicumque [habet tamen numerum communem, quidam cuiusdam

24 cuiuscumque]. — Hic quando producitur, adverbium loci est; quando corripitur, pronomen. pronuntiatio illud discernit; si tractim pronuntias, adverbium loci est; si cursim, pronomen generis masculini, ut 'solus

---

Cod. Bern. VIIII 1—2. 1 discrepet 2 primgenia *corr. al. man.* primag. 3 septe 4 totus *om.* 5 qui] sui 6 pronomina ut ambo aut *post* singulare *om.* 10 a quibus a quibus unde 11 aput 12 mutiles .n. laceres aput 13 cuicuimodum est prima pars declinatus 15 sic] sit non declinantur quis decliuantur 16 pronomina ab ultima pronomina in qua parte nominatiuum habuerint composita ipsa 18 nominatiuus ipse fuerit declinatur 20 nam idem pronomen 23 ipse] ispes 25 quinam] cuinam nesquioquis 28 pronuntio illut 29 solus in inflexit

---

8 quisquis] *cf. Pompei. p.* 251 *ed. Lind.* 11 apud Terentium] *Hecyr.* I 1, 8 quin spolies mutiles laceres, quemquem nacta sis 12 mutiles non laceres *Putschius* 13 item in Verrinis habetis in illa frumentaria Ciceronis 'cuicuimodi est' *Pompeius. in frumentaria, hoc est in tertia oratione Verrina, verba non leguntur; ad Cic. in Verr, act. sec.* V 41, 107 *revocavit Zumptius in Cic. l. c.* 22 idem si volueris producere, masculini erit generis, idem vir, idem paries; si autem volueris corripere, neutrum est, idem tempus, idem mancipium *Pompeius p.* 252 *ed. Lind. eadem praecepisse videtur Cledonius. corrupta autem verba quae sequuntur, nisi omnino ab hoc loco aliena sunt, hanc continere videntur sententiam,* idem *neutro genere et nominativum esse et accusativum, masculino tantum nominativum. ceterum triptoton pronomen* sui sibi se *dixit Priscianus vol.* II *p.* 2, 7 29 solus] *Verg. Aen.* III 22

p. 1909. 10 P.

hic inflexit sensus'. | — Ideo in singulari numero prima persona voca- 380, 27
tivum non habet, quia ipse se nemo vocat. — Vt eccum eccam, ellum 31
ellam, cuius cuia cuium cuiatis: ista omnia anomala sunt, non de-
clinantur. nam 'cuium pecus' auctoritas praesumpsit. — Et vocativo, 32
ut sui: notandum ne ista pronomina quasi possessiva intellegantur. pos-
sessivum ita declinatur, suus sui suo suum o sue a suo; hoc vero ita de-
clinatur, sui sibi se et a se. sed vide, quantum discrepat inter hoc pro-
nomen et possessivum: hoc ita dicendum est, 'sui causa facit', dico et 'sui
causa fecerunt'; idcirco et communis est numeri. — Inter omnes et totos 381, 9
quid interest? omnis potest esse cum multis; totus potest solus esse. [di-
cunt alii facere hic neuter huius | neutri.]

Inter pronomina et articulos hoc interest: pronomina sola 4
declinantur. articulos Graeci in nominibus habent, nos in pronominibus. et
articuli tres significationes habent; et pronomina dicuntur et articuli et
demonstrationes. — Pronomina ea putantur, quae || cum sola sunt:
sed tunc dico esse pronomina, cum carent articulis; sicubi cum articulis
fuerint declinata, nomina nuncupanda sunt. — Vterque sunt qui no- 9
mina, sunt qui pronomina existiment: quia non facit hic neuter
huius neutri, sicut omnis sic dubiae similiter pronomen si articulos acci-
pit nomen est, hic neuter; *si non accipit*, fit pronomen [sed quis ponat
articulum?]: ita et omnes. non omnibus pronominibus iunguntur articuli.|
nam nemo dicit hic is et haec ea et hoc id. — Pro articulis tunc ponun- 4
tur, quando corripiuntur et nominibus iuncta fuerint; pro demonstratione
tunc, quando producuntur et adverbia faciunt loci. — Istae particulae 9
dubiae sunt, utrum pronomina sint an nomina. unde magis nomina dicenda
sunt, quia iunguntur his articuli, sicut omnibus nominibus et rite decli-
nantur, id est neuter uter omnis alter alius ambo uterque.

DE VERBO

Verbum dictum a verberato aëre, quod motu fit linguae, sed et aliae
partes sic fiunt. sed ideo haec pars sic dicitur proprie, quia principalis
est et facit elocutionem. — Qualitas in modis et in formis: coniugatio in

---

Cod. Bern. VIIII 2—3*. 2 ut etcum etcuius etcum cuiatis ercum (*corr.* eccum) etcuia etcuia ellum ellam etcuium cuiatis ista 6 suus] sus o sue] sue o 20 hic neuter fit non pronomen 22 hoc his et haec aea et hoc id 23 demostratione 24 faciant *corr.* -unt 26 his articulis 27 uter] uterque ambas 29 uerbo *corr. al. man.* uerbum mutu *corr. al. man.* motu 30 propriae 31 facit] fi

---

4 cuium pecus] *Verg. bucol.* 3, 1 9 inter omnis et totus *Putschius* 10 dicunt — neutri *ad ea quae infra v.* 18 *de dubiis pronominibus scripta sunt adnotata esse videntur* 12 *fortasse* pronomina sola declinantur, articuli nominibus adiunguntur, articulos *etc.* 18 *diversae grammaticorum sententiae, cum alii haec de quibus agitur cum articulis declinari dicerent, alii negarent confusae sunt. videntur autem haec fere scripta fuisse*, quia nemo dicit hic neuter huius neutri *et* omnes istae partes dubiae sunt inter nomen et pronomen: neuter si articulos accipit *etc.*

p. 1910. 11 P.

in secunda persona agnoscitur: | genus, utrum activum sit an passivum: numerus, sicut in nominibus: figura, sicut in nominibus: tempora, quibus
381, 14 facta discernuntur: personae, quae distributionem praesignant. — Quoniam verba temporibus et modis declinantur, nomina casibus. — Verbum est
17 interrogative, pars orationis responsive. — Non solum in modis est qua-
18 litas verborum, sed etiam in formis. — Indicativus: quia quae indicamus pronuntiando dicimus. is ipse est pronuntiativus, qui et indicativus. — Qui pronuntiativus: quia quae indicamus pronuntiando signamus. — Imperativus, qui nos ostendit aliis imperare; optativus est qui et promissivus, quando nobis promittimus et optamus aliquid evenire; coniunctivus, |
qui nos facit sermonem cum alio modo coniungere; infinitus, qui perso-
17 nas numeros et tempora confusa habet. — Verborum in modis est: modi sunt proprie casus verborum, formae intellectus. accidit et tempus,
20 quod non solum verbo, sed et adverbio et participio. — Coniunctivo mo||do nisi iunctus fuerit indicativus futuri temporis, elocutio illius non constat,
21 ut 'cum legero, surgam'. — Inpersonalis, qui personas *quidem habet*, sed
23 personas non dividit, nisi a pronominibus acceperit. — Sed notandum
25 quod hic indicativus aut a neutralibus verbis venit aut ab activis. — Misereor: ab indicativo venit, sed a deponenti. — Senesco: seneo, quieo lectum est. facesso non est *frequentativum*. frequentativa [in to] aliam
22 syllabam habent et aliam | coniugationem. quiesco quievi facit. — Inpersonalia tres significationes habent: aut in tur exeunt, ut curritur, aut in it, ut odit, aut in et, ut pudet. ista ipsa et neutrodefectiva dicuntur. —
25 Alia a se oriuntur: quia significationes non habent, unde descendant. —
382, 1 Praeteritum tempus non habent: calesco non facit calescui; participium futuri temporis non facit, fervescenturus; *tertiae coniugationis* cor-
2 reptae calesco calescis. — Sunt etiam frequentativa: frequentativa sunt alia, quae non tantum a verbo veniunt, sed *et* a nomine descendunt. nam patrissat est 'patri similis est', graecissat 'graece adfectat'. et ista quae a nomine veniunt velut similitudinem tenent. nam patrissat non 'pater
3 est', sed 'similis patri est'. — Sunt quasi diminutiva, | quae a perfecta forma veniunt, sorbillo sugillo: ista sorbillo et sugillo velut diminutiva sunt. sed diminutiva non sunt, sed magis derivativa. nam

---

Cod. Bern. VIII 3*—5*. 2 in omnibus *utroque loco* 3 destributionem 5 interrogatiuae responsiuae 7 is *corr.* id 9 inperare 10 aliquit 12 numeros] muneris *corr. al. man.* numeris immodis 13 propriae 16 qui personas se (*corr. al. man.* sed) personas non 19 senesco senio cupio senio lectum es facesso non est frequentatiua in toso (*corr. al. man.* toto) aliam 21 quievi] quivi 22 aut in it (*corr. al. man.* .i.) ut odi 24 aliae 25 habet participio 26 tertiae coniugationis *om.* 28 et *om.* 29 similis es graecissat graecae adfectatur 30 uelut *corr. al. man.* uelud tenet 31 similis patris sunt quasi ad perfecta

---

19 senesco — 21 facit *ad differentiam formae inchoativae et formae perfectae, de qua infra v.* 25 *dictum est, pertinent: cf. Pompei. p.* 283 *ed. Lind.* facesso *autem frequentativum non esse expositum est infra p.* 61, 32 23 ut odit *Putschius:* contingit *vulgo in exemplo inpersonalium in* it *ponitur*

a primis significationibus his descendunt, ab eo quod est sorbeo et sugo. — Vt pytisso vacillo: vacillo quasi vago. alii reprehendunt Donatum, 382, 4
ut ab eo quod est poto mutata littera pytisso pro potisso dixerit, et ab eo quod est vagor vacillo pro vagillo. — Et aneo, quod est tremo, unde et anates dicimus, quod in aqua sint, hoc est in frigore. siquis tremit, aneo dicat, hoc est tremo. — Conpesco conpescui: [conpesco] inchoativa ista verba 7
non esse adprobat tempus, quia diximus supra praeteritum non admittere inchoativa. conpesco habet praeteritum: | quia facit conpescui, ideo inchoativum non est. — Sunt quae originem sui non habent, ut con- 9
suesco quiesco: consuesco facit consuevi, quiesco facit quievi, facit et passivum, consuescor ab alio. ideo ergo inchoativa non sunt, quia || et praeteritum habent et passivum faciunt. — [Conpesco conpescis, tempus prae- 7
teritum perfectum conpescui facit; idcirco non videtur inchoativa forma].

Prima coniugatio in praeterito inperfecto in bam exit, ut amo amabam, sicut audio audibam * ex praeterito perfecto et audii et audivi et audisse et audivisse. secunda doceo docui in solutum ui exit; tertia coniugatio i correpta exit, quarta producta, | ut audii. — Tres litterae quae faciunt coniugationem, a e i: a quae producta est, in secunda, e et i, quae correptae sunt in tertia, quarta i, quae semper producta est.

Verba neutralia: furio insanio pendeo fugio cedo madeo proficio deficio venio succedo vivo gusto consuesco maneo [venio] caleo haereo propero valeo curro sto sedeo cubo succumbo accumbo pareo dormio prodeo glisco reverto esurio lucubro supplico inmineo tremo fallo horreo vapulo scato nubo

---

Cod. Bern. VIIII 5*—6*. 1 ab eo] habeo 2 baccillo buccillo quasi 3 pytisso pro pytisso 4 uacillor non uagillo et ananio eo quod 5 tremitanio dicat hoc es 8 inchoativum non est consuesco quies consuesco facit consuevi quiesco facit quieui facit et passiuum consuescor ab alio adeo ergo inchoatiua non sunt quia et praeteritum habent et passiuum faciunt sunt quae originem sui non habent ut consuesco facit consueui quiesco facit conqueui consuescor ab alio conpesco conpescis 13 conpescuit idcirco 15 sit (*corr. al. man.* sicut) audio 16 audisset et 17 tres] teres 18 faciant *corr. al. man.* -unt 20 fugio] figio 21 haereo] ereo 22 cubo] cuo dormeo 23 lugubro suplico horreo] erreo

---

4 aneo] *cf. Pompei. p.* 283 *ed. Lind.* 14 *de quattuor coniugationibus verborum uberius hoc loco dictum fuit. sed ea in codice ita mutilata et corrupta sunt, ut quid a grammatico scriptum fuerit iam non adpareat* 18 *fortasse* a quae producta est in prima, e quae producta est in secunda, e et i quae correptae sunt in tertia, i quae semper producta est in quarta 20 *indices verborum in codice ita scripti sunt, ut conpluribus versuum commatibus vel columnis in una quaque pagina distinctis singula verba versum inpleant. et in primis quidem paginis duabus* (VIIII 6* *et* 7) *quaterna versuum commata scripta sunt, in duabus, quae sequuntur* (VIIII 7* *et* 8) *bina. ultima autem quaternionis pagina scriptura vacat. similis scribendi ratio in archetypo fuisse videtur. hinc natus est error librarii, quod et in neutralibus verbis quaedam, quae ad deponentia vel communia pertinent, et in deponentibus non nulla, quae in communibus collocanda erant, scripsit et conplura, quae vel scripta iam erant vel postea scribenda erant, perverso ordine posuit. sed quoniam genuinus verborum ordo restitui nequit, praesertim cum non satis constet, quae verba deponenti formae, quae communi tribuerit grammaticus, perturbatam codicis scripturam reliqui. ea autem quae alieno loco collocata vel prave repetita sunt uncis adpositis notavi* 21 venio] *fortasse* veneo haereo *Putschius* 23 erro vapulo scateo *Putschius.*

p. 1912. 13 P.

ardeo excreo [minor opinor pluor proficiscor perpetior tueor intueor patior] caleo algeo pateo serpo repo olfacio erro vigilo resto [testor testificor dominor nascor aspernor conor misereor paciscor] | cogito surgo milito sudo hiemo trepido eo pereo recedo procedo oleo sapio spiro saevio taceo sileo degenero mando surgo descendo [recordor irascor medior quidam] vaco [interpretor] dubito fluctuo prosilio nuto candeo libro parco. verba deponentia: medeor luctor profiteor fateor vereor loquor obliviscor praedor utor contionor negotior rimor scrutor imitor interpretor patior adipiscor precor adsequor consequor persequor prosequor adgredior progredior vescor molior demolior arbitror venor operor sciscitor peregrinor praestolor comitor nanciscor expergiscor iaculor proelior experior queror machinor nitor medeor tibi, medicor tibi, [patior] mereor merui, for adfatur, opperior te, opitulor tibi, reminiscor speculor [iaculor] miror tueor tutor dignor | [*medeor quidam* commune || dicunt esse, medeor te et medeor a te] suspicor, suffragor tibi, tutor polliceor dignor indignor sortior revertor comissor furor mentior aemulor iocor orior ordior odoror exequor detestor rixor ulciscor minor vagor grassor explicor depeculor hortor contemplor [molior] palor cunctor blandior epulor argumentor speculor amplector meretricor stomachor infitior reor praevaricor periclitor auxilior insidior veneror praecantor causor amplexor | [operor sciscitor peregrinor praestolor comitor] gratulor commentor bacchor lamentor auctionor hariolor [commentor] consolor bellor minitor adulor adsentor fabulor [speculor]. verba communia: criminor tueor potior hortor osculor contemplor calumnior ludificor [speculor iaculor miror tueor tutor dignor] consolor populor [criminor] scrutor moror feneror, amplector amplexor adgredior obliviscor adsequor utor fruor execror testor vereor metior. | nunc hoc monemus, quod exceptis supra scriptis deponentibus et communibus verbis quaecumque iam verba indicativo modo temporis praesentis ex prima persona r littera terminantur et ex sua specie non possunt facere verba activa, haec indiscreta qualitate accipiantur, hoc est quod seu communis seu deponentis verbi potestate fungantur.

382, 25 Tertia coniugatio varios habet modos, aliquando tantum in am, ali-

Cod. Bern. VIIII 6*— X 1. 1 excreo] expeo 2 resto] pesso 4 hiemo] iemo eo repereo 5 discendo vaco] uoco 6 inpretor cadeo *corr.* candeo 8 contionor] continuator intepraetor patior idipiscor praecor 11 naciscor praelior etperior 13 dignor commune dicunt esse midior te et medior a te suspicior 15 pollicior comisor 16 aemulor] remulor ordior] odior detestor] detexor 18 aepulor stomacor 21 bellor] ballor 22 fabolor 23 hosculor 26 scribtis 28 persona es littera terminatur 30 fugantur 31 modus

1 pluor] *fortasse* proelior, *quod infra in deponentibus scriptum est* 2 resto *Putschius. fortasse* pessum eo 4 hiemo] gemo *Putschius fortasse* eo redeo pereo 6 candeo] cado *Putschius* 13 speculor — dignor, *quae praeter unum* miror *in aliis etiam locis scripta sunt, ab hoc loco aliena esse videntur. contra huc revocanda sunt quae supra v. 5 scripta erant* recordor irascor medeor 17 explicor] *fortasse* exspatior hortor *et* contemplor, *sicut alia complura, ex communibus verbis huc inlata esse videntur* 19 praecantor] *fortasse* percontor

p. 1912. 13 P.

quando in bo, aliquando in am et in bo. et in am, ut lego legam; in bo tunc est, si prima persona i suum teneat, ut munio munibo, eo ibo. sed dicis, eo i non habet. iuxta orthographiam habet: nam et scribitur ut sit diphthongus, sicut eitur, et ut diphthongum semper teneat. in am et in bo, ut audio audiam audibo. — Quartam coniugationem pu- 382, 27
tant, quod futurum tempus et in am et in ar, et in bo et in bor * rite exire posse: ut Terentius 'matris servibo commodis', ut Vergilius

audiam, et haec manis veniet mihi fama sub imos.

— Et siqua sunt similia: ut eo is it, et habet ante o e; tertiae est || con- 34
iugationis productae, ibo, non eam, ne sit coniunctivo temporis praesentis similis, cum eam. nutrio et nutriam et nutribo, quia i habeat ante o. — Tertia correpta a tertia producta hac ratione discernitur, quod tertia correpta in passivo pro i e habet correptam, ut lego legis legor legeris; tertia vero producta eandem i et in passivo servat, ut nutrio nutris nutrior nutriris. — Eo verbum neutrale indicativo modo dictum personae primae coniugationis quartae productae, eo is it imus itis eunt; praeterito inperfecto ibam ibas ibat, et pluraliter ibamus ibatis ibant; | praeterito perfecto ii et ivi, isti, iit vel ivit, et pluraliter iimus vel ivimus, istis, ierunt vel iverunt, iere vel ivere; praeterito plusquamperfecto ieram vel iveram, ieras, ierat, et pluraliter ieramus vel iveramus, ieratis, ierant; futuro ibo ibis ibit ibimus ibitis ibunt: inperativo modo ad secundam et tertiam personam i eat, et pluraliter eamus ite eant; futuro ito itote eunto: optativo utinam eam, inperfecto utinam irem, perfecto utinam ierim vel iverim, futuro utinam eam: coniunctivo cum eam eas eat, perfecto cum ierim, plusquamperfecto cum issem * futuro itum ire: inpersonali itur, inperfecto *ibatur*, *perfecto* itum est, plusquamperfecto, itum erat, futuro ietur. usque adeo futurum duplicem habet quarta coniugatio, ut Terentius diceret | 'non eam? ne nunc quidem', et Vergilius 'ibo animis contra'. ita et *a* nutrio debemus dicere et nutriam et nutribo.

Deponentia per catantifrasin. et deponens potest facere commune, ut convivor; et commune deponens facere non potest, ut obsonor. — Deponens dicitur, quod deponat participium futuri temporis in dus, ut nascens natus naturus [non nasciturus], et nascendus non facit [quia ab eo quod est natus. addes participio perfecti temporis a passivo rus, et fecisti futu-

---

Cod. Bern. X 1—2*. 3 orthografiam 4 sit dyptonga ut diptongam 5 audio] audiam 11 ne sit coniunctiuo similis cum eam temporis praesentis nutrio 12 quae i habeant 13 a] a *corr. al. man.* et 21 e .i. eramus uel ieramus ieratis 22 i] .i. i 26 itu ire ibatur perfecto *om.* 29 quidem] quaedam contri *corr. al. man.* contra a *om.* 31 catantinfrasin *corr. al. man.* catafrasin 32 comuinor *corr. al. man.* conuinor 33 in *al. man. add.* 35 perfecti] futuri

---

7 possit *Putschius. sed post Donati verba plura excidisse videntur* Terentius] *Hec.* III 5, 45 8 Vergilius] *Aen.* IIII 387 28 Terentius] *Eun.* I 1, 1 29 Vergilius] *Aen.* XI 438

p. 1914—16 P.

rum ab activo]. moribundus: ab eo quod est moriens tolle s, adde dus, non facit tempus futurum a passivo, sicut amans amandus, sicut alia
383, 2 similia; sed est participale. — Activa sunt quae o littera terminantur || et accepta r littera faciunt ex se passiva, ut lego legor: activum verbum est, quod o habet et addito r passivum | facit. nam non
5 potest esse activum, quod non faciat passivum, neque passivum, quod non faciat activum. neutrum est, si non faciat passivum. commune, quod casibus discernitur, quod et ab activo et a passivo in or venit. sed activam significationem accusativus regit, passivam ablativus, ut criminor te et cri-
4 minor a te. — Neutra [sunt quae in r littera terminantur, et ea
10 amissa redeunt in activa, ut legor lego. neutra] activum habent tantum. sed quia illud alter non patitur, activum non est, ut nato. —
6 Sunt etiam neutra, quae i littera terminantur, ut odi novi memini: odi temporis praeteriti perfecti est [ut odi novi memini], sicut legi. nam quod dicis 'odio te habeo', nomen est, non verbum. nam
15 Terentius

miris modis odisse aiunt adulescentem Sostrata.

7 — Sunt | item quae in um syllabam desinant, ut sum prosum: sum praeteritum inperfectum facit eram; in composito facit adsum. secundae coniugationis productae est: sic dicimus es, quo modo mones, ut sit
20 8 circumflexus accentus. — Item quae t littera exeunt, ut pudet taedet paenitet: taedeo in Casina Plauti legimus. secundum hoc verbum principale positum est 'pertaeduit me illius rei', et 'pertaesum est illius'
9 iam pro arbitrio scribentis usurpatum est. — Sed haec et similia defectiva existimanda sunt: notandum sane omnia inpersonalia defectiva
25 esse. — * sed illud melius est, quod carent participio futuri temporis a
11 passivo. — Communia sunt quae r littera terminantur et in duas formas cadunt: vador illum agentis, vador ab illo patientis; similiter criminor. neutrum, quia nec activum est | nec passivum. deponens, quod
13 r litteram numquam deponat, per catantifrasin. — Sunt verba extra
30 hanc regulam, quae inaequalia dicuntur: inaequalia dicuntur verba quae in praesenti tempore quasi activa sunt et in praeterito quasi passiva, ut soleo solitus sum, gaudeo gavisus sum, fio factus sum, fido fisus sum, et siqua sunt similia. nam soleo solui debuit fa||cere, gaudeo gaudui. fero non facit infertor sed inlator. vescor dubium utrum vescitus dicatur, aut
35 16 forte ideo vescor, quia *non* facit vescui [audeo ausus sum]. — Sunt quae

---

Cod. Bern. X 2*—4. 3 terminatur 5 et dato 7 passivum] actiuum 11 habet 12 illut 13 quae] qui 20 producta 21 adcentus tedet penitet tedeo 23 perteduit pertesum 26 illum 34 debuit] debui debui 35 dubiae 36 non *om.*

16 Terentius] *Hec.* I 2, 104 22 taedeo *in Casina Plauti nunc non legitur; sed inpersonale* taedet *est Cas.* I 54 abeo, taedet tui sermonis 26 sed illud — a passivo, *quae ex definitione deponentis verbi relicta sunt post* 30 per catantifrasin *videntur collocanda esse* 35 dubium *Putschius* 36 audeo ausus sum *post* 33 gavisus sum *collocanda esse videntur*

p. 1916 P.

declinari rite non possunt, ut cedo ave faxo sis amabo infit inquam quaeso aio: inquam inquio non facit, quaeso quaesis non facit, aio aiis non facit. ergo ista omnia inaequalia et neutrodefectiva sunt. — Sunt etiam monosyllaba, | quae ideo etiam [quia omnis prima per- 383, 17
sona verbi correpta est, ut canto, to brevis est: dico, co brevis est, et cetera] producta sunt, ut sto do flo: do das, flo flas flat. quando ista monosyllaba, producta sunt, composita brevia sunt, ut reddo. — Sunt ver- 18
ba incertae significationis, ut tondeo lavo fabrico punio, munero populo partio adsentio adulo *lucto* auguro: utrum activi an passivi tondeo tondeor si vis dicere dicit. lavo: Terentius 'it lavit redit', Sallustius 'Cossutius in proxima villa fonte lavabatur'. lucto: Terentius 'anulum dum luctat detraxisse', Vergilius 'genibusque adversae obluctor harenae'. partio: Sallustius 'provincias inter se partiverant', Vergilius 'et socios partitur in omnes'. auguro: Vergilius 'et siquid veri mens augurat, | opto', Statius 'auguror hinc Thebis belli m'. populo, vexo: *Vergilius* 'populatque ingentem farris acervum' et 'quisque suum populatur iter'. adulo illum, adulor illi, obsequor. — Et his verbis pene accidunt: quia et 20
ab activa veniunt et a passiva, ut adulo adulans adulatus adulaturus et adulandus. — Id est rite declinari omnino non possunt. nam ab eo quod 16
est cedo, dic mihi illam rem, secundam et tertiam personam non facit, cedis cedit; in plurali facit cette, ut Plautus in * 'cette patri meo', id est date vel dicite patri meo. ave similiter non declinatur, nisi tantum in secunda persona. faxo faxis: Terentius 'faxis promissa appareant', amabo a prima persona non declinatur, quia velut blandientis est significatio. infit *non* declinatur in prima persona, quia infit coepit loqui, ut 'infit eo || dicente d. d. a'. |

Cod. Bern. X 4—5. 1 ut cedo (*corr. al. man.* edo) habe 2 inquio] inqueo 6 quando] quantum 8 lavo] labeo punio] punico 9 partio] patrio lucto *om.* 12 anullum *corr. al. man.* anulum uergilium 14 uergilii 15 siquit 16 populo vexo illum adulo adulor obsequor adulo adulas adulatus adulaturus et adulandus et his uerbis pene accidunt quia et ab actiua ueniunt et a passiua ut populatque ingenti farris aceruum et quisque suum populatur iter id est 20 ab eo] habeo 21 illum 23 haue 24 in secunda] in prima faxis. rimissa *deleta una littera, corr. al. man.* primissa 26 non *post* infit *om.* cepit

6 quantumuis ista *Putschius* 10 ut est tondeo et tondeor: quod vis dicis, et tondeo mihi caput et tondeor mihi caput *Pompeius p.* 308 *ed. Lind.* it lavit] *Ter. Eun.* III 5, 45 11 *Sallustii verba tertio historiarum libro tribuit Kritzius Sallust. fragm. p.* 246 Cossinius *Kritzius* forte *Dietschius* 12 anulum] *Ter. Hec.* V 3, 31 genibusque] *Verg. Aen.* III 38 13 provincias] *Sall. Iug.* 43*: cf. Serv. in Verg. Aen.* I 194 *Prob. cathol. p.* 36, 25 14 et socios] *Verg. Aen.* I 194 15 et siquid] *Verg. Aen.* VII 273 Statius] *Theb.* IIII 592 16 populo *sqq.*] *in emendanda perturbata codicis scriptura secutus sum Pompeium p.* 308 *et* 310 *ed. Lind.* populatque] *Verg. georg.* I 185 17 quisque] *Verg. Aen.* XII 525 22 *lacunam qua nomen fabulae Plautinae excidit indicavi. eadem Plauto tribuit Pompeius p.* 325 *ed. Lind.; erravit Alcuinus p.* 2118 cette pro date Terentius 'cette patri meo'. cette dextras nunciam *Plauto restituit Camerarius Merc.* V 4, 4 (*v.* 965) 24 Terentius] *Eun.* II 3, 20 27 infit eo] *Verg. Aen.* X 101

p. 1617 P.

383, 21 Sunt item verba quae componere possumus, ut pono traho, repono; sunt quae non possumus, ut aio quaeso. numeri verbis accidunt duo, singularis et pluralis, singularis, ut lego, pluralis, ut legimus; item secundum quosdam dualis, ut legere: propter metrum legere prudentius dicimus, quod significat legerunt, ut Vergilius 'legere rudentis'. ideo dualis dicitur numerus, quia duas personas a plurali numero tertia persona sibi defendit.

384, 10 Tempora verbis accidunt tria, praesens praeteritum et futurum, praesens, ut lego, praeteritum, ut legi, futurum, ut legam: omnis prima coniugatio ad imperativum modum vi addit iunctum et facit praeteritum tempus perfectum, ut canta cantavi, salta saltavi, vacua vacuavi, exceptis scriptis, ut puta tona tonui, sed ita | tamen, ut sciamus et tonui facere et tonavi. sic tibi licet recedere ab ipsa regula, ut non perdas ipsam regulam: licet tibi et aliud dicere, doma et domui et domavi facit. nam in quinta Verrinarum Tullius perdomavit, e contrario Vergilius domui ait. sed haec discretio est: si facit nomen verbiale domitor, ut per i exeat, praeteritum perfectum in ui separatum mittit; si a suum tenuerit nomen verbiale, ut laudator cantator, in vi iunctum mittit, ut laudavi cantavi. — Tempora in verbis omnia quinque sunt. sane videndum est ne tempora confundantur praesentis temporis et futuri. quare legis praesens est, [si] leges futurum, ut illud exeat per i correptam, illud per
12 e productam. — Sed praeterito tempore differentiae sunt tres, inperfecta perfecta plusquamperfecta; | inperfecta, ut legebam, perfecta, ut legi, plusquamperfecta, ut legeram. ergo in modis verborum quinque tempora numeramus, praesens, praeteritum inperfectum, praeteritum perfectum, praeteritum plusquamperfectum, futurum: inter perfectum et plusquamperfectum hoc interest: 'ante decem annos' qui dicit 'ambulaueram', soloecismum facit: debet enim dicere 'ante decem annos ambulavi', item 'ante quindecim ambulaveram', non ambulavi. quidquid enim in praeterito auditum fuerit, tempori plusquamperfecto debetur. *inter plusquamperfectum et inperfectum* hoc interest: plusquamperfectum est quod ante iam factum est,

---

Cod. Bern. X 5*—6.* 1 pono] puno 3 singulares et plurales 6 legere rudentis *superscripta* t *littera ante* rudentis 8 praeteritus et futurus 9 praeteritus futurus 14 aliut 15 in quintam ae contrario uergili 16 sicretio *corr. al. man.* discretio 18 suum] sua contator 21 illut illut 22 productum 23 perfecta *al. man. add.* 24 perfectam ut legi 25 temporis 27 inter *al. man. add.* 28 sollycismum 29 item] iterum 30 non ambulavit 31 deuetur hoc interest plusquamperfectum est quod ante iam factum est in perfectum est quod totum conplet (*corr. al. man.* conpletum) non est interfectum (*corr. al. man.* inter perfectum) et plusquamperfectum hoc

---

6 legere rudentis] *Lucan, Pharsal.* III 44. *Vergilius autem eadem verbi forma bis usus est, georg.* III 125 quem legere ducem *et georg.* III 282 malae legere novercae. *ex quibus exemplis alterum post nomen Vergilii excidisse videtur* 16 domui] *Verg. georg.* II 456 Centauros leto domuit

p. 1917. 18 P.

inperfectum est quod totum conpletum non est. — Inter perfectum et plusquamperfectum hoc interest: quod est factum nunc, perfectum est; quod ante | factum, plusquamperfectum.

Prima persona *in* neutralibus et in activis respuit casum, quia per se inplet effectum, nam deponentia et passiva interdum admittunt nominativum casum, quando opus est ut personam suum ad se meritum. — Etiam 384, 22
verba inpersonalia, quae in tur exeunt, casui serviunt ablativo, ut ge||ritur a me, a te, ab illo: inpersonalia pronominum sibi vindicant casus ablativos. sed in omnibus personis ipse casus est, numquam variat. — Quae in it exeunt casui serviunt dativo, ut contingit 23
mihi tibi illi: in it inpersonalia quae exeunt, pronominis semper casum sibi vindicant dativum. — Quae vero in et exeunt, ea modo dativo, 24
modo accusativo: inpersonalia quae in et exeunt a pronominibus alia accipiunt dativum, alia accusativum casum. sed tamen notandum | libet tantum dativo [et accusativo] iungi. nam pudet piget taedet paenitet semper accusativo dicimus. — Accuso te et invoco te: et in simplici et in com- 28
posito ipsum casum tenet. — Soleo caret participio praesenti; solens non facit. Oriri infinitus est. ita et veteres dicebant moriri; euphonia mori emendavit. Sallio sallire facit, et psallo psallere facit et salio saluere, ut

mollibus in pratis unctos saluere per utres.

Studeo quamvis neutrale sit et activi regulam sequatur, futuri temporis participio caret. nam nemo dicit studiturus, sicut iturus. [omnes 32
latinas recipient] *Ab* eo quod est ovat primam personam non habet: nam nemo dicit ovo, ne intellegamus dativum singularem *ab* eo quod est ovum.

Nam triumpho | per p et h scribitur. k et o littera non 385, 2
praeponitur. item sine u praeferri o littera non potest: nullum verbum primae personae ante o f recipit. sed triumpho non in f et o finitur, sed per aspirationem, ut pho. — Sunt verba defectiva alia per 4
modos, ut cedo: cedo quando significat dic, inperativum tantum modum habet. ideo per modos defectivum est, facit autem pluralem cette. — Alia per formas, ut facesso: facesso quasi frequentativum, cum non habeat principale, unde oriatur, et non descendit ab eo quod est facio. nam facessere est abscedere, et est prima coniugatio, ut Terentius ‹haec

---

Cod. Bern. X 6*—8. 3 in *ante* neutralibus *om.* 5 passiuum 7 ablatiuum 8 pronomium 9 ablatiuo 16 accusatiuo te et in uoco (*corr. al. man.* in nocatiuo) te 18 orriri eufonia aemori aemendauit 19 salio] saluio *deleta* u *littera* 21 accusatiui sequantur futurum 23 ab *om.* ovat] abari 24 ovo ne] obone singulam (*corr. al. man.* singularem) eo quod 28 recipit] sequitur triumfo 29 uerbo *corr. al. man.* uerba 30 cedo dic quando significat dic 33 principalem

---

6 *fortasse* ut personam suam adsumant 14 libet] *cf. Pompei. p.* 319 *ed. Lind.* 18 sallire] sallere *Putschius* 20 mollibus] *Verg. georg.* II 384 34 Terentius] *Phorm.* IIII 3, 30

p. 1918—20 P.

hinc facessat'. ex eorum omnium similitudine aliorum defectivorum regulam requires. — Notandum, cum imperativus modus o littera finitus sit, | facit
385, 5 tamen pluralem cette. — Vt adsum: adsum in composito caret coniuga-
9 tione; in simplici secunda intellegitur, quia sum es est facit. — Liquet mihi, id est manifestum est mihi, defectivum: facit equidem liquebat mihi,
7 tempore tamen perfecto caret, non enim facit liquit. — Soleo faxo inpleo: soleo, perdit enim tempus. in praeterito enim tempore erit pas-
8 sivum, soleo solitus sum, cum in praesenti formam habeat activi. — Verba quoque inpersonalia cum per omnes modos declinari possint, inveniuntur quaedam defectiva, ut liquet miseret: miserebat
potest facere, quo modo liquet liquebat. nam miseruit non facit, quo modo nec liquit. verba inpersonalia corrupta per omnes modos declinantur. nam alii, qui adserunt usque ad inperativum declinari, | auctoritate vincuntur.

DE ADVERBIO

11 Adverbium est pars orationis, *quae* adiecta verbo significationem (adicitur verbo semper adverbium, unde et adverbium dictum) eius aut complet aut minuit (ut est bene lego, male describo), ut etiam faciam vel non faciam. adverbia aut a se nascuntur: significationem tunc complet, [ut] cum dicimus 'pessime recito' 'optime peroro'. * integrum est. si dico 'iam faciam', firmavi quod disposui; si
dico 'non faciam', infirmavi, quod non dixi. a se originem ducunt, non
15 enim habent originem, unde nascantur. — A vocabulo, ut ostium ostiatim; a pronomine, ut meatim tuatim: ostiatim per singula
16 ostia, meatim meo more, tuatim tuo more. — Pedetemptim: hic pes, temptim teneo: ergo quasi dicas pedem teneo. — Adverbia ab appellativis | vel propriis nominibus quae veniunt semper in e productam exeunt, ista tamen quae a recta significatione descendunt. nam bene et male brevia
15 sunt, et illa etiam quae originem non habent, ut rite saepe. — A verbo, ut cursim strictim: adverbia quae ab aliis veniunt ex his tribus par-
16 tibus fiunt tantum, ex nomine pronomine verbo. — Participio, ut indulgens indulgenter. a nomine venientia aut in a exeunt * in correpta ut rite: hic erravit Donatus. nam nulla partici|pia adverbia ex se faciunt. nam in tantum indulgens nomen est, ut recipiat comparationem, indulgens indulgentior indulgentissimus, unde fit ut non creda-

---

Cod. Bern. X 8—XI 1*. 1 similitudinē defectiorum 2 requires] sequerit 3 ut (a sum *add. al. man.*) adsum adunt in composito 5 defectio 11 potes 12 nec licuit correpta 13 alia qui adseruntur autoritate uincatur aduerbium est aduerbium est pars 15 quae *om.* uerba significatione 16 semper] sem 17 discribo 19 discimus (*corr.* dicimus) primae recito optimae peroro 21 dicunt *corr. al. man.* ducunt 22 enim] tamen 25 ergo pedem teneo si dicas 26 producta 28 saepe] semper 33 ex se faciunt] exeunt 34 creatur

---

20 integrum est *ad definitionem adverbii pertinere videtur, quoniam verbum etiam non addito adverbio integrum est. itaque lacunam indicavi*

p. 1920. 21 P.

tur a participio esse, sed a nomine hic indulgens. accepta igitur comparatione participia fiunt nomina. omnia adverbia a terminata longa sunt, | ut una contra, ut 'illum aspice *contra*'. — Aut in i, ut vesperi; 385, 18 aut in o productam, ut falso; aut in o correptam, ut modo; aut in u, ut noctu; aut in m, ut scriptim; aut in r, ut breviter; aut in s, ut funditus (exeunt et in am, ut perperam). adverbia quae in e exeunt produci debent praeter illa quae non comparantur ('rite secundarent visus', et ritius non facit), ut rite, aut comparationis regulam non servant, ut bene male: faciunt enim bene (benius non facit) melius optime (malius non facit) male peius pessime: aut ea quae a nomine verbove: quaecumque nomina appellativa adverbia ex se faciunt et dativo casu o littera finiuntur, appellativa sane, o in e convertunt, ut huic docto docte, ita et doctissimo doctissime. sunt alia quae contra regulam veniunt, sed rara et auctoritate usurpata, ut durus duriter, | inhumanus inhumaniter. item sunt alia quae o in er litteras convertunt, ut violento violenter. inter nocte et noctu hoc interest: si 'tota nocte' iunctum dico, nomen facio; si solum noctu, adverbium. nomina communis et omnis generis semper in r exeunt, ut brevis breviter, misericors misericorditer. et magne, quia magnus maior maximus facit. etiam ipsa adverbia aliquotiens faciunt, ut paene paenitus. bene et male conparari ex se non possunt; ideo in e correptum exeunt. rite originem sui non habet et in conparatione deficit, quia ritius nemo dicit. saepe quamvis conparationem servet (nam dicimus saepe saepius saepissime), tamen, quia originem ex nomine non habet, ideo brevis est. notandum sane horum adverbiorum regulam talem esse, ut ea quae | a diversis generibus vel a nomine veniunt, ut auctoritas elocutionis exercuit, ita et adverbia faciant. regula adverbii quando debet in e ire, quando in o et er. masculina omnia nomina, quae fuerint propria et ex se faciunt feminina, in e productam mittunt adverbia, ut Tullius Tulliane, Sallustius Sallustiane, Vergilius Vergiliane. quae vero appellativa fuerint et ex se masculinum et neutrum faciunt, et ipsa in e exeunt productam, ut doctus docta doctum, facit docte. sed ista conparantur quae appellativa sunt adverbia, propria conparari non possunt, sicut et nomina ipsa. illa vero quae a communi genere veniunt vel ab omni semper in er cor-

---

Cod. Bern. XI 1*—3. 1 esse] este hic indulgens] hic legens 3 ut illam aspice ut falso aut incorreptam aut in .i. ut uesperi aut in o producta aut in u ut noctu 6 et in am] etiam 7 illa] illae 8 secunda .re. uisus et tritius 10 enim ut bene 11 uerboue] uerbo .ae. 12 fiuntur 13 huic] hic 14 aliquae contra 16 quae in o in r litteram conuertuntur 17 totam 22 artius *corr. al. man.* ritius 25 talem] tamen 27 faciant] facienda deuent 28 in o ter 29 tulline 31 et .i. ipsa in e exeunt productum

---

3 illum] *Verg. Aen.* XI 374 8 rite] *Verg. georg.* III 35 14 sunt alia — inhumaniter *repetita sunt infra* 23, 2 19 magne] *cf. infra* 64, 28

p. 1921. 22 P.

reptum exeunt, ut nobilis nobiliter, felix feliciter, et conparantur, quia appellativa sunt. o quae producuntur a masculinis veniunt | et melius iuxta regulam in e caderent, ut false, sicut docte. sed auctoritas in o mutavit, ut ‘falso queritur de natura sua genus humanum’. et ipsa ista producenda sunt. *modo:* ideo hoc adverbium correptum est, quoniam non descendit ab eo nomine, unde descendit et falso, ut ‘tu modo posce deos veniam’. nam continuo inde producitur, quod a nomine venit, ut huic continuo, continue facit adverbium, quod, ut diximus, e in o auctoritas convertit. cito quaerendum est cur breve sit. quoniam significationem non servat, dum flectitur in adverbium. nam falsus potest et falso facere et false, continuus potest et continuo facere et continue; citus autem non facit cite, sed cito, unde o correptam habet, ut

et cito | rapturus de nobilitate comesa.

est alia regula, unde brevis sit cito, quia conparationem recipit [et duplicat adverbium], quod continuo et falso facere non *possunt*. potest facere conparativum. nam ista adverbia ideo in o exeunt, quia anomala sunt in conparatione, illa vero ideo in e, quia conparationes legitimas servant.

Adverbia ipsa, quae extra exempla lectionis huius reperiuntur, sensu colligenda sunt, ut deprehendantur cuius sint significationis. sic dicendum est ‘intus sum’, ‘foris sum’, ‘foras vado’, ‘intro vado’, ‘ibi sum’, ‘illuc vado’. ‘de intus’ et ‘de foris venio’ non possumus dicere, quia praepositio adverbiis numquam iungitur. sane sciendum quod non dicitur ‘de domo venio’, ut Terentius ‘domo me eripuit’; | vel tunc dicimus ‘de domo venio’, quando pronomen additur, ut ‘de domo mea venio’ vel ‘de domo tua’. — Omnia adverbia, quae ab appellationibus descendunt et e littera terminantur, producto accentu pronuntianda sunt, ut prime docte et cetera. sane ista tria corri||pienda, bene male magne; anomala reperiuntur. falso et magno et nomina et adverbia sunt. sed quando significationem nominum perdunt, in adverbia transeunt. — Roma si non sit nomen, sed vice loci sit, adverbium est, ut Roma venio: adverbium, quia locum significat, unde veneris. nomina civitatium quando significant, locum non demonstrant. | nam si locum demonstrant, adverbia faciunt, ut

---

Cod. Bern. XI 3—5. 4 quaeritur 5 modo *om.* 6 descendunt ab eo 10 in aduerbio 12 cite *om.* 15 alia] . . . a *corr. recenti manu* una quia] qui 16 possunt *om.* 19 extra extempla repperiuntur 20 depraehendantur 21 foras] foris 24 eri | vel 26 appelationibus 27 primae 28 mala magnae repperiuntur 29 fulso 31 uenio a quia locum significat aduerbium quidem monstratunde ueneris 32 significat locum non demonstrat 33 faciunt in cre ataeiussit

---

4 falso] *Sall. Iug.* 1 6 tu modo] *Verg. Aen.* IIII 50 14 et cito] *Iuven. sat.* I, 34 24 Terentius] *Adelph.* II 1, 44 28 magne] mage *Putschius.* magne *etiam supra* 63, 19 *in codice est*

p. 1922. 23 P.

'Cretae iussit considere Apollo.' ut Cicero 'ad Messanam' pro Messanam, Vergilius 'Tyria Carthagine qui nunc Expectat' pro Carthagini. antiqui autem alia consuetudine utebantur: et civitatibus praepositiones iungebant et provinciis detrahebant versa vice, ut Vergilius 'Italiam fato profugus' pro ad Italiam, quod rectius nos civitatibus demimus, provinciis applicamus.

Facile et difficile, quae ut adverbia ponuntur, nomina 385, 25
potius esse ducenda sunt: multi dubitant facile et difficile utrum nomina sint, an adverbia. sed magis nomina intellegimus, ut sint communis generis et neutri, ut hic et haec facilis et hoc facile, quia possunt adverbia facere, ut faciliter | et difficulter. — Pro adverbiis posita, 26
ut est torvum clamat, horrendum resonat: sunt etiam nomina quae a poetis pro adverbiis licentissime ponuntur, ut 'torvum clamat' pro torve, horrendum pro horrende. sunt quaedam nomina quae, dum vocabulorum obtinent locum, faciunt etiam adverbia, quae licenter poetae commutant et nominibus pro adverbiis utuntur, ut Romae ruri. — Ergo 27
adverbia, quae in e productam exeunt, ab eo nomine veniunt, quod dativo casu o littera terminatur, ut huic docto docte: ista quae originem habent et comparationem rectam in e exeunt productam. mane autem ideo correpta est, quia in conparatione deficit: nec manius dicimus, nec originem habet. | — Quae in ter exeunt, ab eo 386, 1
nomine veniunt, quod dativo casu i littera terminatur, ut (huic facili faciliter) agili agiliter. contra quam regulam multa saepius usurpavit auctoritas. nam quaedam et in dativo casu manent, || et adverbia faciunt (pro false et sedule), ut falso sedulo. quaedam multa contra faciunt, ut huic duro non dure, sed duriter (dure debuerat facere).

Adverbio accidunt tria, significatio conparatio figura. 7
significatio adverbiorum in hoc cernitur, quia sunt adverbia loci, ut hic; temporis, ut hodie (vel mane, ut 'mane ruunt') nuper; numeri, ut semel bis; negandi: falso adverbium est et perdit casum, dum facit adverbium. hoc autem breviter intellegendum est: omnes partes orationis, cum desierint esse quod sunt, adverbium | faciunt, ut qui, si habeat casum, pronomen est, si non, adverbium, ut

Cod. Bern. XI 5 — 6*. 1 apollo *corr.* appollo ad mensa an pro mensa ne uergilius tria 2 pro carthagi 3 ciustatibus praepositionis 6 aplicamus 10 possunt] potest 12 nomine 15 optinent 21 habent 22 terminata ut hic facili 24 in dativo] in dicatiuo 28 aduerbia accidunt 30 ruunt] runt 33 desiderint *corr. al. man.* desierint

1 Cretae] *Verg. Aen.* III 162 ut Cicero] Tullius in Verrinis 'ea die Verres ad Messanam venit' pro 'Messanam venit' *Servius in Verg. Aen.* I 2: *cf. Cic. in Verr act. sec.* V 62, 160 eoque ipso die casu Messanam Verres venit. *exemplum alieno loco collocatum transponendum est post* 4 iungebant 2 Tyria] *Verg. Aen.* IIII 224 5 Italiam] *Verg. Aen.* I 2 13 torvum] *Verg. Aen.* VII 399 30 mane ruunt] *Verg. georg.* IIII 185

p. 1923. 24 P.

qui pro unde. ante, si iungo nomini, ‘ante templum’, praepositio est; si tempus invenit, ut ‘ante feci’, adverbium est. sunt alia quae contra hanc regulam veniunt, sed rara et auctoritate usurpata, ut durus duriter, inhumanus inhumaniter, sicut in praetura Tullius dixit [inhumaniter ait Cicero in praetura]. post crastinum quotienscumque dicere voluerimus, non debemus dicere post crastinum diem; sed per se post crastinum [diem] ponere, ut subaudiamus diem. ‘hic locus urbis erit’ [et ‘quae loca, qui habeant homines’ et ‘desertosque videre locos’]. nuper, ut

nuper in pratis studiosa florum.

semel,

quam semel informem vasto vidisse sub antro
Scyllam. —

386, 9 Vt non; adfirmandi (ut non:

non tibi Tyndaridis facies | invisa Lacaenae),

ut etiam quinni; demonstrandi (ut etiam:

Idaeumque etiam currus etiam arma tenentem.

et sane et hercle adfirmandi adverbia sunt), ut en ecce; optandi, ut utinam; hortandi (‘mansisset utinam’, ‘heia age rumpe moras’, ‘deinde satis fluvium inducit’, ‘cur, inquit, diversus abis’), ut heia; ordinis, ut deinde; interrogandi, ut cur quamobrem; similitudinis (‘et veluti magno in populo’), ut quasi ceu (‘ceu quondam torto’ et ‘ceu quondam petiere rates’); qualitatis, ut docte (et bene, ut ‘non bene ripae creditur’) pulchre; quantitatis (omnia adverbia quantitatis, quae plus minusve significant, genetivo casui singulari semper respondent, ut ‘multum vini bibi’, ‘infinitum carnis accepi’, ‘satis poenarum dedi’, ‘plus olei | effudi’), ut multum parum (vel satis, ut ‘sit satis armentis’); dubitandi, (ut ‘forsitan et Priami fuerint’) ut forsitan fortasse (*forsitan fortasse forte* et forsan totum unum est, sed forte forsan et forsitan poeticum est, fortasse prosae); personalia, ut mecum (‘mecum eritiste labor’) || nobis-

Cod. Bern. XI 6*—7*. 2 feci]/faci *corr. al. man.* faciē quae] qui 7 ut] et 10 prastis 16 ut etiam ut etiam ideumquetiam 17 armat et sane et ercle- 20 inquid 21 quam ob rem] quambreuem 23 pitiere 25 minusque 26 singularis bibi] bibus *corr. al. man.* bibimus 27 carnis] carminis 28 arment. 29 fortasse et forsan totum 30 loeticum *corr. al. man.* poeticum

2 sunt alia] *cf. supra p.* 63, 14 4 in praetura] *in Verr. act. sec.* I 57, 138 respondit illa, ut meretrix, non inhumaniter: *cf. Pompei p.* 335 *ed. Lind.* 7 hic locus] *Verg. Aen.* III 393 8 quae loca] *Verg. Aen.* VII 131 desertosque] *Verg. Aen.* II 28 10 nuper] *Hor. carm.* III 27, 29 12 quam semel] *Verg. Aen.* III 431 15 non tibi] *Verg. Aen.* II 601 17 Idaeumque] *Verg. Aen.* VI 485 19 mansisset] *Verg. Aen.* III 615 heia] *Verg. Aen.* IIII 569 20 deinde] *Verg. georg.* I 106 cur] *Verg. Aen.* XI 855 22 et veluti] *Verg. Aen.* I 148 ceu quondam torto] *Verg. Aen.* VII 378 23 ceu quondam petiere] *Verg. Aen.* VI 492 24 non bene] *Verg. bucol.* 3, 94 28 sit satis] *Verg. georg.* III 286 forsitan] *Verg. Aen.* II 506 31 mecum] *Verg. Aen.* IIII 115

p. 1924 P.

cum vobiscum. — Heus, si raptim proferimus, adverbium est; si cum 386, 14
dolore, interiectio: sic et heu. — Sunt adverbia quae, cum unum significent, duplici vel amplius modo efferuntur, ut puta num et nunc, tum et tunc, ut et sicut, uti et sicuti, quo et aliquo, ubi et alicubi, ibi et ibidem, hic et istic, hinc et istinc, illo et illuc, illic et illinc, rursus et rursum, prorsus et prorsum, forte et fortasse et fortassis et forsitan. sunt alia adverbia ex istis, quae sibi | respondere inveniuntur, ut tum num, ut 'tum decuit metuisse tuis' et 'tum decuit, cum sceptra dabas'; 'num te facta inpia tangunt'. — Vt seorsum 15
(Terentius 'seorsum Demea'); iurandi, ut edepol ecastor (Terentius

edepol, Surisce, te curasti molliter)

hercle mediusfidius; eligendi (ista omnia unam partem orationis habent), ut potius (ut 'quin potius pacem aeternam') immo; congregandi (ut 'fundunt simul undique tela'), ut simul una; prohibendi (ut 'ne pete conubiis natam s. L.), ut ne; eventus, ut forte ('*forte* sub arguta consederat i. D.'); conparandi, ut magis (magis atque magis) et tam (ut 'non tam praecipitis biiugo certamine'). sunt item adverbia: infinita sunt quae de absentibus dicuntur, finita quae de praesentibus [nam cum dicimus hic et modo, et locus finitur | et tempus], ut hic modo: nam et locus definitur et tempus. — Adverbia loci duas species habent, in loco et ad lo- 18
cum: in loco, ut intus foris, ad locum, ut intro foras. dicimus enim, intus sum, intro eo; foris sum, foras eo. adiciunt quidam de loco, quod sic dicitur quasi in loco, ut intus exeo, foris venio: adverbia localia quattuor modis figurantur, per locum, ut 'hac iter Elysium nobis', ad locum, ut 'huc ades o Galatea', in loco * ut

hinc me digressum vestris deus appulit oris.

foras et intro, intus et foris: tunc has significationes custodimus, sicut in praepositionibus utriusque casus, ut, quando nos aliquo ire vel isse vel ituros significamus, foras vel intro dicamus, ut 'quo is?' foras vel intro,

Cod. Bern. XI 7*—8*. 1 sicut dolore 2 quaecumq. unum 4 ut et sicut] sicut scuti ubi] uti 5 istic] stic istinc] stinc *corr. al. man.* istinc rursus] rurs 6 forsitan] fortansitan 7 ut tum num mutum decuit metuisse tuissetum 17 ut forte sub ut magis sunt item magis atque magis 18 certamine aduerbia 24 sum foras *om.* 30 foras et] foris in praepositiones

8 tum decuit metuisse] *Verg. Aen.* X 94 tum decuit cum] *Verg. Aen.* IIII 597 9 num te] *Verg. Aen.* IIII 596 10 seorsum] *Terent. Adelph.* V 9, 14 et seorsum tibi praeterea, Demea 12 edepol] *Terent. Adelph.* V 1, 1 14 quin potius] *Verg. Aen.* IIII 99 15 fundunt] *Verg. Aen.* XI 610 16 ne pete] *Verg. Aen.* VII 96 17 forte] *Verg. bucol.* 7, 1 18 magis atque magis *ex aliquo Vergilii versu, georg.* III 185 tum magis atque magis, *Aen.* II 299 et magis atque magis *vel Aen.* XII 239 iam magis atque magis *relictum esse videtur* non tam] *Verg. Aen.* V 144 27 hac iter] *Verg. Aen.* VI 542 huc ades] *Verg. bucol.* 9, 39 28 *lacunam qua exemplum adverbii* in loco *excidit indicavi* 29 hinc] *Verg. Aen.* III 715

p. 1924. 25 P.

'quo ieras?' *foras* vel intro, 'quo iturus es?' foras vel intro; at vero cum nos alicubi esse vel fuisse | vel futuros esse significamus, foris vel intus, 'ubi futurus es?' foris vel intus, 'ubi fuisti?' || foris vel intus; item quando illo significas, foras vel intro respondeantur, quando illic,
386, 22 foris vel intus, ut 'illic est, foris vel intus'. — Adiciunt quidam etiam per locum, ut hac illac: hac eo, illac eo. adverbia loci sunt haec, hic ibi illic, de loco hinc illinc inde, per locum hac illac illa, ad
23 locum huc illuc illo. — Adverbia putaverunt, quia non semper haec sequitur: adverbia enim semper verba comitantur.
26 Positivus, ut docte, conparativus, ut doctius, superlativus, ut doctissime: ut conparantur nomina, ita et adverbia. quae conparantur, ab appellativis nominibus veniunt; inde et recipiunt conparationem.
27 et non omnia appellativa conparantur. | — Et quoniam adverbia quoque sunt, quae per omnes gradus ire non possunt. — Nequam quamvis monoptoton nomen sit, hoc solum nequiter facit et nequissime.
— Notandum etiam adverbiis omnia tempora paene accidere, praesens,
29 ut hodie, praeteritum, ut heri, futurum, ut cras. — Et superlativum magis et maxime: mane non facit manius, sed magis mane aut maxime
30 mane. — Et minime. quem ad modum comparantur, ita et deminuuntur adverbia: a positivo, ut primum primulum, longe longule; a conparativo, ut melius meliuscule, longius longiuscule. a superlativo vel nulla exempla vel rara sunt: omnino nulla existunt. quoniam quo modo conparantur adverbia, sic et minuunt conparationem. notandum et inminutionem esse, ut Terentius
387, 1 'fere grandiuscula illinc profecta est'. | — Figurae adverbiorum duae sunt. aut enim simplicia sunt adverbia, ut docte prudenter, aut conposita, ut indocte. — Tribus regulis adverbia non recte conparantur: si a se oriuntur, mane manius non dicitur; si a nomine quod non recipit conparationem [inaequalia habet]; si ab aliis partibus quae conparationem non recipiunt.
5 Et pronomen, ut qui; inter adverbium et verbum: [qui unde, qui evenit, unde evenit] quia qui *et* pronomen est, dum per casus inflectitur, et adverbium, dum significat unde. pone accentu discernitur, ut propter discretionem contra regulam ultima accentum accipiat. — Vt pone; inter adverbium et participium, ut profecto: profecto, hic profectus, apud
4 Terentium profecto sine dubio est. — Vt est falso; inter adverbium: quia

Cod. Bern. XI 8 — XII 2. 1 quoque ieras uel intro ad uero 2 futurum esse 14 nequam] nequa 16 accedere 17 odiae 19 deminiuntur *corr. al. man.* deminuuntur 20 a posito 24 esse terentius ut fere 26 duae autem simplicia 28 conponuntur 29 inaequalia be (*corr. al. man.* habet) et in ab aliis 31 aduerbium ut uerbum 32 quia qui et] qui quia 34 accipiat pone accentu discernitur ut pone 36 aput quia ex his falsus coniunctio

24 Terentius] *Andr.* III 5, 19

p. 1925. 26 P.

et hic falsus facit | et huic falso. sed articulus nomen facit, sine articulo adverbium. — Inter adverbium et coniunctionem, [profecto sic 387, 6
intellegendum, quo modo falso. observandum sane, ut nominibus locorum quae adverbia faciunt praepositio numquam iungatur, ut Romae fui, Cirtae audivi, Vticae moratus sum. domus vero et rus tunc accipiunt praepositionem, quando et pronomen, ut ‘ad domum meam || vado’. si caret pronomine, caret et praepositione, ut ‘domum vado’] ut quando; inter adverbium: ‘ut te, fortissime Teucrum’, adverbium est ut, id est quemadmodum quomodo. — Vt propter; inter adverbium: propter adverbium est, ut ‘propter te veni’; praepositio, ut ‘propter aquae rivum’, hoc est iuxta [propter est praepositio] * est ‘ante audivi’ adverbium. — Interiectionem, ut heu: heu responsio | adverbium est; 8
quando ingemiscentis est, interiectio est. — Horum: qui unde si qui a quis veniens facis qui. — Sunt adverbia loci, quae inprudentes 9
putant nomina, ut Romae sum; de loco: de his adverbiis localibus in minore parte plenius subnotatum est. nomina civitatium numquam admittunt praepositionem. nam ea omnia secundum accusativum septimum et dativum debemus proferre aut ad locum aut de loco aut in loco, ut puta ‘Beneventum vado’ non tam nomen est civitatis quam adverbium ad locum: excepto illa nomina quae us et um exeunt, ut Delus Naxus Tarentum. — His praepositio non anteponitur, quae provinciis locis 11
regionibusve adici solet (his, civitatibus scilicet, regionibus enim semper apponimus. provinciae enim non possunt adverbia significare. de Africa venio: Africa nomen est, | non adverbium, significatio me venire, sed de ipsa re), quia de significatione nominis non recedunt, ut de Africa venio, ad Siciliam pergo: ideo non transeunt in adverbia, quia provinciae de significatione nominis non recedunt. — Vt 5
pone: ut, id est quemadmodum, circumflexum habet accentum, ut coniunctio acutum. sic et pone, si retro significat, circumflexum; si verbum, acutum. ne circumflexum adverbium est; ne acuto quando dicimus, coniunctio est. sensu vero discernimus ante et cetera. — Praepositio sepa- 13
ratim adverbiis: adverbiis praepositiones putant aliqui omnino addi non oportere, cum interdum propter sonos iungi necesse sit, ut apud Terentium

---

Cod. Bern. XII 2*—3*. 4 Cirtae] circae 7 et praepositionem inter aduerbium quemadmodum ut te 14 quae] quaeque 15 aduerbis 18 ut] aut *corr.* ut 19 ciuitatum quantum aduerbium 20 exeunt in delus nexus 22 religionibussue adici licet *corr.* scilicet 23 semper ponimus 26 ad sicilia 27 de significationem 28 habeat 32 aliquid 33 iugi necessit ut aput *corr. al. man.* iungi necesse sit ut apud

---

8 ut te] *Verg. Aen.* VIII 154 10 propter sedet ante venit *infra p.* 78, 21 propter aquae] *Verg. bucol.* 8, 87 13 qui unde *etc. ad observationem de* qui *adverbio a pronomine discernendo, de quo supra p.* 68, 31 *dictum est, pertinere videntur* 16 in minore arte *Putschius* 20 exceptis illis nominibus *Putschius* 33 apud Terentium] *Andr.* I 1, 42

p. 1926. 27 P.

interea mulier quaedam ab hinc triennium,
et Vergilius 'Siculo prospexit ab usque Pachyno'. sed hoc | observandum secundum certos sonos, quos poetae usurparunt [praepositiones
387, 14 addi non oportere]. — Quamvis legerimus de sursum, de subito, ex inde et ab usque et de hinc. sed haec tamquam unam partem orationis sub uno accentu pronuntiabimus: 'deinde satis fluvium inducit'. deinde et desursum et desubito non sunt duae partes orationis, sed una conposi||ta. si dividas, praepositio est, conexa adverbium facit. ideo praeiudicium non faciunt, quia uno accentu pronuntiantur, tamquam singulae partes orationis, non tamquam divisae.

DE PARTICIPIO

18 Participium est pars orationis dicta, quod partem capiat nominis, partem verbi. recipit enim a nomine genera et casus [qualitatem et tempus], | a verbo tempora et significationes, ab utroque numerum et figuram: quando similia sunt nomina et participia, hac re discernis. si genetivo servit, nomen est; si accusativo, participium, ut prudens illius rei, prudens ad illam rem: hic tempus designat, unde participium credimus, licet privatum sit significatione. participia ita se invicem regunt. nam si praesentis temporis participio detrahas s ultimam litteram et addas dus syllabam, facis participium futuri temporis a passivo, ut amans amandus. item si participio praeteriti temporis a passivo detrahas s ultimam litteram et addas rus, facies participium futuri temporis ab activo, ut lectus lecturus. | omnia participia praesentis temporis ab omni coniugatione us litteris terminantur, ut amans; participium praeteriti temporis in us mittit, ut amatus; futuri temporis participia ab utroque verbo in dus et in rus syllabam exeunt, ut amandus amaturus.
23 — Commune, ut legens: trium generum hic et haec et hoc legens.
24 — Nam omnia praesentis temporis participia generis sunt communis. casus totidem sunt participiorum, quot et nominum: nam per omnes casus etiam participia declinantur. tempora participiis accidunt tria, praesens praeteritum futurum, ut luctans luctatus luctaturus: ita tot sunt casus participiorum, quot et nominum, ut et septimum casum habeant participia et
27 octavum. | — Significationes a generibus sumuntur: hoc est a

---

Cod. Bern. XII 3*—5*. 1 interea] intere abhinc] adin (*corr.* ad) hinc 2 pacyno 3 sonae quos poetae susurparunt praepositiones ad (in *add. al. man.*) oportere 5 abusquae partis 9 faciunt] patitur uno] unu 10 partis 15 utruque 19 nam de participio praesentis temporis a passiuo nam si praesentis temporis detrahas 20 dus] di 23 lecturus sunt temporis ut soleo solens solitus soleo tempore | praeterito perfecti nec solui facit et futuro tempore caret non facit solendus omnia: *cf. infra p.* 71, 21 24 coniunctione s litteris 29 quod et 31 accedunt tria pres praefitur ut luctans 33 quod et nominum ut ex septimum casus *corr.* -sum

---

2 Vergilius] *Aen.* VII 289 6 deinde] *Verg. georg.* I 106

p. 1927. 28 P.

qualitate verborum, quia intelleguntur participia ex quibus verbis oriuntur. oriuntur autem ex omnibus octo qualitatibus verborum, quia octo sunt qualitates vel genera verborum, neutrale activum passivum deponens commune inchoativum frequentativum defectivum. qualitas genus est, significatio species. [verborum similes sunt. cultus, si recipit con||parationem nomen est; si tempora, participium. declinatione discernuntur, ut visus, si quartae declinationis est, nomen est; si secundae, participium]. — Praesentis temporis et futuri, ut legens lecturus: in omnibus 387, 29
coniugationibus custodiendum praesentis temporis participia quo modo *a* nominibus distent. amans illius | *nomen* et amans illum participium. — Et futuri, ut luctans luctatus luctaturus (hoc verbum deponens 32
participium futuri temporis ab activo vindicat); a communi quattuor, praesentis praeteriti et duum futurorum, ut criminans criminatus criminaturus criminandus: quaeritur utrum sancturus an sanciturus dicatur. ad praeteriti perfecti regulam recurrendum est: ab eo quod est sanctus tolle s, adde rus, facit sancturus. si sancitus, facit sanciturus. sed ideo hoc debemus intellegere ab activo: quia facit sanxi, facit sanctus; si faceret sancii, faceret sancitus; sed facit sanxi, quam sancii. mortuus tamen hoc solum contra regulam istam repugnat, quia non facit mortuus mortuurus, sed facit moriturus. — Defectiva inter- 388, 3
dum alicuius sunt temporis, | ut soleo solens solitus: soleo tempore praeterito perfecto nec solui facit et futuro tempore caret; non facit solendus. odi autem lectum est et osus et osurus; sed hic Tullii pugnat auctoritas. — Notanda est alia declinatio, quo modo participia a nominibus separentur, ut ab eo quod est amans, si genetivo amantium facit, participium est; si amantum, nomen. — Vt ab eo quod est me- 4
mini nullum participium invenitur: memini meminens meminitus non facit, quia utroque participio caret. — Ab eo quod est studeo 6
studens: studiturus non facit. — Ab inpersonali verbo participia 7
nisi usurpata non veniunt: pudens paenitens quaeritur, utrum faciat ab inpersonali verbo. notandum ab inpersonalibus verbis participia futura non venire nisi usurpata. | — Numerus participiis accidit uterque, 8
singularis ut hic legens: sciendum communem numerum participia habere non posse.

Vt tunicatus galeatus: non facit tunico galeo; illud est parti- 12

Cod. Bern. XII 5*—7. 3 passivum] frequentatiuum 8 omnibus] nominibus 9 a *om.* 10 nomen *om.* 15 ab eo] ut eo 18 saucsi quam sancii 20 mortuurus] moriturus 22 praeteriti perfecti 23 odii 24 pignat *corr. al. man.* pugnat 27 inueniuntur 28 studeo studens studens studiturus 30 pudens taendens (*corr.* tedens) penitus utrum 32 adcedunt 35 galio

---

4 qualitas generis est significatio. species verborum similes sunt *Putschius.* verborum similes *eo pertinere videtur, quod significationes participiorum significationibus verborum, a quibus oriuntur, similes esse dicuntur* 14 taedens poenitens utrum *Putschius*

p. 1928—30 P.

cipium, quod a verbo venit. tunicatus comatus et galeatus, quia significationibus carent, ambigua participia sunt. — Ex quibus sunt etiam illa: ista dubia sunt et alia quae secuntur sub sequentibus exemplis. nam et pransus et cenatus quod dicitur, prandeor et cenor non dicitur. sunt participia quae a verbis neutralibus veniunt et tamen praeteriti temporis nec non et futuri, quod [non] in dus syllabam exit, sonum sustinere reperiuntur, ut apud Sallustium 'cenatos esse in castris'. ita et apud Vergilium, 'monstrum horrendum ingens'. nunc haec participia quae a verbis | neutralibus veniunt praeteriti vel futuri auctorum probantur exemplis. — Amans sapiens et cetera quando conparantur et adverbia faciunt et genetivo casui coniunguntur, [quia] nomina sunt, unde Sallustius 'alieni appetens, sui profusus', 'fugitans litium', quoniam participia nec conparantur nec adverbia faciunt et accusativo, non genetivo iunguntur. — Vt pransus, cenatus: rogatus et cenatus, si ad hominum vocabula contorqueas, nomina sunt; si vero ad tempus propriis sunt nominibus adiecta, participia. — Nam noceo dicitur, innocco non dicitur: noceo nocens simpliciter dicimus, innoceo facere non potest. — Sunt multa: passus participium quando declino, hic passus huius passi facit; hic passus huius passus nomen. similiter et visus cultus: nam ille genetivus in i, ille in us. nam si nomina sunt non habent tempora, si participia sunt, habent tempora. — Participia eadem et nomina, ut passus visus (horum participiorum vocabulum tale est, quod nec participia nec nomina, sed sunt nomina participiis similia) cultus: [coeptus: praeteriti; praesens coepens non facit. urguendus praeterito non facit ursus. urguendus urguens facit.] passus nomen est, quando gradum significat; participium, quando aliquid nos perpessos demonstrat; et quando nomen est, quartae declinationis; quando participium, secundae. visus, quando ab alio nos videri ostendimus, participium est; quando visum ipsum, nomen est. — Vt est coeptus urguendus: alii quidem volunt urguendus *ursus* facere, unde et ursi dicti, | quod se urgeant currendo, et urgeo ursi. ars quidem haec habet, sed euphonia sonos istos sustulit de consuetudine et defectivum participium fecit. — Fieri posse non nulli negant: non est credendum quod falsum est. amanter venit ab eo quod est amans. modo non participium est, sed nomen, in tantum ut etiam conparationem reci|piat: facit enim

388, 13

Cod. Bern. XII 7—8*. 4 dicit prandeor dicitur sed participia quae aduerbiis 6 syllaba 7 repperiuntur aput cenatus 8 aput orrendum 17 dicimus] dicamus 22 eand. et nomina pasus *corr. al. man.* passus 27 a quarte declinatio 28 secunda ab alio *corr.* ab alto 29 quam uisus ipsum 30 ursus *om.* 32 eufonia sonis (*corr.* soni) istos tulit 33 fecit posse non nulli negant fieri posse non est credendum 34 salsum

7 apud Sallustium] *Iugurth.* 106, 4 8 apud Vergilium] *Aen.* IIII 181 12 Sallustius] *Catil.* 5, 4 fugitans] *Terent. Phorm.* IIII 3, 18

amantior amantissimus. quod si participium tantum esset, conparationem utique non reciperet. — Sed hos plurimae lectionis revincit 388, 26
auctoritas: verissimum est ut nulla participia in adverbia transeant, nisi illa quae et conparationes possunt accipere, ut iam potestates nominum teneant, ut neglegens neglegenter, quia facit neglegentior.

DE CONIVNCTIONE |

Coniunctio est pars orationis adnectens: coniunctio ideo 28
dicitur, quod adnectit verba; a conexione vim suam habet declaratam. potestas coniunctionum est, ut sciamus, quae copulativae sunt, quae disiunctivae et reliquae; ordo, ut sciamus, quando subiungamus, quando praeponamus, quando subiungamus et praeponamus; figura, quia coniunctiones, quamvis sunt simplices, conponuntur, sicut et nomina. equidem alii dicunt hanc habere significationem, 'ego quidem'; sed melius iuxta Sallustium intellegendum quidem, ut compositum sit equidem. — Causales: intellegitur etiam hoc modo, quid intersit inter rationalem et 31
causalem per hunc colorem. verbi gratia si dicamus 'occido hominem, ut tollam illi pecuniam', causa est, sed ratio non est per intemperantiam | hominem occidere; si addo 'per noctem, ne deprehendar', ratio est. copulativae dictae coniunctiones, quae semper copulant et coniungunt locutiones [ut 'primusque Machaon Et Menelaus' tale est, *ac* si dicas 'et primus Machaon']. nam si dico 'tu ille', stare non potest, nisi fuerit media coniunctio, ut 'tu et ille'. ergo ideo dicitur copulativa, quia duas partes in elocutione optime coniungit. disiunctiva enim verba copulat, sensus disiungit. ideo contraria species videtur coniunctioni disiunctio. expletivae sunt quae additae ornant sensum et pondus adiciunt, detractae nihil derogant, ut 'hoc facito saltem', possumus et 'hoc facito' dicere sublata coniunctione. — Difficilis discretio est inter causales et rationales, quae res | magis ad philosophos pertinet et oratores. aliud enim sunt causales, aliud rationales: potest esse enim causa, quae rationem non habeat; ratio sine causa non potest esse. alia discretio: ubi utimur causalibus, non utimur || rationalibus; ubi rationalibus utimur, possumus uti et causalibus. — Namque, nisi, nisi si, enim, etenim: si et ni in 389, 5
oratione numquam pro coniunctione ponuntur, quia interdum vices earum praepositio occupat. — Enim etenim *enim*vero: istae tres coniunctio- 8

Cod. Bern. XII 8*—XIII 2. 4 potestas 5 necglegens necglegenter necglegentior 11 coniunctiones *corr.* coniugationes 15 rationalem] ratione 17 per intemperantia hominem occidere ne depraehendar si addo per noctem ratio est 19 coniungant 20 menelais tale est si 21 nisi] si 25 orant *corr. al. man.* ordinant 28 aliut 29 aliut 30 ratio enim sine 32 in orationi 34 enim etenim uero ista

---

14 iuxta Sallustium] *Catil.* 51, 15 equidem ego sic existimo: *cf. Priscian. vol.* I *p.* 575 *H* 20 primusque] *Verg. Aen.* II 263

p. 1931. 32 P.

nes, quae similes sunt, semper causales sunt. [et enimvero quia qua quidem. aliquanta hinc possumus intellegere, quia omnes coniunctiones a terminatae
389, 9 longae sunt absque duabus, quia et ita]. — Figurae coniunctionum: | figura coniunctionibus accidit, sicut ceteris partibus, nec ambiguum est ex
10 quattuor partibus coniunctiones posse conponi. — Ordo coniunctionum in hoc est: sunt aliquae coniunctiones quae ordinem primum tenent, ultimum et medium, ut ‘ast ego’, non dicimus ‘ego ast’; semper sibi principium vindicat, unde Horatius erravit, qui dixit, ‘at o deorum Iuppiter’, quia vitiosum est in principio a coniunctione incipere; sed excusatur, quia inchoativa coniunctio est, quia omnes inchoativae primum
12 sibi vindicant locum. — Que semper postponitur, ut ‘arma virumque’, primusque Machaon’. autem secundum licentiam antiquorum etiam praeponitur, ut Plautus ‘autem fac’ et ‘autem haec mulier’ pro haec autem mulier. illic enim | hysterologiam fecit, quod et in aliis partibus fit a poetis, ut ‘transtra per et remos’. sunt mediae, ut igitur: qua parte voluero, licenter pono, et stat elocutio, ut ‘igitur hoc faciam’ *et* ‘hoc igitur *faciam*’: Vergilius ‘Iliacas igitur classes’, Sallustius ‘igitur
10 initio reges’. — Coniunctionum: coniunctiones praeponuntur numero octo, at ac ast sive seu vel sin aut; subiunguntur numero quinque, ve que enim quoque autem [autem et praeponitur et subiungitur]; praeponuntur et subinnguntur quaecumque extra harum numerum cognoscuntur.
16 Nam et coniunctiones pro aliis coniunctionibus: veteres frequenter coniunctiones pro coniunctionibus ponebant, [et causales pro rationalibus] ut ‘subiectisque urere flammis’ | pro subiectisve, copulativa pro disiunctiva [ut prius]. ne iuncta coniunctio est, separata adverbium, ut ‘ne trepidate m. T.’ at per t coniunctio est, per d praepositio. || aut si sine h aspiratione et in t exit, coniunctio est; si vero cum h aspiratione et in d exit, adverbium. ve iuncta coniunctio est, separata interiectio est, vel separata adverbium est, iuncta coniunctio est et gravem accentum in coniunctione habet, in adverbio acutum. quoque, si ablativo casui non respondeat, coniunctio est; si ablativum habuerit, pronomen, ut a quoque. porro, si vero significat, coniunctio est; si longe, adverbium temporis. quando, si quatenus significat coniunctio est, si dicam

Cod. Bern. XIII 2—3*. 7 ultimam 8 oratius a deo deorum 12 machon 14 ysterologiam 16 et igitur hoc faciam hoc igitur uergilius 19 at] ad aut] autem 20 quoque autemi autem 24 ut] et copulatiuam pro disiunctiuam 26 at] aut per d] per de 30 adcentum (*corr. al. man.* accentum) in coniunctionem

1 quia quare quidem *Putschius. scribendum potius* quia, quapropter, quoniam, quoniam quidem, *ut haec quoque, sicut ea quae praecedunt, ad Donat. p.* 389, 8 *pertineant. ea autem quae sequuntur ad discrimen coniunctionis et aliarum partium orationis spectare videntur* 8 Horatius] *epod.* 5, 1 at o deorum quidquid in caelo regit 11 arma] *Verg. Aen.* I 1 12 primusque] *Verg. Aen.* II 263 15 transtra] *Verg. Aen.* V 663 17 Iliacas] *Verg. Aen.* IIII 537 Sallustius] *Catil.* 2, 1 24 subiectisque] *Verg. Aen.* II 37 26 ne trepidate] *Verg. Aen.* VIIII 114

p. 1932. 33 P.

'quando hoc tibi placet'; si vero | tempus, adverbium est, ut 'quando venit'. quamquam, si accusativo non respondeat, coniunctio est, ut 'quamquam patres conscripti'; si accusativo responderit, conpositum pronomen est, ut 'quamquam iustitiam'. ce etiam ornativa coniunctio est, ut illece, et ideo coniunctio est, quia postponitur. — Sunt etiam dictiones, 389, 13 quas incertum est utrum coniunctiones an praepositiones an adverbia nominemus: intellegimus et hoc iuxta regulam saepe dictam, quia, quidquid deficit esse quod est, adverbium facit.

DE PRAEPOSITIONE.

Praepositio est pars orationis: praeponitur praepositio omnibus 20 partibus, etiam sibi ipsi, ut circumcirca. — Aut implet aut mutat | aut minuit: praepositio significationem partium interdum mutat, ut rogo adrogo; aliud est rogare, aliud adrogare: interdum contrariam facit, ut cludo recludo; aliud est cludere, aliud recludere: nam claudere est claustra constringere, recludere aperire: interdum auget, ut orno exorno: minuit, ut dolosus subdolus. praepositio dicta est eo, quod praeponatur omnibus partibus orationis excepta interiectione, cum dicimus 'ante homines': nam non dicimus 'homines ante'. ceterum postposita si fuerit, in significationem transit adverbii, ut 'longo post tempore venit'. — Subponi- 22 tur, ut mecum tecum: pronominibus quando supponitur praepositio, necessitatis est causa ad vitandum cacenphaton. | cum dico cum nobis, absonum est, vel cum dico cum || me et cetera. — Omnes praepositiones adverbia et coniunctiones a terminatae longae sunt absque duabus, quia et ita. — Aut verbum praecedit, ut perfero, aut adverbium, ut expresse * [ut pro separata praepositio est, verbi gratia si dicam pro quo; si dico provoco, coniuncta est] ut absque: abs praepositio est, que coniunctio [aeque aut coniunguntur aut separantur]. — 25 Vt circumcirca: sibi ipsa praeponitur, circumcirca, ut sit una pars 24 orationis. — Aut casibus aut loquellis: casuales dicuntur praepositiones quae separatae fuerint, casibus copulantur. quae vero verbis participiis et nominibus iunctae fuerint, loquellares dicuntur. | reliquae communes dicuntur esse, ut de: et 'de loco venio' et 'defero tibi'. quando

Cod. Bern. XIII 3*—5*. 4 ille ecce 7 dicta 8 fecit *corr. al. man.* facit 13 aliut aliut 14 aliut ero (*corr. al. man.* uero est) cludere aliut recludere 15 recludere] cludere *corr. al. man.* recludere 18 non] nos 21 cacenfato asonum 24 ita ut uerbum 25 expraesso ut pro *spatio trium litterarum ante* ut *relicto* separata] se.parba gratiam *corr.* gratia 26 coniuncta] coniunctio 27 coniunctio.ae.aeque 28 ut circumcirca aub (*corr. al. man.* aut) sibi 31 reliquae] quae

4 ut illaecce *Putschius* 19 longo] *Verg. bucol.* 1, 30 25 *in lacuna, quam codicis scriptura indicare videtur, Donati verba* aut participium ut praecedens aut coniunctionem *exciderunt* 30 quae cum separatae fuerint casibus copulantur *Putschius. scribendum videtur* quae separatim fuerint casibus copulatae, *nisi potius* casibus copulantur *postea ab alio adscriptum est*

p. 1933. 34 P.

separatae fuerint, casuales dicuntur; quando conpositae, loquellares. —
389, 27 [aut et casibus et loquellis.] Vt di dis re se am con; dicimus enim diduco distraho: de istis quae semper iunguntur excipitur et alia particula o, ut dicamus ‘omitte me’, quod maxime multas significationes habet. si verbo iungitur vel nomini vel participio, perdit vim suam. si separatur, tres significationes facit, aut exclamantis adverbium aut dolentis interiectionem aut articulum vocativi casus. haec quotienscumque parti aliae coniuncta fuerit, semper producitur; verum separata
30 x — Plerumque producuntur, ut insula: istae non tam positione longae sunt | quam natura, ut prima vocalis circumflexum accipiat.

Praepositiones sunt secundum Probum numero quinquaginta et quinque. ex his tributae sunt accusativo triginta, ablativo quindecim, utrisque quat-
31 tuor, loquellis sex. — [Consilium confessio, ut o naturaliter produ-
390, 5 catur] Praeter: praeter vero lecta est et ablativo iuncta, ut Sallustius
6 ‘praeter rerum capitalium condemnatis’. — Vsque penes. dicimus enim: usque alii volunt ut adverbium sit; sed falsum est. qui adserunt adverbium, sic dicunt, quoniam sine alia praepositione proferre non potes, ut ‘usque ad urbem vado’. sed hoc convincimus praesumptione inperitiae dici, siquidem ipsa uti sola debemus, ut Vergilius ‘usque
7 columnas Exulat’. — Ad patrem: Vergilius | ‘nec non ad templum’, Terentius, ut ‘apud seclum prius’. — Ante aedes: Vergilius ‘quis ante ora patrum’. — Adversum: Tullius ‘adversum leges moresque maiorum’. — Cis: Sallustius ‘quae cis paucos dies iuncta in armis foret’. — Citra forum: Sallu||stius ‘citra Padum omnibus lex Lucania fratra fuit’. — Circum vicinos: Vergilius
8 ‘et circum tempora pasci’. — Circa templum non habet exemplum. — Vltra fines: Vergilius ‘vires ultra sortemque senectae’.
12 — Oceanum, penes arbitros:

Cod. Bern. XIII 5*—6*. 1 separata conposita 2 con di dicimus 4 partecula *corr.* particula 5 iunguntur participi perdit um (*corr. al. man.* ům) suam si separantur 8 aliae] alia uerum esse parata plerumquae 9 tam] tantum accipiant 12 utriusque 14 iuncta] cuncta 15 rerum] perum 16 enim utquae (*corr. al. man.* usquae) alii 18 prosumptione (*corr. al. man.* praesumptione) inperitie dicis quidem (*corr. al. man.* dici siquidem) 21 aput seculum *deleta* u *post* c uirgilius 22 tullis adaesum *corr. al. man.* tullius aduersum 23 malorum *corr. al. man.* maiorum sallustis

---

8 verum separata aliquando corripitur *Putschius* 11 secundum Probum] *instit. art. p.* 147, 4: *cf. Pompei. p.* 409 *ed. Lind.* 14 Sallustius] *Catil.* 36, 2 19 usque columnas] *Verg. Aen.* XI 262 20 nec non] *Verg. Aen.* XI 477 21 apud seclum] *Ter. Eunuch.* II 2, 15 22 quis] *Verg. Aen.* I 95 Tullius] *cf. Cic. in Verr. act. sec.* III 84, 194 utrum tibi pecuniae coactae conciliatae videntur adversus leges, adversus rem publicam 23 *Sallustii fragmenta in tertio historiarum libro posuit Kritzius Sall. hist. fragm. p.* 244 *et p.* 272 24 iuncta] cuncta *coniecit Kritzius p.* 245 foret] sunt *idem l. c.* 25 lex Licinia fraudi fuit *de coniectura Casselii probavit Kritzius p.* 273 26 et circum] *Verg. Aen.* II 684 27 vires] *Verg. Aen.* VI 114

p. 1934. 35 P.

te penes, in te omnis domus inclinata recumbit. —
Ex his ad et apud cum unius casus sunt: apud tantum in loco sig- 390, 13
nificat, ut ‘apud amicum sum’, nec possumus dicere ‘apud amicum vado’.
ad vero et in loco et ad locum significat: nam dicimus et ‘ad amicum
sum’ et ‘ad amicum vado’, | sicut etiam Tullius posuit in prima actione
‘decem fiscos ad senatorem illum relictos’, item ipse in invectivis
‘ad M. Lecam te habitare velle dixisti’. [‘ad amicum est’ dicitur
et ‘ad amicum vado’]. — Quia sine aliqua: quia dicimus ‘usque ad 16
amicum vado’. usque et ad duae sunt praepositiones. — De ex e: e 18
foro, ex amico. aliquando enim consonans sequitur, ex praetura. notan-
dum sane quod ex praepositio et auget et minuit. — Tenus pube: 21
propter bonum sonum, propter gratiam vocis, facit pube tenus. tenus
adverbium est, quia pube tenus dicitur. tenus et subiungitur et antepo-
nitur: et tenus pube dicimus et pube tenus. ceterum pube tenus quando
dicimus, hysterologia est. | — Quarum: tres praepositiones utriusque 24
casus, in sub et subtèr, quando itinerales fuerint, accusativo semper ser-
viunt; quando locales, ablativo in omnibus temporibus. super vero ab his
distat per contrarium: quando itineralis fuerit, ablativo servit, ut ‘eo super
platea’; quando localis, accusativo, ut ‘super Idalium’. — Tunc ac-
cusativi casus: tunc, quando est mutatio locorum, accusativum casum
regunt; quando in loco permansio, necesse est ut ablativum regant. utrum-
que possumus dicere, et ‘cado in plateam’ per accusativum et ‘cado in
platea’ per ablativum. sed tunc dicimus per accusativum, quando de
tecto nos verbi causa in plateam cecidisse significamus; tunc per ablativum,
quando ibi | stantes cadimus. ergo mutatio loci facit accusativum vel ab-
lativum. — Super vero: necesse est enim ut ei casui iungatur || prae- 391, 1
positio, cui casui illa iungitur, pro qua ponitur. quoniam de ablativo
casui iungitur, super, quando pro de ponitur, ablativo debet sociari. —
Super vero: super significat et adverbium, ut Vergilius ‘et super ipsi
Dardanidae infensi’ pro insuper. igitur quia longum est ceteras prae-
positiones persequi, breviter hoc custodiendum est, ut, quando praeposi-
tiones ad casum minime respondere viderimus, adverbia appellentur. no-
tandum sane, quando incertae fuerint praepositiones, hoc est nec itinera-

---

Cod. Bern. XIII 6*—8. 1 te penes] tenes 2 aput cum uniasu (*corr.* unius) casus sunt apnt 3 apud amicum suum aput amicum 4 et in loco] in eo loco 4 nam] non 5 sum] suum *corr.* sum prima] una 6 illos 7 lecan dicitur et usq. et ad amicum uado usque duae sunt praepositiones quia sine aliqua quia dicimus usque ad amicum uado us et ad duae 9 de et e fero ex amico 10 noxtandum *corr.* notandum 15 ysterologia 16 supter quan (*corr. al. man.* quando) itinerales 21 neccesse *corr.* necesse 27 iungitur] nunc igitur 28 debeat 29 ipsi *corr.* ipse 31 prosequi 32 appellantur *corr.* -entur

1 te penes] *Verg. Aen.* XII 59 5 in prima actione] *in Verr. act. pr.* 8, 22 6 in invectivis] *in Catil.* I 8, 19 19 super Idalium] *Verg. Aen.* I 681 29 et super] *Verg. Aen.* II 71

p. 1935. 36 P

les nec locales, ex sensu colliguntur, | ex spatio aut ex ipso loco. —
391, 11 Praepositiones: ad praepositio acutum habet; mutat accentum iuncta et loquellaris, ut adegit, et penultima habet accentum. prae, praevertit: prae habet circumflexum. ita et o circumflexum habet, omitto in penultima acutum; Horatius tamen o brevem posuit, ait 'certus omitte tueri'. sed hoc metri gratia praesumsit. — Acuuntur: acutae sunt con di dis. vim suam autem commutantes sunt graves, si dicamus conduco: du enim nunc producitur. corrumpuntur autem ita, conficio: corrupit verbum; nam erat integrum facio [suffero suscipio subcapio]. sane iuxta orthographiam affero scribitur, non adfero. nam et suscipio quod dicimus integrum erat | subcapio. — Aut loquellis: praepositiones loquellares naturam suam non servant, aliquando longae sunt, aliquando
14 *breves*. — Antiqui praepositiones: antiqui ideo mutabant vim praepositionum, ut elocutiones conponerent, ut 'crurum tenus a mento
16 palearia pendent. — Circum utriusque casus: etiam praeter antiqui utriusque casus appellabant praepositionem. inde Sallustius 'praeter rerum capitalium condemnatis'. et praeter vim hanc habet, *ut* ablativo iungatur, quia sic intellegimus praeter pro sine, quo modo in
20 pro contra. — Si quando illas non subsequatur casus: quotiens praepositionem sequitur verbum, necesse est || ut illa praepositio in adverbium transeat, ut puta 'ante facit', 'propter sedet', 'ante venit'. —
19 Praepositiones | separatis praepositionibus non cohaerent:
21 ut apud prae simul iungi non possunt. — Et figuram et ordinem: ordo accidit praepositioni, ut sciamus, quando praeponatur. sed hoc super-
23 fluum est. nihil enim accidit praepositioni, nisi solus casus. — Subiunctivae, ut tenus: ut crurum tenus. ita et pube tenus, ante pubem, et sic tenus. subiunctae inveniuntur praepositiones per poeticam licentiam. — Sed haec nos: quae non sunt recta ratione composita, quae non rationem suam secuntur.

DE INTERIECTIONE

26 Interiectio est pars orationis interiecta aliis partibus orationis ad exprimendos animi affectus; aut metuentis, ut ei, aut optantis, | ut o; aut dolentis, ut eu: o multas particulas

---

Cod. Bern. XIII 8—XIV 2. 2 adcentum 3 adcentum 5 acutus oratius 9 integrum sufforo suscipto (? *corr. al. man.* -cipio) subcapio 10 hortografiam adfero] affero 13 breves *om.* 14 cruram tenus 16 inde] i. de *corr. al. man.* idem 17 habet ablatiuo iungantur 19 illas] illa 21 propter sede 23 aput 24 praepositio nisi 26 cruram tenus pude tenus ante pube 32 expraemendos 33 aut optantis ut o aut dolentis ut eu aut optantis ut o. Omultas

---

5 Horatius] *epist.* I 18, 79 deceptus omitte tueri: *cf. Pompei. p.* 410 *ed. Lind.* 14 crurum] *Verg. georg.* III 53 16 Sallustius] *Catil.* 36, 2 17 habet si ablatiuo iungatur *Putschius*

p. 1936 P.

habet. interiectionem dolentis pro sensu intellegimus, quotiens significat miserationem, ut

o mihi praeteritos referat si I.a.

articulus est, quotiens vocativo casui applicatur: adverbium exclamantis est, quotiens invocamus deos, ut o caelum o terra. — Interiectio, vel quod interiecta sit mentibus, vel quod ex affectu animi nascatur. — Vt 391, 28 evax: heu et evax et papae et reliqua, licet apud Latinos interiectiones sunt, apud Graecos tamen adverbia: heu pro dicit Graecus, nos heu solum. — Quod ideo Latini non faciunt: heu inde intellegimus, quando in- 29 teriectio est, quando adverbium: si verbum sequitur, adverbium facimus, ut 'heu fuge nate dea'; quotiens alteram partem sequitur, | interiectio est, ut 'ei mihi qualis erat' et 'heu qua nunc tellus inquit'. — Vt nefas, pro nefas: pro nefas plena est. [pro Iuppiter, heu pie- 392, 1 tas si simul iungimus, interiectiones faciamus; si separamus, adverbia]. sic et pro Iuppiter, sic et heu pietas. — Accentus interiectionibus: 2 in his interiectionibus non possunt certi accentus reperiri, quae inconditis vocibus constant, ut heu va. certi sunt accentus in istis quae possunt distingui, ut papae attat.

DE BARBARISMO

Barbarismus est una pars orationis: vitia orationis sunt duo- 5 decim, barbarismus soloecismus acyrologia cacenfaton pleonasmos perissologia macrologia tautologia ellipsis tapinosis cacosyntheton.

* * *

Cod. Bern. XIV 2. 2*. 6 quo interiecta nascantur ut eunax heu et eu . uax 7 aput latinos 8 aput graecos heu pio nos eu sola 14 ingimus 15 adcentus 16 repperiri 17 constat 21 solycismus 22 taytoλογια ελλιψις, ταπινοceic κοκοc |

3 o mihi] *Verg. Aen.* VIII 560 8 heu pro *Putschius* 11 heu fuge] *Verg. Aen.* II 289 12 ei mihi] *Verg. Aen.* II 274 heu quae] *Verg. Aen.* II 69

POMPEII

COMMENTVM ARTIS DONATI

A codex Wolfenbuttelanus Weissenburgensis 86
B codex Parisinus Sangermanensis 1179
C codex Parisinus Sangermanensis 1180
a codicis *A* corrector antiquissimus. *a** eiusdem codicis correctores recentiores
bc codicum *BC* correctores
L codex S. Pauli in valle Lavantina 24 in prima libri parte adhibitus
S codex Berolinensis Santenii 66. 4 in extrema libri parte p. 417 sqq. ed. Lind. adhibitus
P codex Parisinus 7530 item in extrema libri parte adhibitus

Ex libris manu scriptis Pompeii grammatici tres potissimum elegi, quorum fidem in edendo libro sequerer, eosque, ut mihi visum est, omnes nono saeculo scriptos, unum Wolfenbuttelanum, qui est inter codices Weissenburgenses 86 (A), duos Parisinos, qui olim fuerunt Sangermanenses 1179 (B) et 1180 (C).

Codex Wolfenbuttelanus Weissenb. 86 *„codex monasterii sanctorum petri et pauli in vissenburg“* continet membranarum fasciculos viginti septem formae quadratae minoris, e quibus ad Pompeium pertinent quaterniones viginti tres et membranae duodecim in unum fasciculum compactae: q. 1—5 *COMMENTUM ARTIS DONATI | uniuscuiusque scientia — ubi pes finit* (p. 3—82 ed. Lind.), q. 6—24 *INCIPIT EXPLANATIO NOMINIS | POMPEI GRAMMATIC.* (corr. *CI*) *| orationis partes — potest dici* (p. 82—414). reliquis quaternionibus tribus continentur haec, Cassiodorii praefatio de disciplinis, *intentus nobis — dicta precipiat* (p. 519. 520 ed. Gar.). eiusdem de generibus causarum tractatus: p. 497, 27—34 ed. Halm. *de pedibus expositio Iulii Severi:* Mall. Theod. ed. Heus. p. 71—81. *Esidori iunioris palestinensis episcopi grammaticae artis nom. grega et latina notata:* ib. p. 81—85. *caesurae uersuum:* ib. p. 86—90. *de metris:* ib. p. 91—98. Mallii Theodori de metris libellus ab Heusingero ex hoc codice editus. omnia eadem manu scripta sunt, litteris tamen non eodem ductu per omnes partes exaratis. sed in Pompeii libro vetus scriptura plurimis locis et diversis manibus correcta, non numquam etiam a correctoribus ita deleta est, ut quid olim scriptum fuerit non adpareat. in iis autem quae postea adscripta sunt quaedam eandem fere aetatem, qua ipse liber scriptus est, sed diversam tamen a vetere librario manum prae se ferunt. ceterum extrema pars libri de vitiis et virtutibus orationis, quae in codice deest, aut numquam scripta fuit aut antiquissimo iam tempore periit. nam vetus membranarum ordo, qui nunc perturbatus est in codice, numeris in imis marginibus antiqua manu scriptis indicatus est. eadem manu inscriptiones, quarum vestigia

passim in summis marginibus adparent, *lib. pomp.*, scriptae esse videntur.

Codex Parisinus Sangermanensis 1179 „*liber s. petri corbienensis*“ forma oblonga Pompeii librum mutato ordine exhibet ita, f. 1 *Partes orationis sunt octo* — f. 89 *potest dici* | *EXPLICIT DE INTERIECTIONE* (p. 82—414) f. 89* *COMMENTUM ARTIS DONATI* | *Unius cuiusque rei scientia* — f. 106* *ubi pes finit* (p. 3—82) | *DE BARBARISMO* | *Barbarismus* est — f. 119* *aut a paribus FINIT LIBER POMPEI GRAMMATICI FELICITER* (p. 417—480). scriptura codicis accurata et diligens, undetriginta versibus in singulis paginis scriptis, duabus, ut videtur, manibus correcta est; quamquam non satis constat, ab utra manu quaeque profecta sint, et dubitari potest annon quaedam veteri librario debeantur.

Codex Parisinus Sangermanensis 1180 „*e libris s. petri corbienensis*“ forma oblonga scriptus est paginis bifariam divisis, ita ut versus triginta quinque vel triginta sex in singulis columnis scripti sint litteris accuratius etiam et elegantius quam in superiore codice pictis. de hoc dictum est vol. IV praef. p. XXXIII. Pompeii autem liber non addito nomine grammatici scriptus est inde a f. 75 usque ad finem codicis f. 168* *IN NOMINE DEI SUMMI INC. ETIAM TRACTARE DE PARTIBUS MAIORIBUS ORATIONIS* | *UNIUS CUIUSQUE REI — a rebus paribus* | *explicit de tropis.* in eo quoque vetus scriptura saepe manu non multo recentiore correcta est.

Horum igitur librorum antiquissimus est Wolfenbuttelanus, adeo ut dubitari possit annon octavo saeculo potius quam nono scriptus sit, recentissimus Sangermanensis 1179, quamquam ne is quidem nonum saeculum excedere videtur. Wolfenbuttelanum a Bethmanno, bibliothecae Wolfenbuttelanae praefecto, liberaliter ad me missum inter ipsum edendi laborem usurpavi, Sangermanenses a me cum Lindemanni exemplo conlatos habui. sed in altero 1179 cum aliquam partem olim et tempore coactus et molesti laboris taedio fessus omisissem, haec postea me rogante humaniter supplevit I. Schirmerus. de auctoritate autem codicum quaerens Sangermanenses libros ita plerumque inter se consentire repperi, ut utrumque ex eodem archetypo ductum esse verisimile sit. videntur autem hi libri Corbeii, unde olim Parisios travecti sunt, scripti esse. paulo longius ab iis recedit Wolfenbuttelani codicis scriptura. omnino autem in hoc Pompeii libro describendo non illud egerunt librarii, ut accurate verba grammatici repeterent, sed, quoniam suae aetatis commodo inserviebant, multa vel neglegenter descripserunt vel pro suo arbitrio mutaverunt. quo factum est ut saepe dissentientibus libris non modo quid a vetere auctore scriptum fuerit non constet,

sed ne antiquissima quidem forma, quae quidem ad nostram aetatem propagata sit, id quod solum fere in huius modi libris communi usu tritis quaeritur, restitui possit. cumque propter vilitatem rerum, in quibus maxima pars libri versatur, operae pretium non esset omnem codicum discrepantiam ante oculos ponere, tutissimum esse visum est prae reliquis Wolfenbuttelani codicis auctoritatem sequi. quamquam enim permulta in eo codice vitiose scripta sunt, tamen et formam elocutionis interdum minus corruptam exhibuit, quam Sangermanenses libri, et vel propterea principem locum sibi vindicabat, quod hoc solo praesenti uti licebat, praesertim cum in illis excutiendis hanc curam adhibere noluissem, ut levissimam scripturae discrepantiam adnotarem. ad vitia autem scripturae emendanda firmum praesidium praebuerunt Sangermanenses. quare his libris quos dixi ita usus sum, ut primam manum Wolfenbuttelani codicis, quoad eius fieri posset, exprimerem, et ubicumque ab ea recedendum esset, discrepantiam praeter levia quidem scribendi vitia integram indicarem, Sangermanensium autem librorum scripturam ipsam quoque, ubi a recepta scriptura discreparet, subicerem, sed multa tamen, quae nullius momenti esse videbantur praeterirem*). denique quid in vetere trium librorum scriptura recentiore tempore mutatum esset accurate indicare longum et inutile erat; ubi huius quoque rei ratio habenda erat, correctorum manus litteris abc indicavi. sed in Wolfenbuttelano codice sola a littera antiquissimi correctoris mutationes, addito asterisco (a*) ea quae

*) Notabilis librorum manu scriptorum discrepantia est in tribus tractatibus de numeris, de figuris, de casibus nominum. de quibus rebus cum bis tractatum sit, primum brevius p. 157 sqq., deinde uberius p. 177 sqq., Wolfenbuttelanus codex tres tractatus uberiores post breviores exhibet continuo scriptos, sic uti editi sunt, in Sangermanensibus bini de iisdem rebus tractatus coniuncti sunt. Wolfenbuttelani autem codicis ordo commendatur iis quae ex priore parte de numeris citata sunt in posteriore p. 178 *diximus hoc iam in regulis*, siquidem haec non ad rem modo tractatam, sed ad locum longius remotum spectare videntur. eiusdem codicis rationem etiam in orthographia vocabulorum plerumque secutus sum. quamquam in hoc genere multa, in quibus librarii suae aetatis pronuntiationem expresserunt, non indicata discrepantia librorum correxi, velut *e* pro *i* positum frequentissime in talibus, *collegere*, *contenere*, *dimedium*, *trea*, *deferunt* pro *differunt*, *accedere* pro *accidere*, vel *i* pro *e*, ut *decim*, *liquiscunt*, *facire*. graviori dubitationi locum praebebant vitia sermonis vel formae verborum ex infimae aetatis consuetudine profectae. nam cum et scriptoris elocutio rudis ac mendosa sit, et librarii multa suae aetatis more corruperint, saepe incertum erat, siquae a puro sermone aliena erant, utrum haec grammatici inperitiae an librariorum neglegentiae tribuenda essent. quare ea quidem quae librorum consensu tuta erant neque per se inprobabilia esse videbantur recepi; dissentientibus autem codicibus librariis potius sua vitia relinquenda quam scriptoris sermonem temere corrumpendum esse existimavi. velut *ipsud* pro *ipsum* saepe neque tamen constanter in Wolfenbuttelano codice scriptum, quod hac auctoritate receperat Linde-

post hunc adscripta sunt significari volui. in eodem codice si quando vetus scriptura non adparebat, vel punctis positis litteras deletos indicavi vel ea quae olim scripta esse videbantur cum signo interrogationis exhibui. maiorem curam iure postulabant ea quae ex antiquis scriptoribus citata vel ex priorum grammaticorum doctrina prolata sunt. in his igitur, et siquid praeterea hanc diligentiam requirebat, curavi ut nihil quod in libris manu scriptis esset omitteretur.

Praeter hos libros tribus usus sum aliis, in quibus fragmenta vel excerpta Pompeii scripta sunt. nam in prima libri parte adfuit codex Lavantinus (L), de quo dictum est vol. IV praef. p. XLIX. in hoc pars libri inde ab initio usque ad eam partem quae est de verbo scripta est octavo saeculo, f. 1 *Partes orationis donatus quidem* — f. 20 *deponit autem illud quod in dus exit.* sed haec omnia ita mutata et in postrema maxime parte in conpendium redacta sunt, ut non tam pro integro exemplo libri Pompeiani quam pro excerptis habenda sint. codex autem quo is qui haec excerpta conposuit usus est ut ad Wolfenbuttelani codicis scripturam proxime accedebat, ita et hoc et reliquis omnibus plenior erat. nam non solum in principio praefationis, quae ex hoc codice edita est anal. gramm. Vindob. p. 510, reliquorum librorum defectum reparavit*), sed etiam in prima parte libri, quae accuratius quam reliqua scripta est, supplementa quaedam scripturae lacunis corruptae praebuit. in extrema libri parte de vitiis et virtutibus orationis pro codice Wolfenbuttelano usus sum Berolinensi olim Santeniano et Parisino 7530, de quibus dictum est vol. IV praef. p. XXXII et XLI. in Santeniano codice (S) praeter alia quaedam ex prioribus libri partibus excerpta haec pars legitur p. 171 *de barbarismo iuxta pompeium. Barbarismus est* — p. 216 *a rebus paribus explicit.* eius scripturam debeo Lindemanni editioni ex hoc codice expressae. sed quoniam erant de quibus dubitarem, num recte a Lindemanno relata essent, cum operae pretium non esse iudicarem codicem iterum conferre, integram scripturae discrepantiam indicare nolui, sed in hac parte Sangermanenses libros potissimum

mannus, cum raro reliquis libris firmaretur, correxi. accusativus casus pro ablativo cum verbis *fungi* vel *uti* in uno et altero codice saepius coniunctus paucis locis eam fidem habuit, ut recipiendus esse videretur, ut p. 88 *funguntur vicem.* sed ne in hoc quidem genere opus esse iudicavi, quid quovis loco librarii peccaverint indicare.

*) Ex praefatione Pompeii, in qua plura quam in reliquis partibus librarii mutaverunt, petita esse videntur etiam haec, quae ex eodem Lavantino codice, sed ex alio commentario in Donatum edita sunt anal. gramm. Vindob. p. 514, *sed in artibus minoribus quasi docere volens interrogat Donatus, cuius auctoritatem ostendit Pompeius dicendo: 'alii' inquit 'scripserunt artem, sed illos non putes intellegere, nisi a Donuto sumpserint principium, ut est Probus et Caesar et alii, sed a Donato sumpserunt principium'.*

secutus sum, praesertim cum non multum novi ex illo accederet. in Parisino codice (P) haec pars non integra, sed aliis omissis aliis mutatis legitur f. 51* *de barbarismo quid est barbarismus* — f. 62 *a rebus paribus.* ex hoc pauca, quae alicuius momenti esse videbantur ad scripturam stabiliendam, adscripta sunt. ergo de his libris tribus iis tantum locis constare volo, ubi quid in iis scriptum sit indicatum est.

Reliquos Pompeii codices, quos quidem vidi aut aliis inspicientibus cognovi, breviter indicabo. sunt autem hi. codex Montepessulanus saec. X, f. 1 *de littera. ergo quoniam bene fecit donatus* — f. 22 *ubi pes finit. explicit pompeius grammaticus* (p. 8—82). f. 22—34 fragmentum artis Eutychii, de orthographia, commentarius in Vergilii bucolica. f. 35 *incipit pompeius expositor regularum donati grammatici. commentum artis donati. uniuscuiusque rei scientiae* — f. 36 *quare ipso ordine posita sunt id est et rationem ordinis* (p. 3—8) f. 36 *incipit tractatus pompegi gramatici de nomine. partes orationis — statim ut uiderit oblique dictum* (p. 82—476). codex Sangallensis 876 saec. X, p. 398 *incipit tractatus pompei in quo donati artem mirifice commentatus est. donatus scripsit artem duplicem id est VIII partes orationis primo scripsit — quod artis praeceptis multa teneat. quid sit grammaticae artis principium. multi dicunt ab arte* — p. 510 *a rebus paribus. explic. pompegii de tropis* (p. 3—82. 417—480 ed. Lind.). *Tractatus pompegii de maioribus partibus or. partes orationis* — p. 526 *terminantur apud grecos tota greca sunt feminina enim sunt et nostra* (p. 82—110). codex Parisinus 7491 saec. X, olim Claudii Puteani, f. 1 *incipit prologus. donatus scripsit artem duplicem — ars est uniuscuiusque rei scientia. incipit tractatus pompeii grammatici quo donati artem mirifice commentatus est* et duarum paginarum spatio relicto f. 2* *incipit ars pompei grammatici de grammatica arte. diximus ergo quoniam bene fecit donatus* etc. (p. 8 sqq. ed. Lind.) f. 18 *incipit editio de arte grammatica pompei. de partibus orationis. partes orationis sunt VIII* — f. 82 *id est si ille cithara fretus ego pietate* (p. 82 sqq. ed. Lind.). codex Florentinus ex S. Marci bibliotheca in Laurentianam translatus 38 saec. XI, *in nomine dei summi incipit etiam tretare de partibus maioribus. uniuscuiusque rei queritur — qui potest tardior esse testudine* (p. 3—476). huius notitiam debeo Detlefseno, qui eum inter codices ex Marciana bibliotheca in Laurentianam translatos invenit et quaedam inde excerpta mecum communicavit. codex Laurentianus 47, 8 chartaceus saec. XV, *oratio dicitur eloquutio — aliena enim poena illi nulla talis erit* (p. 4—479): cf. Bandini cod. lat. bibl. Laur. II p. 393. codex Palatinus 1756 chartaceus a. 1464 scriptus, *incipit tractatus pompeii super partes donati grammatici urbis rome. uniuscuiusque — paribus.* codex Neapolitanus bibliothecae regiae IV A 34 saec. XI vel XII:

cf. Ianelli catal. bibl. lat. quae in reg. Neap. mus. Borb. asservatur p. 26, Osannus ephem. litt. Hal. a. 1837 supplem. p. 99. ex hoc pauca edidit A. Maius class. auct. v. V p. 151. denique pauca veteris codicis fragmenta servata sunt in codice rescripto Montepessulano 141: cf. catal. gen. des manuscrits des bibliothèques des départemens I p. 338. in eo enim duodecim sunt membranae ex antiquiore codice octavo vel nono, ut videtur, saeculo litteris longobardicis scripto sumptae, in quibus veteris scripturae vestigia satis aperte adparent. et maior quidem pars earum membranarum ad Prisciani librum octavum pertinet. in quattuor autem membranis quaedam ex tractatu Pompeii de litteris et de accentibus scripta sunt; in una vero etiam inscriptio libri satis certo adparet, *INCIP. TRACTATVS POMPEII GRAM.* vix autem opus erat ut huius libri mentionem facerem, nisi falsa de eo relata esse viderem in catalogo supra indicato. nam cum illi qui catalogum confecerunt pro inscriptione quam posui haec legi indicassent, *POMPEI FE . . . DE RE . . .*, inde excitata est opinio, ut Pompeii Festi de verborum significatione fragmenta in membranis rescriptis latere crederentur. hoc errore sublato non est cur in istis fragmentis excutiendis opera consumatur, qua sane dignissimus futurus erat Festus.

Sunt etiam alii codices conplures, in quibus vel partes operis Pompeii scriptae vel excerpta eius cum excerptis aliorum grammaticorum composita sunt. nam in libros de grammatica arte infima aetate ex variis auctoribus collectos, quorum magnus est numerus in codicibus, multa ex Pompeii libro recepta sunt, adeo ut praeter Priscianum Donatum Servium nullius grammatici nomen in illis frequentius sit, quam Pompeii. sed in his omnibus nihil inveni, quod diligentius quaerendum vel ad editionem libri adhibendum esse videretur.

Recentiore aetate Pompeii primum mentionem factam esse invenio a Ludovico Carrione, qui in Sallustii operibus Antverpiae a. 1579 editis fragmenta historiarum Sallustii ab hoc grammatico citata ex libro manu scripto Coloniensi primus protulit. de codice autem quo usus est haec scribit schol. in Sall. hist. fragm. p. 233, 'est autem (ut id peruiam moneam) Pompeius Grammaticus; cuius liber sub nomine Sergii antiquissimis litteris scriptus e bibliotheca Coloniensi nobis ab optimo et integerrimo viro Melchiore Hittorpio suppeditatus est, quemque Pompeio asseruimus, quod in eo quaedam essent, quae a Beda libello de metris, Pompeio tribui videbam; opinionem meam posterius alio vetere doctiss. Puteani libro approbante'. postea Iacobus Fridericus Heusingerus Wolfenbuttelanum codicem nactus, cum Mallii Theodori librum et alios de arte me-

trica libellos inde ederet Lugduni Batavorum a. 1766, tum ex Pompeii libro quaedam adiecit. totius autem libri editionem, quam parabat, ad finem non perduxit, propterea quod illo codice solo eam rem perfici non posse intellegebat. ex eodem codice descripta esse suspicor duo apographa quae sunt in bibliotheca universitatis Leidensis, Perizon. Q. 71 et Ruhnken. 9: cf. Geel. catal. libr. manuscr. qui inde ab anno 1741 bibliothecae Lugduno Batavae accesserunt p. 153. quorum apographorum alterum Petrus Bondamus sibi paraverat, alterum Ruhnkenius ab Heusingero, qui Ruhnkenio auctore se codicem describere instituisse dicit, accepisse videtur, isque inde quaedam protulit in Iul. Rufin. de schem. p. 262. utrumque autem apographum cum Wolfenbuttelano codice consentit. denique Fridericus Lindemannus illud de quo olim Heusingerus desperaverat in se suscepit. is enim Ruhnkenii apographo descripto, mox etiam Wolfenbuttelano codice adhibito, primus librum edidit Lipsiae a. 1820. extremam autem libri partem, quae in illo codice deest, ex Santeniano codice adiecit. sed cum uno codice eoque valde vitiose scripto uteretur atque hunc ipsum neglegenter exprimeret, fieri non potuit quin corruptissima evaderet editio, quod facile puto intellegi posse, siquis hanc alteram editionem cum Lindemanni exemplo conparaverit.

Restat ut de ipso libro quem edidimus pauca dicamus. ante omnia igitur sciendum est, sicut de Cledonii arte diximus, ita Pompeii quoque librum scholis destinatum vel potius ex usu scholarum profectum esse. nam non solum puerorum aliquotiens a grammatico mentio facta est, p. 79 *ne erret puer*, p. 90 *ut possit puer intellegere*, p. 103 *et puer dicat*, et scholasticorum, p. 441 *plerumque propter clausulas faciunt hoc scholastici*, p. 477 *charientismos dicitur tropus qui versatur etiam apud scholasticos frequentissime;* sed etiam per totum librum ea est rerum tractandarum ratio, ut omnia quasi coram discipulis a praeceptore agi videantur. ex hoc genere sunt cum adlocutiones frequentissimae, quibus praecepta commendari solent, *puta, quaere, collige, considera, scire debes, non potes invenire, ne dicas mihi, ostende mihi, da mihi elocutionem, ego tibi dico tu mihi dicis, tibi ostendo, illud tenere debetis*, tum interrogationes et responsiones his fere formulis inductae, *quare, quo modo, qua ratione* vel *qua ratione hoc dixi, quem ad modum fit, unde hoc probas, unde probamus, unde intellegimus, vis scire hoc verum esse, numquid, quid si, siqui te interrogaverit.* eodem pertinent quae de iusta interrogandi et respondendi ratione praecepta sunt p. 103 et quae in quaestionibus more scholarum proponendis et solvendis versantur, ut p. 184 *quaerebatur Pascha cuius esset numeri*, p. 190 *quaesitum est, familias qui casus est*, p. 315 *illud quaesitum est, utrum possumus dicere cras dico*, p. 246 *nam potest ali-*

qui calumniari tibi: dicit tibi ille, quare non dicis cûias, sed cuiâs. denique ne dicam totum hoc genus artis Donati explicandae ex usu scholarum repetendum esse, verbosa et puerilis tractandi ratio molestissima rerum tritissimarum repetitione fastidium creans hac sola re quodam modo vel excusatur vel intellegitur, quod scholarum consuetudinem grammaticus scribendo imitatus est.

In regulis autem Donati exponendis non utramque artem secutus est hic scriptor, sicut Servius et Cledonius, sed de priore arte, hoc est de minore octo partium orationis expositione, pauca praefatus in ipso libro totum se dedit ad posteriorem artem exponendam, idque ipse in fine prooemii indicare videtur, p. 8 *diximus ergo quoniam bene fecit Donatus, partem illam priorem scribere infantibus, posteriorem omnibus. est enim robusta et utilis. inchoat a litteris ista particula quae uberior est et habet tractatum.* praeterea priorem artem strictim memoravit his locis, p. 211 *vel sic etiam potestis illud colligere, quem ad modum legistis in primordiis: quotienscumque tertia est declinatio, ablativus singularis e correptum habet; deinde quotienscumque fuerit quinta declinatio, e productum habet;* p. 253 *sed diximus in illa priore parte artis, id est in superioribus, esse aliqua pronomina quae crescant in casibus, esse aliqua quae decrescant;* p. 339 *significationes adverbiorum multae sunt; legistis illas in prima parte artis;* p. 359 de participio *pleraque dicit quae et in superiore arte memoravit, pleraque addit;* p. 369 item de participio *hoc est quod legimus etiam in arte superiore;* p. 399 *semper Donatus clam computat inter ablativas praepositiones, et in alia parte artis hoc fecit, et hic fecit hoc.* e quibus ea quae primum posui de ablativo quintae et tertiae declinationis et de pronominibus quamquam ita intellegi possunt, quasi de his rebus in commentario prioris artis grammaticus dixerit, tamen satis certum eius rei indicium non continent. nam illa de declinationibus nominum referri possunt ad ea quae in non nullis exemplaribus Donati p. 356, 36 scripta sunt vel ad ea quae de his regulis commentatus est Servius p. 408, 36 sqq. de pronominibus autem in casibus crescentibus vel decrescentibus nihil scriptum est in minore arte Donati, sed Servius et in commentario in hanc partem p. 410, 32 illud tractavit et in commentario posterioris partis p. 436 iisdem fere verbis, quibus Pompeius usus est, ea de re se superius dixisse scribit. quare, cum Pompeius commentario Servii usus sit, sicut mox demonstrabimus, huc potius verba de quibus agitur refero, ut non Pompeii aliquis commentarius significetur, sed ex Servii commentario haec repetita sint. reliqua vero quae supra posui ad minorem artem Donati pertinent, de adverbiis ad Don. p. 362, 18, de participiis ad Don. p. 363, 12, de praepositione clam ad Don. p. 365, 22. itaque maiorem artem Donati ita secutus est Pompeius, ut

quae in illa praecepta erant exponeret et amplificaret et aliorum grammaticorum doctrina conparata vel defenderet vel, si opus esse videretur, corrigeret. quod tractandi genus (nam ita dicere consuevit) usitatum fuisse posterioribus grammaticis testantur haec, p. 412 *re vera ars ista scripta est, ut materiam potius dederit tractandi, quam ipse tractaverit.* raro autem Pompeius hac ratione usus est, ut verbis Donati praescriptis suam adnotationem subiceret, ut p. 90 *nomen est pars orationis cum casu*, p. 92 *nomini accidunt sex, qualitas conparatio genus numerus figura casus*, p. 171 *sunt autem formae casuales*, p. 174 *genetivum casum trahunt.* plerumque enim, quae est huius grammatici neglegentia et inepta verborum copia, minus accurate sententiam Donati vel addito vel omisso eius nomine significavit; ac ne in iis quidem locis, ubi recta oratione usus ipsa verba referre videtur, ea quae apud illum scripta invenit repetivit, sed longo sermone usus quid ille praeceperit indicavit: cf. p. 172, 176, 185, 205, 209, 212, 262, 471.

Sed praeter Donati artem dubitari nequit quin commentarium in utramque artem a Servio scriptum Pompeius adhibuerit. nam quamvis difficile sit in frequenti grammaticorum consensu definire, quid alter alteri debeat, quid ex communi fonte derivatum sit, praesertim in his Donati commentariis constanti quodam scholarum usu tractatis, sicut de Cledonio diximus, tamen in Pompeii libro certa mihi deprehendere videor exempla, quibus illum Servii commentarium usurpavisse et iis quae in hoc scripta invenit pro fundamento suae disputationis usum esse probetur. in primis igitur huc pertinent ea quae de syllabis p. 34 et de analogia p. 230 ita tractata sunt, ut verba Servii quasi lemmatis loco posita explicarentur. item in tractatu de qualitate nominum p. 96 sqq. similiter quaedam ex Servii commentario praescripta sunt. praeterea de duobus locis qui huc referendi sunt p. 211 et p. 253 supra dictum est. nam maxima pars in hoc genere minus certa est, propterea quod Pompeius ea quae ex antiquiore commentario recepit non minus, quam quae ex arte Donati exhibuit, suo more inmutavit. hinc interdum dubitari potest an non ea quae verbis *dicit* vel *dixit, divisit, definivit, tractavit* etc. induxit, quibus plerumque Donati sententiam non addito nomine significare solet, ad Servium potius quam ad Donatum referenda sint, siquidem sunt quae ad illius sententiam propius quam ad huius accedant, ut p. 235 *ideo definivit, pronomen est pars orationis, quae posita pro nomine minus quidem plene, idem tamen significat;* p. 305 *incipit tractare de his verbis, quae verba naturali ratione non possunt tota declinari;* p. 322 *ergo dimissis defectivis incipit tractare de plenis;* p. 417 *ita definit, barbarismus est vitium factum in una parte orationis, soloecismus est vitium factum in contextu partium orationis;*

p. 430 *vide quid in principio tractat.* ceterum cum Servii commentarium a Pompeio usurpatum esse dico, non hoc dico, hos libros qui nunc Servii vel Sergii nomine inscripti feruntur ab eo lectos esse, sed quoniam hos ipsos ex uberiore commentario excerptos esse adparet, pleniore et uberiore Servii libro Pompeium usum esse putabimus. de consensu autem utriusque grammatici quo certius constaret, praesertim cum Servii adnotationes nunc conpluribus locis dispersae legantur, Servii locos, ubi eaedem res ab eo tractantur, numeris paginarum et versuum meae editionis in marginibus adscriptis indicavi.

De reliquis auctoribus a Pompeio adhibitis minus constat. nam maximam partem eorum quae ille de veterum scriptorum usu et de doctrina antiquiorum grammaticorum tradidit haud dubie ex commentario Servii, quo usus est uberiore, quam nunc habemus, petivit. verum tamen nihil causae est, cur ea omnia olim in hoc scripta fuisse putemus vel ipsum Pompeium aliorum grammaticorum libros habuisse negemus. generaliter autem antiquiores artium scriptores memoravit his locis, p. 53 *et nusquam voluerunt hoc dicere isti qui instituerunt artem, quare quattuor breves pro duabus longis ponantur; legimus tamen in antiquis, quae sit ratio,* p. 100 *habes in antiquis artibus,* p. 116 *apud omnes constat qui scripserunt de regulis,* p. 123 *ita definierunt antiqui,* p. 124 *habes hoc in antiquo tractatu,* p. 198 *legimus in quibusdam artibus non quidem frequentatis etiam octavum esse casum,* p. 246 *invenimus apud plerosque artigraphos,* p. 265 *sed quinque sunt qui per omnes artes possunt inveniri,* p. 297 *invenimus in artibus istis vulgaribus,* p. 324 *quaeritur apud artigraphos, quot modis verba deficiant,* p. 364 *quaesitum est diu apud artigraphos,* p. 444 *in omnibus quidem artibus habetis istas tres divisiones — hoc nullus artigraphus potuit dicere, habetis tamen in Graecis,* p. 63 *invenio enim in non nullis metricis,* p. 281 *quamquam legerimus in etymologiis,* p. 91 *legistis hoc in artibus definitionum plenissime expressum,* p. 237 *legimus apud eos qui scripserunt de argumentis.* nominatim autem nullum saepius appellavit quam Probum, cuius instituta artis citata sunt p. 93, 128, 135, 137, 155, 165, 176, 187, 210, 211, 235, 260, 291, 367, 387, 409; catholica p. 92, 205 et fortasse 326, eademque non nominato auctore exscripta sunt p. 173. ipsos autem libros Probi a Pompeio lectos esse in primis probant haec, p. 156 *scripsit autem ad hunc locum Probus unum librum; iste institutor iam artem scripsit, non scripsit perfectis, sed ad eos qui volunt se perfectos esse* et p. 196 *habes unum librum Probi de isto genetivo scriptum, tantum modo hoc solum tractat in illo libro.* deinde legit Claudium Sacerdotem p. 213, Iubam p. 32 et 40, Caprum p. 132, 180, 206, 332, Terentianum p. 15, 34, 42, 49, 57, quamvis quaedam ex iis quae Capro et Terentiano auctori-

bus relata sunt etiam in Servii commentario legantur. Plinii quoque libros dubii sermonis, ex quibus non nulla quae aliunde nota non sunt Pompeius attulit, ipse legisse videtur, praesertim cum tam frequens horum librorum memoria etiam apud inferioris aetatis grammaticos sit, ut diu superfuisse adpareat. Pompeius autem Plinium nominatim citavit decies, p. 107, 154, 172, 202, 221, 237, 295, 310, 418, 437. porro quaecumque ex Caesaris de analogia libris a grammatico adscripta sunt p. 27, 108, 230, 233 Plinio, quem auctorem appellat p. 107, tribuo. eundem auctorem sequitur in Varronis de generibus nominum doctrina ex libris de lingua latina, ut opinor, sumpta p. 143 et 154. ea autem quae ex Varronis de antiquitate litterarum libris ad Attium scripta sunt p. 9 et 27 et eiusdem sententiam de nomine lac p. 233 Caesaris disputationi, hoc est iterum Plinio, debet. quare ea quoque quae de pronominibus adscripto Varronis nomine relata sunt p. 239 non ab hoc ipso, sed vel a Plinio vel ab alio recentiore grammatico petita esse existimabimus. Sinnii Capitonis librum de syllabis quamvis ita appellaverit Pompeius p. 31, quasi tum etiam extaret, tamen dubito num ipse legerit. liber de synzygiis p. 60 recentioris cuiusdam scriptoris de metris esse videtur; Iulii Severi libellum de pedibus respici putavit Heusingerus in Mall. Theod. p. 70. de libris de figuris p. 454 et p. 464 citatis nihil constat. restant Apollonius p. 96, Astyagius p. 255 et p. 259, Asper Sallustii interpres p. 395, Melissus p. 426, Lucilius p. 430, Verrius Flaccus et Cato, hoc est Cato a Verrio Flacco citatus, p. 449. quorum nullus est, quem ipse legisse putandus sit.

Pompeium natione Maurum fuisse vidit Lachmannus in Lucret. p. 28 certo ipsius grammatici testimonio usus, p. 246 *si interroges verbi causa de Mauro, aut siqui me interroget iste 'homo cuias est?', 'nostras est', id est Maurus. ille interrogavit gentem, ego respondi.* eodem pertinet etiam illud, quod p. 426 inter vitia gentium potissimum Afrorum labdacismos notavit iisque Romanorum vel Latinorum sermonem opposuit, quamquam de eodem gentis vitio paulo aliter disputat Isidorus orig. I 31, 8. praeterea in provincia natum esse hominem vel in provincia grammaticam artem docuisse indicare videntur ea quae de charientismo Romanorum scripta sunt p. 478. aetatis autem qua vixit certiora indicia non sunt quam haec. nam si Servii commentarium a Pompeio usurpatum esse recte demonstravimus, sequitur ut post primos annos quinti saeculi vixerit, neque alium scriptorem, quem hoc tempore inferiorem fuisse constet, memoravit. contra ipsius Pompeii non invenio prius mentionem factam esse, quam a Iuliano Toletano, qui sub finem septimi saeculi scripsit, p. 62 *dicit Pompeius, plane scire debes quia qui aliquam rem definit, ita*

debet definire, ut et ipsam rem exprimat et a ceteris seiungat, et p. 74 *in quibus qualitatibus dividuntur pronomina? Donatus definivit in duas, id est in finitum et in infinitum, Probus in quattuor, finitum infinitum articulare et possessivum, Pompeius in viginti unam, id est finitae tres* etc.; et non nullis annis post a Beda de metr. p. 2350 et p. 2353.

POMPEII
COMMENTVM ARTIS DONATI

p. 3 ed. L.

Plerique qui artem scribunt a definitione ipsius artis inchoant et 405, 2
quaerunt ‘quid est ars?’ et ita definiunt, ‘ars est unius cuiusque rei 486, 4
scientia’. quaeritur enim etymologia ipsius artis. multi dicunt artem dictam esse ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, id est a virtute et scientia unius cuiusque rei. alii refutaverunt istam definitionem et dixerunt artem dictam esse, quod artis praeceptis cuncta concludat. nihil verius. sex casus sunt, et omnia nomina per istos sex casus decurrunt; quinque sunt modi, et omne verbum per eos declinatur. ergo artae et strictae definitiones quaedam

2 COMMENTUM ARTIS DONATI Uniuscuiusque rei scientia quaeritur etymologia *A* COMMENTUM ARTIS DONATI Uniuscuiusque rei scientia quaeritur aetimologia *B* IN NOMINE DEI SUMMI INC ETIAM TRACTARE DE PARTIBUS MAIORIBUS ORATIONIS UNIUS CUIUSQUE REI QUAERITUR AETHIMOLOGIA *C* INCIPIT POMPEIUS EXPOSITOR REGULARUM DONATI GRAMMATICI. Cummentum artis donati uniuscuiusque rei scientiae quaeritur aethimologia *codex Montepessulanus* 358: INCIPIT TRACTATUS POMPEII GRAMMATICI *codex Montepessulanus rescriptus* 141 INCIPIT TRACTATUS POMPEII GRAMMATICI QUO (POMPEI IN QUO *Sangallensis*) DONATI ARTEM MIRIFICE COMMENTATUS EST *codex Parisinus* 7491 *et Sangallensis* 876. *initium libri in codicibus ABC mutilati supplevi ex codice Lavantino* 24, *in quo omissa inscriptione libri et addita disputatione de partibus orationis, quae ab hoc loco aliena est, scripta sunt haec*, Partes orationis Donatus quidem VIII difiniuit, Aristotilis (*l.* Aristoteles II), Stoici V. ideo dixit ‘multi plures, multi pauciores partes orationis putant’. et si querimus, Aristotiles bene difiniuit nomen et uerbum. nam reliqui (*l.* reliquae) uelut appendices hinc originem trahunt. non potest enim ut sciatur res, nisi nomen fuerit. ex nomine autem nascitur pronomen, quia ipsius officio fungitur: nihil enim interest, si dicas ego aut si dicas ego Valentianus. de uerbo nascitur participium: participium dictum est quasi particapium. aduerbium de nomine, quasi doctus docte. coniunctio uero uel praepositio uel interiectio iam inter orationem (iam l'orationum *pr. man.*) conpositam cadunt. ideo non nulli quinque partes difiniunt, quia sunt istae superflue. Greci interiectionem non habent, nos articulum non adnumeramus. ceterum habemus sed iuncxit (*l.* iunximus) cum pronomine. inter articulum autem et pronomen hoc interest, quia articulum (*l.* articulus) est, cum nomini iungitur, ut hic Aeneas, pronomen autem hic haec hoc. plerique qui artem scribunt a definitione ipsius artis inchoant et quaerunt quid est ars et ita desiniunt ars est rei cuiusque scientia. queritur enim ethimologia ipsius artis. multi dicunt artem esse apotes arites id est a uirtute. nam uirtus dicitur aput grecos scientia omnium rerum sicut aput latinos dicta est ars aposarites id est a uirtute a scientia unius cuiusque rei 6 apotes aretes *BCa* apotes arietes *A* a uirtute et scientia *C* a uirtute a scientia *A* a uirtute et a scientia *B* 9 nomina *om. A, add. a*

p. 3—5 L.

factae sunt, per quas currunt. ars ergo dicta, quod artis praeceptis multa teneat. multi ergo dicunt ab arte inchoandum esse. et quare hoc dicunt? quia ab ipsa arte tractatum est, et quoniam debemus primum scire hoc ipsum quod dicimus, et postea quae sit ipsa res discere. sed hoc ex superfluo. ars enim potest dici et tonsoris et plumarii. multi ab ipsis litteris inchoant; nec hoc verum est. multi et a voce inchoant ea ratione, quoniam litterae, de voce sunt natae, et non possumus pervenire ad secundam, nisi dixerimus primam partem. nec hoc verum est, sed qui inchoat artem, debet inchoare ab octo partibus orationis. qua ratione? quia qui artem istam scribit, grammaticus dicitur. de arte autem tractare quid est, nisi tractare de octo partibus orationis? de voce tractare quid est [vox]? hoc philosophorum est. de litteris tractare omnium est. nam et orator quaerit litteras discere et grammaticus similiter et magister ludi idem. nam de partibus tractare, hoc grammatici est. idcirco etiam Donatus inde inchoavit, ab ipsis partibus. perite et callide exclusit omnia illa de voce, de littera, quae aut propria essent aliorum aut communia multorum, non tamen essent ipsius propria. inchoat igitur ab octo partibus orationis.

405, 12 487, 23 Oratio dicitur elocutio, et dicta oratio quasi oris ratio. haec ipsa prima pars octo res tantum significat, | nomen pronomen verbum adverbium participium coniunctionem praepositionem interiectionem. vide nunc singularum proprietates. quare dictum est nomen? quoniam per hanc partem res notas invenimus. unde sciremus, quo modo diceretur columna? ecce dicis mihi ‘columna dicitur’, ecce didici: postea etiam si illam non videam et nomines mihi columnam, illa notitia venit ad animum meum. ideo dictum est nomen, quod notas rerum nostris animis suggerit, id est quod efficit nobis res notas. et bene primum positum est nomen. non enim potes tractare de littera, de voce, nisi prius scias, quid est hoc ipsum. idcirco quoniam nomina primigenia sunt in rebus omnibus, haec prima debent poni. nemo enim potest tractare primo de aliis partibus. idcirco prima pars est nomen. pronomen dictum est, quod quasi fungatur officio nominis. siqui dicat ‘Vergilius scripsit bucolica’, nomine uti-

---

1 per quas currunt omnia *coniecit Lindemannus* 3 ab ipsa parte *ABCL: fortasse* ab ipsa arte tractatus est. *nam hoc voluisse videtur grammaticus, tractatum, hoc est explicationem artis grammaticae, ab ipsa arte proficisci* 4 quod dicimus *L* quod s dicimus *C et expunctis, ut videtur,* di *litteris A* quod discimus *B* 5 multi ab ipsis litteris inchoant nec hoc verum est *hoc loco om. ABCL, post* 8 verum est *add. BCa* 10 istam *BC et in litura a* ipsum *L, unde* ipsam *editores Vindobonenses anal. gram. p.* 511 11 quid est uox hoc *AC* quid est nisi uox hoc *B* quid est nisi uox *L*: vox *delendum esse vidit Lindemannus* 14 idem] item *BL* 17 igitur *L* ergo *C, om. AB* 21 uide nunc singularum *L* uide singulorum *ABC* 23 diceretur columna dicis mihi columna dicitur ecce dedici postea etiam si *L* diceretur columna uel postea (postis *B*) ecce dicis mihi columna dicitur ecce dicitur postea etiam (post etiam *B* postea et aut *C*) si *ABl* 26 notas rerum *BCa* notas res *AL* 28 potes *L* potest *ABC*

p. 5–8 L.

tur; ‘ipse scripsit georgica’, pronomine utitur. posses enim dicere ‘Vergilius scripsit georgica’. sed ne fastidium crearet nominis iteratio, inventa est ista particula. | et hoc bene secundum est; bene secunda est ista particula. qua ratione? nam si fungitur officio nominis, et nomen naturaliter primum est, quid debet esse post illud quod primum est, nisi illud quod fungitur officio primae partis? sequitur verbum. verbum dictum est hac ratione, quod verberato aëre motu linguae fit sonus, unde ipsa particula emergit. sed et omnes partes orationis similiter fiunt motu linguae et verberatione aëris. ergo quare haec particula hoc nomen sibi proprium adsumpsit? quod ipsa frequentius utimur in loquendo. nam ecce loquere aliquid, et invenies in ipsa elocutione tria aut quattuor verba, vix unum nomen aut pronomen. ut puta si dicas ‘volo ire et videre amicum meum ad forum’, ecce volo ire et videre tria verba sunt, forum unum nomen est, ad una praepositio est, et una coniunctio. vides quoniam alias partes raro ponimus, istam frequentius, in tantum ut etiam sermones nostri hoc vocabulo dicantur, ‘verba fecit apud senatum’, ‘verba fecit apud populum’. numquid quando dico ‘verba fecit apud senatum’ aut ‘verba fecit apud populum’, numquid tantum verbis locutus est et non omni parte orationis? quare ergo proprium vocabulum sumpsit? quoniam ipsa frequentius utimur in loquendo. | adverbium bene sequitur verbum, quoniam non potest segregari a verbo. cras quando dico, numquid potest habere intellectum, nisi addas verbum? puta ‘cras faciam’, ‘cras dicam’, ‘cras veniam’. ergo ideo sequitur post verbum, quoniam a verbo non potest separari. participium bene positum est post istas partes: postquam dictum est nomen, dictum est verbum, bene participium est secutum. nam participium dictum est, quod et partes nominis capiat et partes verbi. ideo ergo, quoniam iam praedixit nomen, praedixit verbum, bene iam eo loco participium est positum, postquam illae partes praedictae sunt, ut ista sequeretur. coniunctio dicta est, quia coniungit elocutiones. si dicas ‘ego tu eamus ad forum’, non stat elocutio; si dixeris ‘ego et tu eamus ad forum’, stabit elocutio et erit conexa. praepositio dicta est ab eo, quod in loquendo praeponitur. ut puta si dicas ‘apud amicum’, non potes dicere ‘amicum apud’. interiectio dicta est, quia interponitur ad exprimendos animi affectus. si dixeris ‘mortuus est | Vergilius’, dixisti quidem illum mortuum esse; sed quo affectu hoc pertuleris, non est expressum, nisi interponas illam particulam. nam si dicas ‘va mortuus est Vergilius’, laetantis est; si dicas ‘heu mortuus est Vergilius’, dolentis est.

---

6 sequitur uerbum dictum est *ABC* sequitur uerbum quare uerbum dictum est *L* 11 elocutione *BC* locutione *AL* 17 numquid quando — populum *om. AL*, *add. a* 20 frequentius utimur *AL* frequentius est *B* frequens est *Ca** 24 separari *AL* secerni *BCa** 29 coniunctio — 31 conexa *hoc loco habent BL*, *post* praepositio — 33 amicum apud *transposita AC* si dicas *BCa* ut si dicas *AL* 30 si dixeris *BCa* et si dixeris *AL* 33 potes] potest *A* (?) *L* possum *BCa** 34 si dixeris *AL* si dicas *BCa*

p. 8. 9 L.

si hoc solum dicas, 'mortuus est', ambiguum est, quo affectu hoc pertuleris. vides ergo quia haec particula interposita exprimit nobis animi affectus. nam aliquoties illam ambiguitatem discernit. ecce dixi tibi et nomina partium et ordinem, et quare ita vocatae sunt, et quare ipso ordine positae sunt.

Diximus ergo quoniam bene fecit Donatus, partem illam priorem scribere infantibus, posteriorem omnibus. est enim robusta et utilis. inchoat a litteris ista particula quae uberior est et habet tractatum.

DE LITTERIS

421, 2 519, 2 Constat apud omnes Carmentem Nympham illam, Euandri matrem, quae Nicostrata dicebatur, latinas litteras invenisse. ipsa primum transtulit in Italiam latinas litteras. hoc habemus initio Livii, et 'Euander vir mirabilis veneratione litterarum', omnino verba sunt ista Livii, 'rei novae inter rudes homines'. tunc primum apparuerunt litterae. | litterae dictae sunt hac ratione, quasi legiterae, quod legentibus iter praebeant. nam utique adtendentes litteras implemus lectionem. ergo vel ideo dictae sunt litterae, vel ideo quod legendo iterentur. nam cum sint XXIII, tamen varias conexiones faciunt, id est variam elocutionem. ergo ob hanc causam dictae sunt litterae, vel quod legentibus iter praebeant vel quod legendo iterentur. istae litterae apud maiores nostros non fuerunt XXIII, sed XVI. postea additae sunt aliae. ita etiam tractaturus est, ut doceat olim XVI fuisse, postea ex superfluo additas alias litteras et factas XXIII. habemus hoc in libris ad Attium apud Varronem, et cur tot sint et quare eo ordine positae et quare isdem nominibus vocentur. sunt autem litterae XXIII, de quibus tractaturus sum. sed hae

---

1 mortuus est ambiguum est *L* mortuus est (est *om. C*) in (iam *A? corr.* in *a*) ambiguum est *ABC* 4 partium *om. A* uocata *ABCL* 5 posita sunt ..... quoniam *A* posita sunt diximus id ē et rationem ordinis (quia post nomen uerbum est et post uerbum participium *add. c*) ergo quoniam *Ca* posita sunt diximus id ē et rationem ordinis posteriorem omnibus. Diximus ergo quoniam *B*: posita sunt diximus ergo quoniam bene dixit donatus partem illam priorem scribere infantibus posteriorem omnibus. est robusta et utilis. inchoata a litteris igitur pars ista quae uberior est quae habet tractatum quae etiam exponenda est inchoata est a litteris. illa uero pars prior nihil habet dificultatis. ista itaque de litteris de sillabis de pedibus de accentibus habet modicam dificultatem. quis primus latinas litteras repperit. Constat *L* 6 bene fecit *BCa* bene dixit *A* partem] artem *ABC. sed in A olim fuit* Partem 7 posteriorem omnibus *hoc loco om. B* 8 tractatum constat *ABC* 12 initio liuii *BCa** initio libri *AL* et euander inquid uir *L. videtur scribendum esse* et omnino verba sunt ista Livii, Euander vir mirabilis veneratione litterarum rei *etc.*: *Liv.* I, 7, 8 Euander — venerabilis vir miraculo litterarum, rei novae inter rudes artium homines 11 liuii *C et in litura a** liui *BL* rei] res *L* hominis *A* 15 Incip. de littera. litterae quare dictae sunt. litterae dictae sunt *L: inscriptio* de littera *ante correctorem fuit in A* 16 nam ΠΑΝCΩC ΚΑΡ utique *C* intendentes *A* lectiones *ABC*: lectionem ergo uel ideo dictae sunt litterae quod legendos iterantur *L* 19 uel quod legentibus iter praebent uel quod legendo iterantur *L* uel quod leuatae iterentur *BC et in litura a* 21 sed XVI] sed XXUI *L* 23 ad attium *BC* ad atium *A* ad actium *L*: *cf. Wilmanns de Varr. lib. gramm. p.* 117 *sqq.* 25 sunt autem *BCa** sunt hae *AL*

dividuntur principaliter in duas partes, in vocales et in consonantes. ipsae item consonantes dividuntur in duas partes, in semivocales et in mutas. ergo duae sunt primae partes, vocales et consonantes. si non sunt vocales, consonantes sunt; si non sunt consonantes, vocales sunt. item fieri consonantes duplici modo scimus. aut enim | semivocales sunt aut mutae. sive enim semivocales sint sive mutae, uno nomine consonantes appellantur. videamus ergo quae sunt vocales, quae consonantes, quae semivocales, quae mutae. sed prius definienda est ipsa littera.

Vox dicitur quicquid sonuerit, sive strepitus sit ruinae, sive fluvii 519, 12
currentis, sive vox nostra, sive mugitus boum: omnis sonus vox dicitur. verum hae duae sunt partes, articulata et confusa. articulata est vox quae potest scribi; ut ecce hoc ipsum quod dixi potest scribi. ideo articulata dicta est, quod potest articulo scribi. artus enim dicimus membra maiora, articulos minora membra in omni corpore. nihil brevius digitis. idcirco articulata vox dicta est, quod potest articulis conprehendi. digitis autem tenemus calamos. ideo ergo dicitur vox articulata, quod potest articulis scribi. confusa illa dicitur vox, quae non potest articulo conprehendi, ut puta mugitus boum, digitorum sonitus. ergo litterae ad quam vocem pertinent? ad omnem? non. ad confusam pertinent? non, sed ad articulatam pertinent. ipsa littera quae pars vocis articulatae? ima et novissima. nam vox est quicquid loquimur, ut puta si dicas 'orator venit et docuit'. potest tamen et solvi, orator, venit, et, docuit: ecce solvisti orationem in verba. potes ipsa verba solvere in syllabas o et ra; potes ipsam syllabam solvere in litteras. numquid potes ipsam litteram solvere | ulterius? nequaquam potes. ergo propter has res quas dixi omnes vide et definitionem Donati, 'littera quid est? pars minima vocis articulatae'. dicit 'littera est pars minima vocis'. quare? quod ultra ipsam numquam solvitur. hoc autem dicendo 'vocis articulatae' ostendit esse et alteram confusam et non posse articulo conprehendi. et dicit iam 421, 4
primam divisionem, 'litterarum aliae sunt vocales, aliae consonantes'. litterarum prima divisio ista est, vocales dicuntur et consonantes. vocales

---

3 ergo duae sunt primae partes *BCa* ergo primae sunt duae partes *A* ergo duae primae partes sunt *L* si non sunt uocales consonantes sunt si non sunt consonantes uocales sunt *L* si non sunt consonantes uocales sunt si non sunt uocales consonantes sunt *A* si non sunt consonantes uocales sunt *BC* 7 uideamus ergo quae sunt uocales quae consonantes quae semiuocales quae mutae | De uoce et littera | Sed prius definienda est ipsa uox quid est hoc uox dicitur *L*: videamus — consonantes *om. ABC* 12 ut ecce hoc ipsum quod dixi potest scribi *post* articulo scribi habent *AL* 13 artus enim dicimus membra maiora articulos minora membra in omni corpore *L* artus dicimus minora (maiora *B*) membra in omni corpore *ABC* 18 digitorum] uentorum *L*: *fortasse* crepitus digitorum, sonitus uentorum 20 articulatae] articuli *AC* 24 potes (potest *B*) ipsam soluere in litteras *BC* potes . . ipsa . (potest ipsā *a**) soluere in litteras *A* potuerunt ipsae solui in litteras *L* numquid potes *B* numquid potest *ACL* 28 hoc autem dicendo uocis articulatae *L* hoc dicendo uox est articulata *ABC* 29 et dicit iam *Lindemannus* et diuidit iam *ABC* et diuidit illam *L* 31 litterarum uocales dicuntur et consonantes prima diuisio ista est *ABC*, *om. L*

p. 11—13 L.

litterae sunt quinque, a e i o u: istae quinque vocales sunt. reliquae iam consonantes sunt. sed ipsae consonantes item in duas partes dividuntur, in semivocales et mutas. semivocales sunt septem, f l m n r s x; mutae sunt novem, b c d g h k p q t. videamus de illis vocabulis singulis.

421, 6 519, 29 Vocales dictae sunt ea ratione, quoniam per se vocem impleant. quid est per se? ceterae litterae non aliter exprimunt sonum suum, nisi iungant sibi vocalium sonos. quando dico b, non aliter sonum illum suum naturalem exprimit, nisi iunctam habuerit vocalem. c non aliter sonum illum naturalem exprimit, nisi iunctam habeat vocalem. similiter et f non aliter dicitur. stridores et dimidii soni, nisi praecedat illis vocalis sonus, non possunt aliter exprimi. ergo vides quoniam aliae per se non explicant sonum, nisi iunctis vocalibus. ipsae autem vocales nullius litterae auxilio egent, sed per se implent vocem, ut si dicas a e i o u, omnes per se exprimuntur. ergo ideo dictae sunt vocales, quia et vocem per se faciunt et aliis vocem praestant. nam non solum ipsae exprimunt vocem suam, sed etiam aliis consonantibus addunt vocem. est alia ratio vocalium, quia solae positae syllabam faciunt. nulla alia littera sola posita syllabam facit. puta f pone, tolle vocalem, et nihil sonat: r pone, tolle vocalem, et non sonat; et ceterae ita se utique habent. a pone, et iam per se plena est, per se exprimit sonum et per se syllabam facit, ut ‘a virgo infelix’: o pone, et per se plena est, ut ‘o terque quaterque beati’: i pone et per se plenam efficit vocem, ‘i sequere Italiam ventis’. ergo ipsae vocales solae syllabam faciunt. | duplici ergo ratione dictae sunt vocales, aut quia per se sonant, aut quia solae positae pro syllabis habentur.

421, 8 520, 8 Consonantes tamen reliquae illae ea ratione dictae sunt consonantes, quod non sonant, sed consonant, id est quod solae positae non habent plenum sonum, sed cum vocalibus iunctae proferuntur. ut si dicas b, tolle inde e, et mutatum est et non habet plenum sonum. et bene dicuntur consonantes, quod duo soni simul sonant.

---

1 uocales sunt reliquae iam consonantes sunt sed ipsae consonantes item *L* uocales sunt omnes item *ABC* 2 diuiduntur consonantes in *B* 4 vocabulis] uocalibus *ABCL* 8 c non aliter — habeat vocalem *om. AL, add. a in marg.* 9 similiter et f non aliter per stridorem quendam demedii sonus nisi praecedat ille uocalis sonus ergo uides *L* 10 dimidii sonus nisi praecedant illis uocalis sonus non possunt (potest *B*) aliter exprimi *BC* demedi (dimidii *a*) sonus nisi praecedent (-ant *a*) illi uocales (illis uocalis *a*) sonus non potest (possunt *a*) aliter exprimi *A* 13 per se exprimuntur et inplent uocem *L* 15 ipsae exprimunt (sed *add. L*) per se uocem *AL* 20 per se exprimet sonum et per se sillabam facit ut a uirgo infelix o pone et per se plena est ut uterque quattuorque beati u pone *L* per se exprimit (exprimet *AB*) sonum a uirgo infelix (in *A*) o terque (o uterque *B*) quaterque i pone *ABC* a virgo] *Verg. bucol.* 6, 47 21 o terque] *Verg. Aen.* I 94 22 i sequere] *Verg. Aen.* IIII 381 23 uentos *A* faciunt duplici ergo ratione dictae sunt uocales (uocales dictae sunt *A*) aut quia *AL* faciunt ideo dictae sunt uocales duplici ratione uocales dictae sunt quod per se sonant id est sine auxilio alicuius aliae per se sonum non implent ergo uocales dictae sunt aut quia *BC* 27 solae positae sillabam non faciunt neque habent plenum sonum *L* 30 quod duobus sonis simul sonant *L*

p. 13–15 L.

Semivocales dictae sunt, quia, si detrahas eis vocalem, habent vel tenuem sonum vel sibilum quendam. ut si dicas es, tolle inde e vocalem, sonat quidam sibilus, quidam sonus. ideo ergo dictae sunt semivocales, quia semis habent de voce, id est vel mediam partem vocis habent. alii alia ratione semivocales dictas esse dicunt, quia semis habent de potestate vocalium. vocales enim per se sonant et per se syllabam faciunt; semivocales per se quidem sonant, sed per se syllabam non faciunt. ergo quod unam partem habent, unam non habent, ideo dictae sunt semivocales, quod semis habent de potestate vocalium. dicuntur autem ita, ut incipiant a vocali et desinant in naturalem sonum (si aliter dixeris, non erunt iam semivocales), ut est ef es ix. ergo semivocales ita se habent inchoare a vocali sono et desinere in naturalem sonum. mutae e contrario inchoant a naturali sono et desinunt in vocalem sonum, ut est be ce de ge ha ka pe qu te. quae ergo littera praeponenda est in semivocalibus vel postponenda in mutis? e tantum modo sola, ut puta ef et f sonat, el et l sonat, er et r sonat, es et s sonat, em et m sonat, en et n sonat [ix et x sonat]. ergo in semivocalibus e praeponenda est. item in mutis b c d similiter e postponenda est. sed sunt aliquae litte|rae, quae neque ab e inchoant neque in e desinunt. hae litterae calumniam patiuntur, ut est x. idcirco non littera dicitur, sed duplex littera. k et q neque ab e inchoant neque in e desinunt. h et ista similiter in calumniam venit. idcirco dicuntur * habent vel mediam partem vocis, aut certe quoniam semis habent de potestate vocalium. 421, 10 520, 12 478, 2 520, 18

Mutae autem ideo dictae sunt, quia, si detrahas illis vocalem, non sonant penitus. ergo ideo dictae semivocales, quod detracta vocali semis habeant de voce, ideo mutae, quia detracta vocali penitus non sonant. 421, 13 520, 16

Vocales autem quinque sunt, a e i o u. istae quinque, quando solae proferuntur, longae sunt semper: quando solas litteras dicis, longae sunt. a sola longa est, e sola longa est. | praeterea de istis quinque litteris 421, 16 520, 27

---

2 si dicas es *L* si dicas s *BC* si dicas se *a* si dicas *A* 6 uocales enim per se sonant et per se sillabam faciunt *L* uocalis enim per se sonat et per se syllabam facit *ABC* 7 sed per se syllabam non faciunt ideo dictae sunt semiuocales. e in semiuocalibus praeponitur in mutis postponitur (e — postponitur *om. A. add. a* in mutis postponitur *om. B*) uel postponenda in mutis ē tantum modo sola *ABC. supplementa praebuit L* 14 quae ergo] quare ergo *L* 15 ut puta ef et f sonat le et el sonat re et er sonat se et es em et m sonat en et n sonat ix et ix sonat ergo *L* puta fe et e f sonat l e et e l sonat r e et e r sonat s e et e s ergo *A* puta fe et f sonat le et l sonat r e et r sonat s e et s sonat ergo *BC* 18 aliquae] aliae *L* 22 idcirco dicuntur e in semiuocalibus praeponit (praeponitur *corr.* -nit *L*) in mutis postponit habent (habet *L*) uel mediam partem *AL* idcirco dicitur habere (quia habent uel *corr.* habere *B*) mediam partem *BC:* idcirco dicuntur semiuocales quoniam habent vel mediam partem *coniecit Lindemannus. sed videntur plura etiam de pronuntiatione semivocalium et mutarum excidisse* 23 semis habent *LB* semis habet *A* minus habet *C* 27 uocales autem *BCa* uocales istae *A:* uocales .u. isti sunt a e i o u similiter habent si breues o uero et e non sonant breues *L* 29 praeterea de istis quinque litteris tres sunt quae siue breues siue mod.a.i.u. similiter habent si breuis o uero et e non sonant breues *A* praeterea de istis quinque litteris tres sunt quae siue breues siue longae eiusdem modi a i u similiter habent siue longae siue breues o uero et e

p. 15. 16 L.

tres sunt, quae sive breves sive longae eiusdem modi *sunt*, a i u: similiter habent sive longae sive breves. o vero et e non sonant breves. nam quando longa est quando dicimus o longa est ut si dicas sonat o sonat. si dicas obit, o brevis est; si dicas orator, o longa est. similiter e aliter longa, aliter brevis sonat. longa est, si dicas evitat; e sonat. brevis est, quando dicis equus; e sonat, simpliciter sonat. et quem ad modum expressae sunt istae litterae? si velis dicere 'sedebam hodie in equo meo', ut si dicas 'bene olebant in hospitio meo rosae', hoc vilissimum est, siqui sic loquatur. ergo quo modo exprimendae sunt istae litterae? dicit ita Terentianus [hoc dixit] 'quotienscumque e longam volumus proferri, vicina sit ad i litteram'. ipse sonus sic debet sonare, quo modo sonat i littera. quando | dicis evitat, vicina debet esse, sic pressa, sic angusta, *ut* vicina sit ad i litteram. quando vis dicere brevem e, simpliciter sonat. * o longa sit an brevis. si longa est, debet sonus ipse intra palatum sonare, ut si dicas orator, quasi intra sonat, intra palatum. si brevis est, debet primis labris sonare, quasi extremis labris, ut puta si dicas obit. habes istam regulam expressam in Terentiano. quando vis exprimere quia brevis est, primis labris sonat; quando exprimis longam, intra palatum sonat.

421, 21 520, 31 Sunt vocales quinque, sed non omnes vocales sunt semper. nam a et e et o semper vocales sunt. i vero et u varias habent potestates: vocales sunt, semivocales sunt, mediae sunt, nihil sunt, digammon sunt, duplices sunt. varias habent potestates: habentur pro vocalibus, habentur pro semivocalibus, habentur pro mediis, habentur pro nihilo, habentur pro digammo, habentur pro duplicibus. sed hae sex virtutes significationis non utriusque sunt. nam tres significationes communes sunt, aliae non sunt communes. istae tres potestates significationis sunt tam i litte-

---

non sonant breues *B*: praeterea de istis quinque litteris tres sunt quae siue breues siue longae (eiusmodi a i u similiter habent siue longe siue breues o uero et e non sonant breues nam quando longa est quando dicimus o longa est ut si dicas sonat o sonat si dicas *add. c in marg.*) obit *C. de pronuntiatione e et o vocalium eadem praecepisse videtur grammaticus, quae accuratius exposita sunt in Servii et Sergii commentariis, qui dicuntur, l. c. itaque si scripsit quod in libris est*, o et e non sonant breves, *hoc voluit, o et e breves naturalem sonum non habere. quare quae iam sequuntur de o vocali sic fere ad grammatici quidem mentem refingi possunt*. nam o quando brevis est, penitus non sonat o; quando longa est, sic sonat, ut si dicas o sonat 3 ut si dicas sonat *corr. al. man.* ut si dicas obsonat *B* 4 si dicas obit *Ba* sibi obit *A* sibi obiit *L* similiter e aliter longa aliter breuis sonat longa est si *BCa* similiter e aliter breuis est aliter longa est (est *om. A*) si *A? L* 7 ut si] aut si *ABC* ac si *L* 8 siquis hoc loquatur *B* si quis hoc loquitur *AL* si qui sic loquitur *a* si quis hic loquerer *C* 9 dicit ita *BCa* dicis ita *A* dixit ita *L* terrentianus *BL*: *de pronuntiatione e et o vocalium dixit Terentianus v.* 116 *sqq., quamquam non prorsus ea docuit, quae Pompeius ei tribuit* 10 proferre *Lindemannus* 12 ut *om. ABCL* 13 sit] fit *L* dicere breuem (breuis *corr.* -em *C*) e simpliciter sonat o (o *om. B*) longa sit *BC* dicere breuem longa sit *AL*: *lacuna quam indicavi haec fere excidisse videntur*, item quaeritur o longa sit 15 quasi intra *BCa* quando intra *A* 24 sed hae sex uirtutes significationis *A, ut videtur*, sed haec UI uirtutes significationis *L* sed uirtutes significationis *B* sed hae significationis *ab* sed hae significationes *C* 26 non sunt communes istae tres *AL* non sunt communes puta ut sit uocalis ut sit semiuocalis ut media tres istae *BCa*

p. 16–18 L.

rae quam u litterae, id est ut sit vocalis, ut sit semivocalis, ut sit media: istae communes sunt utriusque. aliae tres non sunt communes, sed diversas habent potesta|tes. nam ut nihil sit, ut sit digammon, hoc est u litterae; ut sit iterum duplex, hoc tantum i habet. et vide quem ad modum tractat. tractat primo de illis communibus, et postea redit ad istos speciales casus.

Vt sint vocales quem ad modum intellegimus vel i vel u litteram? tunc sunt vocales, quando solae positae syllabam faciunt, vel quando coniunctae sunt aliis consonantibus. si dicas unus, u sola est et syllabam facit; si dicas itur, i sola est et syllabam facit. ergo tunc vocales sunt, quando solae positae syllabam faciunt. item si iunctae fuerint consonanti, unda Indus. [iuncta est consonanti et longa est exceptis a et e et o. illae vero sive solae positae fuerint, syllabas faciunt, sive iungantur consonantibus, syllabas longas faciunt]. ecce habes, quando vocales sunt. modo videamus, quando sunt consonantes. consonantes tunc sunt, quando ipsae praepositae sunt et habent post se alias vocales in isdem syllabis constitutas. sic definitum est: siquid de his rebus minus dixeris, iam non stat ratio, quando ipsae praepositae sunt et habent post se alias vocales in isdem syllabis constitutas. ut si dicas vanus, modo | consonans est u littera. habet enim illud totum quod dixi. nam et ipsa praeposita est et habet post se vocalem in eadem syllaba constitutam. nam vanus, va una syllaba est. Ianus et i habet post se a, et una syllaba est. quid opus est ut hoc diceret, ut ipsae praecedant et habeant post se alias vocales in isdem syllabis constitutas? quia si non ipsae praecesserint et habeant post se vocales in isdem syllabis constitutas, non sunt consonantes. puta si dicas quoniam: ecce post q invenis u, sed tamen non est consonans u, quoniam non ipsa praecessit. item quare diximus 'si sequantur vocales in isdem syllabis constitutae'? puta si dicas Iulus, i vocalis est et u vocalis est. debuit ergo esse consonans, et consonans non est. quare? quia i et u non sunt unius syllabae, sed duae sunt. ergo nisi ista consentiant omnia, non sunt consonantes, id est nisi et ipsa praecedat et habeat post se vocalem in eadem syllaba constitutam. ecce quando sunt consonantes. mediae dicuntur ideo, quia aliquotiens solae alium sonum habent, aliquotiens mixtae alium sonum habent. ecce adverte, quo modo sonat u. unus, ecce u vides quam tenuiter sonat. iunge

421, 24
475, 14
520, 33

---

9 u sola est et in syllam fecit ergo uocales tunc sunt quando solae positae syllabam faciunt si dicas itur i sola . . et syllabam facit item si iunctae fuerint ad consonanti *A* u sola est et syllabam fecit ergo uocales tunc sunt quando solae positae syllabam faciunt si dicas itur i sola est et syllabam facit ergo tunc uocales sunt quando solae positae syllabam faciunt item si iunctae fuerint consonanti *BCa* 11 item si iuncta fuerit ad sonantes unda indus iunctae sunt consonantia et longa est exceptis a e o ille uero si solae possitae fuerint syllabas faciunt siue iungentur consonantibus syllabas longas faciunt *L* 14 longas syllabas (et breues *add. c*) faciunt *BC* 23 ut hoc diciret *A* ut hoc dicent *B* 24 quia — constitutas *om. A, add. a* 31 ista consentiunt *AL* ita consentiant' *C*

p. 18—20 L.

illam ad aliam litteram, et vide quia non sic sonat, sed pinguius sonat, vulnus vanus. numquid sic sonat unus, | quando u sola est? non, sed tenuiter sonat. vanus quando dico, pinguior sonus est. numquid dicis u a nus? ergo vides quia, si ponantur solae, tenuem sonum habent, si iungantur ad alias litteras, pingues sonant. similiter et i sic patitur. itur, ecce tenuius sonat; si dicas Titius, pinguius sonat et perdit sonum suum et accipit sibilum. ergo quo modo dixit, sonant mediae, id est quod solae aliter sonant, aliter iunctae, idcirco dicuntur mediae, quoniam medium habent sonum, nec naturalem nec proprium. sunt etiam quae dicuntur idiomata, quae artem non habent, sed usu proferuntur. puta si dicas 'venit quidam vir', [quando dicis] illae litterae non sonant. nam naturalem habent sonum. nam si sonarent ipsae litterae, u ir diceremus, et esset vilis sonus. habent medium quendam sonum, non illum sonum quem habent.

421, 33 476, 8 521, 26 Ista communia sunt inter utramque litteram. iam videamus, quando accidit u litterae ut omnino nihil sit. quando u nihil est? tunc u nihil erit, vide qua subtilitate nihil erit, si dicas 'quoniam': q u et o est. ista u quid erit? vocalis? non potest. nam tunc tantum vocalis est, si sola fuerit: modo alteri vocali iuncta est. ergo ideo non potest esse vocalis, quia habet post se vocalem. num forte consonans est? nec consonans est. quare? quia non est prior. ergo ut non sit vocalis illa res facit, quia iuncta est alteri vocali; ut non sit consonans illa res facit, quia non est prior. ita fit ut nec vocalis sit nec consonans. ergo nihil erit. si nihil erit, quid habet esse? nihil. quare ergo ibi scribitur? propter illam causam, quia pars est litterae praecedentis. u littera ergo aliquotiens nec consonans est nec vocalis, tunc quando ponitur in medio q praecedentis et cuiuscumque vocalis sequentis, ut si dicas quoniam. quando dicimus quoniam, q u et o est. u istam quid dicemus? vocalem non possumus, quia sequitur vocalis, et quotiens vocalis sequitur, transit in consonantis potestatem. nec consonans est, quia tunc est consonans, quando praecedit. ergo nec vocalis est nec consonans, quoniam et habet post se aliam sibi vocalem iunctam et non ipsa praecedit. quid ergo dicemus? dicemus eam nihil. dicis nihil; sed tamen est littera. quid erit ista? pars erit litterae praecedentis. etenim ipsam litteram praecedentem sonat. et vide, quem ad modum sonat, et invenies quoniam naturalem sonum habet et istarum. quando dicis que, quid sonat nisi q et e? ergo inde invenitur |

1 pinguius *BLa* pinguis *AC* 7 ergo cum hoc dixit *L* 11 nam naturalem *AL* quem naturalem *Bac:* nam *om. C* 15 inter utramque litteram *Ca* in utramque litteram *AB* intraque litteram *L* 17 qua subtilitate intulerit *Lindemannus. excidisse videtur vel definitio vel exemplum* u *litterae nec vocalis nec consonantis loco positae,* tunc u nihil erit, quando dicis 'quoniam'. et vide qua subtilitate nihil erit, si dicas *etc.* q u et o ista u *BC* quero ista u *A* (?) *L* 18 non potest esse nam tantum *A* 20 ne forte consonans est *BCa* ne forte consonans esset *A* 29 sequitur *posteriore loco om. AC* consonantis *Ba* consonantium *AC* 34 ipsam litteram *AL, corr.* istam *B* istam *C* 36 que] quae *ABCL* nisi q et e *BC* nisi ue *A* ni ue *L*

p. 21—23 L.

u littera nec vocalis esse nec consonans, sed pars esse litterae praecedentis.

Est etiam digammos ista u littera. quid est digammos? Graeci habent varias linguas, item est una lingua quae dicitur Aeolica. apud istos Aeolicos est una littera quae appellatur digammos, quasi duo gamma superposita. haec littera digammos hoc praestat, ut pinguem sonum faciat in quibusdam sermonibus. paene et apud Latinos idem sonus est. ecce omnes ita dicunt, Elena; illi dicunt Velena, addunt pinguem istum sonum. ergo est quaedam littera apud Graecos, quae digammos dicitur. haec addita pinguem sonum facit in tantum, ut multa latina per digammon sint graecam. puta dicebant Enetus; adde digammon, et facimus Venetus, ut scias quoniam societas sit latinae linguae et Aeolicae, ut digammos addita latinos faciat sermones. ergo v littera Romana fungitur officio illius digammi, id est talis est apud nos v littera, qualis est apud Graecos digammos illa. nam quo modo illis digammos pinguem sonum facit, sic etiam v littera iuncta verbum pingue facit. si sola sit, tenuis sonus est; si iungatur alteri vocali, digammos fit statim, ut est illud. validus non tale est, | ac si dicas Velenus? idem sonus est. ergo v littera apud nos fungitur officio digammi, si iuncta fuerit alteri vocali. est hic aliquid in quo vituperare possis Donatum, non in peritia, sed in exemplo. ait sic, 'servus vulgus'. verum est, pinguius sonat servus, non serus, vulgus, non ulgus: vere digammos est. sed exemplum non est aptum, quoniam omnis digammos detracta redit ad naturalem sonum. puta quando dico validus, tolle inde v, facit alidus; quando dico Venetus, tolle inde v, remanet Enetus, naturalis sonus; quando dico vir, tolle inde v, remanet naturalis sonus ir. videamus, utrum possint ista exempla ita constare. vulgus, tolle v: numquid facit ulgus? vulnus, numquid facit ulnus? [naturalis sonus]. ergo rem veram dixit, exemplum tamen non protulit. debuerat enim tale exemplum proferre, ubi possit v et addi et detrahi [et posset in utraque parte].

422, 1
476, 13
521, 12

Superest illud unum. i littera geminari potest tunc, quando inter duas vocales est constituta in una parte orationis. puta Maia, hac habet a et hac habet a, inter duas vocales invenitur i; aio, hac habet a, hac habet o; et alia [puta huius Maiae] similia. quotienscumque inter duas vocales invenitur i, pro duabus consonantibus habetur. et hoc contingit i litterae tantum modo, u numquam contingit. ergo hoc speciale est huius litterae, ut inter duas vocales constituta sit pro duabus consonantibus. et facit longam superiorem idcirco, ut est Troia,

422, 5
521, 34

---

10 per digammon sint grecam *A C L* per digammon sint greca *B a* 14 talis est apud nos u littera qualis est apud grecos illa digammos *B C a* talis est et apud nos u littera qualis est apud grecos est digammos illa *A* talis aput nos u littera qualis est aput grecos id est digammus illa *L* 18 uelenus *A L* felenus *B C a.* Venetus *coniecit Lindemannus*: Velena *Servius in Don. p.* 422, 2 *et Serg. explan. p.* 476, 18 20 ait sic *B* aut sic *A* ut sic *C* 24 remansit enetus *A* 25 remansit (*corr.* remanet *B*) naturalis *A B* 37 idcirco est troia *A B c* idcirco troia *C* ut troia *L*

p. 23–25 L.

arma virum tabulaeque et Troia gaza per undas.

Tro naturaliter brevis est, sed pro longa ponitur. quare? quoniam inter o et a invenitur i littera et facit superiorem longam.

Diximus tres virtutes communes esse i et u litterae, duas alias u
422, 6 litterae esse, unam aliam i litterae. illud sequitur 'omnes vocales et
476, 24 produci et corripi possunt', id est omnes vocales dichronae sunt apud
522, 1 Latinos. Graeci septem habent, sed de istis septem duas semper breves ε et ο, duas longas η et ω, dichronas tres α ι υ, id est modo longas, modo correptas. quales sunt illae graecae dichronae, tales sunt apud nos omnes vocales, a e i o u, et produci possunt et corripi. sed quod dico 'produci possunt et corripi', non ubique et produci possunt et corripi, sed certis locis. nam ecce invenis verbum, ubi longa sit; invenies aliud verbum, ubi brevis sit. non in uno verbo et produci possunt et corripi, sed certis locis. ut ecce mala aliud est, quando mala poma | dico, aliud, quando dico mala miseriam * brevis est. ecce vides, quo modo pro qualitate significationis aut producuntur aut corripiuntur. non ergo debet a littera in omnibus verbis produci et corripi, non; sed inveniuntur aliqua naturaliter producta, aliqua quae naturaliter correpta sint, ut amor et acer. e similiter, si dicas evitat, longa est; equus si dicas, brevis est. i, itur si dicas, longa est, 'itur in antiquam silvam'; ibi si dicas, brevis est. u, si dicas unus, erit longa,

unus erit medio in fluctu, quem vidimus ipsi;

si dicas ubi, brevis est. similiter et *o*, *si dicas* orator et si dicas obit; illa longa est, illa brevis est. ergo omnes istae litterae inveniuntur et correptae et productae. quando autem aut correptae esse possunt aut productae, aures tantum modo iudicant, nec alia res. plane est ars de ultimis syllabis: quales sint ultimae syllabae, utrum longae sint an breves, praestat ars. paenultimae etiam quales sint, licet non sit scriptum, tamen potest tractari: etiam de paenultimis potest esse ars, quando producantur, quando corripiantur. de primis vero nulla est ars. idcirco debemus ad exempla confugere, quotiens nos interrogat aliquis. puta si dicas mihi unus, u qualis est? dico tibi, | nescio utrum brevis sit an producta, nisi me ad exemplum contulero,

unus erit medio in fluctu, quem vidimus ipsi.

---

1 arma] *Verg. Aen.* I 119 2 tro naturaliter *Ca* troia naturaliter *ABL* 10 sed quod dico *a** sed dico *A* quod dico *BC* 15 aliud quando (quando *add. a*) dico mala miseria breuis est *AB* alia quando mala miseria breuis est *C* alia mala miseria breuis est *L. excidisse videntur quae de diversa in utroque vocabulo quantitate* a *litterae dicta erant* 17 inueniuntur *C* invenitur *corr.* inueniuntur *B* inuenitur *A* 18 aliqua .... naturaliter *A* 19 sint *C* sit *corr.* sint *B* sit *A* 20 itur] *Verg. Aen.* VI 179 22 unus] *Verg. Aen.* I 584: *cf. Aen.* V 814 erit in medio fluctu *CL* erit in medio (in *add. a*) fluctū *corr.* -tu *A* erat medio in fluctu *B* 23 similiter et orator *ABC* 26 alia res *A* aliae res *BCa* 29 quando producantur quando corripiantur *b* quando producatur quando corripiatur *ABC* 31 confugere *L* fugere *ABC* 32 utrum *Cb* unde *AB* 34 erit medio in fluctū *corr.* -tu *A* erit in medio fluctu *LC* erit fluctu in medio *c* erat medio in fluctu *B* uidemus *A* ipsi *BCa* ipse *AL*

p. 25—27 L.

ergo debeo primas syllabas exemplo colligere, quo loco posita sit longa, et sic respondere. ergo ubiubi voluero uti hoc, necesse habeo ad exempla confugere. sed habemus conpendium unum huius rei, ne cogamur 424, 4
singula verba exemplis quaerere: etymologias intuere et sequere naturam rei. puta amor unde natum est? ab amare. ecce a qualis est? a brevis est,

saevus amor docuit natorum sanguine matrem
commaculare manus.

ecce inveni amor quoniam a brevis est. iam quicquid inde nascitur, semper brevis est: amor amo, sive verbum inde facias sive nomen, brevis erit; amans, sive participium fuerit, brevis est; amanter, sive adverbium facias, brevis est. quicquid illud faciat, servat naturam illius. ergo quasi haec inveniuntur conpendia contra istam difficultatem. ne cogamur omnia verba inquirere, notemus illa prima verba; exinde iam cetera scimus, quae de ipsis nascuntur, qualia sunt. servant enim naturam suam. ista, quae sunt primigenia, regunt illa cetera, quo modo possumus ad singula verba etiam exempla quaerere. sed teneamus puta voco verbi | causa, vo corripit; vocatus ecce participium est, nihilo minus corripit. et omnia, quaecumque sunt, sequuntur originem suam ab initio, exceptis paucis. sunt enim aliqua contraria, quae debes callide advertere, ut si dicas lumen lux lucis. lux qualis est? longa est sine dubio naturaliter. lucerna ecce factum est inde, et brevis est lucerna, ut est 'vigilesque lucernas'. ubique brevem legimus lucernam. homo brevis est ubique: facit inde derivativum humanus, ecce longa erit. pauca sunt quae mutant naturam suam.

Praeterea scire debemus quod aspirare non debemus, nisi quando 422, 12
sequitur vocalis. puta homo, ideo praepono h, quia sequitur o vocalis. 522, 9
hircus, huic, huius, Hercules, ideo praeponuntur istae aspirationes, quia sequuntur vocales. nec tamen, ubicumque vocalis fuerit, ubique aspirare debemus; non recurrit hoc. non enim, ubi vocalis est, necesse habemus semper aspirare; sed ubicumque nos habemus aspirare, necesse est ut sequatur vocalis. nam ecce amicus, a vocalis, sed tamen non addis aspirationem; orator, non addis aspirationem. ergo | non, ubicumque vocalis fuerit, necesse est ut aspiremus; sed ubicumque est aspiratio, necesse est ut vocalis sequatur.

---

7 saevus] sicut nos *L: Verg. bucol.* 8, 47 natorum *BCLa* naturam *A* 8 comulare *C* 9 inueni amor] inuenimus *L* 10 semper breuis est *A* semper breue est *BCa* si uerbum *A* 11 amanter *Lindemannus* amantis *ABCL* 12 illud faciat *Cb* illud facit *AB*: illud facias erit natura illius *L* 13 ne cogatur *AL* 14 illa prima uerba *L* illa prima uerba quae sunt prima uerba *A* illa uerba quae sunt prima uerba *BC* 16 primo genita *L* caeterum *ABCL* 17 etiam *om. C* 22 vigilesque] *Horat. carm.* III 8, 14 et vigiles lucernas perfer in lucem 29 nec tamen] nec est *L* nec ē ut *A* nec ut *BCa:* nec necesse est — aspirare *Klussmannus Philol. v.* XII (*a.* 1857) *p.* 591 29 aspirare debemus *Cb*: debemus *om. ABL* 30 non recurrit hoc *om. C*

p. 27—29 L.

Hoc est quod dixit de vocalibus. sequuntur consonantes. quas consonantes divisit in duas partes, in semivocales et in mutas * quae sic
422, 15 dicuntur, ut diximus superius, f l m n r s x. omnes debent inchoare ab e littera et desinere in naturalem sonum excepta x littera. ista enim non ab e inchoat, sed ab i. haec autem x littera pro duabus fungitur consonantibus. penitus ubicumque fuerit x littera, sic est, ac si duae ibi sint. multi dicunt istam litteram, multi negant. legimus apud maiores nostros primas apud Romanos XI litteras fuisse tantum modo, ut dicit Caesar in libro analogiarum primo: in libro analogiarum Caesar hoc dicit, XI fuisse. Varro docet in aliis libris, quos ad Attium scripsit, litteras XVI fuisse, postea tamen crevisse et factas esse XXIII. tamen primae quae inventae sunt fuerunt XI, postea quae inventae sunt, fuerunt XVI; postea autem XXIII factae sunt. illic commemoratur, qui illam litteram fecit, qui illam. | ergo ista x littera quando non fuit, quem ad modum scribebant pix? pics. et unde suspicamur quia per c et s scribebatur? propter genetivum placuit; idcirco per c et s scribebant. item rex aliter scribebant, regs. et si hoc loco g, propter genetivum hoc faciebant. et ideo putaverunt hanc litteram constare aut per c et s [ut scriberent] aut per g et s, propter genetivum. sed hoc stultum est. inveniuntur enim nomina, ubi nec c sit nec g. ut puta senex quid habet facere in genetivo? senecis non potest facere, sed senis facit. item aliud nix, nivis facit, non facit nicis, non facit nigis. unde apparet quia frustra probaverunt sic debere scribi. interim hoc scire debes, quia ubi est x, pro duabus consonantibus habetur.

422, 22 S littera hanc habet potestatem, ut ubi opus fuerit excludatur de metro, ‘ponite spes sibi quisque’. ponite dactylus est; sed sequitur s et p, et facit longam, et iam incipit esse amphimacrus pro dactylo. ergo quid sequitur? ut proiciatur s littera. ergo talis est s, quales sunt liquidae? nam et liquidae excluduntur de metro. duplici | ratione hoc ipsum dicunt. una levis est ratio, alia valentissima. multi dicunt illud,

2 *lacunam indicavi, qua definitio semivocalium excidisse videtur* 4 excepta x littera quae neque ab e inchoat neque in e desinit sed ab i *C* 5 fungitur *AB* fungatur *L* ponitur *C* 6 penitus ubicumque *AB* penitus ubi *C* ponitur ubicumque *L* sic esse debet ac si duae ibi sint consonantes multi c et s dicunt istam litteram esse multi negant *C* 8 primas *ABL* primis *C* ut dicit caesar in libro *Cb* ut dicit (dicit *om. A*, *add. a*) caesar libro *AB*: ut cessar in libro analogiarum primo haec dicit XI fuisse *L* 10 aliis] alis *L* ad actium *ABCL* scribit *corr.* scripsit *A* lit XUI fuisse *L* . . . (lit *fuisse videtur*) XU fuisse *A* XUI fuisse *B* sedecim fuisse *C* 11 tamen XI creuisse *L* 12 sunt *priore loco om. L* fuerunt XI (undecim *c*) postea quae inuentae sunt fuerunt XUI (sedecim *c*) *ABLc* fuerunt sedecim *C* postea quae] postea quam *Klussmannus Philol. v.* XII (*a.* 1857) *p.* 591 13 posteà autem XXIII *A* postea item XX et III (et tres *C*) *Ca* postea XXIII *B* postea quam XXIII *L* 14 fecit qui illam *AB* fecit qui illam qui illam *Ca* facit *L* 15 pix pics *Cab* pix picis *ABL* 16 scribebant regs *B* scribebant regs regis *C* scribebant regis *AL* 20 habes *ABC* 21 senecis non potest *BC* senicis non potest *L* senicis (*corr.* senecis, senicis *add. a*) non potest *A* item aliud nix niuis facit non nicis unde apparet *L* 22 non facit nigis *A* non facit nigis sed facit niuis *BCa* 23 quia ubi est x *ABC* quia ubi ubi est x *a* quia x *L* 26 ponite] *Verg. Aen.* XI 309

p. 29—31 L.

multi illud. nam aliud est esse in metro nec conputari, aliud est proici de metro. puta si dicas 'lumina prima', lumina dactylus est, licet sequatur p et r et possit facere superiorem longam; et licet sit ibi r, tamen non ibi conputatur. non dico '*lumina pima*', *sed dico* 'lumina prima': ecce ibi est r et tamen non conputatur. e contrario in illa littera, ubi est s, non potes eam ibi permittere et sic proferre, sed necesse habes illam excludere. non possum dicere 'ponite spes sibi quisque', sed dicere habeo 'ponite pes sibi quisque'. vides quoniam differunt, quod illae sunt, sed non conputantur; ista nec est quidem, nam excluditur inde. hoc quidem leve est; est aliud, quod est verius, quo differunt a se. liquidae illae numquam liquescunt, nisi antecedant aliae; ista vero numquam liquescit, nisi ipsa antecedat. ecce liquidam nisi inveneris post mutam aut post f semivocalem, non liquescit, quoniam non potest liquescere, nisi habuerit aut mutam aut semivocalem antecedentem. e contrario s non potest liquescere, nisi ipsa antecedat. | 'ponite spes sibi quisque', 'saepe stilum vertas': vides quia ubi tollitur ipsa prior *est*.

nam fieri iuvenes subito ex infantibus parvis':

incipis s excludere. hoc interest inter liquidas et istam s litteram, quod illae tunc excluduntur, cum postpositae fuerint mutae, ista tunc excluditur, quando anteposita fuerit.

Sunt autem liquidae quattuor, sed non omnes liquidae sunt. apud 422, 26
Graecos quidem omnes liquescunt, apud Latinos duae frequenter, l et r; m vero numquam apud Latinos liquescit, nisi in graecis nominibus; n vero raro, l et r frequentissime. sed quando liquescunt? non semper, sed quotienscumque postpositae fuerint. et hoc debes sic intellegere, quo modo et illud quod diximus de aspiratione, quoniam non, quotienscumque postpositae fuerint, liquescunt; sed quotienscumque liquescunt, totiens postponuntur, id est non quotienscumque postpositae sunt, etiam statim liquescunt, sed quotienscumque liquescunt, necesse est ut postpositae sint.

Sequitur etiam f. ista f sola praeponitur liquidis, nulla alia de semivocalibus. | nam praeponitur liquidis duabus sola f; praeponitur l litterae, si dicas Flavius; praeponitur r litterae, si dicas frater. est libellus de syllabis, legite illum. non de syllabis dicit ad artem grammaticam pertinentibus, sed dicit tibi r littera quot syllabas facit, et conputat, puta

---

4 non dico lumina (lumena *AL*) prima ecce *ABCL* 6 non potest *ABCL* 9 illic sunt sed non conputantur in ē quidem s nec sed excluditur inde *C* ista] est *L* s *in litura A, om. B* 16 saepe] *Hor. sat.* I 10, 72 (80) quia ubi tollitur *BCL* quia ubi ubi tollitur *A* est *om. ABCL* 18 nam — excludere *om. C*, nam — parvis *add. c in marg.*: *Lucret.* I 186 29 id est non quotienscumque postpositae fuerint sed tunc liquescunt cum muta cum semiuocalis procedit f sola praeponitur *L* 32 liquidis duabus nulla *A* 36 pertinentibus *b* pertinentes *ABC* sed dicit ibi *BCa* sed ibi *A* quot syllabas *Ba* quod syllabas *A* quot syllabis *C*

p. 31—33 L.

illa et illa littera facit quattuordecim syllabas, et illa et illa tot facit, nec ulterius. Sinni est liber Capitonis.

422, 32 Ergo istae sunt semivocales. sequuntur mutae. mutae sunt novem, b c d g h k p q t. ex his duae superfluae videntur, k et q, quoniam pro illis c potest poni. nihil interest, utrum per k scribas an per q an per c. nihil interest, tamen est aliqua differentia. apud maiores nostros longe aliae regulae fuerunt, apud nos longe aliae sunt. maiores nostri, quotienscumque a sequebatur, per k scribebant: puta kanna karus kalamus totum per k scribebant, quoniam a sequebatur. modo non scribuntur nisi duo admodum verba, Karthago et Kalendae, et, ut dicit ille, quod falsum est, caput. modo enim per c scribitur; antiqui per k scribebant, quando volebant significari quod a sequebatur. stultissimam rem dicit Iuba de hac re: dicit 'mihi videtur illius rei causa scribi per k, ideo sic fuisse conpositum, ut, quando sententiam a iudicibus accipiebant, per k scriberent caput, quasi condemnatio capitalis, quod hoc ipsum caput per k condemnaretur'. hanc dixit ille rationem. ergo modo nos per c scribimus. item antiqui nostri, quotiens u sequebatur, per q scribebant. modo est regula optima, melior ab antiqua. numquam possumus nos per q scribere, nisi post q sequatur u et post u alia sequatur vocalis, ut puta quia ideo per q scribimus, quia post u sequitur vocalis. si autem non sequatur alia vocalis, per c scribimus, ut si dicamus cum, per c scribimus. quare? quoniam post u non sequitur alia vocalis. ideo per c scribimus, quoniam consonans sequitur. h aliquando aspiratio est, aliquando littera, puta 'quisquis honos tumuli'; hic aspiratio est: 'terga fatigamus hasta'; hic | pro littera habetur. quae sit ratio haec, in syllabis dicemus; ex ratione syllabarum intellegimus, ubi sit aspiratio, ubi littera. y vero et z graecae sunt; sed etiam apud nos sic habentur, quem

---

1 XIII syllabas illa *C* 2 Sinni] sini *B. de Sinnii Capitonis libro disputavit I. Beckerus ephemer. antiq. (Ztschr. f. Alterthumsw.) a.* 1847 *p.* 1057 4 superfluae uidentur k et q quoniam *A* superuacuae sunt k et q quoniam *L* superfluae uidentur k et q uidentur esse superfluae quoniam *BCa* 6 nihil interest *posteriore loco om. BC* 10 ut dicit ille quod falsum est *BCa* ut dicit illa quod c falsum est *A* ut illa q c falsum est *L* 11 antiqui per k scribebant quomodo uolebant significare solisimam dicit iuua de hac re dixit mihi uidetur illis rei causa scribi per k ideo sic fuisse possitum ut quando sententiam a iudicibus accipiebant per k scribebant quando uolebant significari solissimam kapiton kaput quasi condemnatio capitalis *L* 12 stultissimam *Cb* solissimam *AB* potissimam, ratissimam, aptissimam, scitissimam *vel* subtilissimam *coniecit Mercklinus Philol. v.* III p. 206: solitariam litteram dicit Iuba. de hac re mihi videtur solius rei caput scribi per k, idque sic fuisse compositum *ten Brink, Iubae Maurusii rel. Ultraiecti a.* 1854 *p.* 8. *corruptam codicum scripturam reliqui, propterea quod dici nequit, quibus verbis Iubae sententiam expresserit Pompeius. ceterum hoc ille voluisse videtur,* kaput *per* k *litteram scribi, quod ea in sententiis iudicum capitalem condemnationem significaret* 13 de hac re dicit mihi *Ca* de hac re mihi *AB* ideo si fuisse *C* 18 melior ab antiqua *BCa* melior antiqua *A* possumus nos *BCa*: nos *om. A* 22 quare — per c scribimus *om. A, add. a* 24 littera in syllabis dicemus (dicimus *AC* dicitur ut *L*) puta *ABCL* quisquis honus *AL*: *Verg. Aen.* X 493 terga] *Verg. Aen.* VIII 610 25 quae sit ratio haec ex ratione syllabarum *ABC* hoc ex ratione syllabarum *L*

p. 33—35 L.

ad modum apud Graecos, id est y pro vocali, z pro duplici. sed hoc interest inter z et x, quod x nostra semper duplex et pro duabus consonantibus habetur; z non, sed aliquando pro duplici habetur, aliquando pro simplici. invenitur duplex, 'Mezenti ducis exuvias'; invenitur simplex, 'nemorosa Zacynthos'. varie ponitur. hoc interest inter x et z. unde fit ut XVII putentur litterae. tolle enim unam duplicem x, tolle illam unam aspirationis notam h, tolle k et q, quas superfluas vocant, tolle duas graecas y et z, et XVII remanent.

Vni cuique litterae tria accidunt, nomen figura potestas. nomen est, 478, 5
ut scias, quo nomine vocatur, a b c, hoc est nomen. | et genere neutro legimus litteras. legistis in Cicerone ut usque alteram r litteram non declinis. unde illud in quaestionem venit, sigmata sigma, 'sigmatis habet figuram'. figura est, qua scribitur, ut puta a ita fit, b ita fit; sed interim quo modo nos legimus. ceterum, quid est figura? si velis verum scire, invenis aliud pragma. illa alia ratio est. potestas est, ut scias, quid valent litterae, puta si vocalis est, si consonans, si semivocalis, si muta, si aliam quamcumque potestatem habeat.

DE SYLLABA

Syllaba est dicta de graeco: a graeco appellata est syllaba, a graeca 423, 11
significatione, id est a conceptu litterarum; syllaba dicta a conceptu litterarum. Terentianus illud expressit diligenter,

vinculum nam signat ista congregale dictio.

ista dictio quid significat? vinculum litterarum. ergo ideo si dicta est syllaba, id est a conceptu litterarum, proprie illa dicitur syllaba, quae | multas habet litteras, ut puta prae. istae collectae sunt et fecerunt unam syllabam. ergo proprie dicta est syllaba, quia conexio est litterarum. tamen etiam abusive dicimus syllabas de singulis vocalibus factas, ut est a: amor, ecce a littera est, et tamen potest syllaba dici, sed abusive. non est enim conceptus litterarum; sed hoc abusive. illa proprie syllaba est, quae de multis litteris fit, illa abusive, quae de una vocali constat.

---

4 Mezenti] *Verg. Aen.* XI 7 exuuias uidi inuenitur simplex *B* exuuias uidi simplex *C* 5 nemorosa] *Verg. Aen.* III 270 zanchiuthos *A* zachuntos *B* zachyntos *C* 10 et genere neutro in cicerone figura qua scribitur *L. in reliquorum etiam librorum scriptura complura a librariis omissa esse videntur. nam hoc praecepisse videtur grammaticus, nomina litterarum neutro genere dici et aptota esse, sicut Varrone auctore docuerunt Priscianus* I *p.* 7, 27 *et Probus instit. art. p.* 48, 36. *Ciceronis testimonium unde petitum sit, mihi non constat. eodem autem pertinere videntur quae de eadem re ex Cicerone adscripsit Cledonius p.* 1881 *et* 1883. *de nomine litterae sigma a grammaticis quaesitum esse adnotavit Probus instit. art. p.* 121, 20 11 utusque *ABC* mutusque *a* alterum *B* litterā no non *deletis* no *litteris A* declinis *AB* declines *C* 14 nos *om. C* 15 illa *om. A, add. a* 18 explecit subnotatio de littera feliciter. INCIP DE SYLLABA *A* EXPL. SUBNOTATIO DE LITT INC DE SYLLABA *B* 20 syllaba dicta a conceptu liiterarum *om. A, add. a* 21 Terentianus] *v.* 1317 22 signat *BCa* significat *A* (?) congregata *C* 23 si] sic *ABC* 25 prae *om. A, add. a* 30 constat quae non tam syllaba dicenda est quam ratio temporum syllaba enim dicitur *a* cons . . . at sillaba ergo proprie de una uocali constat sillaba ergo proprie dicitur *A*

p. 35—38 L.

syllaba ergo proprie dicitur quae de multis litteris facta est, abusive quae de una vocali facta est.

423, 14 Omnes syllabae aut breves sunt, aut longae sunt, aut communes sunt. breves dicuntur quae semper breves sunt; longae dicuntur quae semper longae sunt; communes dicuntur quae modo breves modo longae sunt: nam idciro appellatae sunt communes. videamus modo breves. in principio, antequam dicam definitionem ipsam, tu hoc scire debes, quoniam syllabam non conputamus ab initio, sed a vocali. quisquis vult syllabam animadvertere, qualis sit, non ab initio debet conputare, sed a | vocali. puta post: quando dicis mihi 'quaere qualis est syllaba post', non incipio conputare a p, sed incipio conputare ab o; a vocali incipio conputare et ipsam animadvertere et sequentes consonantes. utrum brevis sit an longa, ut possim animadvertere, non incipio conputare a p, sed ab o; et inveniuntur duae consonantes post ipsam. non conputo illam priorem. namque in una quaque syllaba litterae praecedentes non sequenti syllabae prosunt, sed anteriori syllabae, id est priori, quoniam omnis syllaba incipit habere rationem a vocali. semper id est quaerere de ipsa vocali, utrum longa sit an brevis; deinde considerare et de consonantibus sequentibus, non de praecedentibus. praecedentes enim consonantes non ipsi prosunt, sed alicui litterae anteriori. illud etiam scire debes, quod syllaba brevis unum tempus habet, longa duo tempora | habet, pleraeque duo semis, pleraeque tria. sed iam modo nobis nihil quaeruntur. syllaba ergo quaeritur a vocali et sequentibus consonantibus, quae tractandae nobis sunt. deinde illud scire debes, quod unaquaeque syllaba, brevis si sit, unum tempus habet; si longa sit, duo habet tempora. cetera tempora, quae accedunt, superflua sunt. ut puta si dicas et, unum semis habet. e vocalis est brevis, unum habet tempus. t consonans est, et omnis consonans dimidium habet tempus: ecce et unum semis habet tempus. adhuc non est nec longa nec brevis; plus tamen habet a brevi, minus quidem habet a longa. adde ad et s, et iam fit longa. quare? e brevis unum tempus habet, t dimidium tempus habet, s dimidium tempus habet: ecce duo tempora sunt, fecerunt duo tempora longam syllabam.

Haec ratio est, ut tantum valeat syllaba | naturaliter longa, quantum valet positione longa. quare? nam quem ad modum illae vocales naturaliter longae duo habent tempora (ut 'a te ne frigora laedant'; a longo est naturaliter, duo habet tempora), sic etiam syllaba, quae positione fit longa, duo habet tempora. quo modo? unum

7 tu haec *BCa* haec *A* 10 puta post *BCa:* post *om. A* quaere] quare *A* syllaba post *BCa*: post *om. A* 12 consonantes . . . . . esse istam sillabam puta utrum *A* 14 non conputo illam priorem *Ba* non conputo ipsam illam priorem *A* non incipio illam priorem *C* 25 breuis si sit *Bac* breues si sit *C, om. A* 33 longam syllabam *Heusingerus in Mall. Theod. p.* 65 longam illam *ABC* 34 valet] ualeat *A* 36 a te] *Verg. bucol.* 10, 48 38 fit longa *AB* fit syllaba *Ca*

habet a vocali, et unum habet a duabus consonantibus. idcirco fit ut non quaerantur a positione nisi duae consonantes, quia dùae consonantes dimidium et dimidium habent tempus et faciunt longam syllabam praecedentem. ob hanc causam diximus duo esse tempora et naturaliter longae et positione longae. illud etiam sequitur, esse aliquas syllabas plurimas, quae et plura habent tempora, quam oportet, ut est lex. ecce e ipsum naturaliter duo tempora habet; x, quae duarum consonantium fungitur loco, unum habet tempus: ecce invenitur ista syllaba habere tria tempora. quare hoc dixi? est quidem tractatus, sed etiam utile est in hoc tractatu, quoniam istae syllabae, quae tribus temporibus fiunt, si habent post se alias consonantes, asperrimos faciunt versus, non ferendos. quare? tempora enim crescentia ultra | modum incipiunt gravare nostras aures et obruere. puta siqui talem versum faciat, 'lex prima est quodcumque potest', quattuor sunt tempora. lex, e duo habet tempora; naturaliter enim longa est: sequitur x, unum tempus habet, quia duarum consonantium fungitur loco: sequitur p et r, ecce iterum aliud tempus: ecce quattuor tempora sunt, et nunc asper est. qua ratione hoc dixi? quotienscumque inciderit tale aliquid, debemus verba sequentia a vocalibus inchoare, ut depereat aliquid de illa summa, ut puta si dicas 'lex ima est qu̇odcumque velis.' levius sonat, si dicas 'lex ima est', quam si dicas 'lex prima est': hoc asperius et gravius sonat. omnino hoc servare debent qui volunt lubricos versus et currentes facere. nam idcirco omnes illi, participiis cum coniunguntur, asperrimos versus faciunt. omne participium longam habet syllabam, ut docens scribens. ut puta siqui talem faciat versum, 'scribensque patrique' verbi causa, asperrimus versus est. quare? quia hoc ipsum e naturaliter longum est; deinde se|quitur n et s, crescit tempus. quoniam sequitur illa coniunctio, illud crescit. quattuor tempora sunt, et asperrimus fit versus, scribensque, et latet causa aspe-

---

2 quaerantur a positione *C* quaeratur a positione *B* quaerantur p apositionem *A*. *fortasse* quaeratur a positione, nisi duae sint consonantes quia duae consonantes *om. A, add. a* 6 e *om. AC, add. a* 7 habet x *BCa* habet nam x *AL* 9 quare hoc dixi et quidem tractatus sed etiam utile est in hoc tractatu quare hoc dixi et quidem tractatus sed etiam utile est in hoc tractatu quare hoc dixi poni quoniam *A* est quidem tractatum *L* 11 alias longas consonantes *AL* 13 obruere *adscripto in marg.* obstupiscere *A* 16 fungitur loco *A* fungatur loco *L* officio fungitur *BCa* 17 et nunc asper est *BCa* et nun asper *A* et n̄ aspera *L* et nunc asper est versus *coniecit Lindemannus* 19 deperdat aliquit de illa prima sillaba puta si dicas lexima quam si *L* 20 quodcumque velis *Heusingerus l. c.* quodcum uelis *BC* quodcum uellis *A* quam] quod *C* 22 omnis *A* 23 participiis cum coniunguntur *B* participiis con cum n̄ iunguntur *A* participiis coniunguntur *C* participiis coniunguntur *L. nisi plura ante v.* illi *exciderunt, scribendum videtur* nam idcirco coniunctiones illae participiis cum coniunguntur omnem *corr.* omne *A* 24 ut docens *AL*: ut *om. BCa* 26 longum est *BCa* longa *AL* 27 quoniam sequitur illam iunctio *L* illud crescit] iterum crescit *coniecit Lindemannus* 28 et asperrimum fit verbum scribensque, sed latet causa asperitatis, si in versus continuatione hoc fit *Mehlerus apud B. ten Brink Iubae Maurus. fragm. p.* 13 scribens quod *L*

p. 40. 41 L.

ritatis, si isti sunt ratione hoc facit. habetis hanc rationem in Iuba. ergo omnis syllaba, quae naturaliter brevis est, unum habet tempus; quae longa est, sive natura sive positione, duo habet tempora. cetera tempora. ex superfluo sunt, nihil praestant.

423, 22 Diximus quoniam breves sunt syllabae, sunt longae, sunt communes. videamus de brevibus. omnis brevis syllaba quattuor rebus continetur, nec plus licet; si de istis quattuor rebus unum aliquid defuerit, non est brevis syllaba: primum ut habeat correptam vocalem, ecce habes unam rem; deinde ut non desinat in duas consonantes, ecce habes aliam rem. deinde ut non desinat in unam duplicem; deinde ut non desinat in i quae est inter duas vocales. si de istis rebus nihil ei acciderit, brevis est syllaba, ut puta nec; omnes res istas quattuor in se non habet, brevis est syllaba nec. unde hoc probas? primum, quoniam vocalem brevem habet. diximus enim nihil prius quaerendum esse nisi vocalem, quid sibi habeat * x sequentem non habet. nec habet i inter duas vocales. nam ita dicis, nec; numquam potes dicere neiec. | quando autem breves sint, quando longae, auribus colligimus. ergo siqui tibi dicat et, qualis sit? quando dico et, brevis est. et collige istas res quattuor brevis syllabae. quare brevis est? quia et e correptam habet; deinde non sequuntur duae consonantes, sed una t, quando dicimus et; deinde non sequitur x; deinde non sequitur i inter duas vocales. quia nihil contingit de istis quattuor rebus, brevis est. ergo ita brevis nobis consideranda est: si et correptam vocalem habeat, et non habeat duas consonantes, aut sequatur duplex, aut sequatur i inter duas vocales, correpta est.

423, 25 Vide quanta brevitate colligis. longas e contrario collige. quo modo istae res quattuor, si non contigerint, brevem relinquunt, *sic*, si contigerint, longam faciunt. ergo collige istas res: si habuerit productam vocalem, longa est; si habuerit post se duas consonantes, longa est; si habuerit x, longa est; si habuerit i inter duas vocales, longa est. ergo

---

1 si isti sunt rationes *Ca* si isti sunt ration.. *A* si ista sunt ratione *B* si istae sunt rationis *L* si istiusmodi sunt, (sc. versus) ratione hoc fit *coniecit Lindemannus* hac rationem *L* in iuua *ABC* in una *L* 6 omnis breuis syllaba quattuor res continet nec amplius primum *C* nec plus licet si de istis quidem (qu ..... *A*) rebus aliquid unum (unum aliquid *A*) defuerit non est breuis syllaba primum (primam *A*) *AL* nec plus non licet si de istis quatuor rebus unum aliquid defuerit non est breuis syllaba non licet istas res quas res primum *B* 11 acciderit *L* inciderit *ABC* ut puta nec omnes res istas quattuor in se non habet breuis est syllaba nec *BCa* ut puta a spes res istis (ut puta nec res istas *A*?) quattuor in se habet breuis est syllaba *AL* 14 quaerendum esse *BCa* quaerendum est *A* quid si habeat *C. fortasse* quid si habeat x sequentem? non habet. *sed praeterea omissum est quod duas consonantes sequentes non habet syllaba. itaque lacunam indicavi* 15 nam ita dicit nec (nec *om. A, add. a*) numquam potest *ABC* 16 dicere nic quando *C* dicere quando *A* producere nic quando *B* 17 et *ante* qualis *et ante* brevis *om. A, add. a* 19 sed una t deinde quando dicimus et non sequitur x *C* sed una t deinde non sequuntur quando dicimus et x *B* sed una t deinde non sequ..tur.. quando dicimus ..... x *A* sed una t deinde non sequitur x *a* 25 quo modo? istae res *Klussmannus Philol. v.* XII (*a.* 1857) *p.* 591 26 sic *om. ABC*

p. 41—44 L.

vides quia, qua arte colligimus brevem, e contrario ea arte colligimus longam. quando tibi profertur syllaba, has res quattuor quaere: si non fuerint, brevis est; si | fuerint, longa est. namque e contrario considera, et vides sic esse longas. puta dos a vocali longa inchoat; idcirco dos non possumus dicere brevem esse. ergo vocalis longa est, et longa est syllaba, quoniam vocalis longa est. quid si brevis fuerit et sequuntur duae consonantes? ut puta post: o quidem brevis est, sed sequitur s et t, duae consonantes, et longam fecerunt. quid si dicas pix? i quidem brevis est, sed sequitur x *et* longam fecit. quid si dicas aio? a quidem brevis est, sed sequitur i inter duas vocales constituta et longam fecit. ergo scire debes quia, quibus rebus contingentibus longae fiunt, e contrario breves potes invenire.

Plane scire debes diphthongos longas esse. sunt autem apud Lati- 423, 29
nos quattuor usitatae; nam una periit: ae, Aeneas, oe, poena, au, aurum, eu, ut est Eurus. istae sunt usitatae; una est ei quae periit. quaesitum est enim, quem ad modum scribatur itur. ait Terentianus per e et i debere scribi, ‘eitur in antiquam silvam’, quoniam originem habet a verbo eo is [quando transit in perfectum tempus, debet ipsam syllabam trahere, ut habeat *]. bene quidem argumentatus est Terentianus. tamen si hoc quaeras credere, incipiet versus Vergilii non stare, ‘superasque ad lumen ituras.’ si per i scribatur, poterit stare; si autem diphthongos est, nulla ratione corripitur, et non stat. ergo istae erunt syllabae breves, istae longae. ubi inveneris syllabam non habentem productam vocalem aut duas consonantes non sequentes aut x duplicem non sequentem aut i inter duas vocales, brevis est, id est si non habuerit aliquid de istis rebus, brevis est; si autem habuerit aliquid de istis rebus, longa est.

DE COMMVNIBVS SYLLABIS

Diximus syllabas aut breves esse aut longas aut communes. breves quattuor modis fiunt; e contrario longae quattuor modis similiter. breves fiunt, si et correptam vocalem habeant et non desinant in duas consonantes aut in unam duplicem aut in i inter duas vocales | constitutam. longae e contrario fiunt, id est si aut habeant naturaliter productam vocalem, ut dos; aut habeant duas sequentes consonantes, ut ars; aut habeant unam

---

1 quia qua arte *BCa* qua arte *A* 4 dos a uocali longa inchoat idcirco dos *BCa* . . . a uocali inchoat idcirco . . . *A:* os *scribendum esse coniecit Lindemannus;* dos *est apud Servium in Don. p.* 423, 26 8 et *om. ABC* 15 Terentianus] *v.* 459 *sqq. cf. Cledon. p.* 1884 16 itur *ABC: Verg. Aen.* VI 179 17 quando — habeat, *quae ad argumentationem Terentiani non pertinent, adscripta esse videntur ad probandam scripturam* itur, *quoniam* i *vocalis in eodem verbo et produci possit et corripi, sicut aliis exemplis docuit Servius in Verg. l. c. quare scribendum videtur* ut habeat longam, ivi. *nam perfecto tempori diphthongum* ei *non tribuerunt grammatici, quamquam imperfecto olim* eibam *scriptum esse saepius docuerunt* 18 ut habeat *ABC* ut habeat e *c* ut habet *L* quaeras credere *AB* credas quaerere *C* 19 superasque *ABCL* superumque *Lindemannus: Verg. Aen.* VI 680 ab lumen *AC* 20 corripitur etenim non stat *ABL* corripitur enim et non stat *C* 21 ubi *BCL* ubi ubi *A* 24 brevis est *priore loco om. A, add. a* 25 aliquid de istis rebus *posteriore loco om. A, add. a*

p. 44—46 L.

duplicem, ut pix; aut habeant i inter duas vocales, ut aio. istae sunt longae syllabae et breves. iam incipit de communibus. communes modi sunt isti, quotiens et longa syllaba est et brevis. sunt autem communes modi octo. vide, quo modo ordinati sunt, quam prime sive a natura sive ab illis qui artem scripserunt, ut octo dicerent communes esse modos. diximus et breves syllabas quattuor modis fieri et longas syllabas quattuor modis fieri. aequum ergo fuerat ut communes syllabae octo modis fierent, quia et illarum funguntur officio *et illarum*. ideo dicuntur communes modi esse *octo*. communes syllabae de istis litteris fiunt, de liquidis: liquidae sunt l et r frequenter, et m non numquam liquescit. fiunt de h, quae aspirationis nota est. fiunt de s, quae de metro excluditur. fiunt plerumque de ea syllaba quae partem terminat orationis, ut Musa; sa partem terminat orationis: puta orator; or partem terminat orationis. syllaba quae partem terminat orationis duplicem habet potestatem, pro brevi ponitur et pro longa. fiunt de diphthongis, si vocalis sequatur. puta insulae, si sequatur vocalis vocalem illam, brevis erit lae: diphthongus est naturaliter longa; sed quia | sequitur Ionio, i vocalis fecit illam brevem. fiunt longae, si una item vocalis vocalem sequatur, ut 'o ego infelix!' o naturaliter brevis erat; secuta est e vocalis et fecit illam longam. fiunt de c littera, fiunt de z. isti sunt octo modi tantum modo. ergo litterae quae faciunt communes syllabas istae sunt: liquidae, id est l et r; h, quae aspirationis est nota; s, quae de metro excluditur; ea syllaba quae partem terminat orationis; diphthongus, quotiens vocalis sequatur; unam vocalem si una vocalis sequatur; c et z.

424, 10 478, 23 Videamus, quem ad modum fiunt per singulos modos. primus modus est, quem diximus, qui fit de liquidis. iam in litteris docuimus quia liquidae numquam liquescunt, nisi quando postpositae sunt praeeuntibus mutis aut f semivocali. ut puta videamus exempla, ubi liquescant. ecce habes 'tempora fratris': tempora dactylus est; fratris, f et r duae consonantes debebant illam longam facere, ut non esset dactylus, sed amphimacrus. sed prima est f et post r. hic liquefacta est r. quare liquefacta est? quia f semivocalis praecedit. et ut puta si dicas | 'tempore Crassi', tempore similiter dactylus est. et quare dactylus est et non potius amphimacrus? quare? quoniam habet ante se mutam, quae muta praecedens fecit r liquescere. vides ergo quoniam non aliter liquescunt et fiunt breves, nisi praecedentibus aut mutis aut f semivocali. habes in Vergilio ubi liquescat, ubi non liquescat. ecce liquescit in illo exemplo,

---

4 quam prime *AC* quam primae *B*: quam primae si a natura si ab illis qui artem scripserunt octo diceret commones esse modo diximus *L* 5 modos] modo *A* 8 et illarum *altero loco om. ABC, add. Lindemannus* communes modi esse communes syllabae *ABC* 10 frequenter m numquam liquescit *L* 13 syllaba quae partem *L* illa pars quae partem *ABC* 16 insulae] *Verg. Aen.* III 211 23 unam vocalem si una vocalis sequatur *om. A, add. a* 37 liquescit in illo exemplo uasto cyclopis in antro cyclopis iambus est naturaliter positione spondeus habemus apud nir-

'vastosque ab rupe Cyclopas'. rupe cy dactylus est; sed sequitur clo; c et l debebat facere amphimacrum, sed praecedente muta liquefacta est l. dicimus ergo l liquefactam esse, 'vastosque ab rupe Cyclopas'. in hoc non liquefit, 'vasto Cyclopis in antro'. scire autem debes hoc, quando aut liquefiunt aut non liquefiunt, in arbitrio est scribentis et in necessitate metri. nam si volueris talem versum facere, 'patris amat mea castra fas est', pa naturaliter brevis est, sed tris illam fecit longam. nam t et r duae consonantes sequuntur et fecerunt illam longam. e contrario si talem facias versum, | 'ad patris invadit vires', ecce 'ad patris' dactylus est. qua ratione? modo enim r liquescit. nam quoniam dactylum fecit et necesse habet dactylus duas breves sequentes habere, necesse habet r liquefieri. habes ergo ubi liquefit r, habes ubi non liquefit. ecce et longa est et brevis.

Tale est et de h. aliquando littera est et facit longam syllabam, 424, 14 478, 29
aliquando nihil est. littera est et longam facit superiorem in illo exemplo, 'terga fatigamus hasta': mus has, mus brevis est naturaliter; sed mus, id est u vocalis, desinit in s et excipitur ab h, quae modo pro consonante est, ut duae consonantes sint; et fit longa. potest esse in illo altero exemplo pro nihilo, 'quisquis honos tumuli'. quis longa positione posset esse, si h pro consonante haberetur. sed dicimus h perire in sequenti syllaba, et erit dactylus, non palimbacchius. ergo in hoc perit, 'quisquis honos tumuli'; in illo permanet, 'terga fatigamus hasta'.

Hoc patitur etiam s. ut puta 'unde spissa coma': | unde trochaeus 424, 16 479, 3
est, sed fit positione spondeus, s et p duae consonantes fecerunt longam. hic non perit. in illo alio exemplo perit, 'ponite spes sibi quisque': ponite dactylus est; sequitur spes, id est s et p, quae possent facere amphimacrum, et tamen excludimus s. ergo perit in hoc exemplo, 'ponite spes sibi quisque'; non perit in illo, 'unde spissa coma'.

Hoc noli credere Donato, 'item syllaba quae partem orationis ter- 424, 21
minat in unam desinens consonantem'. qualis vis talis est? quid illud 479, 6
voluit addere, 'si in unam desinat consonantem'? ostendo tibi, ubi non

---

gilium (uirgilio tales *A*) duos uersus in uno longa est (est *om. A*) cy in altero breuis est cy puta uastosque ab rupe cyclopas pecy naturaliter trocheus est sed cy (naturaliter — cy *om. A*) longa est sequenti c et l ecce modo c et l ambae (sequenti enim c et l ambae consonantes sunt ecce modo c et l ambae *A*) consonantes sunt nihil perit de istis syllabis in illo exemplo uasto cyclopis in antro in hoc perit uastosque ab rupe cyclopas in antro in illo exemplo (uastosque — exemplo *om. A*) uastosque *AB. eadem fere, sed magis etiam corrupta, in L scripta sunt. de duobus Vergilii versibus autem saepe dixerunt grammatici. quo factum esse videtur ut plures disputationes de eadem re in codicibus coniungerentur* 1 vastosque] *Verg. Aen.* III 617 4 uastoque cyclopis *C*: *Verg. Aen.* III 617 10 modo enim r liquescit nam *om. B, add. b* 11 sequentes habere et r liquefieri *ABC* 12 habes ergo habes ubi liquefit r ubi non liquefit *A* habes ergo ubi liquefit (liquescit *B*) r ubi non liquefit *BC* 16 terga] *Verg. Aen.* VIII 610 17 h quae modo h pro consonante est et fit longa ut duae consonantes sint potest *ABC* 19 quisquis] *Verg. Aen.* X 493 honos *Bc* honus *A* onus *C* 22 honus *AB* 23 unde] *Terentian. v.* 1103 25 ponite] *Verg. Aen.* XI 309 26 s et p *B* p et s *AC* 30 illud] illuc *ABC*

p. 48—50 L.

desinit in unam consonantem, sed in vocalem desinit aut desinit in duas consonantes et pro voluntate habetur. qui nesciat omnem primam personam verbi correptam esse absque monosyllabis? ‘incipio super his’: incipio, o brevis est naturaliter et tamen longa est ibi. quare? quia incipio o partem terminat | orationis. ipse etiam primus versus ‘arma virumque cano’: armavi rumqueca notro, no brevis est, tamen pro longa habetur. nec dicas mihi, positione fit longa. non: nam liquida non iuvat nisi in ipsa parte orationis, in alia non iuvat. liquida tum potest iuvare, quotiens in ipsa parte orationis fuerit; quotiens vero in alia parte orationis fuerit, non iuvat. ut quem ad modum diximus illud superius exemplum ‘patris amor’, pa ideo fit longa, quoniam sequitur t et r, et in una parte orationis est. e contrario ‘arma virumque cano tro’, in alio verbo est no, in alio tro. hoc apud Latinos servatur, apud Graecos non servatur. nullus sermo latinus potest fieri positione longus sequente muta et liquida una in alia parte orationis. apertissime hoc dixit Terentianus, ipse hoc bene docuit. sed vide, quid tibi dixi, ‘sequente muta et liquida’. ne dicas mihi ‘unde spissa coma’, quare de longa est? quia s nec | muta est nec liquida, ideo fit longa. ergo ait sic Donatus, ‘syllaba quae partem terminat orationis, si in unam desinat consonantem, et si brevis sit, pro longa habetur’. ut puta ‘nam tibi Thymbre caput’: put brevis est, sed tamen, quoniam u in unam desinit consonantem, licet muta est, tamen, quoniam partem terminat orationis, pro longa est. habes in ipso Vergilio

dona dehinc auro gravia sectoque elephanto:

dona dehinc auro gravia, ecce ro gravia. qui nesciat genus neutrum in numero plurali corripi? arma virumque cano: arma, a corripitur, quia generis neutri est. ergo habes, quae partem terminat orationis nulla vocali consequente, tamen pro longa haberi.

424, 29 479, 14 Item si diphthongon vocalis sequatur. qualis vis talis est? illa diphthongus licet naturaliter longa sit, tamen potest pro brevi poni. ‘Musae Aonides’: Musae spondeus est, licet sequatur Aonides; a non solvit illam. in illo exemplo ‘insulae Ionio in magno’ solvitur. insulae amphimacrus est, sed quoniam sequitur Ionio, i vocalis solvit illam, et incipimus dicere non esse amphimacrum, sed dactylum, quoniam vocalem vocalis sequitur. sed hoc non est ubi longam syllabam vocalis sequitur. nam fac talem versum, ‘insulas Ionio in magno’; las longa est,

---

3 incipio] *Verg. Aen.* II 348 superis *BC* superius *corr.* superis *A* 13 apud Graecos non servatur *om. AC, add. ac* 14 sermo *corr.* uersus *B* uersus *AC* 15 Terentianus] *v.* 1192 *sqq.* 20 nam] *Verg. Aen.* X 394 22 partem terminat *B* partem terminauit *C* terminat partem *A* partem terminabit *a* 24 dono *C*: *Verg. Aen.* III 464 eliphanto *A* 25 dono *corr.* dona *C* 31 sequatur a aonides non *B* sequat a aonides non *C* sequatur (a *add. a**) aonidis non *A* 32 insulae] *Verg. Aen.* III 211 35 vocalis sequitur sed hoc ibi ubi brevem syllabam vocalis sequitur sed hoc non est ubi longam syllabam vocalis sequitur *B*

p. 50—53 L.

sed ne putes hoc i solvere, non licet, nisi | quando vocalis vocalem sequitur, quando lubrica est ipsa conlisio. 'insulae Ionio in magno', ecce 'Ionio in magno', nulla consonans intervenit, quae corrumperet illam lae.

Item si vocalis vocalem sequatur: 'o ego infelix', o longa fit. in Ver- 424, 32
gilio enim miliens brevis est. ergo quando vocalis vocalem sequitur, 'sub 479, 16
Ilio alto'; o longa est, sed sequitur illam a et fecit illam brevem. et in illo exemplo, 'vale vale, inquit, Iolla'; le vale, le longa est, sed fit brevis. quare? quia i sequitur vocalis. item in alio exemplo, 'ut litus Hyla Hyla omne sonaret'. la Hyla, longa est a, sed sequitur o vocalis et fecit illam brevem. et illud aliud, 'te Corydon o Alexi'; don o a palimbacchius est, *sed o brevis fit*, quia a vocalis sequitur. ergo vides quoniam, si vocalis vocalem sequatur, et longa fit et brevis.

Item c littera aliquando pro duabus consonantibus est et facit longam, 424, 34
ut est illud, 'hoc erat alma parens': hoc, collide c, ut sit pro du- 479, 20
abus consonantibus. in illo alio exemplo brevis est, 'solus hic inflexit sensus;' | [sed] sic lubrice et leniter currit. ergo c aliquando pro duabus consonantibus habetur et facit illam longam. hoc in pronominibus fit, et pro simplici potest accipi.

Item z pro duabus est consonantibus, quo modo c, et facit illam longam superiorem, ut est 'Mezenti ducis exuvias;' me brevis est, sequitur z et facit illam superiorem longam. aut certe simplex est et brevem relinquit, ut est 'nemorosa Zacynthos.' illo loco longa est, 'Mezenti ducis exuvias'; brevis est illo loco pro longa, palimbacchius est, et non stabit.

Tenete et istum modum, quem non habetis latinum. x quotiens 479, 25
transit in nomina graeca, etiam pro simplici habetur, 'instravit litora Xanthus': Xanthus, scribe illud nomen xan; litora dactylus est; Xanthus, ecce sequitur x, sed pro simplici habetur. 'constravit litora Xerxes': ecce et hic simplex est. nam faceret longam | superiorem. sed nomina ista graeca sunt, et licet nobis pro simplici x ponere.

Item illud tenere debetis, in communibus esse syllabis, quando quattuor breves pro duabus accipiuntur longis. non enim semper. et nus-

1 sed non licet ne putes hoc i (i *om. C*) soluere nisi *ABC* 4 infelix longa fit *ABC* 5 sub Ilio] *Verg. Aen.* V 261 7 vale] *Verg. bucol.* 3, 79 iola *B* 8 ut litus] *Verg. bucol.* 6, 44 10 te Corydon] *Verg. bucol.* 2, 65 11 palimbacchius non est, quia *Luzacius apud Santenium in Terentian. p.* 252 sed o brevis fit *om. ABC* 14 hoc erat] *Verg. Aen.* II 664 collide c] collige *B* ut sit *Santenius in Terentian. p.* 253 et sit *AC* et si sit *B* 15 solus] *Verg. Aen.* IIII 22 16 et sic lubrica et leviter *Santenius* lubrica et *ABC* 17 *fortasse* et facit syllabam longam; sed hoc in pronominibus fit, et pro duplici et pro simplici potest accipi 18 sed et pro simplici *Santenius* 20 Mezenti] *Verg. Aen.* XI 7 22 nemorosa] *Verg. Aen.* III 270 zacynthos *Ba* zancithos *A* zacynthus *Cb* 23 brevis est illo *om. A, add. a** 26 instrauit *BCa* instauit *A:* ex his una duplex est x. quare dicitur duplex? quia et pro simplice accipitur et pro duplice. da ubi sit pro simplice. 'et prostravit litora Xanthus'; sed apud Graecos, non apud nos. da ubi pro duplice. 'adnexique globum zipheri' *Iulianus de littera. cf. Terentian. v.* 1160 31 esse *om. A, add. a*

p. 53—55 L.

quam voluerunt hoc dicere isti qui instituerunt artem, quare quattuor breves pro duabus longis ponantur. legimus tamen in antiquis, quae sit ratio [ut est ‘genua labant’, ‘arietat in portas’, ‘intexunt abiete’, ‘tenuia nec lanae’, genua la, arietat, abiete, tenuia ex quattuor syllabis spondeos factos. abiete, omnes tales sunt]. quattuor sunt breves pro duabus longis. sed scire debes nulla ratione hoc posse fieri, nisi quando talia sint ipsa verba, quae per conlisionem possint facere positionem. quodcumque fuerit verbum, quod sic profertur, debet tale esse verbum, ut ipsae quattuor syllabae collisae faciant tres et hae tres positione faciant longam superiorem, quo modo puta ‘tenuia nec lanae:’ tenuia, stringe illud tenvia, ecce iam positio | est. quo modo ten longa est? quia e vocalis desinit in n et excipitur ab u loco consonantis posita, et facit superiorem longam. ‘arietat in portas‘: arietat, stringe illud arietat, ar longa fit positione, quia i transit in consonantis potestatem. et ‘genua labant’: genua, stringe illud genva la, e vocalis desinit in n, illa n stringitur, et u transit in locum consonantis, et fit positione longa. istae sunt syllabae, quae possunt in quadrisyllabo exire. quae verba cum coeperint per constrictionem in tres syllabas redigi, illam superiorem positione faciunt longam. plane scire debemus quod una syllaba brevis unum habet tempus, una longa duo habet tempora.

DE PEDIBVS

425, 6 480, 5 Pedes omnes CXX et IIII sunt. sed de istis pedibus ita tractatum est. primo debes quaerere quare dicti sunt pedes. hac ratione: quem ad modum nos pedibus incedimus, sic etiam pedes per versus conputantur, quia et ipsi per pedes gradiuntur et per pedes ambulant. ideo ergo dicti [per metra] pedes, quod ipsis nitamur, ipsis incedamus per metra. in omni pede nihil aliud debes quaerere, nisi has res, arsin et thesin, numerum syllabarum, tempus, resolutionem, figuram, metrum.

425, 7 480, 12 Arsis et thesis dicitur elevatio et | positio. ut si dicam ego, e arsis est, go thesis est. cui rei proficiat arsis et thesis, paulo post dicemus. interim arsis et thesis dicitur elevatio et positio. ut puta Roma; Roma prima

---

3 ut est genua labant ariete in portas habiete intexto abiete omnes tales sunt *superscriptis post* portas *his,* genua la arietat abiete tenuia ex quatuor breuibus sillabis spondeos factos *B* ut est genua labant arietat in portas genua la. arietat. abiete. tenuia ex IIII breuibus syllabis spondeos factos abiete texto abiete omnes tales sunt *C* ut est genua et inuio labant uarietatem in portas abiet ex quattuor syllabis breuibus spondeus factus abiete instexto abiete omnes tales sunt *L* ut est genua ..... lauant arietat in portas .... (genua la arietat abiete tenuia *add. a* in marg.*) ex IIII breuibus sillabis spondeus factus .. abiete intexto abiete omnes tales sunt *A* genua] *Verg. Aen.* XII 905 arietat] *Verg. Aen.* XI 890 intexunt] *Verg. Aen.* II 16 4 tenuia] *Verg. georg.* I 397 7 nisi quae talia *BC* nisi talia *a** neque talia *A*(?)*L* 22 CXX et IIII *BL* LXX et IIII *AC* 25 quia] quasi *ABC* 26 incedimus *AC* 27 arsis (arses *A*) et thesis numerus (numeros *C*) syllabarum *ABC* 30 paulo — et thesis *om. A, add. a* dicemus] uidebimus *a* 31 dicitur *om. A* ut puta roma roma prima *AC*

p. 55—57 L.

syllaba arsin habet, secunda syllaba thesin. quid si quattuor syllabarum fuerit? duae erunt in arsi et duae in thesi. quid si octo? quattuor habet arsis et quattuor thesis. quid si tres sunt, id est quid si impar numerus? si impar numerus fuerit, quotiens media syllaba accentum habet, arsis habebit unum tempus et thesis duo; quotiens prior syllaba habuerit acentum, arsis habebit duo tempora et thesis unum. ut puta Camillus quando dicimus, ecce media syllaba accentum habet: dicimus in arsi unum et *in* thesi duo. Romulus quando dicimus, prima syllaba habet accentum: dicimus duo in arsi, unum in thesi. ergo in istis, ubi non sunt aequales syllabae, quando debeat arsis duo habere tempora, unum thesis, vel quando unum arsis et duo thesis, ex accentu colligis. nam si media syllaba accentum habuerit, ultimae syllabae iungis plura tempora, ut arsis habeat unum, thesis duo; si prior syllaba habuerit accentum, arsi iungis plura tempora.

Numerus syllabarum: ut scias unus quisque pes quot habeat syllabas, duas tres quattuor quinque sex. plus non habes, hoc est usque ad sex syllabas ascendunt pedes. |

Tempus: ut scias, unus quisque pes quot habeat tempora. puta pyrrichius duo habet tempora. diximus enim quod una syllaba naturaliter brevis unum tempus habet, syllaba vero vel naturaliter longa vel positione longa duo habet tempora. ergo pyrrichius, quoniam ambas breves habet, duo habet tempora. dactylus, quoniam tres habet, unam longam et duas breves, quattuor habet tempora.

Modo resolutiones debes animadvertere. resolutio est, quia licet nobis 425, 13
pro duabus longis quattuor breves ponere aut pro una longa duas breves ponere. puta spondeus est in heroico metro; pro spondeo licet mihi ponere proceleumaticum. quare? resolutio enim duarum longarum singularum facit proceleumaticum. haec enim resolutio est: ut si spondeus est et superiorem spondei syllabam solvas, et fecisti anapaestum; item si spondei posteriorem syllabam solvas, et fecisti dactylum. ergo solve priorem, et fecisti anapaestum manente syllaba posteriore; solve posteriorem, et fecisti dactylum manente syllaba priore; solve ambas, et fecisti proceleumaticum. ut puta videamus exempla: ubi solvitur posterior, 'arma virumque cano,' arma vi dactylus est pro spondeo: ubi solvitur prior, 'fluviorum rex Eridanus;' fluvi duae breves sunt pro una longa: ubi solvuntur ambae, faciunt quattuor breves, 'genua labant'; genua la quattuor breves sunt, accipiuntur pro duabus longis. ergo haec

---

3 id est quasi inpar *C* 4 si impar numerus *posteriore loco om. A, add. a** 8 et thesi *ABC* prima syllaba *L* prior syllaba *C* ro prior syllaba *AB* 13 arsi iungis *B* arsi iungit *Ac* arsi iungas *C* 16 quattuor sex et hoc est (quattuor et hoc est *C* quattuor sex et hoc *L*) plus non habes usque *ABCL* 17 ascendunt *L* accedunt *ABC* 29 ecce fecisti anapaeston — ecce fecisti dactylum *Klussmannus Philol. v.* XII (*a.* 1857) *p.* 591 anapeston *A* 35 fluviorum] *Verg. georg.* I 482 heridanus *BC* heredanus *corr.* heridanus *A* 36 genua] *Verg. Aen.* XII 905

p. 57—59 L.

est resolutio, ubi nobis licet pro una longa duas breves ponere aut pro duabus longis quattuor breves ponere. quaeritur, utrum e contrario possit fieri ut una longa pro duabus brevibus ponatur. verbi causa glyconium metrum non constat nisi ex spondeo et dactylo. quaeritur, utrum de illo dactylo fiat spondeus, ut illae duae breves cogantur in unam longam. non potest. licet nobis de longis breves facere, de brevibus longam numquam facimus. ergo ille versus, qui habet spondeum, potest habere proceleumaticum; ille autem versus, qui habet proceleumaticum, non potest habere spondeum. non enim licet de brevibus longam facere. bene dixit illud Terentianus,

nam solida findi magnitudo non vetat,
divisa hodie verum in unum non possunt coire,

id est, quae solida fuerint, possunt findi; quae divisa | fuerint, in se cogi non possunt. ista est ergo resolutio.

Accedit figura. Graeci fere syllabas non agnoscunt, sed figuras faciunt. ergo ubi inveneris quasi u bis positam, dic 'pyrrichius est'; ubi inveneris i iacens et u unam, dic 'trochaeus est.' ista est figura.

Metrum uni cuique pedi accidit, ut puta de dactylo dactylicum metrum, de spondeo spondiacum, de trochaeo trochaicum. ergo accidunt etiam metra. quin etiam pedes non nulli habent rationem nominum, quare ita dicantur. velociter currit quidam pes, et appellatur trochaeus. trochos graece dicitur rota; inde, quod velociter currit, trochaeus dictus est. spondeus tractim sonat. nam spondeus dicitur tractus quidam, id est sonus quidam, qui funditur circa aures sacrificantium. [non sunt sacra aliqua, sed sonus qui cadit circa aures sacrificantium]. et ipse ergo ideo dictus est spondeus, quia tractim sonat. amphimacrus ex re nomen accepit, quod utraque parte longam habeat syllabam; amphibrachus, quod utraque parte brevem habeat syllabam. ergo et ipsi pedes habent rationem nominum suorum.

480, 22 Pedes autem omnes sunt | CCXX et IIII. ex his nomina habent XX et VIII pedes, quos grammatici tractant. ceterum in musicis et in oratoribus invenimus et pentasyllabos et hexasyllabos, qui de usu recesserunt. interim nobis, qui ad metra tendimus, necessarii sunt isti XX et VIII pedes. de duabus syllabis quattuor hi sunt, pyrrichius, spondeus, trochaeus et iambus; de tribus octo isti sunt, tribrachus, molossus, dactylus, anapaestus, amphimacrus, amphibrachus, bacchius et antibacchius; de quat-

---

3 ut una longa pro duabus breuibus ponatur *B* ut duae breues pro una longa ponantur *ACb* 10 Terentianus] *v.* 2226 11 nam solida findi *B* nam solido findo *A* nam solido find. (findi *c*) *C* 12 diuisa hodie *Ca* diuisa . . odie *A* diuisa autem hodie *B* diuisiones hodie *c* cohiri *A* coheri *C* coherere *B* 16 dic *om. A, add. a**

17 i iacens et u ante se trochaeus est *ABC* ista est *om. A, add. a* 23 nam spondeus dicitur tractus (tractatus *B*) quidam id est sonus quidam qui funditur *BCa* nam spondeus qui funditur *A:* nam σπονδή *Lindemannus* 25 quia cadit *A* 30 CXX et IIII *L* centum uiginti et quattuor *B* LXX et IIII *AC*

p. 59–61 L.

tuor sedecim isti sunt, proceleumaticus, dispondeus, diiambus, ditrochaeus, ionicus maior, ionicus minor, antispastus, choriambus, quattuor paeones et quattuor epitriti. isti sunt viginti et octo pedes, iam de quinque syllabis et de sex syllabis non sunt pedes, sed appellantur synzygiae [declinationes quaedam]. ut puta insanissimi: in sa nis si mi quinque sunt, non possumus pedem dicere esse in hoc verbo, sed dicimus synzygiam. quo modo? insanis molossus est, simi iambus est. ergo iam conputo duos pedes. [vel de illis duplicibus]. vel de duabus syllabis vel de tribus vel de quattuor syllabis pedes esse possunt, hoc est usque ad quattuor syllabas pedes dicuntur; a quinque iam et sex synzygiae dicuntur. sed scire | debes quoniam de duabus syllabis quattuor tantum habemus, de tribus octo tantum, de quattuor sedecim. de quinque triginta duo fiunt, de sex sexaginta quattuor fiunt synzygiae. est liber de synzygiis; sed nihil refert, facile hoc possumus scire. puta pone quinque: de quinque quando ista brevis est prior et omnes longae, ecce una synzygia; quando istae breves sunt, id est duae primae, et ceterae longae, ecce altera synzygia; quando istae tres breves sunt et ceterae longae, quando quattuor longae, illa brevis est * varietates ipsae non perveniunt nisi usque ad triginta duas species pentasyllabarum. item varietates hexasyllabarum non perveniunt nisi usque ad sexaginta quattuor species. vis scire verum esse, quoniam hoc est naturaliter, nec plus potes invenire? ecce de disyllabis hoc colligis. duae sunt syllabae. quid vis esse istas syllabas? aut ambae breves sunt, ecce una species; aut ambae longae sunt, ecce altera species; aut prior brevis est et posterior longa; aut prior longa est et posterior brevis. inveni aliam, si potes. quicquid dixeris, huc redigitur. omnes numeri varietatis intra quattuor species consistunt. et quo modo diximus de disyllabis, sic de trisyllabis, sic de tetrasyllabis. istae sunt synzygiae. |

Diximus arsin et thesin habere aliquam rationem. tempora in pedibus tripertitam habent divisionem. aut aequa dicitur divisio, aut dupla, aut sescupla dicitur, nec potes invenire aliam divisionem. istae tres sunt tantum, aequa dupla sescupla. aequa dicitur et dactylica; quae dicitur dupla, dicitur et iambica; sescupla dicitur et paeonica. videamus, quo modo. quae est aequa, quae dupla, quae sescupla? aequa dicitur divisio, quotiens tot tempora habet arsis, quot et thesis. unum et unum tempus

425, 20
481, 11

4 declinationes quaedam *adscriptum esse videtur, ut declinationibus quibusdam nominum et verborum longas vocabulorum formas, quae synzygiae dicerentur, effici indicaretur* 6 synzygias *A B C* 7 vel de illis duplicibus, *nisi plura hoc loco exciderunt, ad ea quae sequuntur*, vel de duabus syllabis vel de tribus, *adscripta esse videntur. nam quattuor et sex syllabarum pedes, quia disyllabis vel trisyllabis geminatis fierent*, duplices *dixerunt grammatici*: *cf. infra p.* 64 9 et hoc est *A* 17 illa brevis est, ecce tertia et quarta syzygia; varietates ipsae *coniecit Lindemannus. sed plures etiam varietates olim enumeratae fuisse videntur. quare lacunam indicavi* 18 ipsae *B Ca* ipsi *A* 21 potest inuenire *A* potest inueniri *B C* colligit *A B C* 22 ecce altera *A* ecce alia *B Ca* 26 consistant *A C* 27 istae] ipsae *A B C* 32 uideamus quomodo sunt istae aequa dicitur *L* 34 arsis (quot *add. a*) et thesis aequa dicitur diuisio una et unum et unum tempus *A*

p. 61—63 L.

aequa divisio est, tria et tria, quattuor et quattuor, verbi causa centum et centum, si posset fieri. quotiens tot tempora habet arsis, quot et thesis, aequa dicitur divisio. ut puta pyrrichius duo habet tempora; unum habebit arsis, unum thesis. ut puta spondeus duas habet longas syllabas, quattuor sunt tempora; duo habebit arsis, duo thesis, quoniam *et illa longa duo habet tempora*, et illa longa duo habet tempora. in proceleumatico quattuor sunt tempora, duo et duo. in dispondeo octo sunt tempora; quattuor habet arsis, quattuor thesis. in antispasto, choriambo, ditrochaeo, diiambo sena sunt tempora, tria habebit arsis, tria thesis. ergo hae sunt divisiones, quae aequae dicuntur, et habent hos pedes, nec alium habent: pyrrichium habent, | spondeum, dactylum, anapaestum, proceleumaticum, dispondeum, diiambum, ditrochaeum, antispastum, choriambum; plus non habent. isti pedes aequam habent divisionem. dupla dicitur divisio, quotiens altera pars alteram partem duplo vincit. puta ista pars, arsis, habet duo tempora, thesis unum; aut thesis duo, arsis unum. ideo dixi 'altera pars alteram partem duplo vincit.' aut ista pars potest habere unum et illa duo, aut ista duo et illa quattuor, aut ista tria et illa sex. quotiens altera pars duplo vincit alteram partem, dupla divisio est, et recipit hos pedes. iambus duplam habet divisionem; unum habet arsis, duo thesis. trochaeus: duo in arsi, unum in thesi. [molossus et tribrachus]. molossus sex habet tempora, sed quattuor habebit arsis, duo thesis. idcirco duae illae longae aut ad arsin adplicandae sunt aut ad thesin. item tribrachus; duae erunt in arsi, una in thesi. quod dixi 'aut duae aut duae', propter illos accentus. nam diximus superius, quando in media syllaba accentus fuerit, thesis habet plura tempora; quando in prima, arsis habet plura tempora. ergo habes iambum, trochaeum, molossum, tribrachum, ionicum maiorem et ionicum minorem. isti sunt tantum pedes, qui habent duplam divisionem. | sescupla est, quotiens altera pars alteram partem non duplo vincit, sed dimidietate dupli. ut puta quinque tempora quando sunt, ecce dimidietas dupli est, quae vincit. nam si dupla esset divisio, quattuor et duo faciebas; si simpla esset, unum et unum faciebas: ergo a dupla unum minus habet. haec est divisio quae sescupla dicitur:

2 quot *om. AB* 5 quoniam illa longa duo habet tempora in proceleumatico *ABC* 10 nec alium habet pirrichium habet spondeum et dactilum anapaestum proceleumaticum dispondium diiambum ditrocheum antispastum choriambum plus non habet *A* nec alium habent pyrrichium habent spondeum habent dactylum habent anapestum habent proceleumaticum habent dispondium habent diiambum ditrocheum antispastum et choriambum plus non habent *BCa* 16 aut] et *ABC* habere unum ista duo et illa IIII ista tre. ista sex *A* habere unum ista duo et ista duo illa IIII aut ista trea ista sex *a* habere unum ista duo illa quattuor aut ista tria ista sex *BC* 20 molossus et tribrachus molossus (molosos *A*) sex habet (habent *B*) tempora *ABc* molossus et tribrachus sex habent tempora *Cb* 21 habebit *BCa** habet *A* 23 item *Ca* ita *AB* 24 propter illas accentus *B* propter illarum accentus dixi *coniecit Lindemannus* 26 habes iambum et trocheum molosum tribrachin *A* habes iambum habes trocheum habes molossum habes tribrachin *BCa* 31 si simpla esset *C* simpla esset *B* simpla esse *A* simpla si esset *a* 32 a dupla *om. A, add. a** haec est diuisio *Ca* haec diuisio *AB*

sescum enim dicitur dimidium: et est in istis pedibus, bacchius sescuplam habet divisionem, antibacchius, amphimacrus et paeones.

His exceptis remanent aliqui pedes, qui non serviunt alicui divisioni, 425, 32
amphibrachus et epitriti. amphibrachus non potest servare divisionem. quare? quia habet brevem et longam et brevem. istam longam quo habes addere? ad initium? si ad initium, tria et unum erit, nulla divisio est; si ad finem, unum et tria erunt. ecce non habet divisionem. item epitriti septena habent tempora. numquid habent divisionem? si quattuor et tria volueris, non stat divisio; si tria et quattuor, similiter. idcirco isti pedes proiciuntur a metris. quare hoc dixi? invenio enim in non nullis metricis ex amphibracho et epitrito metrum. non licet. isti pedes metra naturalia non faciunt. incidere possunt in secundo loco aut tertio; ut | autem isti faciant metra non licet. nulli enim pedes faciunt metra, nisi qui serviunt divisionibus naturalibus. hinc turbantur, hinc dubitant: qui bene habent metra scribere, illos debent pedes ponere, qui serviunt divisionibus. puta sapphicus constat ex epitrito secundo et trochaeo. hoc siqui faciat, stultum est et vanum. nam epitritus numquam facit metrum suum, non licet; non enim servit divisioni. nisi credere debemus quod 481, 27
unus quisque versus habet pedes legitimos, habet nothos. legitimus dicitur pes, naturalis qui est; nothus, qui admittitur. ecce in versu heroico unus pes est legitimus spondeus; sed quoniam visus est durus et praefractus, soluta est posterior syllaba, et fecit dactylum. si solvas priorem, facit anapaestum * et trochaeum in fine. isti nothi sunt.

Omnes praeterea simplices pedes usque ad tres syllabas crescunt, 31
duplices usque ad sex; et hoc recta ratione. nam si simplices sunt usque ad ternas, geminata ista ratio simplicium debet duplices | pedes facere. quem ad modum probat hoc, simplices pedes usque ad ternas syllabas crescere? quoniam istum simplicem pedem diximus, qui solutus duo non facit. si trisyllabum solvas, duo non facit. ecce puta tribrachum si solvas, numquid duo facit? ergo quoniam solutus duos non potest facere, si demus illi unam syllabam, incipit esse proceleumaticus. ergo ideo simplices pedes usque ad ternas syllabas procedunt, et duplices usque ad sex.

DE ACCENTIBVS

Graeci prosodias dicunt accentus hac ratione: pros dicunt ad, cantum 426, 7

---

1 et] ut *ABC* 5 et breuem *om. BC, superscripta pr. m. habet A* quo *Ba* quot *A* ubi *C* 7 habet] habent *ABC* 11 non licet *A* quae non licet *a** quod non licet *B* quia non licet *C* 18 credere *ABc* scire *C* 20 amittitur *AC* 23 *lacunam indicavit Lindemannus hoc proposito supplemento*, pro spondeo igitur admittit versus heroicus dactylum, anapaestum et trochaeum in fine 26 ratio simplicis *Ca** ratio simplices *A* ratione simplicis *B* 27 probas *Lindemannus* ad ternas syllabas *Ca:* syllabas *om. AB* 29 si trisyllabum soluas duo non facit *om. AB, add. a* si trisyllabum soluas numquid duo non facit *C* tribrachin *AB* tribrachyn *C* 30 *fortasse* ergo quoniam solutus duos non facit, simplex dicitur; si demus *etc.*

p. 65—67 L.

dicunt oden. verbum de verbo Latini expresserunt, ut dicerent prosodias accentus. sed Latini habent et alia nomina: *et tonum* et tenorem dicunt. nihil interest, sive accentum dicamus sive tonum sive tenorem; eadem ratio est, nomina sunt tantum modo dissimila. accentus qui necessarii nobis sunt duo sunt tantum | modo apud Latinos, acutus et circumflexus. acutus dicitur accentus, quotiens cursim syllabam proferimus, ut si dicas árma árcus: non possumus dicere ârma, non possumus dicere ârcus. acutus ergo dicitur, quando cursim syllabam proferimus. circumflexus dicitur, quando tractim syllabam proferimus, ut mêta Mûsa: non possumus dicere méta, non possumus dicere Músa. ergo circumflexum dicimus qui tractim profertur, acutum illum qui cursim. est etiam gravis, sed iste paene superfluus est apud Latinos. qua ratione? nec acutus nec circumflexus est. omnis sermo necesse est ut aut acutum habeat aut circumflexum: nullus est sermo, qui sine istis sit: si non habet acutum, circumflexum habet; si non habet circumflexum, acutum habet. et gravis ubi erit, si vel ille vel ille sibi sermonem vindicat? in reliquis, ubi non est nec acutus nec circumflexus, in reliquis syllabis ipsius sermonis. ut puta malesanus; sa circumflexum habet, ma le nus istae tres syllabae gravem habent accentum. nam ideo dictus est gravis hac ratione, quod minus sonet, quam sonat ille legitimus. ma le nus, numquid sic sonant omnes istae syllabae, quem ad modum sonat sa? sa plus sonat. ideo dictae sunt illae habere gravem accentum, quod et pigrum et minus sonent. ergo scire debes quia nullo loco gravis poni potest, quantum ad utilitatem pertinet, nisi ubi non fuerit acutus aut circumflexus; in eadem tamen parte orationis, non sibi specialem vindicat partem, non habet propriam. sed hoc apud Latinos tantum.

426, 16 Et quid est ipse accentus? ita definitus est, ‘accentus est quasi anima vocis’, id est accentus est anima verborum et anima vocis unius cuiusque. quem ad modum corpus nostrum non potest esse sine anima, sic nec ullum verbum nec ullus sermo sine accentu potest esse. et quem ad modum anima nostra in toto corpore ipsa plus potest, sic etiam illa syllaba plus sonat in toto verbo, quae accentum habet. ergo illa syllaba, quae accentum habet, plus sonat, quasi ipsa habet maiorem potestatem. et

---

1 ut dicerent prosodias *Lindemannus* ut dicerent prosodia *ABC* 2 et tonum *om. ABC* 6 ut si dicas arma non possumus dicere armai arcus non possumus dicere (a *add. a**) arma arcus non possumus dicere (a *add. a*) arcus *A* 7 dicere aârma arcus non possumus aârcus *C* dicere arma arcus non possumus arcus *B* 10 non possum dicere meta non possumus (possum *C*) dicere musa *ABC* 12 qua ratione quia nec acutus nec circumflexus omnis *C* 16 et (est *add. B*) grauis ubi erit siue (si uel *B*) ille uel ille sibi sermonem uindecat (uindicent *B*) in reliquis ubi non est nec acutus *AB* est et grauis ubi non est acutus *C* 18 malesanus malesa sa *BCa* malesanus molesa *A* 20 sonat] sonet *ABC* 21 omnes illae syllabae *B* omnes istae litterae *AC* 22 pigre *C* 26 apud Latinos tantum *Lindemannus* apud latinos tamen *ABC* 31 etiam illa syllaba *BCa* etiam ipsa syllaba *A* 33 quasi ipsa *AB* quasi ipse *Ca*

p. 67—69 L.

quo modo invenimus ipsum accentum? et hoc traditum est. sunt plerique qui naturaliter non habent acutas aures ad capiendos hos accentus, et inducitur hac arte. finge tibi quasi vocem clamantis ad longe aliquem positum. ut puta finge tibi aliquem illo loco contra stare et clama ad ipsum. cum coeperis clamare, naturalis ratio exigit ut unam syllabam plus dicas a reliquis illius verbi; et quam videris plus sonare a ceteris, ipsa habet accentum. ut puta si dicas orator, quae plus sonat? ra, ipsa habet accentum. optimus, quae plus sonat? illa quae prior est. numquid sic sonat ti et mus, quem ad modum op? ergo necesse est ut illa syllaba habeat accentum, quae plus sonat a reliquis, quando clamorem fingimus.

Dixi duos esse accentus apud Latinos, acutum et circumflexum. et necesse est ut in uno quoque verbo aut acutus sit aut circumflexus. gravis vero vel cum acuto vel cum circumflexo ponitur: in reliquis syllabis, ubi non fuerit ille vel ille, ibi gravis erit. iam modo videamus, quo modo 426, 20
conputantur accentus. a fine, non ab initio. ut puta indoctissimus, quinque sunt: non incipis conputare, utrum prior syllaba habeat accentum, id est in, inde si doc habeat accentum, inde tis, inde si, inde mus. non potes ita ab initio conputare, sed a fine quaere, si finalis habeat. si finalis non habuerit, paenultima habet; si paenultima non habuerit, tertia a fine habet. et hoc plus non ascendit accentus, sed aut in finali est aut in paenultima aut in tertia a fine. in istis tribus a fine conputantur accentus. ad quartam syllabam vel ad quintam non ascendit accentus nec apud Latinos nec apud Graecos, sed tantum modo tres sunt syllabae quae habent accentum. | ideo propter hanc causam vide quam bonam brevitatem invenerunt Latini. tres diximus a fine habere accentus: ergo tres regulae erunt; una erit regula de ultima, una de paenultima, una de tertia a fine. sed quid si de quattuor syllabis constabit nomen, quid si de quinque, quid si de sex, quid si de septem, quid si de octo? iam eadem ratio est. qua ratione? nam quoniam accentus non ascendit ultra tres syllabas, quid opus est ut quaeras aliud in istis syllabis pluribus, aut in quarta aut in quinta, cum ad illas superiores accentus non ascendat? ergo eadem erit ratio in illis pluribus, quae in tribus syllabis, ipsa in sex syllabis, ipsa etiam in octo. ergo sic conputantur accentus a fine; ipse autem accentus tres habet locos; ultimum, paenultimum, antepaenultimum. sed apud Graecos ubique invenitur acutus accentus, et in ultima et in paenultima et in antepaenultima. circumflexus apud Graecos duos habet locos, ultimum et paenultimum tantum; ad tertium locum numquam ascendit. tres sunt ergo loci acuti accentus apud Graecos, ultimus, paenultimus, antepaenultimus, et duo loci circum-

---

3 ad longe *a** a longe *ABC* 6 et quam *BC* quam *Ac* 7 ra *Ca* a *B*, *om. A* 8 illa quae prior *BCa* illa prior *A* 18 non potest *ABC* 20 a fine habeat *ABC* 22 paenultimis *ABC* conputantur *Ca* conputatur *AB* 25 ideo propter hanc causam *BCa* ideo nunc causam *A* 28 constauerit *AB* constiterit *B*

p. 69—72 L.

flexi, ultimus et paenultimus. vide quanta brevitate colligis hanc rationem. apud Latinos ultima syllaba accentum non habet; non licet. excepta ista ultima syllaba, quam non licet habere accentum, quid nobis relinquitur? | ut acutus accentus apud Latinos duos habeat locos, paenultimum et antepaenultimum, circumflexus accentus unum habeat locum, paenultimum. vides ergo, quanta brevitate hoc sit factum. tres erant loci acuti accentus apud Graecos, ultimus, paenultimus, antepaenultimus, et circumflexi accentus duo erant loci, ultimus et paenultimus. remove istum qui apud Latinos accentum non habet penitus, id est ultimum. hoc remoto hoc superest, ut ille circumflexus, qui habuit duos locos, habeat unum, et acutus, qui habuit tres locos, habeat duos. tertia ergo a fine non potest habere nisi accentum acutum, quoniam diximus acutum non ascendere nisi usque ad tertium locum. ergo tertia syllaba tunc habet accentum, quando paenultima brevis est. ideo tèrtia habet acutum solum, secunda a fine utrumque, et acutum et circumflexum. his legibus semel captis iam modo videamus de singulis partibus orationis, et primum incipiemus tractare de monosyllabis. praeterea antequam tractemus, hoc ipsum scire debes, quia positio in accentibus non conputatur in monosyllabis. talis est, si sit positione longa, ac si sit naturaliter brevis: non licet ut aliquid plus habeat, quantum ad accentus pertinet; positione longa syllaba si fuerit, talis est, ac si non sit positione longa, sed sit naturaliter brevis. |

Monosyllaba pars orationis si naturaliter productam vocalem habeat, circumflexum habet accentum. ut puta dôs, naturaliter longa est; spês, naturaliter longa est; aês, naturaliter longa est [unde facit aera], quia diphthongus est. monosyllaba ergo pars orationis, si naturaliter productam vocalem habuerit, circumflexum habebit accentum. quid si naturaliter correptam habuerit? acutus erit, ut puta et nec que: ‘primusque Machaon’, ut sit coniunctio. quid si positione longa sit? illud quod tibi dixi, sic accipitur, quasi naturaliter brevis. ergo talis est positione longa, qualis est naturaliter brevis. et diximus in brevi acutum accentum esse. si ergo brevis acutum accentum habet, superest ut positione longa acutum habeat accentum. ut puta pix positione est longa; sed quoniam naturaliter non est longa, acutum habet accentum. hoc est, quod tractatum est de acuto accentu et circumflexo. omnia ergo in accentibus secundum naturam colliguntur. si fuerit illic vocalis naturaliter longa, circumflexum habet accentum; si fuerit brevis naturaliter, etiam si sit positione longa, acutum habet. ecce habes de monosyllabis; videamus modo de disyllabis.

426, 31 Disyllaba pars orationis uno modo recipit circumflexum tantum, si et prior naturaliter longa sit et ultima naturaliter brevis, ut mèta: me na-

---

5 unum locum habet *A* 8 ultimus et antepenultimus *ABC* quia apud latinos accentum non habent *A* 14 penultima breuis est *A* penultima naturaliter breuis est *BCa** 22 vocalem *om. AC* 27 que ut primusque *in litura a*: *Verg. Aen.* II 263 28 tibi dixi *Ca*: tibi *om. AB* 31 ut positione *A* ut in positione *BCa*

turaliter longa est, ta naturaliter brevis est, | circumflexum habet accentum. id est quando est trochaeus naturaliter, tunc est circumflexus in disyllabis; aliter non licet, ut puta mêta Crêta Rôma. ecce modo circumflexus est tantum, quod prior naturaliter longa est et ultima naturaliter brevis. aliter vero quomodocumque iam acutum faciunt. quid si positione longa sit? acutus est, ut puta árma; acutus est. quid si prior brevis et posterior longa? acutus est, ut puta párens. quid si ambae naturaliter longae sint? acutum habent, ut est léges. et quare hoc? lex naturaliter longa est, et diximus naturáliter longas paenultimas circumflexum habere accentum; sed non sequitur brevis, ut sit trochaeus. nam leges spondeus est. ergo tunc est circumflexus, quando prior naturaliter longa est et ultima naturaliter brevis. ecce habes iam etiam de disyllabis; modo videamus de trisyllabis.

Diximus quoniam tertia a fine non potest habere nisi acutum accen- 426, 37
tum; non licet. ergo noli quaerere, qualis sit: *sive naturaliter longa* sive positione longa sive naturaliter brevis, non habet nisi acutum. sed illud quaerendum nobis est, quando habeat, quia et ista habere potest et ista, ne erremus et dicamus istam habere, cum ista habeat. ergo scire debemus hoc firmissimum esse, | tunc tertiam a fine habere accentum, quando secunda a fine naturaliter brevis est. Romulus, ro longa est et mu naturaliter brevis est; ergo quoniam et ro naturaliter longa est et mu, quae est secunda a fine, naturaliter brevis est, acutus accentus est: maximus, optimus. non licet ut tertia a fine habeat accentum, nisi secunda a fine naturaliter brevis sit. ecce habes rationem tertiae syllabae: tolle tertiam a fine, et iam disyllabum est. si enim sustuleris istam tertiam, remanere habent duae. si remanserint duae, ratio disyllaborum erit. diximus in ratione disyllaborum non posse inveniri circumflexum, nisi quando ista naturaliter longa et ultima naturaliter brevis sit. ergo Cethegus, tolle inde ce, remanet thegus. thegus qui pes est? trochaeus: ergo circumflexus erit. quid si dicas cethe? quoniam non est trochaeus, iam acutus erit. quid si dicas Metellus? tel qualis est? positione longa est: ergo necesse est ut acutus accentus sit. ergo noli te in diversas ambages mittere, sed tracta, quando debeat accentum habere; tunc autem habebit accentum tertia a fine, quando secunda a fine naturaliter brevis est. sublata tertia a fine cum remanserint duae, redis ad rationem disyllaborum, et hanc serva rationem. |

Quicquid pertinet ad accentus, hoc est; nec potest ulterius reperiri.

---

7 parens *B Lindemannus* árens *AC* quid si ambae longae sint quid si naturaliter longae sunt acutum habent ut est leges et quare lex et quare hoc lex *A* 12 iam etiam *Ba*: etiam *om. CA* 15 sive naturaliter longa *om. ABC* 17 quia et ista *Lindemannus* quia et ipsa *ABC* 22 acutus accentus est *Ca* et accentus acutus est *AB* 24 ecce habes *AC* ecce habe *Ba*: *fortasse* ecce habes rationem trisyllaborum 27 inuenire *ABC* 28 longa est et *ABC* 29 qui pes *Ca* quippe *AB* 33 debeat acutum habere *ABC* 37 reperire *A*

p. 74–76 L.

vides, quanta brevitate utantur Latini. Graeci vero chaos fecerunt, totum confuderunt, ut, quamvis mille legas tractatus, non te convenias. diximus regulas accentuum, et breviter accipe iterum ipsas regulas. monosyllaba pars orationis, si fuerit naturaliter longa, circumflexum habet, ut dòs spès; si fuerit naturaliter brevis, acutum habet, etiam si positione sit longa. nam diximus in accentibus positionem nihil valere. ergo sive brevis naturaliter fuerit, ut ét, sive positione longa est, ut est árx. in disyllabis uno modo invenitur circumflexus accentus, si prior naturaliter longa fuerit et ultima naturaliter brevis, ut est mêta. quid si ambae longae fuerint? acutus erit. quid si ambae breves? acutus erit. puta ambae longae sunt, ut léges; positione longae, ut prínceps; ambae breves, ut égo; prior longa positione, ut árma; postrema longa positione, ut párens: quaqua ratione acutus erit. in trisyllabis haec ratio est, ut tertia a fine non habeat accentum, nisi quando paenultima naturaliter brevis fuerit, Rómulus, óptimus: ideo habet accentum op, quoniam ti brevis est. sublata autem ista tertia remanent duae syllabae, quae, cum fuerint duae, rationem habebunt disyllaborum.

Modo aliquid adicit. quodsi forte duae partes orationis sunt, unum accentum habebunt, si in unam redigantur. ut puta male una pars orationis est, sanus una pars orationis est; sed quoniam istae non pro duabus sunt, sed pro una, incipimus dicere malesânus, colligimus utramque, et iam unum accentum habebunt. quotienscumque duae partes orationis in unam colliguntur, iam quoniam pro una sunt, unum accentum habebunt, prout fuerit syllaba illa. si dicas ‘interea loci’, interea una pars orationis est, loci una pars orationis est. quando iam sic utramque dicis, ut pro una sint, ambae partes unum habebunt accentum. ergo duae partes orationis quando unam faciunt, necesse est ut unum accentum habeant.

Diximus regulas accentuum. modo videamus, quae sunt res quae corrumpunt regulas. tres sunt tantum, distinctio, discretio, pronuntiatio; hae tres *res* corrumpunt regulas. quoniam diximus, ‘distinctio corrumpit regulas’, videamus quo modo. si male distinguas, potest errare puer et dicere ‘interea loci’ et facere inde duas partes oratio|nis, cum debeas subter facere hyphen. quid sit autem hyphen, dicemus postea. ergo debes hyphen deorsum facere et conectere utramque. si dicas ‘viridique in litore conspicitur sus’, potest de istis duabus unam facere.

---

2 non tecum convenias *coniecit Lindemannus* 7 positione longa est *in litura a. fortasse* sive positione longa, ut arx, acutum habet 10 acutus erit *posteriore loco om. AC* accentus erit *B* 11 positione longa *ABC* 12 ut ego pater prior longa positione arma *a** ut ego prior longa positione pater arma *AC* 18 duae partes orationis sunt unum accentum *AB* duae partes orationis sunt dicit etiam si fuerint duae partes orationis unum accentum *Ca* 19 si in unum *BC et in litura a* 20 ista *ABC* 21 coll...mus *A* collitimus *a* 23 colliguntur *B* colligentur *Ca* colluguntur *A* pro uno *ABC* 27 unum faciunt *ABC* 28 modo *om. A, add. a* 30 res *om. ABC* 33 ergo debet *AC* ergo debemus *B* 34 viridique] *Verg. Aen.* VIII 83

p. 76—78 L.

ergo distinctio corrumpit istas regulas. item discretio potest [causa discretionis] corrumpere istas regulas, ut poné et pône. si dixeris poné, erit praepositio; si dixeris pône, erit verbum imperativi modi. ecce propter discretionem corrumpunt regulas. quare corrumpunt? quia diximus nullam partem esse orationis, quae in ultima parte habeat accentum, et invenimus duas, poné et pône, ergó et érgo. sed non naturaliter habet illa ultima syllaba accentum, sed propter discretionem. nam quo modo potest fieri ut ista ultima syllaba habeat accentum, cum dixerimus in ultima syllaba numquam inveniri posse accentum? nam quando dicimus poné [ultimam habere accentum], non ideo dicimus, quia sic debet dici, sed ut sit discretio. item quando dicimus ergó, non ideo dicimus, quia sic debet dici, sed ut sit discretio. item quando dicimus ergó, non ideo dicimus, quia sic debet dici, sed ut sit discretio propter érgo coniunctionem rationalem. ideo in ultima syllaba inveniuntur accentus. ergo istae sunt duae partes tantum, quae causa discretionis corrumpunt regulam. pronuntiatio frequenter corrumpit, ut puta | doctus. quae syllaba habet 427, 6
accentum? doc, quoniam prior syllaba semper habet accentum. ultima enim numquam habet aut in versu aut in prosa. adde illi coniunctionem, et vides quoniam prior syllaba perdet accentum, puta ‘doctusque Palaemon’. iam incipit non in doc esse accentus, sed in tus; ecce ultima syllaba habebit accentum. et quae sunt partes quae additae corrumpunt regulas? non enim omnes corrumpunt, sed sunt partes quae additae corrumpunt. et sunt istae: ne, quando est coniunctio, ecce habes unam; ve, ecce habes duas; que, ecce habes tres; ce, ecce habes quattuor. istae sunt quae corrumpunt regulas accentuum. puta primus, adde omnes istas partes: primúsne, ecce non habebit iam accentum pri, sed mus, ecce corrumpit; et si dicas primúsve, ecce corrumpit; primúsque, primúsce, ecce corrumpit. sed forte dicas mihi ‘sed positio corrumpit, non accessus istarum partium’. etiam si positio non accederet, tamen corrumperetur accentus. puta Musa, mu habet accentum; adde illi istas partes, et corrumpitur, Musáne Musáve Musáque Musáce: ecce illa quae est brevis ultima ipsa habet accentum. et diximus quia, quando paenultima brevis fuerit, tunc tertia a fine habebit accentum; et tamen ecce corruptam invenimus. ecce vides, in quantum valeant istae par|ticulae, in quantum possint ut, etiam brevis si sit, id est syllaba quae naturaliter brevis est cogatur habere accentum, non naturaliter, sed causa istarum. nam ecce Musa, illa syllaba quae prior est ipsa habet accentum. si addas que aut ve, si dicas Musaque Musave, ubiubi contigerit, ipsa *ultima* habet accentum.

---

1 idem discretio *BC* idem discritio *a* idem distinctio *A* 9 inuenire *AC* quando dicemus *A* 10 non ideo dicemus *A* 11 quando dicemus ergo non (ideo *add. a**) dicemus *A* 13 coniunctionem *BCa* iunctionem *A* 14 rationalem] suam *ABC* inueniuntur *AB* inuenitur *Ca* 17 doc *B* do *AC* 32 diximus quia quando *BCa* diximus iam quando *A* 35 breuis si sit id est *BCa** breu.. id est *A* 36 cogatur *Lindemannus* cogitur *AB* cogetur *C* 33 ubi et ubi *C* ultima *om. ABC*

p. 78—80 L.

Quod si vis codicem distinguere, ita distingue. quando vis acutum accentum facere, lineam a sinistra parte in dexteram partem sursum ducito; quando vis gravem, a summa sinistra in dexteram descendito; quotiens vis circumflexum, de gravi et de acuto fac; quotiens vis longam, — hoc adiacens fac; quotiens vis brevem, ⏑ hoc adiacens fac. his rebus tractatis supersunt alii accentus tres, hyphen apostrophos diastole. isti accentus quid praestant? hyphen dicimus, quando duo verba coniungimus, ne erret puer et male pronuntiet, ut si dicimus ‘antetulit gressum’, ne dicat ‘ante tulit’. et quo modo iungitur? syllabam ultimam praecedentis verbi, posterioris sequentem subiecta virgula circumdas, ‘ante_tulit gressum’; | te_tu, ipsas istas subiecta ista virgula circumdas. et dicitur hyphen, quia coniungit sic istas. diastole disiungit. ut si dicas ‘viridique in litore conspicitur, sus’. ne erret puer et dicat ‘conspicit ursus’, ad istam tur addimus), id est circumflexam virgulam, et ita disiungimus. est etiam apostrophos. * apud Latinos non facile in nominibus invenitur, nisi quem ad modum remanserit in nominibus hoc apud Latinos quae si remanserit. apud Graecos licet nobis et apostrophon facere et dicere plenum verbum; apud Latinos non. cervical Graecus, quando in metro loquitur, sic dicit, quem ad modum remanserit. non enim, quando soluta oratio est, dicit cervical, sed dicit plena verba. apud Latinos quando apostrophos fit, si passa fuerit, passa est penitus, sive in metro sive in soluta oratione. item in coniunctionibus servant legem graecam. nam [in coniunctionibus] in metro deficiunt, in soluta oratione servant. puta tanton’ me, si soluta essèt oratio, plenum diceret ‘tantone me crimine dignum’. men’ dicimus; soluta oratio si esset, mene diceret. ergo servatur illa lex graeca in coniunctionibus; in ceteris partibus orationis opus est ut semel per|tulerit; si semel pertulerit, iam ipsam servat. ceterum illi accentus superfluo adduntur, dasia et psile. nos enim habemus h; et ubi est h, dasia est, ut puta homo; ubi non est, psile est, ut puta omen. puta sic duas litteras habes apud Graecos. sed scire debes quoniam Latini ipsam litteram latinam de illis duobus accentibus fecerunt.

---

1 ita distingue *Ca* ita distingues *B*, *om. A* 8 ut si dicimus *B* ut si diximus *ac* ut si dixemus *A* ut diximus *C* antetulit] *Verg. Aen.* VI 677 12 yphen quia coniungit sic ista *B* yphen coniungit sic ista *AC* viridique] *Verg. Aen.* VIII 83 14 addimus con id est circulum flexam uirgulam *A* 15 *lacunam, qua definitio apostrophi excidit, indicavi; in reliquis corruptam codicum scripturam retinui. sententia autem grammatici hoc fere modo restitui poterit,* apud Latinos non facile in nominibus invenitur apostrophus, nisi quem ad modum remanserit, hoc est apud Latinos quae apostrophum habuerint non licet nobis dicere nisi sic quem ad modum remanserint 16 hoc ad latinos quasi *B* 18 grecos quando (in *add. a*) metro loquitur sic (dicit *add. a*) quem ad modum *A* 20 dicit ceruical sed dicit *BCa* deceruical sed dicitur *A* 24 tanton’] *Verg. Aen.* X 668 25 ergo servatur *Lindemannus* ergo solnitur *ABC* 26 in ceteris] integris *AC* in integris *B* 30 puta si dicas duas litteras habet apud grecos sed scire *B* puta si (dicis *add. c*) duas litteras habet apud graecos scire *C* puta si dic duas litteras ..... (habet *add. in marg.*) apud grecos sed scire *A* puta sic dic duas litteras latinas apud grecos sed scire *L*

p. 80—82 L.

h apud Latinos ita fit ⊦⊣. scinde hoc ipsum medium [apicem], et fecisti unam dasian, unam psilen. scissa illa littera et illud et illud fecerunt.

DE POSITVRIS

De posituris quod tractat, nihil est. docet quem ad modum distin- 427, 37
guatur codex. si vis plenum sensum designare, punctum pone ad sum- 484, 23
mam litteram; si vis medium, ad mediam litteram pone punctum; si vis ostendere modicum superesse de sensu, ad imam litteram pone punctum. ita debes discernere: quando plenus est et integer sensus, ad summam litteram ponimus punctum; quando medius est, ut puta quantum dixeris tantum supersit, ad mediam ponimus; quando paululum superest et suspendendum est, ad imam | litteram ponimus. plane cola et commata non sunt partes orationis, sed partes periodi, id est non sunt membra quaedam continua, sed partes sunt continuorum membrorum. ut puta oratio, quando integra est, periodos est; partes ipsius periodi cola et commata sunt. ut puta 'quousque tandem abutere, Catilina' non est caput, sed colon est, 'quam diu iste furor tuus nos eludet' colon est, 'quem ad finem sese iactabit audacia' colon est, 'nihilne te nocturnum praesidium Palatii' colon est. puta 'siquis vestrum, iudices, aut eorum qui adsunt forte mirantur me'. cola sunt ista omnia. ubiubi suspendendus est sensus ita, ut nec iam videatur expletus nec desit aliquid, colon dicitur. ergo periodos est integra oratio, integrum caput; partes autem ipsius capitis appellantur cola et commata. hoc quidem apud oratores indifferens est; apud poetas multum interest inter colon et comma. nam ubi post duos pedes superest syllaba, comma est; ubi post duos pedes nihil, colon est. ut puta 'arma virumque cano', armavi rumqueca no; ecce post duos pedes superest syllaba: ecce hoc appellatur comma. si dicas 'Tityre maxime', Tityre maxime duo sunt dactyli, ecce | nihil superest, sed ipsi pedes finiunt ipsam elocutionem, quae appellatur colon. apud oratores incisum dicimus et protentum. pro-

---

⊦⊣

1 h apud latinos ita fit sic Inde (h apud latinos inde fit scinde *B*) hoc ipsum medium apicem et fecisti unam dasian unam phisien (psilen *B*) scissa illa littera et illud et illud (de *add. B*) fecerunt *BC* h apud latinos ita fit inde (*corr.* scinde *a**) hoc ipsam (*corr.* ipsud *a*) medium apicem et fecisti unam da litteram sian unam psi ..... (dasian unam psilen *a*) scissa illa ..... (illa littera et *a**) illud et illud fecerunt *A* h aput latinos ita fit inde hoc ipsum medium apicem et fecisti unam da lit silean .m. unam sileam scissa illa sillaba et illud fecerunt *L* 6 ad mediam litteram si uis *A* ad mediam litteram pone punctum. ita (nam *B*) debes discernere quando plenus est et integer sensus si uis *BC* 9 quantum dixeris tantum supersit *C* tantum dixeris et tantum supersit *AB* 11 *post* ponimus *in fine paginae haec add. a in marg.*, dictae autem posituae uel quia punctis positis adnotantur uel quia ibi uox pro interuallo distinctionis deponitur. has greci thesis latini posituras uocant 13 ut puta oratio *a*b* ut puta pars orationis *BC*, *om. A* 15 quousque] *Cic. in Catil.* I 1 abutere *Ba* abutero *C* abute *A* 16 tuus] tuos *A* 17 iactauit *ABC* nihilne] nihil *C* 18 siquis] *Cic. divin. in Caecil.* I 1 19 aut eorum *BCa* et ut eorum *A* minantur *B* 20 ubi ubi *A* ubi *B* ubi et *C* 27 dicat *ABC* 29 colon *om. A, add. a**

p. 82—85 L.

tentum dicimus, quotiens post pedes legitimos superest syllaba; incisum dicimus, quotiens ibi finit sensus, ubi pes finit.

DE PARTIBVS ORATIONIS

Partes orationis sunt octo: apud multos novem invenimus, apud multos decem, apud multos undecim; invenimus et quinque. duas alii dicunt partes esse orationis; alii dicunt quinque esse partes, alii octo, alii novem, alii decem, alii undecim. tamen Donatus ait octo. est qui-
428, 11 dem varietas. multi | dicunt duas esse partes orationis, nomen et verbum, ut inter philosophos etiam Aristotelici dicunt; multi dicunt quinque. qui dicunt quinque esse partes orationis, pronomen tollunt, quia partem nominis volunt esse; adverbium tollunt et participium, quia partem verbi esse volunt. remanent ergo quinque, nomen verbum praepositio coniunctio interiectio. alii dicunt novem esse, separantes articulos a pronominibus. alii decem dicunt esse partes orationis, separantes articulos a pronominibus et interiectiones ab adverbiis. nosti enim quod apud Grae-
428, 8 cos similiter interiectiones et adverbia idem sunt. interim Donatus secutus est et ait ‘octo sunt partes orationis’, quod verum est; verum ‘ex his duae sunt partes orationis principales, no|men et verbum’. et re vera non potest stare ipsa elocutio, nisi et nomen habeat et verbum. pone solum pronomen, pone participium, coniunctionem, praepositionem, noli ponere nomen et verbum, et non est plena elocutio. ergo ideo dictae sunt principales partes orationis, quoniam et ipsae faciunt elocutionem, et alia elocutio sine ipsis nulla est. ecce si dicas ‘Cicero cras’, ecce Cicero nomen est, cras adverbium est, et non est plena elocutio, nisi dicas ‘Cicero cras faciet’ aut ‘dicet’. vides ergo quoniam non potest stare elocutio, nisi nomen et verbum sit. puta ‘post tempus’: quid post tempus? post praepositio est, tempus nomen est, et tamen non est plena elocutio. ideo ergo has duas dicit esse partes principales, quoniam sine ipsis nulla potest stare elocutio, sine nomine et verbo. in tantum non potest stare, ut ceterae partes orationis sua nomina non habeant, nisi hinc habeant, ab illis principalibus. tolle nomen, et pronomen nihil est, quoniam fungitur officio nominis. adverbium res est quae iungitur verbo: tolle verbum, et non erit adverbium. participium non potest esse, nisi partem accipiat nominis, partem verbi: tolle istas partes, et non erit participium. praepositiones praeponuntur nomini, coniunctiones verba con|-
iungunt. vides ergo quod nulla alia pars potest habere plenam elocutio-

2 EXPL. DE POSITURIS *C* 3 DE PARTIBUS ORATIONIS *om. ABC*: INCIPIT EXPLANATIO NOMINIS. POMPEI. GRAMMATIC . . (*corr.* POMPEI GRAMMATICI) *A*: incipit de maiore parte orationis | incipit iam tractare de partibus orationis *add. a* 6 quinque esse partes *BC* quinque esse partes orationis a^* quinque esse *A* 16 idem *Cb* eadem *AB* 19 nisi aut nomen habeat aut uerbum *ABC* 25 faciet aut dicet *BCa* facit aut dicit *A* 26 quid post tempus *om. A, add. a* 32 officio *BCa* officium *A* quae adiungitur *a* quae . . iungitur *A* 34 partem accipiat nominis partem uerbi *A* partes accipiat (capiat *C* suscipiat *B*) nominis partesque uerbi *BCa*

nem nec officium, nisi sint istae partes orationis principales iunctae, nomen et verbum.

Octo partes orationis habent Graeci, octo etiam Latini, sed hoc differunt illi: Graeci habent articulum, quem conputant inter partes orationis; nos eum non conputamus inter partes orationis. octo habent partes orationis, nomen pronomen verbum adverbium participium coniunctionem praepositionem articulum. sed articulum nos non conputamus, sed partem pronominis credimus, ut puta hic et quis. dicit hoc in pronomine, 'hic autem' dicit 'non est pronomen, sed est articulus, hic Aeneas huius Aeneae'. nos dicimus, non est articulus, sed pronomen quod fungitur articuli officio. nam hoc interest inter pronomen et articulum, quod pronomen solum ponitur. puta hic huius huic, modo pronomen est; hic Aeneas huius Aeneae, modo non est pronomen, sed est articulus. ergo ecce habes unam partem orationis, quam Graeci conputant, nos [articulum] non conputamus, sed in pronominibus ponimus. item nos habemus unam partem orationis, quam Graeci non conputant, ut est interiectio. heus si dicas Latino, dicit tibi 'interiectio est'; Graeco si dicas, dicit tibi 'adverbium est'. nam quod nos interiectionem habemus, illi non habent interiectionem, sed in adverbio conputant. ergo vides, quo modo locutus est iste qui scripsit artem. non dixit aut Latinos non habere articulos aut Graecos non habere interiectionem, non, sed non conputare. ita enim dixit 'Latini articulos non adnumerant', non dixit 'non habent'. nam et illi funguntur officio interiectionis in adverbio et nos officio articuli in pronomine. 428, 14 534, 17

Multi dicunt duas partes esse orationis, nomen et verbum, multi quinque, ut dicunt Stoici, multi octo, ut dicunt grammatici, multi novem, multi decem, multi undecim. sed scire debetis quod ita dividuntur istae partes. quo modo dividuntur? ita: tres sunt partes orationis quae casibus serviunt, una quae temporibus servit, quattuor quae omnino nec temporibus nec casibus serviunt. tres casibus serviunt istae, nomen pronomen participium: nam et nomen habet casum, hic Aeneas huius Aeneae huic Aeneae, et pronomen, hic huius huic, et participium amans amantis: tres istae casibus serviunt. temporibus una servit, verbum, lego legis legit. reliquae omnes non serviunt nec casibus nec temporibus, ut sunt istae, adverbium coniunctio praepositio interiectio. id circo non nos debet fallere illa elocutio, [iam] et iam saepius hoc tractavimus: plerumque contingit ut nominibus utamur pro adverbiis et iterum adverbiis utamur pro nominibus. nominibus utimur pro adverbiis, si dicas 'torvum clamat' pro 428, 11

9 hic autem dicit non *BCa* hic autem non *A: cf. Serv. in Don. p.* 436, 23 10 fungitur articuli officio *A* fungatur officio articuli *BCa* 14 nos — ponimus *om. B, add. b* 25 multi quinque *Bac* multi dicunt quinque *AC* 26 multi octo ut dicunt grammatici *om. A, add. a* 27 debetis *ABC* debemus *a* 33 *fortasse* lego legi legam 35 coniunctio praepositio *A* praepositio coniunctio *BCa* nos debet *ABc* nobis debet *Cb* 38 torvum] *Verg. Aen.* VII 399

p. 87—89 L.

eo quod est 'torve clamat', 'horrendum resonat' pro eo quod est 'horrende resonat'. ecce nomina ponis pro adverbiis. item adverbia ponis pro nominibus e contrario, si dicas cras mane. dicit Vergilius 'dum mane novum': iam mane non vult esse adverbium, sed nomen: genus enim non accidit adverbio, sed nomini. ex eo quod dixit 'mane novum' ostendit genus: si ostendit genus, fecit nomen. item quo modo dicit Persius 'aliud cras': aliud cras si habet genus, sine dubio nomen est. item quem ad modum dicit Terentius

praeterea
ipso meridie faciam ut stipulas colligat:

ipso meridie, genus posuit, sine dubio nomen est. quid ergo? [ergo nomina quando sunt adverbia, iam incipiunt casus habere]. hoc scito. ergo nomina quando sunt adverbia, incipiunt casus non habere. qua ratione? quia, si nomina modo non pro nominibus posita sunt, sed pro adver|biis, adverbia autem casus non habent, debent etiam illa nomina, quae fungun- tur vicem adverbiorum, casus non habere. item videamus, utrum e contrario hoc ipsum possit fieri, utrum adverbia possint pro nominibus poni. non potest fieri: nomina enim casus recipiunt. nequi tibi dicat 'si aliquotiens fungimur adverbio pro nomine, debemus etiam declinare hoc ipsum adverbium'. non potest. nam nomen quando pro adverbio ponitur, tenet casus; adverbium vero quando transit in nomen, nequaquam potest accipere casum. ne dicas mihi, 'hoc mane: ergo si hoc mane nomen est, debes declinare huius manis huic mani'. non invenimus rationem istam, non potest sequi ut declinetur. tamen legimus apud Plautum declinationem ipsam, 'a primo mani'. unde venit a mani, nisi sit declinatio mane manis mani? mane, unde venit a primo mani, fecit declinationem. sed tamen nos non debemus declinare. qua ratione? vis scire? quoniam *adverbium* penitus non potest declinari, nec ille declinat, qui nomen adsumit. quando dicimus 'torvum clamat', torvum modo adverbium est, et positum est torvum pro torve. numquid licet mihi dicere puta 'torvi clamat', 'torvo clamat', 'a torvo clamat'? non licet, sed | illum unum casum sumo ad usurpationem. si ergo unum casum sumo, quando facio adverbium, et nequeo alios casus adsumere, sic etiam adverbium quando transfero in nomen, non mihi licebit declinare, sed hoc ipsum adverbium pro nomine ponere.

---

3 dum mane] *Verg. georg.* III 325 4 sed nomen *om. A, add. a* enim *om. A, add. a* 6 Persius] *sat.* 5, 68 8 Terentius] *Adelph.* V 3, 61 10 faciam ut stipulas *BCa** faciam . . . . . stipulas *A* 11 quid ergo nomina quando sunt aduerbia iam incipiunt casus non habere qua ratione *BC* 14 quasi nomina *AB* quia nomina *Cb* 16 uicem *AC* uoce *B* uice *b* 17 poni et casus habere *b* 20 ponitur non tenet *B* 24 apud Plautum] *Mostell.* III 2, 80 (767 *R*): *cf. infra p.* 358 *ed. Lind.*

25 nisi sit *Cb* nisi si sit *A* nisi . . sit *B* 26 mane manis *BCa* mane manios *A* a primo mani *BCa** a primo mane *A* 27 adverbium *om. ABC*

p. 89—91 L.

DE NOMINE

Nomen est pars orationis cum casu corpus aut rem proprie communiterve significans: omne nomen, quod est in rerum natura, sine tribus rebus esse non potest: non licet ut casu careat; nequaquam invenitur nomen, ut non sit aut corporale aut incorporale; nequaquam invenitur, ut non sit aut proprium aut appellativum. non potest ergo esse nomen sine istis tribus rebus. istas res trahit ad se naturaliter nomen. da quodvis nomen. Hector totum hoc habet: hic Hector casus est; Hector videtur et tangitur, corporale est; Hector unius nomen est, ergo proprium est. ergo vides quia nullum nomen esse potest sine istis tribus rebus. puta marmor, videtur et tangitur, corporale est; illud marmor est et illud marmor est, appellativum est; hoc marmor nominativus est. ergo non licet inveniri nomen, quod sine istis tribus rebus sit. ideo in ipsa definitione totum tenuit.

Nomen est pars orationis cum casu: plane scire debemus quia qui definit aliquid ita debet definire, ut et ipsam rem exprimat et a ceteris rebus seiungat. neque enim debet illa definitio communis esse cum aliis rebus. quid si ita definias nomen, ut possit puer intellegere quid sit nomen, ut dicas 'nomen est pars orationis cum casu'? et pronomen casum habet. idcirco laborat ut definitionem nominis propriam reddat. ut puta 'nomen est pars orationis cum casu': si hoc solum diceret, pessima esset definitio. quare? quia et pronomen et participium habet casum. ergo dixit primum quod est commune. iam quae secuntur propria nominis sunt, 'corpus aut rem proprie communiterve significans.' omnia nomina aut corpus significant aut rem. corporalia dicuntur nomina quae videntur et tanguntur, incorporalia quae neque videri neque tangi possunt, secundum grammaticos. quid autem dicant philoso|phi de istis rebus, quid ad nos? corporalis dicitur res apud grammaticos quae videri potest et tangi, incorporalis quae nec videri nec tangi potest. praeterea omne nomen aut proprium dicitur aut appellativum. proprium dicitur quod unius est, appellativum quod multorum. ergo omne nomen istas res retinet. vide ergo quo modo et dixit rem communem cum ceteris et dixit rem specialem. legistis hoc in artibus definitionum plenissime expressum: qui dicit definitionem ita debet definire, ut dicat ipsam partem, quae communis est ei cum altera, et dicat specialem, quam propriam habet et quam sola habet. puto et philosophos illam rem definire, 'quid est homo? animal rationale mortale'; et, puto, ridiculum tale aliquid dixerunt. ergo nomen est pars orationis cum casu: nullum nomen potest inveniri sine casu. plane

406, 22
489, 21

---

1 DE NOMINE *A* DEFINIT DE NOMINE *B* DEFINIT NOMEN *Cab* 4 casu *BCa* casibus *A* 18 quid sit nomen *BCa* quod sit pronomen *A* 24 proprie communiterve *om. AC* 28 corporalis *C* corporale *AB* res] RES *A* 29 incorporalis *BC* incorporale *A* potest] possit *Cb*, *om. B et in litura A* 33 in partibus *C* dicit *om. A*, *add. a* 35 sola] solus *ACb* solū *Bc* 36 rationabile *A*

p. 92—94 L.

scire debes quoniam proprie locutus est nullum nomen esse sine casu. ne dicas mihi 'sed sunt aliqua nomina quae casibus careant.' potest fieri ut aliquibus careant, non tamen ut omnibus careant. nam invenitur | nomen, ubi non est in usu nominativus, ut est lateris lateri laterem a latere: nominativo later non dicitur, quamvis apud Probum invenimus hic later: nec Iovis in nominativo similiter, Iovis Iovi Iovem a Iove. inveniuntur nomina, tantum modo ubi tres sunt casus, fas nefas nugas: hoc fas, hoc fas, o fas; hoc nefas, hoc nefas, o nefas; nugas similiter. sunt, ubi duo, hic Iuppiter, o Iuppiter; ubi unus sit tantum, sponte natu tabo dicione. ergo potest fieri ut aliqui casus deesse videantur, non tamen ut omnes desint.

Nomini accidunt sex, qualitas conparatio genus numerus figura casus: multi vituperaverunt in hac re tales definitiones. qui definit illas res debet dicere, quae semper contingunt, aut illas res dicere, quae numquam contingunt. vide nequi tibi faciat quaestionem in hac re et dicat tibi: quare Donatus ita dixit, | nomini accidunt hae res, qualitas conparatio genus numerus figura casus? ita definivit Donatus, nomini accidunt hae res, qualitas conparatio genus numerus figura casus. et Probus adiecit 'sed accidunt etiam accentus.' habemus in Probo accentum etiam nomini accidere; legite artem Probi et invenietis. quaeritur, qui bene definierit. si verum quaeras, et iste peccavit, sed in una re, et ille in alia re. ille in hoc peccavit, quod adiecit. siqui tamen obiciat ei hoc ipsum, potest dicere Probus 'ideo dixi accentum accidere nomini, quia, quem ad modum qualitas semper sequitur nomen, quem ad modum genus semper sequitur nomen, quem ad modum numerus semper sequitur nomen, sic semper accentus sequitur nomen.' non est hoc, male definiit. nam si placebat ei ea dicere, quae semper accidunt, debuit dicere 'accidunt nomini qualitas genus numerus figura casus accentus.' accentum dixit; dicat ergo et litteram: nam num|quid potest esse nomen sine litteris? syllabam: nam numquid potest esse nomen sine syllaba? et hoc debuit dicere, et omnia quae semper accidunt debuit dicere. sed stultissimum est. qua ratione stultissimum est? quoniam illa debemus dicere accidentia, quae specialiter accidunt. litteras autem aut syllabas non videmus accidere specialiter nomini, sed generaliter totae elocutioni. [nomini omnia specialiter accidere volunt, non generaliter: nam litteras semper accidere nomini scimus, syllabas semper accidere scimus.] ergo

---

4 a latere quamuis apud probum inuenimus hic later nominatiuo (-uo *corr.* uū *B*) later non dicit nec *ABC* 5 apud Probum] *cathol. p.* 17, 4 14 quae numquam *Ca* quae nonnumquam *AB* 17 ita definiit *C* ita definit *A*: ita — 18 casus *om. B* 18 Probus] *inst. art. p.* 51, 21 20 inuenietis *BCa* inuenitis *A* 23 ideo dixi *A* ideo dixit *Ba** ideo dix̄ *C* 29 accentum dixit *C* accentus dixit *A* quia accentus (*corr.* -tum) dixit *B* et litteram *b* et littera *ABC* 30 syllabam nam *om. BC* 31 dicere sed et omnia *A* 33 quae specialia *ABC* 34 totae elocutioni *Cab* toti elocutioni *B* tota elocutione *A* 35 nomine *A corr.* -ni *a:* nomini — generaliter *hoc loco omissa in marg. ad* ergo *add. BC*

p. 94—97 L.

non debemus istas partes conputare, quae partes naturales sunt, non, sed illas conputare, quae ex arte descendunt. istae autem naturales non ex arte descendunt. sed Donatus in alia parte male fecit, quod ille non fecit perite. conparationem adnumeravit Donatus in hac divisione: non debuit. propter quam causam? illae enim quinque res bene enumeratae sunt, quia semper accidunt, qualitas genus numerus figura casus: nullum nomen esse potest | sine qualitate, nullum sine genere, nullum sine casu, nullum sine figura, nullum sine numero. istae quinque res semper cohaerent nomini. e contrario inveniuntur nomina quae carent conparatione. doctus facit doctior; Hector non recipit conparationem. numquid facit Hectorior? quin cum sint species nominum appellativorum viginti et septem, non sunt ibi nisi duae, quibus accidunt conparationes, qualitatis et quantitatis. ergo vides quoniam in eo peccavit, quoniam adnumeravit conparationem, rem non numquam accidentem, inter res semper accidentes. illae enim semper accidunt, qualitas genus numerus figura casus; illa non numquam accidit. hoc sciens Probus abstinuit se: inter accidentia semper non dixit illud quod non numquam accidit, non, sed dixit 'nomini accidunt qualitas genus numerus figura casus', et non dat conparationem nomini. siqui tibi dicat 'quare ille conputavit et ille non?' iusta ratione non conputa|vit, sciens non semper accidere nomini conparationem; et quod non semper accidit, non debet poni inter id quod semper accidit. hoc enim semper accidit ei, quinque istae partes, illa non semper. ergo sex partes [orationis] accidunt nomini. videamus singulas.

DE QVALITATE

Qualitas nominum principaliter dividitur in duas partes. omnia enim 490, 37
nomina apud Latinos aut propria sunt aut appellativa. vide quod tibi dico: aliud enim habent Graeci: omnia nomina apud Latinos aut propria sunt aut appellativa. in rerum natura aliam divisionem non habes apud Latinos. quaecumque sunt nomina apud Latinos, si propria non fuerint, appellativa sunt; si item appellativa non fuerint, propria sunt. sed subdivisiones sunt apud nos.

DE SPECIEBVS PROPRIORVM ET APPELLATIVORVM

In proprio nomine quattuor sunt species, in appellativo habemus viginti et septem species. has Graeci rettulerunt ad septem species. habetis diligentissime in Apollonio tractatum de spe|ciebus istis. sed quoniam non

---

1 non sed *BCa*: non *om. A* 9 carent *BCa* careant *A* 11 ibi conparationes nisi duo (duae *bc*) quae accedunt (accidunt *B*) qualitati et quantitati *BCa* ibi conparationes nisi duo qualitates dum accedunt qualitates et quantitates *A* 17 nomini accidunt *B* nomini accedunt *C* nomini accedit *A* 20 sciens non *Ab* sciens enim non *BCa* et quod semper non *ABC* 23 nomini | DE QUALITATE UIDEAMUS SINGULAS | qualitas *A* 27 apud latinos aut propria aut appellatiua sunt uide *BC* apud latinos uide *A* 29 nomina apud latinos si propria *BCa* nomina apud latinos aut propria sunt aut appellatiua . . . . . propria *A* 35 appollonio *AB* appolonio *C*

p. 97—99 L.

possumus rem istam sequi, non dico, illud longe et rationabilius et fortius et verius est, quod ille tractavit in illis speciebus. modo videamus, quem ad modum dicit Donatus 'omne nomen aut proprium est aut appellativum'. si proprium non fuerit, statim appellativum est; si appellativum non fuerit, statim proprium est apud Latinos. sed propria nomina quattuor habent species, praenomen nomen cognomen agnomen; appellativa nomina viginti et septem species habent. videtur quasi durum esse et difficile discere viginti et septem species. ergo sequere rem facilem, sequere has res quattuor propriorum nominum. cum disces has quattuor, non solum has quattuor disces, sed etiam scies quoniam quicquid praeter has quattuor fuerit in illis appellativis est. ergo uno opere utrumque facis, et discis proprii nominis divisionem, et quicquid in istis quattuor partibus non fuerit conputatum, in illis iam scies esse.

429, 2 Quattuor sunt partes proprii nominis. istae sunt quattuor partes, praenomen nomen cognomen agnomen. praenomen dicitur quod in lo|quendo praeponitur. ut puta Publius quando dicimus, praenomen est, si dicas Publius Vergilius. numquid enim potes dicere Vergilius Publius? si dicas Lucius Sallustius. numquid dicis Sallustius Lucius verbi causa? non possumus dicere ita. ergo ideo dicuntur praenomina, quoniam nominibus praeferuntur. dicit rem superfluam: praenomina autem notantur aut de singulis litteris, puta fac P, et significat Publius, fac G, et significat Gaius; aut de duabus litteris, fac G et N, et significat Gnaeus; aut de tribus litteris, fac SEX, et significat Sextus. interim scire debes quia praenomina sunt quae nominibus praeponuntur. nomina dicuntur quae sunt communia familiis: non hominum nomen sed familiae, ut puta Cornelia familia. quotquot enim fuerunt de illa familia, sic appellabantur, Cornelii. ergo Cornelius appellatur nomen, quod est commune familiae, sicut Lentulus Sura. modo in usu aliter putamus: nomen putamus quod est proprium. nomen est autem quod est commune | familiae; quod proprium est unius cuiusque cognomen appellatur. quod autem est commune familiae non appellatur cognomen, sed appellatur nomen. unde apparet hoc ipsum? ex verbis Vergilii: Vergilius hoc verbo utitur, 'nomine avum referens'. ergo et ipse et avus ipsius uno nomine vocabantur. ecce res est communis familiae. e contrario ubi voluit proprium nomen ostendere, ait 'cui Remulo cognomen erat'. ergo quando de uno loquimur, cognomen dicimus; quando de familia loquimur, nomen dicimus. et hoc recessit ab usu penitus. non possumus dicere hodie 'quod

10 scies *Ba* scis *A* scias *Cb* 12 propriam *ABC* 13 putatum *ABC* scies *BCa* scis *A* 18 non possum *BC* 22 et de tribus *ABC* 25 non hominum nomen sed *C et deleto v*, nomen *A* non (nomina *add. sup. lin.*) hominum sed *B* 26 quotquot enim (enim *om. a*) fuerunt de illa familia *BCa*, *om. A* 28 surra *B* 29 quod est commune *BCa:* quod est *om. A* 32 nomine] *Verg. Aen.* XII 348 33 ipsius *om. A*, *add. a* 34 communis *Lindemannus* commune *ABC* 35 cui] *Verg. Aen.* VIII 593 36 quando de familia *BCa* quando familiae *A* 37 hodie *om. A*, *add. a*

tibi cognomen est? ridemur, si hoc dixerimus. tamen secundum artem hoc dicimus, ut nomina dicamus familiae, cognomina dicamus propria nomina. nomen est ergo quod est commune familiae; cognomen est quod est proprium unius cuiusque nomen, ut puta Scipio Servius. agnomen est quod extrinsecus venit. venit autem ab aliqua ratione. puta | nescio qui fortiter fecit, Africam vicit, dictus est Africanus; nares nescio qui maiores habuit, dictus est Nasica; alter maiores habuit suras, dictus est Publius Lentulus Sura. ergo ista trahuntur aut a virtutibus aut a vitiis agnomina.

Et omnino sic definitum est. quid est praenomen? quid est nomen? quid est cognomen? quid est agnomen? sic definierunt maiores nostri, habes in antiquis artibus: praenomen est quod ad dignitatem pertinet. nullus enim servus habet praenomen; non licet, non potest fieri. puta Gaudentius omnino non potest habere praenomen; ergo omnia praenomina dignitatem tenent. omnia cognomina propriam rem tenent; a natura veniunt, id est natus est infans, statim hoc dicitur. omnia agnomina ab actibus veniunt. in puero infantulo non poteris invenire agnomen. qua ratione? quia si agnomen venit a rebus gestis, a causa ipsa, statim autem puer natus non habet res gestas aut causas aliquas, unde possit habere agnomen, ideo hoc in infantulo non potest inveniri. ergo agnomina omnia a rebus veniunt gestis: cognomina quasi naturalia sunt, nobiscum quasi nascuntur; statim enim dantur nobis, quando nati fuerimus: nomina sunt quae sunt communia familiae: | praenomina sunt quae pertinent ad dignitatem, servant enim ingenuitatem. nullus enim servus potest habere hoc. sed non te decipiat ista res nec fallat. plerumque invenimus ista mutata. servus meus volo ut vocetur Lucius; hoc volo, hoc mihi placet. iam Lucius forte mihi erit praenomen. mihi quidem praenomen est, servo autem non est praenomen, sed est cognomen. puta notarium meum volo vocare Africanum. si hoc nomen accepit, quando natus est, modo Africanus quod dicitur, iam non erit agnomen, sed erit cognomen. ille a facto dictus est Africanus, quod vicit Africam, ille autem [quod] statim, quando natus est, hoc appellatus est. vides ergo quoniam ista non secundum naturam sunt, sed secundum lectionem. dicamus illud fortius. nescio qui dat mihi lectionem aliquam, et invenio puta Publius Lucius Sallustius. hoc invenio. interrogat me ᶜdic mihi, quod est cognomen? quia et Publius dicitur Scipio, quoniam praenomen est, et Lucius Scipio,

---

2 ut nomina dicas *ABC* 4 seruius *Cab* seruus *B* ser.... *A* 5 puta fortiter nescio qui fortiter fecit africam uicit *A* puta nescio qui fortiter africam uicit *C* puta forte nescio qui africam uicit *b:* puta fortiter nescio qui maiores habuit *B omissis reliquis, quae add. b* 7 nasica *BC et, ut videtur, A* naso *a* 12 artibus *BC* partibus *A* 17 poteris *ut videtur A* potest *BCa** inuenire *ABC* inueniri *a** 18 quia si] quasi *A* 24 seruant enim ingenuitatem *om. C, add. c* seruantur enim ingenuitati *B* 31 qui statim *B* 36 et Lucius Scipio quoniam praenomen est *om. A, add. a*

p. 101—03 L.

quoniam praenomen est, et Sallustius nomen est, quoniam multi fuerunt Sallustii: dic hoc'. sed istas res non sic iudicamus, quem ad modum naturalia sunt, sed quem ad modum invenimus in lectione. ergo et modo Publius, quoniam nomini praeposui, erit praenomen; Lucius, quoniam et ille Lucius est et ille Lucius est, erit nomen familiae; Sallustius, quoniam hoc ipso proprio vocabulo appellatur, erit cognomen ipsius proprium. verte illud, et potes alium ordinem facere, prout volueris. ergo vides quoniam non semper sic iudicamus. quare hoc dico? solent aliqui homines plerumque esse callidi, et interrogat te aliquis et dicit tibi 'Lucius quale nomen est?' proprium. 'quae pars est proprii nominis?' dicis illi, praenomen. dicit tibi 'falsum est: nam ecce servus meus ita appellatur et non habet praenomen'. vides ergo quoniam ista non secundum naturam sunt, sed prout inventa fuerint, ita dicuntur, ut sit nomen et proprium et familiae illius.

429, 6 Praeterea illud scire debes, non omnem hominem habere ista omnia. nam potest inveniri aliquis qui unum habet, ut servus, ut dixi, Gaudentius: ecce unum habet tantum. apud maiores nostros haec consuetudo fuerat, ut singuli singula haberent nomina. ecce Romulus unum tantum habet: apud veteres nihil legimus amplius, nisi hoc solum. quid? habet iste cognomen tantum, id est proprium nomen. Numa Pompilius: ecce duo sunt. iam iste habet et nomen familiae et suum proprium. Publius Vergilius Maro: ecce tria habet, praenomen nomen cognomen. Publius Cornelius Scipio Africanus: ecce quattuor habet, omnia habet. nequi tibi dicat verbi causa, ecce Vergilius non habet agnomen, quia nihil fecit, ut dignus esset agnomine, quia non habuit vitium, ut inde traheretur. Sallustius e contrario habet agnomen, Publius Sallustius Crispus: dicitur crispos habuisse capillos obtortos et accepit a re nomen. ille, quia nihil habuit, non accepit agnomen. ergo vides quoniam agnomina a rebus veniunt. et plerumque invenimus ista ordine commutato posita, sed istum Vergilium non secundum naturam iam ponimus, sed prout invenerimus. praeterea ne te cogat ut dicas haec omnia in uno quoque, et dicas posse inveniri istas quattuor res in omnibus, sed quoniam non possunt ultra quattuor esse. ergo quoniam didicisti istas quattuor partes, scire debes quia quicquid praeter has res fuerit appellativum est.

Deinde in responsionibus callidi debemus esse. plerumque aut male respondentes faciunt nos facere soloecismum aut male interrogantes. ut puta, siqui dicat Africanus, sic debeo interrogare, sic respondere. 'Africanus quae pars orationis?' et puer dicat 'nomen'. ego interrogo 'quale

---

7 ordinem *om. A, add. a* 10 pars est proprii *A* pars proprii *BCa* 12 ista *om. A, add. a* 15 praeterea illud scire debes *La* praeterea scire debes *AC* praeterea scire debemus *B* 16 inueniri *BCa* inuenire *A* 26 dicitur crispos (*corr.* crispus *a*) habuit capillos *A* 27 obtortos *AB* et tortos *C* *fortasse* et accepit agnomen 30 inuenerimus *Ca* inueniremus *A* inueneremus *B*

p. 103—06 L.

nomen?' debet | ille respondere 'proprium'. debeo interrogare 'quae pars proprii?' et debet ille dicere 'agnomen'. ipse est ordo verus secundum interrogationem. prius est enim ut dicas quod est generale, et postea, ut dicas quod est speciale. ceterum, si te interroget 'Africanus quae pars orationis?' et tu dicas 'agnomen', ab imis coepisti, non mihi dixisti quia nomen est, deinde non mihi dixisti, utrum proprium sit, an appellativum, sed dixisti quod erat imum. ergo sic debes dicere, 'nomen est, est autem proprium, pars autem proprii nominis est agnomen'. sic similiter et reliqua.

Diximus de propriis nominibus. nunc autem videamus species appel- 429, 15
lativorum, quas diximus esse viginti et septem. sunt nomina appellativa, quae appellantur corporalia: corporale quod dicimus sic definitum est, corporale est quod videtur et tangitur, ut terra humus ensis. sunt incorporalia, quae nec videri nec tangi possunt, ut pietas iustitia dignitas.

Sunt primae positionis: primae positionis dicuntur nomina quae a | 17
natura sic sunt facta, ut puta mons, a natura sic est; schola, a natura sic est. ista principalia dicuntur. exinde fiunt derivativa et diminutiva: derivativa, a monte montanus, a fonte fontanus; diminutiva, a monte monticulus, a fonte fonticulus. sed derivatio nominis deductionem habet sine sensu, diminutio sensum diminuit. hoc interest inter derivationem et diminutionem, quod derivatio nomen facit, non aut maius aut minus, sed nomen facit. mons, montanus dictus est. numquid montanus est aut qui maior est aut qui minor est? non, sed nomen habet. e contrario diminutio non solum nomen facit, sed et sensum diminuit, ut puta fons, fonticulus et nomen est et sensus diminutus. haec ipsa diminutio plerumque crescit; non semper, sed plerumque crescit. aliquotiens una diminutio est, aliquotiens duae, aliquotiens tres, quem ad modum potueris invenire. ut puta agnus principale est: fac diminutivum, agnellus; aliud, agnicellus; aliud diminutivum, agnicellulus. potes invenire in infinitum et multas diminu|tiones, quae praecipue aptae sunt lyricis. sed scire debes, ait, quoniam haec ipsa diminutio hac arte facienda est, ut, quando sensus minuitur, crescat numerus syllabarum. puta mons una syllaba est: monticellus crevit, quattuor sunt syllabae: monticellulus quinque sunt syllabae. sed quoniam scimus istas res non posse semper contingere, id-

---

2 ipse est ordo *BCa:* est *om. A* 3 quod est speciale *BCa** quae est speciale *A* 4 caeterum si te interrogat africanus quae pars orationis est et puer dicat nomen — est speciale caeterum si te interroget africanus quae pars orationis est et tu dicas *repetitis iis quae antea scripta erant A* 17 ista *Ca* ita *B*, *om. A* 18 diminutiua a monte monticulus a fonte fonticulus *BCa** diminutiua a fonte fonticulus a monte monticulus *A* 23 minor est *BC:* est *om. A* 27 tres quemadmodum potueris *A* tres lyricis et quemadmodum potueris *BCa:* poteris *coniecit Lindemannus* 30 aptae sunt aliquis *A* (lyricis *eadem manu, ut videtur, superscripto*) aptae sunt lyricis (non *add. b*) nullis non *B* aptae sunt lyricis nullis *C* potest in reliquis *L* 31 quando *A* quanto *BCa*

p. 106—09 L.

circo et ipse moderatus est et ait sic, 'quando sensus minuitur, crescit saepe numerus syllabarum'. non dixit 'semper'. invenimus secundam et tertiam diminutionem; sensum quidem minuit, in isdem tamen syllabis permanet: quot habuit prima positio a natura, tot habent syllabas et diminutiones, licet sensus minuatur. ergo principalia sunt quae a natura fiunt, derivativa quae inde nascuntur, diminutiva quae | etiam sensum minuunt. et de principalibus et de diminutivis est ratio; de derivativis nulla ratio est. idcirco cauti esse debemus, ne male interrogati aut male respondentes soloecismos faciamus. scimus enim aut intentu loquentis aut per usurpationem fieri derivativa. non possum tibi dicere, derivativum ita exit, mons montanus, fons fontanus, ut in nus exeat; non possum tibi istas regulas dicere. invenimus enim varias declinationes, fons fontius fontanus, mons montius montanus. ergo vides quoniam varie invenimus, et fontius et fontanus, et montius et montanus. idcirco in derivationibus sequere praecepta Plinii Secundi. ait enim 'debes quidem adquiescere regulis, sed in derivativis sequere auctoritatem'. vide ne velis aliud di|cere, quam legisti. Alba civitas: alii dicunt Albanus, alii Albensis. quae ratio est? numquid possumus scire, quare sic [quid] invenitur. Caesar quidem in libris analogicis voluit dicere discretionem. ait sic Caesar in libris analogiae, 'duae sunt Albae, alia ista quam novimus in Aricia, et alia hic in Italia. volentes Romani discretionem facere, istos Albanos dixerunt, illos Albenses'. non quoniam nescientes unam derivationem esse hoc fecerunt, Caesar hoc dixit, sed ut facerent discretionem inter colonos, inter illos et istos. Plinius Secundus negat et ait sic, 'indifferenter haec inveniuntur'. nam puta hoc bene dicimus de Alba. quid facimus de Antia? puta si dicas Antia, alter Antiates dicitur, alter Antianus. quo modo possumus invenire istas derivationes? quae ratio est ut ita sint? Siculus et Siciliensis invenimus. quae ratio est? Sardus et Sardiniensis. quamquam in Cicerone in Scauriana invenimus istam discretionem de Sardis et Sardiniensibus, ut illos incolas, illos advenas doceat. sed tamen melius est ut sequa|ris praeceptum tanti viri, Plinii Secundi. nam ecce puta verbi causa in uno invenisti; in illo alio quid facies, cum

---

1 quando *A* quanto *BCa* 3 sensum (*corr.* sensu *B*) quidem minui *ABC* 9 faciamus *a*b* faciemus *BA*(?) facientes *C* loquentis *A* loquentes *B*, *corr.* -is *C* 11 mons montanus ut in nus (us *BC*) exeat fons fontanus non *ABC* 12 fons fontius *BCa* font..us (fonticus?) *A* 13 mons montius *BCa:* montius *om. A* 15 plinii *C* plenii *AB* 17 albanus alii *A* albanus est alii *BCa* 18 possum dicere *corr.* possum scire *B* quid inuenitur caesar quidem in libris *in litura a* quid inuenitur quidem (quidem *corr.* quidam *in litura b*) caesar in libris *BC* 20 albae *BC* aluae *A* in aricia *A* in arcia *BC*. Aricia *ex* Marsia *corruptum*, Italia *autem inepte pro* Latio *substitutum a Pompeio coniecit Nipperdeius in Caes. fragm. p.* 754: *cf. Charis. p.* 81, *Varr. de l. l.* VIII 35 *p.* 418 *Sp.* 22 illos albenses *BCa* illos aluensis *A* diriuationem esse *A* esse diriuationem *BCa* 24 plinius *C* plenius *A corr.* plinius *B* 25 alba *BCa* alia *A* 30 et sardiniensibus *AB* et de sardiniensibus *Ca* 31 plinii *C* pleni *A corr.* plinii *B*

p. 109—11 L.

inveneris diversam declinationem derivativorum? sequamur ergo auctoritatem, non regulas derivativorum. nomina derivativa fere ita exeunt, in us frequenter penitus, tabula macula fabula vinculum monticulus scholasticulus fonticulus: crebro sic exeunt; ideo ergo et notum est. sed tamen scire debes esse aliqua nomina quae sic exeunt, quem ad modum exeunt etiam diminutiva, nec tamen diminutiva sunt. si dicas fonticulus, quare? quia est fons. si dicas monticulus, quare? quia est mons. e contrario quando dicimus tabula *fabula*, quo modo possumus dicere diminutionem esse, dum nemo dicit tabul fabul? ergo ista quid dicemus? sono quidem diminutiva, intellectu principalia.

Sunt item nomina tota graeca, tota latina, [penitus] media. tota 429, 6
graeca sunt quae penitus graece declinantur, tota latina quae penitus latine declinantur, media sunt quae ex parte | graeca sunt, ex parte latina sunt. tota graeca sunt Themisto Calypso. et accipe regulam, penitus quam sequaris. omnia nomina, quae o terminantur apud Graecos, tota graeca sunt: feminina enim sunt, et non est aliter quem ad modum dicantur latine, nisi sic quem ad modum dicta sunt et graece. Themisto dicit Graecus, et Latinus Themisto dicit; Calypso dicit Graecus, et Latinus ita dicit. hoc est nomen totum graecum. totum latinum est quod latine penitus declinatur, aliter non potest. Graecus dicit Odysseus, Latinus dicit Vlixes: ergo Vlixes totum latinum est. Polydeuces dicit Graecus, Latinus Pollux: ergo Pollux totum latinum est. nothum est quod ultima syllaba corrumpitur et prioribus commune est, puta Achilleys et Achilles; ecce ultima syllaba corrumpitur, ceterum priores manent: ut puta Memnon et Memno; ultima syllaba corrupta est et priores manent. haec ita dicuntur, quae notha sunt et graeca. sed scire debemus quia et illa quae sunt graeca quavis regula declinantur, sive graeca sive latina. licet mihi dicere haec Dido huius Didoys huic Didoe hanc Dido o Dido, et | licet mihi dicere [et latine] haec Dido huius Didonis huic Didoni et reliqua. ergo et graece declinamus et latine nomen totum graecum. item [totum] nothum et graece declinamus et latine, Memnon Memnonos Memnoni Memnona; et latine possum declinare Memno Memnonis Memnoni. nam producitur i: legimus

2 nomina deriuatiua *BCa* nomina deriuatiuorum *A. fortasse* nomina diminutiva fere ita exeunt, in lus frequenter penitus, monticulus scholasticulus fonticulus: crebro sic exeunt nomina diminutiva; ideo ergo et notum est. *nam quae interposita sunt,* tabula macula fabula vinculum, *ad regulam Donati de quasi diminutivis pertinent* ita exeunt *BCa* ita sunt *A* (?) 4 crebra sic exeunt *A* crebro nomina sic exeunt *C* crebra nomina sic exeunt *Ba* 6 si dicas *A* si dicamus *BCa* 7 si dicas *A* si dicamus *BCa* 8 fabula *om. ABC* 9 nemo dicat *AB* ista dicimus quid *AB* 12 tota latina quae penitus latine declinantur *om. A, add. a* 19 latinum est *BCa*: est *om. A* 20 graece dicit odyseus latine dicit olixes (ulixes *a*) *A* graece dicitur odyseus (odisseus *B*) latine dicitur olixes (olyxes *C*) *BC* 21 ergo ulixes *a* ergo olixes *AB* ergo olyxes *C* 22 latinum est nothum *BCa*: est *om. A* 25 *fortasse* haec autem dicuntur notha, quia sunt et graeca et latina 26 quia illa *BC* quauis *a* quamuis *ABC* 28 huius didoys *Ca** huius didois *B* huius didonis *A* (?) 28 dicere et latine *A* et latine dicere *BCa* 32 *fortasse* legimus in Plauto Creoni: Creon dicimus Graece: *cf. Plaut. Amph.* I 1, 39 regique Thebano Creoni regnum sta-

p. 111—13 L.

in Plauto. Creon dicimus graece, Creontos Creonti currit; latine dicimus Creo Creonis. ergo tam latina sunt notha quam graeca, utraque regula declinamus. latina tota nomina latina regula tantum declinamus; non potest fieri ut graece declinetur *latinum* nomen: graecum nomen et graece potest declinari et latine; latinum nomen non potest fieri aliter quin latine declines. haec autem quae media sunt appellantur notha, quasi corrupta, quem ad modum nothus dicitur quisquis nascitur de nobili et ignobili.

429, 36 Sunt quae appellantur synonyma et homonyma. inter synonyma et homonyma hoc interest, quod synonyma sunt multa verba et habent unam significationem, ut terra humus solum: idem est terra quod humus, idem humus quod solum: ensis mucro gladius. ista synonyma dicuntur. | homonyma sunt e contrario quae unum nomen habent et plurimas res significant, ut si dicas nepos; nepos dicitur et filius filii et prodigus: palma, palma dicitur et arbor et quod datur victoribus; palma dicitur et manus, ut est 'duplicis tendens ad sidera palmas'. ergo illa synonyma sunt, quae multa sunt et unam rem significant; et ista *homonyma sunt, quae* singula sunt et plurima significant.

429, 38 Sunt patronymica: patronymica dicuntur proprie quae trahuntur a patribus. haec autem, quae trahuntur a patribus, possumus dicere et a matribus et ab avis et a maioribus. habemus exempla horum, sed in neotericis; in antiquis non invenimus. habes a matre 'Philyrides Chiron', habes a patre Agamemnonides, habes ab avo Aeacides, habes a maioribus 'Dardanides Aeneas'. ergo ista sunt patronymica. sed proprie patronymicon est quod a patre ducitur, catachresticos iam omnia. haec autem si graeca fuerint: patronymica ista in tres regulas exire debent; si masculina fuerint, in tres regulas exeunt; si feminina, in tres regulas exeunt. masculina in istas tres regulas exeunt, in des, puta Atrides; in ius, ut Atreius; aut in on, ut Nereon, aut in ion, ut Atrion. [sed masculina patronymica si fuerint, in tres regulas exeunt, aut in des aut in ius aut in ion.] sed in des et in ius communes nobis sunt. in on vel in ion non transit in latinum sermonem. non possum dicere 'Orestes Atrion', sed si transferam ad latinum sermonem, aut in des exit aut in ius. illud in on non potes tollere, remansit apud Graecos. feminina

---

bilivit suum. *sed praeterea latinus accusativus* Memnonem *excidisse videtur* 1 currit et latine *C* 3 latina tota — declinamus *om. B, add. b* 4 declinetur nomen graecum et graece *A* declinetur graecum nomen et graece *BCa* 10 et unam habent significationem *BC* 13 unum nomen *a** unam rem *ABC* plurimas res *Ba** plurima tres *A* (?) plurimas *C* 14 nepos *et* palma *semel scripta habet A, corr. a* 16 ut est duplicis *C* ut est duplecis *A* ut est et duplices *Ba*: *Verg. Aen.* I 93 17 et (et *add. a* in litura*) singula sunt et *ABC* 19 sunt patronomica *A* sunt etiam patronomica *BCa* proprie quae trahuntur *BCa* propria et trahuntur *A* 22 philyrides chiron modicus cabelorum habes a patre *C: Verg. georg.* III 550 28 masculina in istas tres regulas exeunt *om. A, add. a* 29 aut in on ut nereon aut in ion ut atrion *BCa** aut in on ut inion ut atrion *A* 34 illud *BCa* aut illud *A* non potes *Lindemannus* non potest *ABC*

p. 113—16 L.

autem in tres regulas exeunt, et omnes istae regulae femininae veniunt ad latinitatem: in is, ut Atreis; in ias, ut Atreias; in ne, ut Atrine, unde 'Nerine Galatea' invenimus. ecce istae tres regulae femininae communes sunt et Latinis et Graecis; illae masculinae regulae, quae | sunt tres, duae ad nos veniunt, et una remanet apud Graecos. sed etiam de istis duabus est aliqua differentia, quod illud quod in des exit semper patronymicon est, illud quod in ius exit et patronymicon est et cteticon, id est possessivum. si dicam Atrides, non possum intellegere nisi de filio eius; si autem dicam Atreius, ambiguum est, utrum de filio aut de gladio Atrei dicam. ergo hoc interest, quod illa nomina in des tantum mittunt, et dico 'Atrides Orestes'; Atreius vero utrumque dico, et 'Atreius Orestes' et 'Atreius gladius'.

Sunt etiam nomina quae appellantur adiectiva, quae adiciuntur aliis 430, 12
rebus, ut si dicas fortis et magnus. hoc quod dicimus fortis magnus per se notum est quidem, sed plenum non erit nisi accedente persona, magnus vir, fortis exercitus. ergo adiectiva sunt illa quae accedunt ad aliquam rem et per se quidem habent sensum, sed plenum sumunt coniunctis et accedentibus personis: ut si dicas magnus, per se intellegimus, quid est magnus; sed non | habet plenum sensum, nisi personae coniungantur, ut si dicas magnus vir, magnus exercitus, magnus gladius. similiter fortis et alia. ista adiectiva dicuntur latine, graece epitheta appellantur.

Sunt alia quae appellantur qualitatis: qualis est ille? bonus, malus. 430, 14
novimus qualitatem a tribus rebus ordinari, ab animo, a corpore, extrinsecus: ab animo, doctus stultus; a corpore, niger candidus; extrinsecus, fortunatus dives. sunt quantitatis nomina, magnus parvus; si dicas magnus vir, parvus vir. et haec res a mensura deducitur, proprie si hoc dicas, 'quantitatis': proprie hoc a mensura trahitur: si autem catachresticos, etiam qualitati datur mensura. legimus enim 'magnanime Aenea', cum magnus non possit esse nisi in mensura. animi autem mensuram nemo potest scire. quo modo ergo dixit magnanime? sed abusive est; hoc poetice fecit, sicut et Graeci dicunt *μεγάθυμοι Ἀχαιοί*, | et ex auctoritate descendit: graeca est ratio. sed non pertinet ad nos: philosophorum est. ista ergo sunt, quae qualitatis sunt et quantitatis.

Sunt gentis, Graecus de Graecia, Hispanus de Hispania. in istis no- 430, 18
minibus provinciarum invenimus in regulis nescio qua ratione derivata.

---

1 autem *om. A, add. a* istae regulae *Ba:* regulae *om. AC* 3 nerine *BC* nirine *A: Verg. bucol.* 7, 37 galathea *ABC* istae tres regulae femininae communes sunt *B* istae tres femininae communes sunt regulae *AC* 7 et teticon *B* et theticum *AC* id est et possessiuum *A* 9 dicas ergo *ABC* 16 sed plenum *BCa* sed non plenum *A* 17 quid est *AB* quidem *C* 18 coniungantur *BCa* coniungatur *A* 24 magnus paruus *B* paruus magnus *AC* 26 quantitatis proprie hoc a mensura *BCa* quantitas proprie a mensura *A* 27 qualitati datur mensura *BCa* qualitatis mensura *A* magnanime] *Verg. Aen.* V 17 28 animi *a** animae *ABC* 30 magathumyoe achaoe *A* megathu myoe (mioe *B*) achoe *BC* 31 philosophorum ita ergo *A* 34 diriuat. *A* diriuatorum *Ca* diriuatinorum *B*. nescio quam rationem, derivata quare ita fecerint *coniecit Lindemannus*

p. 116—18 L.

qua re ita fecerunt? apud omnes constat, qui scripserunt de regulis, quia debet nomen hoc provincialium minus esse syllabis a nomine provinciae. puta Afer duae syllabae sunt, Africa tres sunt; Italus tres syllabae sunt, Italia quattuor sunt; Gallus *duae syllabae sunt, Gallia tres sunt*. contrarium est ut nomen derivativum minus sit syllabis a principali. sed dicis hoc, quia derivatio est ab auctore. nam hoc quod ita dicitur ego dico derivativum esse ab ipso auctore. nam non de nomine provinciae appellatur homo, sed ipsa provincia de nomine hominis appellatur, ut videatur esse derivatio. ergo ista sunt gentis nomina. accedit etiam patriae, ut si dicas Romanus Thebanus. accedit etiam numeri, ut puta quinque decem octo: nomina sunt numerorum. accedit etiam ordinis, quintus decimus.

430, 19 Sunt alia quae dicuntur ad aliquid, quae ad personam referuntur et per se intellectum non habent, ut si dicas filius; non potest filius esse, nisi patrem habeat; pater non potest esse, nisi filium habeat. ista ad aliquid sunt. quid ergo interest inter ad aliquid et inter adiectivum? adiectivum non potest per se plenum habere sensum. si dicas clarus, quid clarus? scis quidem hoc ipsum, quid sit clarus, id est splendidus, sed non est tamen plenus sensus, nisi adieceris, clarus vir. quid ergo interest inter hoc quod appellatur ad aliquid et illud quod appellatur adiectivum? quid interest? quod illic est quidem sensus, sed adhuc eget ut conpleatur; hic non nascitur sensus sine alia persona. aliud est esse aliquid, sed superesse ut conpleatur, aliud est penitus non esse nec nasci posse, nisi acceperit aliam personam. ecce clarus est sensus et non est | plenus, et tamen tu nosti, quid sit clarus. e contrario pater non potest esse, nisi habeat filium. ergo hoc interest, quod illic minus est quiddam, hic nihil est, nisi accedat alia persona. est etiam aliud quod appellatur 'ut ad aliquid qualiter se habet'. hoc 'ut ad aliquid qualiter se habet' contrarietatem significat tantum, nihil aliud: puta vivus mortuus: quid tam contrarium vivo, quam mortuus? niger candidus, dies nox. ista dicuntur 'ut ad aliquid qualiter se habentia'.

430, 23 Sunt generalia: generalia dicuntur quae multa in se significant, ut animal. potest animal esse et homo, animal esse et caballus, animal esse et burdo. est item speciale: speciale dicitur quod partem retinet: ut puta pars animalis est homo; ergo homo speciale nomen est: pars animalis est corvus; ergo corvus speciale nomen est. namque istae species collectae generale nomen faciunt. hoc enim interest, quod generale nomen facit de se species; speciale nomen a genere descendit, aliunde venit.

4 duae syllabae sunt Gallia tres sunt *om. ABC* 6 ego dico *Cb* ergo dico *B* dico *a*, om. A* 7 ab ipso *Cb* ab ipsius *AB* 12 sunt alia ad aliquid quae dicuntur ad aliquid *A* 15 quid ergo interest inter ad aliquid *Ba* quid ergo interest inter aliquid *C* quid ergo est inter aliquid *A* 19 appellatur ad aliquid *BCa* appellatur aliquid *A* 24 et tamen tu nosti quid sit clarus *om. A, add. a* 27 habeat *corr.* habet *priore loco C*: *fortasse* ut ad aliquid qualiter se habens 30 ut *om. C* qualiter se habentia generalia sunt *in litura a* 31 *fortasse* multa in se continent, hoc est multa significant

p. 118–21 L.

Est etiam verbiale nomen: verbiale dicitur | nomen quod de verbo 430, 26
nascitur et in tor semper exit. dicimus iam istam regulam. quo modo fit hoc nomen? ita: de gerundi modi *ultimo tempore* ultimam syllabam [futuri] in or vertis et facis nomen. legendi legendo legendum lectum lectu: verte istam ultimam syllabam in or, et facis lector: scriptu, verte ultimam in or, scriptor: auditu, auditor: lectu, lector. et sic fiunt ista nomina. idcirco etiam sarciendi sarciendo sarciendum sartum sartu: converte istam ultimam in or, et quid facit? sartor facit. saepe enim hinc sibi faciunt quaestionem et dubitant frequentissime, quid debeant dicere. utrum sarsor dicimus aut sarcinator aut sartor? non potest fieri nisi ut faciat sartor. ultimum enim tempus gerundi modi sartu facit: converte in or, et facit sartor. numquid potes invenire aliquam contrarietatem? inde illa quaestio solvitur, quae in dubitatione est. cano et canto: faciunt sibi stultam quaestionem, cum verba diversa sint. nam ab eo quod est cano et canto diversi sunt gerundi modi. fac gerundi modi ab eo quod est cano. canendi canendo canendum cantum cantu: cantor facit. ab eo quod est canto cantas fac gerundi | modi. cantandi cantando cantandum cantatum cantatu: cantator. et non est contrarium.

Est etiam nomen participii simile. participii simile nomen est quod 430, 29
sic sonat quasi participium, nomen est tamen, ut potens. ecce non sic est potens, quem ad modum legens? et tamen apparet, quando participium sit, quando nomen. nomen est, si recipiat conparationem, potens potentior potentissimus. si participium fuerit, non recipit conparationem; nemo dicit legentior legentissimus. hoc noluit adicere Donatus, quod est utile satis: sunt aliqua nomina penitus [nomina], sono participia; sunt aliqua participia penitus; sunt aliqua media. ecce potens tantum modo nomen est nec potest esse participium, sed nomen est tantum. quare? quia recipit conparationem, potens potentior potentissimus. nec potest esse participium. quare? quia non venit a verbo. si enim a verbo veniret, esset participium. ergo si a verbo non habet originem et conparationem habet, apertissime nomen est. ecce vides quem ad modum nomen est. e contrario participium est legens. quare? quoniam ab eo quod est lego inde est legens et conparationem non recipit: nemo dicit legentior legentissimus. | ergo si a verbo venit et non recipit conparationem, participium est. est aliquod medium, ut est amans. quando dicimus amans, potest et a verbo esse, amo amas amat; ecce a verbo venit: potest et recipere conparationem, amans amantior amantissimus. quid ergo facimus? quem ad modum discernimus, quando est nomen, quando partici-

---

3 ita de gerundi modi ultimam syllabam ..... (futuri *in litura a*) in or uertis et facis futuri (futuri *delevit a*) nomen *A* ita gerendi modi ultimam syllabam futuri in or uertis et facis nomen futurum *B* ita de gerundi modi (*corr.* modo) ultimam syllabam futuri in or uertis et facis nomen *C* 10 non potest fieri nisi ut faciat sartor *om. A, add. a* 11 sartu faciunt *ABC* 12 potest *A* 22 sit *om. A* 24 dicit legens legentior *AB* 35 ut est] quod est *A*

p. 121—23 L.

pium? quo modo discernimus? casibus: si accusativus fuerit, erit participium; si genetivus, erit nomen. ecce habes discretionem ambiguitatis ipsius. si dixeris 'amans illum hoc feci', participium est modo; si dixeris 'amans illius hoc feci', nomen est. unde hoc apparet? da simile, et invenies sic; quem ad modum si dicas 'scribens illum hoc feci', si dicas 'amans illum hoc feci', numquid possum dicere 'amans illius hoc feci'? ecce unde apparet quia participium est. quia et participium accusativum habet casum, legens illum: ecce modo participium est. e contrario legens illius nomen est. quare? quia genetivus est casus. sic est ac si dicas 'cultor illius feci', 'doctor illius feci'. et cultor illius et doctor illius genetivus est casus. ergo quando iungitur genetivo casui, erit nomen; quando iungitur accusativo, erit participium.

430, 32 Superest nomen quod verbo simile est, ut | est contemplor contemplaris contemplatur: *modo imperativo* tempore futuro contemplator. sed tamen et nomen potest esse, hic contemplator huius contemplatoris huic contemplatori. aliquotiens ergo sine dubio nomen est, aliquotiens verbum. quid ergo interest, quando sit verbum, quando nomen? verbum si fuerit, tempus habet; nomen si fuerit, casum habet. si dicam 'contemplator illum', hoc est 'adtende illum', tempus est sine dubio: verbum est ergo. si dicam 'contemplator quidam' ac si dicam 'scriptor quidam', erit nominativus: casum ergo habet, erit ergo nomen.

Collige ergo istas species viginti et septem. sunt nomina quae appellantur corporalia, sunt quae incorporalia, sunt primae positionis, sunt derivativa, sunt diminutiva, sunt sono diminutiva, sunt tota graeca, sunt tota latina, sunt notha, sunt synonyma, sunt homonyma, sunt patronymica, sunt ctetica, id est possessiva, sunt adiectiva, sunt qualitatis, sunt quantitatis, sunt gentis, sunt patriae, sunt numeri, sunt ordinis, sunt ad aliquid quali|ter se habentia, sunt generalia, sunt specialia, sunt verbialia, sunt participiis similia, sunt et verbis similia. istae sunt viginti et septem species. sed quicquid fuerit de istis viginti et septem, scire debes quia appellativum est. finita qualitate transit ad conparationem.

DE CONPARATIONE

491, 7 Conparatio nominum ita definita est, conparatio est elocutio quae ex alterius collatione alterum praefert. ita definierunt antiqui. nam quando dico doctior, non potest unius esse; doctissimus, conparatione multorum ille doctissimus. ergo ita definitum est. conparatio autem aut auget ali-

---

4 *fortasse* invenies sic 'scribens illum hoc feci', quem ad modum si dicas 'amans illum hoc feci', numquid possum dicere 'scribens illius hoc feci', quem ad modum si dicas 'amans illius hoc feci?' — e contrario 'amans illius nomen est 14 modo imperativo *om. ABC* 19 *fortasse* tempus est, sine dubio ergo verbum est. si dicam 22 ergo uiginti septem sunt nomina quae appellantur appellatiua sunt corporalia *C* 26 thetica *ABC* 27 sunt ordinis sunt ad aliquid *Ca* sunt ordinis sunt ad aliquid dicta *Ba** sunt ordinis sunt aliquid *A*

p. 123—26 L.

quid aut minuit, et hoc ipsum quod minuit ad sensum auget, ceterum ad sonum minuit. ut puta doctus doctior doctissimus: ecce hic auxit. et item stultus stultior stultissimus, minuit quasi, sed tamen re vera auxit. et si dicas pauper pauperior [qui satis | minus habet] pauperrimus, minuit quidem, sed tamen auxit. e contrario plane quod hic non habes, hoc scire debes, hoc non dixit Donatus, quod verum est. et iam lectum est hoc male; tamen servare debemus. quid enim nobis obest, cum sciamus, quid debeamus cavere? omnia verba, quae naturaliter per se plena sunt, non debent accipere conparationem. nam incipiunt esse non plena. si enim das conparationem, non sunt plena. perfectus qui dicitur, nisi cui nihil deest? si acceperit conparationem, perfectior perfectissimus, male dicimus. qua ratione? quia, si dixeris 'iste perfectus est, iste perfectior est', dum incipit iste esse perfectior, ille iam perfectus non erit; si iste perfectissimus, ille perfectior non erit. habes hoc in antiquo tractatu. debes ergo verba ea, quae naturaliter per se plena sunt, non subicere conparationi, ne, dum vis aliquid augere, corrumpas illam rationem naturalem. |

Quaesitum est de ipsis gradibus, quot essent gradus. multi dixerunt 407, 9
tres, multi quattuor. qui dicunt tres, ita dicunt, positivus est doctus, conparativus est doctior, superlativus est doctissimus. qui dicunt quattuor, ita dicunt, positivus est doctus, conparativus est tam doctus, praelativus est doctior, superlativus est doctissimus. unde ista nata est ambiguitas? videamus, quae res potior est. nata est ambiguitas ex hac re: illi qui dicunt quattuor esse gradus hoc dicunt, non potest fieri ut doctior sit conparativus. qua ratione? quia, si conparativus esset, conpararet potius, non praeferret. ideo enim dicitur conparatio, ab eo quod conparet. quando dicimus doctior, non est conparatio, sed praelatio. nam quando dico 'doctior iste ab isto', non videor conparare, sed praeferre sensum. quo modo ergo debemus dicere doctior praelativum esse? [quia habet sensum praelativi] quia habet sensum praeferentis et plus aliquid dantis. ideo ergo dicunt non esse | conparativum, ut sit positivus doctus, ut non sit conparativus doctior, sed praelativus. et qui erit conparativus? iste positivus cum tam, ut sit positivus doctus, conparativus tam doctus. nam quando dico 'tam doctus hic quam ille', non videor alterum alteri praeferre, sed quasi utrumque conparare, ut sit conparativus tam doctus, ille qui plus novit appelletur doctissimus. hoc quidem dixi, sed non est verum. tam bona ratio, tam firma tamen vera non est. unde probas quoniam vera non est? positivus est doctus, conparativus est tam doctus.

---

4 qui satis minus (minuit *corr.* minus *B*) habet *ad explicandum comparativum* pauperior *adscripta esse videntur* 6 hic non dixit Donatus quod verum est. etiamsi lectum est *Klussmannus Philol. v.* XII (*a.* 1857) p. 591 12 quia si] quasi si *A* 13 non erit si esse perfectissimus *A B C* 28 doctior est iste *C* uideo *C* 29 praelatiuum esse qui habet sensum (praelatini qui habet sensum *add. a*) praeferentis *A*

p. 126—28 L.

primo hoc ipsum tam quale adverbium est? adverbium conparativi gradus. quo modo dicis? quoniam conparationem facit ex aequalitate, hoc ipsum tam conparativum est, id est conparativi iam gradus est. unde apparet quia conparativus est. animadverte ergo, et videbis, quem ad modum non est verum. dic mihi, utrum possum dicere tam doctior? numquid possum dicere? non licet, soloecismus est. quare? quoniam tam hoc est, quod est doctior. ideo non dico tam doctior, ne videar dicere doctior doctior; ideo non dico tam doctissimus, ne videar dicere doctissimus doctissimus. tam enim vim habet conparandi. ergo si hoc ipsum tam vim habet conparandi, quotienscumque iungitur positivo, tale est tam doctus, quale si dicas doctior. quare? quia hoc ipsum tam doctior significat. unde apparet quoniam non est verum quod dicunt. deinde est alia ratio validior, quae solvat istam quaestionem. quia diximus conparationem esse elocutionem quae ex alterius conlatione alterum praefert, quando dicimus 'tam doctus est hic quam ille', quo modo potes mihi dicere 'hic tam doctus est quam ille', cum non praetuleris illum? quem ad modum est conparatio? nam si ambo effectum habent, et neuter praelatus est, non est conparatio. conparatio autem hanc habet naturam, ut alterum alteri praeferat. unde apparet quoniam illud falsum est. remansit ergo ut tres sint gradus, positivus conparativus superlativus.

407, 14 Plane iste positivus omnia recipit genera, et masculinum, doctus, et femininum, docta, et neutrum, doctum, et commune, docilis, et trium generum, amans. positivi sunt omnes quos dixi. conparativus duo recipit genera, neutrum et commune, doctius doctior. superlativus tria re-
491, 18 cipit genera, masculinum femininum neutrum, nec amplius penitus. item est aliud. in positivo multae sunt regulae, aliquando in us, ut doctus, | aliquando in a, ut docta, aliquando in um, ut doctum, aliquando in is, ut docilis, aliquando in ans, ut amans, aliquando in er, ut pulcher: variae sunt regulae, sunt autem XIII. conparativus tantum duas recipit regulas, in or et in us. superlativus tres habet, simus sima simum. quare istas regulas dixi? quoniam incidere habent aliqua nomina quae sint contra istas regulas. scire debes quoniam anomala et deficiunt et inaequalia sunt.
430, 36 conparativus gradus generis est semper communis, doctior, excepto uno, ut ait Probus, senior. nam senex dicimus, senior non possumus dicere de femina. tamen invenimus lectum apud antiquos, non idoneos tamen.

---

7 dicere doctior doctior ideo *BCa* dicere doctior ideo *A* 8 dicere doctissimus .... (doctissimus tam enim *add. a*) uim habet conparandi *A* 9 ergo si — conparandi *om. A, add. a* 13 qua (quae *corr.* qua *A* quam *C*) diximus esse conparationem id est locutionem *ABC* 15 potest *ABC* 19 unde apparet qnoniam non est uerum quod dicunt deinde est — alteri praeferat unde apparet quoniam illud falsum est *repetitis iis quae antea scripta erant A* 30 in or et in us *A* in or et in ius *BCa fortasse* ior et ius 34 probi *C*: *Prob. instit. art. p.* 61, 3 35 tamen nos hoc seruare *Cb* tamen non seruare *B* tamen nam seruare *A*

nos hoc servare debemus, ut senior dicamus in masculo, in femina dicamus *magis* anus.

Quae nomina conparationem recipiunt? ait ea quae sunt qualitatis et quantitatis, ut diximus, a quattuor rebus trahuntur, ab animo, a | corpore, extrinsecus, a mensura. ista sunt nomina quae conparationem recipiunt, nulla alia: ab animo quae veniunt, doctus stultus, doctior doctissimus, stultior stultissimus; a corpore, pulcher candidus, pulchrior pulcherrimus, candidior candidissimus; extrinsecus, id est a fortuna, pauper dives, pauperior pauperrimus, divitior divitissimus; a mensura longus latus, longior longissimus, latior latissimus. quia dixit divitior divitissimus, ne putes male esse dictum, scire debes ista aliter declinari, quando dicimus dives divitior divitissimus. si erit principale dis, ut legistis in Terentio 'dis pol esses Demea', dis ditior ditissimus. ergo vides, quae nomina conparantur: quae sunt qualitatis et quantitatis. ea autem, quae non sunt qualitatis et quantitatis, non recipiunt conparationem. ne te de|cipiant illa Plautina et Afraniana verba, ipsissimus; ioco comico hoc dixit. est etiam apud Graecos αὐτότατος tale. comica sunt ista et ad artem non pertinent. ergo non recipiunt conparationem nisi ea quae sunt qualitatis et quantitatis. diximus iam hoc saepius. illud nomen, quod in dubitationem venit, Latinus Latinior Latinissimus quaeritur utrum dicamus. si a gente volueris, non dicis, id est si a gente dictus est Latinus, quem ad modum Italus. numquid possum dicere Italior Italissimus? quem ad modum Afer: numquid possum dicere Afrior Aferrimus? quem ad modum Gallus: numquid dico Gallior Gallissimus? sic * Latinissimus. si autem ad elocutionem *respicit*, recipit conparationem. puta si dicas 'quo modo loquitur?' et dicam latine, recipit conparationem. quare? quia incipit esse qualitatis ab animo [quo modo loquitur? latine]. tamen hoc ipsum propter ambiguitatem vitandum est, ne cadamus in calumniam: latinior non debemus dicere, quamquam de elocu|tione dicamus et possemus dicere; tamen debemus vitare propter calumniam, quamvis nos defendimus. etiam Cicero vitavit in sexta Verrinarum, 'cum dico Verrem

407, 19
491, 33

---

1 in femina dicamus anus *B* in femina anus *AC: cf. Cledon. p.* 1894. 1895 3 ait ea *in litura A. fortasse plenior Servii vel Donati definitio excidit. ut scribendum sit*, ait ita, non omnia recipiunt conparationem, sed ea quae sunt qualitatis et quantitatis. ea autem quae sunt qualitatis et quantitatis, ut diximus *etc.* 9 pauperrimus *AC* pauperrissimus *B* pauperrimus uel pauperrissimus *a** dines diuitior diuitissimus *AB* 10 quia dixit divitior *referri potest ad ea quae sunt apud Serg. p.* 492, 1 dives ditior vel divitior, *nisi potius grammaticus scripsit* quod dixi divitior 11 non putes *ABC* quando dicimus dines *BCa** quando dines *A* (?): *fortasse* quando dicimus dives, facit dives divitior 12 si erit *A* non erit *BC* in Terentio] *Adelph.* V 1, 8 dis quidem esses, Demea, ac tuam rem constabilisses 13 dis pol esses (*corr.* esis *b*) demea *B* dis pollesis demeā *C* dis pol esses demeacuam quaerere *A* 15 non sunt qualitatis aut quantitatis *C* 16 affraniana *AC* 19 qualitatis aut quantitatis *C* 20 in dubitatione *AB* 23 afrior afrissimus *BC* 25 respicit *om. ABC* 29 dicamus et possemus *BCa* non dicamus et possumus *A* 30 defendimus *AB* defendamus *Cb* 31 uitauit *Heusingerus in Mall. Theod. p.* 68 uetauit *ABC* 31 uarrinarum *C: in Verr. act. sec.* IIII 1, 2 uerrem *C* uerren *A* uerrent *B*

p. 131—33 L.

in tota provincia, latine me scitote, non accusatorie loqui'; et subiecit postea 'etiam planius', noluit dicere 'latinius'. ergo ea recipiunt conparationem, quae sunt qualitatis et quantitatis. haec tamen regula non recurrit, id est non omnia nomina, quae sunt qualitatis et quantitatis, recipiunt conparationem. quae autem conparantur, sunt qualitatis et quantitatis. non omnis verbi causa qui navigat gubernator est, sed qui gubernator est navigat. nam ecce inveniuntur aliqua nomina qualitatis et quantitatis et non recipiunt conparationem. mediocris unum tantum gradum habet: nemo dicit mediocrior mediocrissimus. pius piissimus duos habet gradus, positivum et superlativum. quamquam et hoc piissimus vituperavit Cicero in Philippicis: dicit 'non potest piissimus dici per rerum naturam'. insultabat Antonio, 'tu' ait 'utere semper hoc verbo, piissimus'. tamen Caper, ille magister Augusti Caesaris, elaboravit vehementissime et de epistulis Ciceronis collegit haec verba, ubi dixerat ipse Cicero piissimus. scias quoniam amaritudine rhetorica hoc ei obiecerat, ut diceret 'non potest per rerum naturam dici piissimus'. ergo est aliquando positivus et superlativus, ut pius piissimus, aliquando positivus et conparativus, ut senex senior, aliquando conparativus et superlativus, ut ulterior ultimus, aliquando superlativus tantum, ut novissimus.

431, 4 Est talis regula recepta: *recta* conparatio est, quae primam syllabam non mutat, ut puta doctus. et vide per omnes gradus quoniam ista erit syllaba prior, doctus doctior doctissimus, non mutavit: felix felicior felicissimus, non mutavit, sed permansit fe ubique. e contrario nomina quae mutant anomala sunt, malus peior pessimus, mutavit: bonus melior optimus, mutavit: magnus maior maximus, ecce mutavit. et ista sunt tria tantum modo, quae mutant, bonus malus magnus. et ea nomina recipiunt conparationem, quae sunt qualitatis et quantitatis. sed non ubicumque qualitas et quantitas fuerit, etiam conparatio integra est. nam aliquando | invenimus aut unum gradum aut duos. plane sciendum est esse aliqua nomina quae naturaliter gradus suos corrumpant ad significationem, id est sunt aliqua nomina quae naturaliter videntur esse diminutiva, ratione tamen conparativa, grandiusculus maiusculus minusculus. quando dicimus maius, sine dubio conparativus est; maiusculus diminutivum est. ecce diminutio est a conparativo. ergo quando dico grandiusculus, quo modo debeo dicere istas partes orationis? nomina sunt intellectu conparativa, enuntiatione diminutiva, id est sono diminutiva, intellectu conparativa.

---

2 etiam planius *Ca** etiam plenius *A* etiam ..... planius *sex fere litteris deletis* *B* 11 uituperat *A*: uituperauit cicero cicero in *C* in Philippicis] XIII 19 tu porro ne pios quidem, sed piissimos quaeris, et quod verbum omnino nullum in lingua latina est, id propter tuam divinam pietatem novum inducis 12 antoni *A* 13 elaborauit *BCa** laborauit *A* 14 colligit *AB* 16 obicerat *B* 21 recta *om. ABC* 24 permansit f ubique *BCa* permansit ꝙbique *A* 28 ubicumque qualitatis et quantitatis *A* 30 inuenimus aut unum *AB* inuenimus etiam unum *Cb*

p. 133—35 L.

Incipit tractare res tenendas omnibus viribus, praesertim quia et doctiores nos faciunt et praestant excusationem male loquentibus. plerumque contingit ut erremus in dictione; ergo praestant excusationem. ait sic, plerumque invenitur elocutio, ut conparativus praeponatur superlativo. utique quo modo positivus paululum significat, conparativus plus a positivo, superlativus plus a conparativo, ita debes loqui, ut superlativus praeponatur conparativo et positivo conparativus, ne positivus praeponatur conparativo. est e contrario ut conparativus praeponatur superlativo in tali elocutione, 'doctior quovis doctissimo', 'stultior quovis stultissimo', si ita dicas. | plerumque comparativus ponitur et est positivus; plerumque 431, 8
conparativus ponitur et nec positivus est. duas res dixit: aliquando ponitur conparativus, et est loco positivi; aliquando ponitur conparativus, et non modo conparativus non est, sed nec positivus. ut puta sunt duo exempla, unum apud Vergilium, unum apud Sallustium. Vergilius ait 'iam senior sed cruda deo'. ecce modo senior conparativus est, sed pro positivo. qua ratione? quia Charon, licet non sit senior, tamen senex est. numquam enim possumus dicere seniorem, nisi ad comparationem similis. puta 'doctior est scholasticus scholastico', 'clarior est senator senatore'. non possumus dicere 'clarior senator plebeio'. haec non est vera conparatio, sed abusiva; illa est vera conparatio, quae inter pares fit. ergo quo modo dixit Charontem seniorem, cum nullus sit alter senex Charon? illa ergo conparatio positivum significat. nam licet non sit Charon senior, tamen videtur senex. est enim vel qui senex sit, id est licet non sint duo Charontes, ut ille sit puta senex, ille senior, sed unus idem est. | ergo si unus est, licet non sit senior, tamen est vel senex. licet non sit conparativus, tamen est vel positivus. in ista tamen elocutione Sallustiana non solum non ait conparativum, sed nec positivum quidem, ut 'mare Ponticum dulcius quam cetera' [mare dulcius Ponticum]. tunc bene diceret mare Ponticum esse dulcius, si esset aliquod mare dulce. cum autem nullum mare sit dulce, quem ad modum possumus dicere illud dulcius? ergo vides quia, quando dico 'mare dulcius', non solum dulcius, sed ne dulce quidem, quia nullum mare nec dulcius est nec dulce. ita invenitur hic conparativus non solum conparationem non significans, sed nec positivum. nam per rerum naturam non potest inveniri.

---

3 ait *om. A, add. a* 5 paululum significat conparatiuus praeponatur superlatiuo utique quomodo positiuus paululum significat *A* 6 debes eloqui *A* 8 est] et *ABC* 9 doctus (doctior *add. in marg.*) uel stultus quouis stultissimo *C* doctus doctior (quouis 'doctissimo *add. a**) stultior quouis stultissimo *A in litura* 10 dicas quod senior pro senex dixit uirgilius plerumque *B*: quod senior pro senex dixit uirgilius *in marg. a* 15 iam] *Verg. Aen.* VI 304 deco *C* deo uiridisque senectus *a* 19 non possum *A* 20 abusiue *A* 21 nullus sic *AC* 26 tamen est quod dulcius minus positiuo significat uel positiuus *B:* quod dulcius minus positiuo significat *in marg. a* 28 dulcius quam *BCa**: dulcius *om. A* 32 ne dulce quidem dico *Lindemannus*

p. 135—38 L

431, 14 Tractatum est hoc a Probo aliter, a Donato aliter. Donatus ait ‘quinque sunt adverbia, quae non debemus iungere nisi positivo tantum, tam magis maxime minus et minime’. ista quinque sunt per se a Donato posita. puta tam doctus debeo dicere, non tam doctior, tam doctissimus; magis doctus, non magis doctior, magis doctissimus; maxime doctus, non maxime doctior, maxime doctissimus. | et reddita est ratio non a Donato, sed ab aliis, quare non iunguntur ista adverbia conparativo et superlativo, sed tantum positivo. quoniam significationem habent augentis. quando dico magis, utique magis significationem habet augentis, ut si dicas puta ‘iste stultus, iste magis stultus est’; ecce vides quoniam augmentum fecit: puta ‘iste stultus est, iste maxime stultus est’; augmentum significant. ergo istae particulae habent augmentum. si habent augmentum, conparationem habent elocutionis. numquam enim augmentum fit, nisi in conparativo et superlativo. sic ergo istae particulae sensum habent aut conparantis aut praeferentis, quo modo habent conparativus et superlativus. quando dico tam doctior, tale est ac si dicam doctior doctior; tam doctissimus, doctissimus doctissimus. hoc enim ipsum tam aut conparativi est aut superlativi. si autem superlativus et conparativus vim habent augentis, id est rem quae plus significat a positivo, ideo non iungitur. sed si hoc verum est, quoniam istae particulae ideo non iunguntur conparativo et superlativo, quod ipsae habent significationem aut conparantis aut praeferentis, nullae res debent iungi, quae sensum habent praeferentis aut conparantis. ut puta si dicas satis doctus, augmentum habet; plus doctus, augmentum habet; abundanter doctus, augmentum habet. non debemus dicere abundanter doctior, abundanter doctissimus; non debeo dicere multum doctissimus, quoniam ista omnia conparationem significant, id est augmentum. et hoc Probus sequitur et ait sic, ‘omnia adverbia vel omnes particulae, quaecumque sunt, quae habent sensum augentis, non iungenda sunt nec conparativo nec superlativo, sed tantum modo positivo’. Donatus autem praestitit nobis auxilium, ut quinque tantum modo observemus res. omnia illa, quaecumque sunt, superlativo et conparativo iunguntur secundum auctoritatem Donati. tamen tu si volueris puram facere elocutionem, nec illas *res* debes iungere | conparativo et superlativo, quae sensum habent augentis. tantum modo ostendo in exemplo esse positum. Horatius ait

---

1 est *om. A, add. a* a Probo] *instit. art. p.* 73, 9 7 superlatiuo sed *AC* superlatiuo quaeritur sed *Ba** 9 ut si] ac si *ABC* 10 augmentum fecisti *Lindemannus* 12 ergo istae *A* ergo si istae *BCa* 14 si (*corr.* sic *a**) ergo .... (istae *a*) particulae *A* conparantis *Lindemannus* conparatiui *ABC* 15 comparatiuus aut superlatiuus *AB* 18 si autem superlatiuus (*corr.* -tiui) et conparatiuus (*corr.* -tiui) uim habens augentis id est *a* si autem super ..... est *A* habent *Cb* habens *B* augendi *B* 21 aut praeferentis nullae *A* aut superferentis nullae *BCa* 22 habent aut praeferentis *B* 31 sunt iunguntur superlatiuo et conparatiuo iunguntur *A* 33 illas res *Lindemannus*: res *om. ABC* 35 Horatius] *carm.* I 18, 15

et tollens vacuum plus nimio gloria verticem.

nimio conparativus est, plus conparativus est; ecce duo iunxit conparativa. sed forte dicas, plus et nimio non eadem sunt. sequens versus apertissime significat,

arcanique fides prodiga perlucidior vitro.

per augmentum significat, lucidior conparativus gradus est, et tamen dixit perlucidior; tale est ac si dicas valde lucidior, multum lucidior. extant de aliis partibus exempla, exceptis istis quinque. ista debemus servare hodie et non iungere conparativo et superlativo, sed tantum modo positivo. melius tamen feceris, si nec illas iungas omnes. nam et Vergilius iungit, sed non istas quas diximus, sed alias iungit,

tam magis illa fremens et tristibus effera flammis,
[quam magis effuso crudescunt sanguine pugnae.]

tam magis: ecce diximus tam non iungendum esse, tam magis maxime minus et minime. ecce invenimus hic iuncta esse *tam magis*. sed non est hoc: aliud est conparativo iunctum adverbium, aliud duo adverbia iunguntur conparativo. nam et | tam adverbium est et magis adverbium est; quoniam utrumque adverbium, non videtur esse soloecismus. melius tamen fecerimus, si non iungamus penitus.

Conparativus gradus iungitur tribus casibus. Donatus ait 'duobus casibus'; sed tu scire debes quoniam vere tribus iungitur casibus, ablativo, septimo, et nominativo interposita particula quam. ablativo iungitur, *doctior ab illo; septimo*, doctior illo; nominativo, doctior hic quam ille, sed scire debes quod hodie in usu habemus septimo uti; non debemus aut ablativo aut nominativo. doctior illo debeo dicere, non aut doctior ab illo aut doctior quam ille. si vis iterum adsumere aliquid ad licentiam, potes uti et nominativo, doctior hic quam ille. frequenter debes uti septimo ad usum. praeterea conparativus gradus praefert nos et nostro generi et extraneo. ut puta equus et canis: possum equum et equo praeferre, possum equum et cani praeferre, ut puta 'velocior equus equo' et 'equus velocior cane'. ecce et suo generi praetuli et extraneo in conparativo tantum. superlativus vero haec omnia contraria habet. nam nemini iungitur nec ablativo nec septimo nec | nominativo, sed iungitur genetivo plurali. praeterea non nos praefert et nostro et

407, 25
492, 9

---

1 uacuum *AB* uacuo *Cb* uerticem *AB* uertice *Cb* 2 sed *om. A, add. a* et nimium eadem *ABC* 7 tale est ac si dicas valde lucidior *om. A, add. a* 9 conparatiuo aut superlatiuo *A* 10 uergilius iunxit *C* uergilius iunexit *B* 12 tam magis illa fremens — pugnae tam magis *a** ... magis illa fremens et t. e. f. tam magis *A* tam magis illa fremens et quā t. f. tam magis *B* tam magis illa fremens et t. f. tam magis et tristibus effera flammis quam magis effuso crudescunt sanguine pugnae *C*: *Verg. Aen.* VII 787 15 iuncta esse sed non est (et *A corr.* est *a*) hoc *ABC* 16 iunctum aduerbium *A* iunctum est aduerbium *BCa* *fortasse* quando duo adverbia iunguntur conparationis 18 non videtur *BCa*: non *om. A* 23 doctior ab illo septimo *om. ABC* 24 septimo uti *Ca** septimo ut *A*(?)*B* septimum uti *c* 27 potes utique et *BC* 34 plurali *om. A, add. a*

p. 140—42 L.

extraneo generi, sed tantum modo nostro, ut si dicas ‘equus velocissimus est equorum’; non possum dicere ‘equus velocissimus canum’. per superlativum tantum modo nostro generi praeferimur.

407, 29 431, 22 492, 27 De numero quaesitum est. conparativus gradus cui numero servit? conparativus iungitur numero singulari et plurali, doctior illo, doctior illis; ‘equus velocior est canibus’. superlativus vero plurali numero tantum servit, ut puta ‘equus velocissimus equorum’; non possum dicere ‘equus velocissimus equi’. et re vera in re quae individua est servatur haec regula; si res illa individua est naturaliter, servas. hominem numquid potes dividere? e contrario plebem dividis; possum ergo dicere ‘stultissimus est plebis’. plebs licet sit numeri singularis, potest tamen esse dividua et potest recipere pluralem numerum. habemus in Vergilio ‘fortissime gentis Tydide’. fortissimus superlativus est, gens est numeri singularis, sed tamen est intellectu pluralis. superlativus gradus debet quidem iungi tantum | numero plurali, sed exceptis illis nominibus, quae sunt enuntiatione singularia, intellectu pluralia. si enim ista nomina fuerint [etiam] enuntiatione singularia, intellectu pluralia, iungitur etiam genetivo singulari, ut apud ipsum Vergilium invenimus alio loco ‘ditissimus agri’. ager recipit divisionem. nam dicimus ager Campanus, sed utique in Campania non unus ager est, sed multi; similiter, si dicas ager Siculus, ager Gallicus. *ideo* ditissimus agri dicimus. similiter Romanum genus: hoc Romanum genus numeri est quidem singularis, sed tamen intellectu plurale. ideo in historiis invenimus ‘Romani generis disertissimus’, disertissimus huius Romani generis. ergo ea nomina, quae enuntiatione sunt singularia, intellectu pluralia, possunt ad se trahere etiam numerum pluralem.

Quo modo conparativum diximus poni pro positivo, sic invenimus nomina, ut ipse superlativus positivus sit, ut in tali elocutione, Iuppiter optimus maximus. optimus et maximus superlativi sunt; sed tamen isti superlativi non solum superlativi non sunt, sed nec conparativi, | sed tantum modo positivi. qua ratione? quia, si esset Iuppiter unus et alter tantum * item bene diceremus, si essent tres Ioves. cum autem unus sit, qua conparatione praeferimus? ergo dicimus illos gradus pro positivo esse. vides ergo quoniam malae sunt illae elocutiones et curtae et semiplenae, quas ponunt scholastici in dictionibus, sed iam per licentiam et

---

4 De numero *om. C, tituli loco adscriptum est in B* 10 plebem diuides *A* 13 fortissimae *C*: *Verg. Aen.* I 96 genus *corr.* gentis *A* tytide *ABC* 17 iunguntur etiam *ABC* 18 genetiuo singulari et ablatiuis casibus ut apud *A* ditissimus] *Verg. Aen.* I 343 20 unus *om. A, add. a** 21 ideo *om. ABC* 26 numerum pluralem *Lindemannus* numerum singularem *BCa: lituram sedecim fere litterarum habet A* 28 ut ipse positiuus superlatiuus sit *ABC* 31 *uberius exposuisse videtur grammaticus, quando comparativus* melior *et* maior, *quando superlativus* optimus *et* maximus *de Iove locum haberet. itaque lacunam indicavi. ceterum brevius scribi poterat ita*, quia si non esset Iuppiter unus et alter tantum, id est si essent tres Ioves, bene diceremus

p. 142—44 L.

in usum venerunt, quando dicunt 'Aenea fortissime'. si dicas 'Aenea fortissime', non habet rationem, nisi adiungas alios, quibus possis eum praeferre: puta si dicas 'Aenea fortissime Troianorum', modo stat plena elocutio. si autem dicas 'Aenea fortissime', non stabit plena elocutio. unde hoc probamus, quoniam ita debet dici? de conparativo illo fac elocutionem, et vide, si stat. 'Aeneas fortior', numquid potest esse aliquis, qui hoc dicat? sed dicat 'Aeneas fortior Troianis'. si ergo conparativus exigit personas, quibus conparetur, quanto *magis* superlativus exigit personas, quibus praeponatur? ergo vides quia non possumus ita dicere. tamen inventa est defensio contra hanc rem, optima quidem et callida, sed minus plena. dicunt hoc: quando dico 'Aenea fortissime Troianorum', doceo eum fortissimum esse Troianorum; si autem solum hoc dicam, 'Aenea fortissime', incipio dicere Aenea fortissime omnium, iam non Troianorum solum, sed omnium. est quidem ratio bona, sed contradicitur nobis quia superlativus nostro generi nos praefert, non extraneo. ergo si dixeris 'Aenea fortissime', possum intellegere fortissime Graecorum. sed nequaquam hoc permittitur. inde videtur non esse ratio. est quidem subtilis, non tamen vera, quoniam locum dat calumniae. nam si est mihi licentia ut intellegam omnium, ergo et Graecorum. sed si dixero Graecorum, ergo et superlativus praefert me extraneo generi contra artem.

DE GENERIBVS

Tractat de generibus. Varro ait genera tantum illa esse quae generant: illa proprie dicuntur genera. quodsi sequemur auctoritatem | ipsius, non erunt genera nisi duo, masculinum et femininum. nulla enim genera creare possunt nisi haec duo. illa vero alia abusive genera nominamus, id est nomine tantum sunt genera, non natura. hinc nascitur, id est hinc inventum est, ut possimus nos excusare, ut, quotienscumque circa genera peccaverimus, excusatio sit, non inperitia. puta si dicam haec paries, possum me excusare et dicere quod licet mihi hoc dicere. si enim dicuntur genera duo esse et ideo dicta genera, ab eo quod generant, paries autem non generat nec generatur, licet mihi pro voluntate mea quem ad modum voluero dicere. hinc est etiam illud quod habemus apud auctores: Vergilius dicit alio loco hic cortex, alio loco haec cortex, 407, 39 492, 37

1 in usum uenerunt si dicas aenea fortissime quando dicunt aenea fortissime non habet *ABC* 7 aenea fortior *A* 8 quanto magis *Lindemannus:* magis *om. ABC* 9 ergo uides quia non possumus ita dicere *BCa* ergo ... id est quia non possumus dicere esse *A* 14 solum sed omnium *om. A:* solum *add. a** 23 illa quae *C* 24 sequemur *AB* sequimur *Cb* 28 possimus *Ac* possemus *BC* nos *Bac* non *AC* 29 excusatio est non peritia *ABC* 31 quod generant *Ca* quod generent *corr.* -raut *B* quod genera sunt *A* 33 hinc *Lindemannus* hic *ABC* 34 hic cortex] *Verg. georg.* II 74 qua se medio trudunt de cortice gemmae, *Aen.* VII 742 raptus de subere cortex, *Aen.* VIIII 743 de cortice crudo haec cortex] *Verg. bucol.* 6, 62 amarae corticis

p. 144—46 L.

et hic silex et haec silex. quid fuit necesse ut aut hic diceret aut haec? quare utrumque posuit, hic silex et haec silex? quoniam ista nomina a natura genus non habent, et ea quae a natura non habent genus ab auctoritate accipiunt. haec causa est ut inveniamus diversitatem, et hic silex et haec silex. e contrario quare non haec equus dicimus, vel quare non dicimus hic mula? apertissime scimus per naturalem rationem non posse hoc genus dari. ergo | scire debemus quoniam possumus nos defendere in illis generibus, quae genera nec generantur nec generare possunt. illud scire debes, quod multa sunt genera a natura, multa ab auctoritate. illa quae a natura sunt communi sensu discernimus; quae sunt ab auctoritate auctoritate discernimus. in illis generibus quae a natura sunt nec Vergilius nec Cicero nec aliqui auctores opus sunt tibi, sed naturaliter rationem sequimur. scimus quoniam debeo dicere haec mulier, hic vir. ut autem dicam hic pampinus, non naturalem rationem sequor, sed ex auctoritate hoc dico, quoniam scio ita lectum esse apud Vergilium. ita dico aliquando masculino, aliquando feminino. si haec omnia, sive pampinus sive silex sive alia, interrogati fuerimus, quae non a naturali ratione veniunt, non ante debemus respondere, nisi etiam exempla nobis occurrerint. puta siqui te interroget 'silex cuius est generis?', si occurrerit tibi 'stabat acuta silex', dices feminini; si occurrerit tibi

quanto percussum pondere signent
et laedant silicem,

dices generis masculini. ergo non ante debemus | dicere nisi exemplis *. genera ergo principalia, quae sunt et propria, duo sunt, masculinum et femininum. quid si nec masculinum sit nec femininum? iam neutrum est. quid si et masculinum et femininum? iam commune est. quid si et masculinum et femininum et neutrum sit? omne dicitur. ut puta hic magister masculinum est, haec Musa femininum est, hoc scamnum neutrum est, hic et haec sacerdos commune est. commune est genus, quotiens femininum genus et masculinum genus similem nominativum habent, id est similiter efferuntur. omne est, quotiens et femininum genus et masculinum et neutrum similiter efferuntur in nominativo singulari, ut felix. ecce similiter exit in nominativo casu singulari in omnibus generibus. quare adieci in nominativo singulari? propter pluralem, quia ibi discretionem habet, in plurali hi et hae felices et haec felicia; in nomi-

7 dari *Lindemannus* dare *ABC* 10 quae sunt ab auctoritate auctoritate discernimus *A*(?)*C* quae sunt ab auctore auctoritate discernimus *ab* quae sunt ab auctoritate discernimus *B* 15 quoniam scio ita lectum esse *C* quoniam i.ta scio lectum esse *A* quoniam ita scio lectum hoc (*corr.* hoc lectum) esse *B*. pampinus *certo genere dictum apud Vergilium non legitur, sed aliis exemplis confirmari solet a grammaticis, cf. Charis. p.* 105, 19. *quare videtur scribendum esse*, quoniam scio ita lectum esse. apud Vergilium ista dicuntur aliquando *etc.* 16 si] non *A* 20 stabat] *Verg. Aen.* VIII 233 22 quanto] *Iuven.* 3, 272 32 quotiens et (et *om. B, add. b*) femininum genus et masculinum *BCa* quotiens et femininum et masculinum genus *A*

nativo singulari omnia similiter exeunt, hic et haec et hoc felix. ergo tunc est omne genus, quando nominativus singularis trium generum unam habet formam.

Est etiam epicoenon. inter epicoenon et commune hoc interest. nam 408, 9
paene idem est epicoenon, quod est commune. nam quando dico haec 493, 37
aquila, communis est generis; item quando dico hic canis, generis est communis; et tamen generis est semper communis canis, aquila generis est epicoeni. et quae poterit esse differentia? quod in communi genere pro sexus qualitate duos damus articulos, epicoeno unum quidem articulum damus, sed utrumque intellegimus sexum. quando generis est communis, duos articulos damus, hic canis et haec canis; in epicoeno non possumus dicere hic aquila et haec aquila, sed tantum unum articulum damus, haec aquila; et hic passer, non possumus dicere haec passer, sed sive masculus fuerit sive femina, hic passer dicimus. ergo hoc interest inter epicoenon et commune, quod in communi genere duos invenimus articulos pro sexus qualitate, in epicoeno unum invenimus, sed ad utrumque sexum, id est utrumque sexum uno articulo conplectitur. et quo articulo utendum est in epicoeno? quem ab auctoribus acceperimus, id est, prout legerimus, ita dicimus. ut dicam haec cornix unde scio, nisi quia ita legi? ergo quae pars epicoeni generis est validior, per ipsam debemus dicere. et quo | genere appellandum est illud epicoenon? appellandum est, quem ad modum in auctoritate legerimus. scire autem debes quod hoc epicoenon ab auctoribus fit commune. nam turdus epicoenon est a masculino, Persius commune fecit, hic et haec turdus, ut est 'et tenues turdarum nosse salivas'. hoc ipsum quod est epicoenon commune traxit genus ab auctoribus. quin etiam illud sciendum, specialiter quid sit epicoenon. epicoenon est cuius sexus non agnoscitur visu; ita definitum est, non scientia. potest enim aliquis agnoscere sexum, sed ex scientia, cuius sit generis. ergo specialiter epicoenon, ubi visu non agnoscimus sexum, id est communi visu, illud dicimus epicoenon. ceterum scientia aliud est.

Praeterea scire debemus quasdam regulas quasi solemnes esse generum. ecce a quasi solemnis est generis feminini, puta Musa casa; ecce ipsa regula quasi dedicata est feminino generi. item us syllaba masculino generi quasi dedicata est, doctus clarus magnus. invenitur tamen ut et in us exeat et generis sit feminini, ut est haec laurus. ecce syllaba quasi quae erat masculino dedicata feminini est. sed non penitus us syllaba dixi quod dedicata sit masculino, sed quod frequentius. item um

---

5 idem est *a*: est *om. ABC* 16 sed ad (ad *om. c*) utrumque sexum id est utrumque sexum uno articulo *Bac* sed utrumque sexum uno (unum *A*) articulo *AC* 20 ergo pars epicoeni (epyceni *A* epicoenoni *C*) generis quae est (est *om. A, add. a*) ualidior *ABC* 21 et *om. A, add. a* 23 quod ad hoc *A* 24 Persius] *sat.* 6, 24 25 turdarum *BC* turdorum *A cum litura super* o, *ut olim superscriptum fuisse videatur* a

p. 149–51 L.

syllaba dedicata est generi neutro, scamnum tectum; et invenitur tamen non numquam alterius generis in eadem syllaba terminatum nomen. sciens ergo aliquas regulas addictas esse generibus tractat contraria. dicit, haec res non te decipiat: nam inveniuntur aliter personantia et alterius sunt generis. ne dicas mihi 'ecce nomen in a exit, debet generis esse femi-
nini'. nam potest fieri ut sonet femininum et sit masculinum, ut est Catilina Agrippa Messala. ista nomina enuntiatione sunt feminina, intellectu sunt masculina. aut e contrario enuntiatione masculina, intellectu feminina, ut Eunuchus comoedia, haec Eunuchus comoedia. ipsa ita appellatur: nam ita legimus in ipso Terentio, 'quam transtulit in Eunuchum suam'. Orestes tragoedia, haec myrtus, haec laurus: haec enuntiatione sunt masculina, intellectu feminina. item enuntiatione feminina, intellectu neutra, ut poema emblema epigramma: haec enuntiationem habent feminini, tamen neutra sunt. e contrario item enuntiatione neutra, intellectu feminina, ut Phronesium mulier vel Glycerium et illa
431, 26 quae in comoediis legimus. | item enuntiatione masculina, intellectu neutra: si dicas pelagus vulgus, quasi masculinum est, et tamen intellectu neutrum est. et adiecit vulgus, sed hoc non est certum: nam potest esse et masculinum et neutrum. vides ergo quoniam genera sunt quae discrepant aliquando a regulis.

431, 29 Saepe contingit ut in singulari numero alterius generis sit et in plurali alterius. invenimus enim in singulari numero aliud genus et aliud in plurali, ut est balneum. hoc balneum dicimus in numero singulari, et in plurali dicimus hae balneae has balneas: 'occisus est a balneis Pallaceni a cena rediens Romae Sextus Roscius'. item est femininum in singulari et in plurali neutrum, ut haec carbasus, et haec carbasa dicimus in plurali. item in singulari numero invenitur masculinum, in plurali neutrum, hic Tartarus et haec Tartara. debemus ergo notare, quando sunt nomina in nu|mero singulari alterius generis et alterius in plurali, ut sic dicamus. sed scire debes quod * haec balnea, ut est 'secreta fugit loca, balnea vitat'. caelum numero singulari generis neutri est, in plurali masculini: hoc caelum dicimus et hi caeli; 'quis

---

2 non numquam *AB* nec numquam *Ca** in eadem *BCa* in alterius eadem *A* 3 tractat contrario *BCa* tracta contrario *A* 4 inueniuntur aliter *BCa* aliter inuenitur *A* 6 ut quasi sonet *Lindemannus* quasi sonet *ABC* 8 intellectu sunt masculina *Ab* intellectu masculina *B* intellectu autem masculina *C* 10 Terentio] *Eunuch. prol.* 32 19 quoniam] quanta *ABC* 24 has balnas *A* occisus est] *Cic. p. Rosc. Am.* 7, 18 a balneis pallaceni *BCa** abalu . . . (ad balneas *ut videtur a*) pallageni *A* 25 rediens *BCa* redicens *A* sextus *BCa** secus *A* rostius *A* 26 ut haec carbasius (*corr.* -sus) et haec carbasa *A* ut (est *add. B*) haec carbassus et haec carbassa *BC* 30 sic dicamus *BCa* si dicamus *A* sed scire debes quod (*corr.* quod haec *a*) balnea ut est secrita (*corr.* secreta) . . edebes quod haec balnea ut est fugit loca balnea uitat. . caelum *A. lacuna quam indicavi ita suppleri potest*, sed scire debes quod sunt aliqua nomina quae diverso genere leguntur in numero plurali: nam invenimus et hae balneae et haec balnea, *vel brevius ita*, sed scire debemus quod dicimus et haec balnea 31 secreta] *Hor. de art. poet.* 298 32 quis] *Lucret.* II 1097

totidem vertat caelos' Lucretius dixit. et 'porrum caepe iocus: hic iocus et haec ioca; sed possumus dicere et hos iocos, ut est 'mox iuvenes agitare iocos'. et forum; sed scire debes quod est hic aliqua differentia: quando foros dicimus, tabulata navium significamus; quando de deambulatorio, haec fora dicimus. quamquam Sallustius etiam de deambulatorio masculino genere dixerit, 'illum raptis forum et castra nautica Sertorius mutaverat'. vide ergo ne te fallat, quoniam masculinum fecit.

Sunt aliqua nomina quae habent et masculinum et femininum genus 432, 5
et non sunt communia. quo modo non est commune? si et masculinum et femininum habent, debent dici communia. sed scire debemus aliud esse a natura commune, aliud esse de potestate nostra commune. aliud est a natura, aliud a potestate. ecce canis iuste dicitur commune genus. quare? quia natura potest discerni. ceterum illa appellantur non communia, sed gemini generis, id est duplicis generis. ut puta pinus: quando volo, dico hic pinus; quando volo, dico haec pinus. similiter et pampinus: quando volo, dico hic pampinus; quando volo, dico haec pampinus. ergo non ideo, quia licet mihi dicere haec pampinus et hic pampinus, ideo dicitur generis communis esse, sed hoc duum generum est. [pampinus nolo dicas de feminino.] nam si generis communis esset, aliquando esset hic, aliquando haec; sed non semper est, sed quando tempus est, tunc dicimus vel illud vel illud, id est aut hic aut haec. communi enim, prout genus fuerit, talem articulum damus. in pampino autem non habes necessarium, sed quando vis, dicis haec, quando vis, dicis hic. ergo non sunt communia, sed applicantur duplici generi. ergo sunt incerti generis inter masculinum et femininum, ut cortex radix finis stirps pinus pampinus. ista omnia et masculini sunt et feminini. item frenum clipeum vulgus specus incerti generis sunt inter neutrum et masculinum: et hic vulgus et hoc vulgus possumus dicere. item sunt incerti generis inter neutrum et femininum, ut si dicas buxus pirus prunus malus. sed hoc interest, quod neutro dicimus fructum, feminino ipsas arbores. et interposuit 'saepe dicimus'. scit enim esse arborem, et masculini generis quae sit et neutri, ut siler neutri est, oleaster masculini est.

Praeterea sunt aliqua fixa quae dicuntur, sunt quae dicuntur mobilia. fixa sunt quae non possunt flecti ad aliud genus, ut si dicas frater. numquid facit fratra? ecce hoc est fixum, quod non potest flecti ad aliud

---

2 mox] *Pers. sat.* 6, 5 3 iuuenis *BC* iocus *corr.* iocos *A* 4 dicimus et tabulata *A* 5 quando deambulatorio *BC* Sallustius] Sallustius libro I illum nautis forum *Nonius p.* 206, 16 etiam de ambulatorio *C* 6 generi *ABC* 7 conmodaverat *Dietschius Sall. hist. fragm. p.* 25 14 quare *om. A, add. a* 15 duplici *ABC* 17 quando uolo dico hic pampinus quando volo dico haec pampinus *om. A, add. a* 18 non ideo *BCa* non ita *A* 22 communi enimuero prout *BC* 26 stirps pinus pampinus *BCa** stirpis p..nus (paenus *a*) pampanus 28 pecus *corr.* specus *A* 30 femininum commune si dicas *AB* femininum et commune si dicas *C*

p. 153–55 L.

genus. mobilia autem duo genera faciunt, id est si propria fuerint, duo faciunt; si appellativa, tria. puta Gaius facit Gaia, non facit Gaium; Marcius facit Marcia, non facit Marcium: haec sola duo faciunt genera.

432, 10 si autem appellativa fuerint, faciunt tria, ut doctus docta doctum. sunt aliqua quae neque penitus fixa sunt neque mobilia, ut sunt illa, draco dracaena, leo leaena, gallus gallina, rex regina. si mobile esset, diceretur draca; si inmobile esset, diceretur draco tantum. sed modice flectitur, et habet quod est draco, inde fit dracaena. si mobile esset penitus, diceretur draca; sed non | sic fit, sed dicimus dracaena. modice flectitur, id est non penitus flectitur, sed medium quiddam tenet, ut ab eo quod est draco faciat dracaena: [sed dicimus medie] nec videtur penitus fixum esse nec penitus a se recessisse.

432, 14 Ait Plinius Secundus secutus Varronem, 'quando dubitamus principale genus, redeamus ad diminutionem, et ex diminutivo cognoscimus principale genus. puta arbor ignoro cuius generis sit: fac diminutivum arbuscula, ecce hinc intellegis et principale genus quale sit. item si dicas columna, cuius generis est? facis inde diminutivum, id est columella, et inde intellegis quoniam principale feminini generis est'. ait sic Donatus, 'ista regula infirma est'. qua ratione? quoniam invenimus alia genera in principalitate et alia genera in diminutione. ut est pistrinum, fac inde diminutivum, pistrilla; ecce in principalitate quod erat generis neutri, in diminutione feminini est. et illud canis numquid ipsius est generis in diminutione? non utique, sed facit canicula: in principalitate masculini est, in diminutione feminini. et aliud, ut puta si dicamus scutra, facit in diminutione scutrillus: ecce in principalitate generis feminini est, in | diminutione masculini. nam scutra feminini est, scutrillus masculini. ista omnia lecta sunt, quae alia sunt in principalitate, alia in diminutione.

Tractat cursim de nominativo singulari, de quo praecipue nascitur regula. omnis nominativus singularis tredecim litteris terminatur, a e i o u l m n r s x c t. currit per ipsas litteras. omnia nomina nominativo singulari a terminata haec recipiunt genera, masculinum, hic Catilina, femininum, haec Musa, neutrum sed graecum, toreuma. nam omnia neutra a terminata graeca sunt tantum. commune est, ut dicit Probus, tantum de duobus generibus; ut invenimus in auctoritate, ex tribus. Probus dicit debere dici de duobus generibus, ut hic et haec advena; alii autem dicunt hic et haec et hoc advena. et hoc est verum: invenimus enim

---

2 gaium haec sola duo faciunt genera marcius facit marcia non facit marcium (martius facit martia non facit martium *C*) si autem *ABC* 6 dracena *AB constanter* leena *A* 8 *fortasse* et ab eo quod est draco fit dracaena 11 sed dicimus mediae *ABC* 13 plenius *A* 14 et ex diminutione *C* cognoscemus *B* 15 ut puta *A* 16 hinc *Bac* hic *AC* 17 columnella *BC* 20 in principalitate et alia genera *om. A, add. a* fac inde *Cb* facit inde *AB* 30 nomina *om. AB* 33 est *om. A* Probus] *instit. art. p.* 52, 10. *ceterum* hic et haec et hoc advena *legitur apud Probum cathol. p.* 3, 11; 7, 1; 29, 7 tantum duobus *B* 36 enim et mancipium *BCa*: et *om. A*

et 'mancipium advena'. ergo masculinum invenimus a terminatum, ut est hic Catilina, femininum, ut haec Musa, neutrum sed graecum, ut toreuma, *commune* vel ex duobus vel ex tribus, ut advena. e terminatus nominativus duo tantum recipit genera, unum femininum sed graecum, ut | Euterpe Calliope, aliud neutrum sed latinum, ut feminile sedile monile. i terminatus nominativus si latinum nomen habuerit, trium generum est indeclinabile, ut hic et haec et hoc frugi, hic et haec et hoc nihili; et hoc est tantum, ista invenis tantum. si autem peregrina fuerint, neutralia sunt, ut gummi sinapi. o terminatus nominativus omnia recipit genera absque neutro: femininum recipit, ut est Iuno; recipit commune, ut pomilio [pomilio dicitur nanus]; recipit masculinum, ut Cicero; neutrum numquam recipit. u terminatus nominativus necesse est ut generis sit tantum neutri, ut cornu genu gelu specu. l terminatus nominativus, ut mel; m, ut templum; n, ut carmen; r, ut Caesar; s, ut doctus; x, ut pix; c, ut lac; t, ut caput. 'sed de hoc tractare' ait 'satis est, si multi alii et alii tractaverunt'. scripsit autem ad hunc locum Probus unum librum. iste institutor iam artem scripsit, non scripsit perfectis, sed ad eos qui volunt se perfectos esse.

DE NVMERIS

Transit in numerum. numerus apud Latinos aut singularis est aut pluralis, singularis, ut hic doctus, pluralis, ut hi docti. est etiam numerus communis, ut est dies, hic dies et hi dies: et in singulari numero et in plurali dies dicitur. ergo communis numeri sunt haec, quotiens nominativus singularis et nominativus pluralis similes sunt. ergo quando et nominativus singularis et nominativus pluralis similes sunt, numeri sunt communis. et generaliter omnis quinta declinatio et quarta numeri sunt communis, ut species versus ductus. quaeritur vero, apud Latinos si possit inveniri numerus dualis, qui frequens est apud Graecos. et invenitur in duobus tantum, ut duo et ambo. nam haec nomina neque singularia sunt neque pluralia. singularis numeri non possum dicere, quia nec de duobus possum dicere 'ille mihi fecit iniuriam'; iterum pluralis numeri non possum dicere 'omnes mihi fecerunt iniuriam', quia duo sunt. de duobus | autem qui dicit omnes? propter hanc necessitatem dicimus dualis esse numeri. idcirco, quoniam recesserunt a ratione latinitatis, anomala sunt, id est inaequalia sunt. debueramus dicere his duis, quoniam duorum dicimus. quando enim genetivus pluralis in rum exit,

---

3 commune *om. ABC* 5 caliope *ABC* feminile *BCa* peminile *A*(?) 11 pomilio pomilio *Ba* pomtilio pomtilio *A* pumilio pumilio *C* 12 recipit masculinum *AC* recipit et masculinum *Ba* 13 sit *om. A, add. a* specu *BC* pecu *corr.* specu *deleta postea* s *littera A* l terminatus *AC* et l terminatus *Ba* 14 ut mel et u carmen et m templum r caesar s doctus *A* 15 sed de hoc tractare ait *om. A; add. a* 16 si] sed *B* 22 et hi dies *Ba* et hae dies *AC* numero] nominatiuo *A* 31 iterum] item *BC* 35 inaequalia] indeclinabilia *ABC*

p. 158—60 L.

dativus pluralis in is exit: sicut tecta tectorum tectis, sic et duo duorum duis. sed qui hoc dicat? deinde si dixeris doctorum, hos doctos facit: ergo debes dicere duorum hos duos; sed duo tamen aliquotiens legimus. sed hoc secundum regulam non possumus dicere. ceterum lectum est similiter ambo, et ambos debes dicere. sed remota sunt ista, non possumus dicere secundum regulam. siqui dicat tibi 'quare dicimus duo et duos et ambo et ambos?', haec causa est, nec illud verum est, nec illud verum est; et quoniam nec illud verum est nec illud, utrumque recte. et in iure sic est: quotienscumque utraque regula infirmatur, utraque recipitur. quare hos duos facit, cum duis non possumus | dicere? necesse habet enim ut in is mittat. omnia enim nomina, quae in accusativo *plurali* in os exeunt, dativum pluralem in is mittunt: puta, hos claros facit his claris, hos doctos facit his doctis. non nulli dicunt quod debemus dicere duo, id est hos duo. quare? nam si dixerimus hos duo, necesse habet dativus in o exire, his duo. omnia enim nomina, quae accusativo plurali exeunt in o, in dativo plurali non declinantur, ut puta hos octo his octo. numquid his octibus facit? similiter et ambo hac ratione declinatur; utrumque receptum est per analogiam. ergo sunt numeri singularis, ut hic doctus, numeri pluralis, ut hi docti, numeri dualis, duo et ambo, numeri communis, ut res nubes dies. omnia nomina, quae sunt aut quartae aut quintae declinationis, aequalem habent nominativum singularem et nominativum pluralem. quartae ergo et quintae declinationis nomina aequa ratione decurrunt.

Semper et semper, ait, nomina inveniuntur in utroque numero * eiusdem generis dicit non. nam | inveniuntur aliqua nomina deficientia in numero singulari. nam ecce invenimus deficientia in numero singulari
432, 18 et item deficientia in numero plurali. et cur ita? pulvis semper in singulari est; legimus tamen apud Horatium

novendiales dissipare pulveres.

ergo pulvis sanguis, haec nomina deficiunt in numero plurali. sunt quae deficiunt in numero singulari, ut manes Quirites. sunt quae deficiunt numero plurali generis feminini * legimus tamen et neutri hoc esse: et

---

2 doctorum in hos doctos *A* 3 ergo potes dicere *ABC* duo tantum aliquotiens *BC* 4 possumus *BCa* possum *A* 5 et ambos potes dicere *C* 10 quare in hos duos *A* 11 plurali *om. ABC* 19 numeri pluralis *a**: numeri *om. ABC* 23 decurrunt *BC* discurrunt *Ac. quae sequuntur* semper et semper *etc. ad ea quae apud Donatum p.* 376, 25 *sqq. de nominibus semper singularibus vel semper pluralibus scripta sunt pertinent. lacuna autem, quam indicavi, quaedam de nominibus generis masculini in numero plurali deficientibus exciderunt. quare reliqua etiam corrupta, sic ut in codicibus scripta sunt, reliqui* 26 nam ecce invenimus in numero singulari *om. A, add. a* 28 apud Horatium] *epod.* 17, 48 29 nouendialis dissipare puluerís *A* 30 haec nomina ista deficiunt *AB* 32 feminini legimus *ABC* feminini ut pax lux legimus *a, sed postea deletis iis quae addita erant* ut pax lux. *corrupta codicum scriptura, quam reliqui, sic videtur corrigenda esse,* sunt quae deficiunt in numero plurali generis feminini, ut pax lux; legimus tamen et numeri pluralis haec esse: et illud et illud apud Sallustium legimus. item generis neutri nomen deficit in numero plurali. *cf. infra p.* 182 *ed. Lind.*

illud et illud apud Sallustium legimus, quoniam neutri est. item nomen deficit in numero plurali, ut tus virus aurum oleum ferrum. ergo vides quoniam sunt nomina numeri tantum singularis, ut pulvis sanguis, aliquando numeri tantum pluralis, ut manes Quirites; aliquando numeri tantum singularis, ut pax lux; item semper singulare generis neutri, aurum oleum ferrum, et ista pertinent ad regulam et omne quod ad pondus mensuramve pertinet [generis sunt neutri]. | item deficiunt aliquando in numero singulari et habent pluralem numerum in genere masculino, cancelli *Quirites:* nemo dicit hic cancellus, sed hi cancelli; nemo dicit hic Quirites, sed hi Quirites, licet legerimus hoc. legite in Petronio, et invenietis de nominativo singulari hoc factum, et ait Petronius hic Quirites. ista usurpativa sunt. ergo sunt nomina numeri tantum pluralis generis masculini, cancelli. in genere feminino numeri tantum pluralis, ut kalendae nundinae feriae quadrigae nuptiae: omnia ista numeri sunt tantum pluralis. item generis neutri numeri tantum pluralis, arma moenia Floralia Saturnalia: ista sunt numeri tantum pluralis in genere neutro. sed scire debes quod haec ipsa defectiva usurpantur aliquando. diximus virus aurum oleum et quae ad pondus vel ad mensuram pertinent * usurpantur. mella usurpatum est, olea usurpatum est et cetera. item de numero plurali quae sunt aliquando usurpantur ad numerum singularem, mappa. | item biga habes usurpatum ad numerum singularem, ut est

rorifera gelidum tenuaverat aera biga.

ista per usurpationem dicuntur.

Regulas declinandorum nominum novimus. sed regulas declinandorum nominum, id est quem ad modum debeamus declinare nomina, non de plurali nominativo colligis, sed de singulari nominativo, *et pluralem numerum* declinabis ad similitudinem nominativi singularis. quodsi contingit ut nomen sit tantum numeri pluralis, numquid potes quaerere singularem, qui nullus est, ut det tibi rationem, quem ad modum possis colligere et quem ad modum declines? collige ad similitudinem nominativi, qui nominativus de numero singulari concipit regulas. puta haec Musa huius Musae. si fuerit et illud nomen numeri singularis, iam sic declinas, quem ad modum Musa: puta kalenda, vides quia sic exit, kalendae. si-

---

1 quoniam neutri *ACb* quoniam et neutri *Bac* 6 et ipsa *ABC* 7 pertinent *BC* neutri *ABC* neutri numeri singularis *a*, *sed postea deletis quae addita erant* numeri singularis quirialis 9 Quirites *om. ABC* hic quirites sed hii quirites *A* 11 ista *om. A, add. a* 15 saturnalia *ABC* saturnalia compitalia *a** 18 usurpantur — cetera *in litura paullo ampliore scripta habet a. lacuna quam indicavi sic fere supplenda videtur*, quae ad pondus vel ad mensuram pertinent numeri esse tantum singularis. sed tamen quaedam ex his ad numerum pluralem usurpantur mella usurpatum est et facit mel olea usurpatum est et facit oleum et cetera *B* 22 rorifera] *Stat. Theb.* I 338 24 sed regulas] sed regulae *AC* 26 colligit (collegit *C* collegi . *A*) singularem sed de singulari nominatiuo declinabis *ABC* 28 potest *AC* 29 rationem *om. A, add. a* 30 collige] hac lege *B* ac lege *C* ad lege (?) *corr.* hac lege *A* 31 qui nominatiuus *ABC* quia nominatiuus *a** regulam *A*

p. 162—64 L.

militer in masculino, ut est illud, manes: hi manes, horum quid facimus? manium, his manibus. vides, quem ad modum nascitur, ut hi faciles, hi manes: quem ad modum faciles declinas, sic etiam manes. item facit horum facilium; ergo quo | modo hi faciles horum facilium, sic etiam manes manium manibus. in neutro non habes quod sequaris. omnia enim nomina quae numeri sunt pluralis varias habent regulas, aliquando in a, aliquando in ia: puta castra castrorum facit, moenia moenium; et illud in a et hoc in ia, sed illud in ium facit, illud in rum [nam castrorum facit]. quo modo sumimus regulam? ita ut, si a solum habuerit, in ium mittat; si a cohaereat consonantibus, *in rum* mittat, puta tecta tectorum tectis. si autem omnia nomina neutra, quae in a exeunt, variam habent regulam et aliquando servant illam ad nominativum numeri singularis, aliquando discedunt. nam ecce numero singulari facit hoc tectum, haec tecta horum tectorum. quaeritur, si castrorum debeat facere. redeamus ad numerum singularem. quid est, quando facimus moenia moenium? sicut debemus dicere agilium agilibus. sed tamen ista regula, quae in ia exit, recedit a regula aliquotiens et exit in rum. inde est illud quod legimus saepius, 'Curio ibidem moratus regione Vulcanaliorum'. ecce in ia exit et recedit in isto casu tantum modo, in genetivo plurali; ceterum in aliis casibus similiter declinatur secundum regulam. et Horatius dixit

anciliorum et nominis et togae
oblitus.

recedis tantum in numero plurali [id est redigis ad similitudinem eius nominis quod a singulari venit].

Praeterea sunt nomina enuntiatione singularia, intellectu pluralia [quando dicimus gens, enuntiatione singulare est, intellectu plurale], ut populus contio multitudo: haec nomina enuntiatione singularia sunt, intellectu pluralia. e contrario enuntiatione pluralia, intellectu singularia, ut Athenae Mycenae Thebae Puteoli: ista omnia enuntiatione pluralia, intellectu singularia sunt. ceterum omnes civitates sunt. |

---

5 quid sequaris *A B C* 6 enim *om. C* 7 puta castra — hoc in ia *om. C, add. c* 8 nam castrorum facit *om. C* 10 consonantibus mutat *A B C* 11 *fortasse* sed tamen omnia nomina; *nisi potius quaedam exciderunt post* si autem. *nam in reliquis etiam plura perturbata sunt, uberiore, ut videtur, disputatione in compendium redacta* 12 nominativum] nomina *A B C* 14 facere] dicere *C* 18 legi saepius *A: cf. Non. p.* 489, 26 Sallustius historiarum libro IIII Curio Vulcanaliorum die ibidem moratus, *Pompei. p.* 227 *ed. Lind.* tamen Sallustius dixit 'religione Vulcanaliorum impeditus'. *duo exempla ex eodem Sallustii loco petita olim adscripta esse videntur, quae vel ipsius grammatici neglegentia vel librariorum errore confusa sunt,* Curio Vulcanaliorum die ibidem moratus *et* religione Vulcanaliorum impeditus regione uulcanaliorum *Ba** regioñ uulcanaliorum *C* regione ulcanaliorum *A* 21 Horatius] *carm.* III 5, 10 25 venit *om. A, add. a* 26 praeterea sunt nomina aliqua nomina intellectualia id est sono alia sunt numero alia sunt nomina enuntiatione *A* singularia intellectu pluralia *A*(?)*B* singulari intellectu plurali *Ca* 27 singulare] singulari *A B C* plurale] plurali *A B C* 30 enuntiatione pluralia intellectu singularia sunt *a**: intellectu singularia *om. A B C* 31 ciuitates sunt (DE NUMERIS *add. B*) Accidit

DE FIGVRA

Figura aut naturalis est, aut ex arte descendit. quae est naturalis, 408, 20
simplex vocatur; quae ex arte descendit, conposita. nam quando dicimus 494, 34
doctus, hic nihil ars valet, sed ipsa positio simplex est constituta; quando autem dicimus indoctus, ex arte descendit. et illa quae simplex est nullam habet quaestionem; illa vero quae conposita est per quattuor dividitur partes. nosti enim quoniam aut utraque parte conponitur integrum aut utraque corruptum, aut prima parte integra et posteriore corrupta, aut parte posteriore integra et priore corrupta. hoc notum est, quando habet duas partes integras, *ut* si dicas suburbanum; duas corruptas, ut efficax; integrum prima parte et posteriore corruptum, ut insulsus; ex corrupto et integro, ut nugigerulus. alia Probi: ille ait hoc dictum, quoniam | figura aut rebus constat certis aut rebus incertis: ait sic Probus, 'pleraque quae sunt in figura apparent esse integra, pleraque corrupta, pleraque sine sensu'. et si hoc volueris sequi, nullum nomen invenies, quod non conpositum sit. nam quando dico ego, nec e nec go sensum habet; ergo conpositum est. quando dico homo, nec ho nec mo sensum habet; ergo conpositum est. ergo poterit secundum illius definitionem, si sequamur eum * id est si secuti fuerimus eius auctoritatem, nullum nomen simplex invenitur. sed falsum est hoc ipsum. nam ex duobus corruptis conpositum potest fieri. illud autem dicitur ex duobus esse corruptis, quod resolutum potest fieri integrum, id est quotiens ipsa duo corrupta resolvuntur et possunt esse integra. ut puta opifex videtur ex duobus corruptis esse: nam opera et faciens, utrumque integrum est et fecit unum corruptum opifex. municeps et hoc similiter, munera capiens. ergo tunc potest ex duobus corruptis nomen esse, quotiens ipsa corruptio resolvitur et facit | integrum nomen.

'Praeterea scire debemus esse aliqua nomina quae ex duobus nominativis fiunt. plerumque contingit enim ut unum nomen fiat de duobus nominativis, et quotiens ita contigerit, utraque parte declinatur, ut puta praetor urbanus. contingunt item nomina quae prima parte habeant nominativum et posteriore non, et iam pars prima tantum declinatur. con-

---

etiam nomini numerus *p.* 177 *ed. Lind.* — *p.* 186 uariant illi DE FIGURA Figura aut naturalis *p.* 165 — *p.* 168 conponere (DE FIGURA *add. B*) Figura in nominibus *p.* 186 — *p.* 194 aliter non licet DE CASIBUS Casus dicti sunt *p.* 169 — *p.* 177 cladium (ITEM *add. C*) DE CASIBUS Greci casus habent *p.* 194 *sqq. BC. nam ea quae de numeris, de figuris, de casibus iterum scripta et eo loco quo leguntur in A edita sunt infra p.* 177 *sqq. ed. Lind. mutato ordine in BC prioribus tractatibus de iisdem rebus interposita sunt* 1 de figuris *A* 10 integras si dicas *BCa** integras . . . cas *A* corruptas ut efficax *BCa** corruptas sunt efficax *A* 12 nugigerolus *ABC* *fortasse* aliter Probus *vel* alia habes in arte Probi: *cf. infra p.* 187 *ed. Lind. Prob. instit. art. p.* 53, 18 19 *lacuna quam indicavi haec fere excidisse videntur,* nullum nomen inveniri, quod non sit conpositum auctoritate *B* 20 inuenietur *C* 29 fiunt *AB* fiant *Ca* 30 ista contingerit utraque parte declinatur nisi utraque parte fuerit nominatiuus ut puta *A* 31 item] autem *ABC* 32 pars prima] pars prima natura *a* in litura decem fere litterarum*

p. 167—69 L.

tingunt item nomina quae posteriore parte declinantur, et priore non, ut iuris peritus.

432, 28 Plane vide, quo modo dicit sibi aliqua contraria. ait sic, 'figura quae composita est denuo conponi non potest'. ut puta felix simplex est: conpone, infelix: iam ulterius non potes conponere. et modo dicit 'licet nobis etiam ex pluribus conponere, ut inperterritus'. si dicit quoniam figura composita non potest conponi, quo modo potest una figura de pluribus conponi? non enim potest de pluribus conponi, nisi iam compositum iterum conponatur. ergo quando territus dico, est simplex; perterritus quando dico,* iam compositum est; inperterritus | quando dico, iam compositum iterum conponitur, quod iste negat posse fieri. quid ergo, contra se locutus est? non. quotienscumque enim conponimus ea quae composita fuerint, scire debes quia ipsa compositio prior pro simplici habetur, ut quando dicimus perterritus. et unde hoc intellegimus? quoniam compositio aut confirmat aliquid aut destruit. territus est timens: perterritus si dicas, est iterum timens: hoc est territus quod et perterritus. ergo si eundem intellectum habet simplex figura, quem habet et composita, videtur ista res non esse denuo composita. unde apparet eum non contra se locutum esse. ergo ista res videtur non esse denuo composita, quae non in contrarium vertit, sed ipsum habet intellectum. quando autem diximus felix, simplex est; infelix, iam hoc compositum est. id est quotiens ita compositum fuerit nomen, ut ipsa compositio in contrarium mutet, id nomen non potest denuo conponi. si autem e contrario fuerit sic compositum, ut permaneat ipsa compositio, necesse est ut compositum nomen liceat nobis iterum conponere. |

DE CASIBVS

433, 12 Casus dicti sunt ab eo, quod faciant nomen cadere, id est nomen faciant declinari. puta quando dico doctus, cadit et facit docti, item cadit et facit docto, item cadit et facit doctum, item cadit et facit ab hoc docto. ideo ergo dicti sunt casus, ab eo quod faciant nomen cadere. et si hoc est, nominativus non erit casus, ea ratione, quia per ipsum non cadit nomen, sed sic est, quo modo fuerat. sed quamvis per ipsum non cadat, tamen per ipsum scimus, quid sit cadere. quando enim dico doctus, non iam cecidit hoc nomen, sed sic, quo modo est naturale, sic

1 item *AC* autem *corr.* item *B* 4 denuo *BCa* denouo *A* simplex *om. A, add. a* 5 potest *C* 6 ex conpluribus *B* 8 potest de conpluribus (*corr.* pluribus *a*) conponere *ABC* 9 ergo quando est simplex territus dico perterritus quando dico iam (iam *om. C*) compositum est inperterritus quando dico iam compositum (est *add. C*) iterum conponitur *BC* ergo quando est simplex territus dico perterritus quando .... (dico inperterritus *add. a*, iam compositum est *et* quando dico *add. a**) iam compositum iterum conponitur *A* 14 dicimus perterritus *Ba** dicimus territus *AC* 16 perterritus est iterum si dicas timens *ABC* 18 denuo *BCa* denouo *A* 19 denuo *BCa* denouo *A* 20 quae] quoniam *BC* 22 in contrarium mutet *A* in contrarium sensum mutet *BCa* 23 denuo *BCa* denouo *A* 28 docti iterum cadit et facit docto ideo ergo *C*

p. 169—71 L.

dicitur. diximus etiam talem rem de gradu positivo. nam quem ad modum positivus gradus dictus est conparationis gradus, non quod per ipsum conparat, sed quod ab ipso discimus, quid sit conparare, et ideo dictus est gradus conparationis; sic etiam et nominativus dictus est casus, non quia ipse nomen facit cadere, sed *quia* per ipsum scimus, quid sit cadere. non enim possumus | scire, quid sit cadere, nisi scierimus ante, quid fuerit rectum.

Sunt autem dicti sex casus, nominativus, quod per ipsum nominemus, ut hic magister; genetivus, quod per ipsum genus ostendamus, 'cuius est'? 'illius est'; dativus, quod per ipsum demus, 'da illi'; accusativus, quod per ipsum accusemus, 'accuso illum'; vocativus, quod per ipsum vocemus, o ille. ablativus apud Graecos non invenitur, sed Latini hunc adsumpserunt sibi. idcirco aliquando dicunt eum sextum, id est a numero eum appellant, aliquando a gente latinum, quoniam apud Graecos non invenitur casus ablativus [aliquando genetivus singularis fungebatur officio ablativi]. puta hic doctus huius docti huic docto *hunc doctum o docte* et hi docti horum doctorum his doctis *hos doctos o docti*, et finiebant. ergo cum non haberent ablativum, per genetivum fungebantur officio ablativi [aliquando genetivus, aliquando dativus]. hoc cum vidissent Romani esse asperum, fecerunt ablativum.

Inter ablativum et septimum hoc interest, quod ablativus praepositionem habet, septimus non habet. nam quando dicimus 'ab oratore venio', ablativus est; quando dicimus 'oratore magistro utor', septimus est. quaesitum est a plurimis, utrum id significaret septimus, quod et ablativus. multi enim hoc dixerunt, id significare ablativum, quod et septimum. et re vera sunt elocutiones, ubi similes sunt sibi, ut doctior illo et doctior ab illo: idem est ablativus, quod et septimus. sed tamen scire debes inveniri aliquas elocutiones, in quibus elocutionibus mutatur ista differentia. nam saepe aliud significat ablativus, aliud septimus, ut est 'illo praesente suscepi'. nam 'illo praesente suscepi' quando dico, tertia persona est, id est 'suscepi ego ab isto illo praesente'. quando autem dico 'ab illo praesente suscepi', duae personae significantur, ipsa quae dedit et ipsa quae suscepit. 433, 16

Sunt autem formae casuales: hoc quod dicit adsumpsit sibi propter declinationum varietatem. accommodatae sunt casuales formae, quoniam invenimus varietatem in casibus. aliquando invenimus monoptota * aliquando in quattuor. hae autem differentiae non ad declinationem per- 433, 26

---

3 ab *om. A, add. a* 5 sed per ipsum *A B C* 8 dicti *om. B, add. b* 15 singularis *B C a* in singulari *A* 16 officio ablatiui *A B c* officio pl'i *C* hunc doctum o docte *et* hos doctos o docti *om. A B C* 23 officium *A* 27 inueniri *c* inuenire *A B C* 29 ut est illo praesente suscepi ablatiuus est non tamen hoc est illo praesente suscipi nam *A* 31 quando autem dico ab illo praesente *om. A, add. a* 35 accommodatae sunt casuales sunt formae *A* 36 *post* monoptota *reliquae declinationum varietates, ut videtur, indicatae et definitae fuerunt. itaque lacunam indicavi*

p. 171—74 L.

tinent, sed ad ultimas syllabas. ecce est unita, quod dicitur monoptoton, ut fas nefas: hoc nefas huius nefas huic nefas hoc nefas o nefas; omnes similes sunt casus. est item bipertita, quae duas | habet significationes, ut cornu; tres casus producti sunt, tres correpti. est item tripertita, quod graece appellatur triptoton, quotienscumque tres sunt varietates: hoc contingit in genere neutro, ut templum. invenitur item tetraptoton, ut dies. invenitur aliquotiens quinquepertita, ut est doctus. invenitur hexaptoton, ut unus. aliquando inveniuntur nomina quae penitus non declinantur, neque per numerum neque per casus, id est neque per numerum singularem neque per pluralem, ut est fas nefas nequam.

Item nomina numerorum a quattuor usque ad centum non declinantur; ab uno autem usque ad tres per omnes casus declinantur; item a ducentis declinantur nomina *numerorum* excepto mille. de isto mille tractavit Plinius Secundus: in numero singulari duplici l scribitur et non declinatur; in numero plurali unum l habet et declinatur, milia milium milibus. ergo excepto mille omnia nomina numerorum in infinitum declinantur.

433, 35 'Non tamen debemus credere' ait 'quoniam omne nomen omnes habet casus, saepe inveniuntur deficientes casus'. invenitur nomen, ubi unus est | casus, ut est sponte natu tabo; aliquando ubi duo sunt casus, ut Iuppiter. ceterum qui declinaverit hic Iuppiter huius Iovis, potest declinare et hic Apollo huius Phoebi et hic Hercules huius Amphitrioniadae et haec Minerva huius Palladis. sed duo sunt tantum casus in usu, qui remanserunt, hic Iuppiter et o Iuppiter. ceterum maiores nostri declinabant hoc nomen integre: invenimus in antiquis libris sacris per omnes casus declinatum, sed hoc periit modo, et retenti sunt duo casus, hic Iuppiter et o Iuppiter. nam hic Iuppiter huius Iuppitris invenimus in antiquis declinatum, et crebro invenimus, sed hoc hodie abolevit. ergo debemus scire quoniam in usu duo sunt casus. invenitur ubi tres, ut nefas, hoc nefas hoc nefas et o nefas. invenitur ubi quattuor sunt, ut lateris, huius lateris huic lateri hunc laterem ab hoc latere: nominativus et vocativus, non dixit 'non inveniuntur', sed dixit 'in usu non sunt'. dicio quaeritur utrum nominativo dicamus; haec dicio in usu non est; si tamen compositum erit, est in usu, ut condicio.

434, 3 Praeterea scire debemus esse nomina addicta | casibus. genetivum casum trahunt: nomina quae secuntur genetivum casum sunt illa, ut ignarus belli, securus amorum; tantum genetivum secuntur. sunt aliqua

---

4 quod graece $A(?)BC$ quae graece a 12 iterum a duocentis A 13 numerorum *om.* ABC 14 plenius A 21 iupiter *constanter* B ceterum qui declinaverit] *cf. Prob. cathol. p.* 8, 9. 17, 8 22 hic herculis huic amphitroconiadae A hic herculis huic amphitrionidae BC: *cf. Verg. Aen.* VIII 103 26 periit BCa perit A 27 huius iupitris ABC 28 aboleuit BCa oboleuit A 32 non inuenitur ABC 32 ditio B 33 haec ditio B sed tamen C 34 conditio BC 35 addicta C adiecta AB 37 amorum ABc armorum Cb

quae nisi per dativum casum non possumus dicere, ut inimicus malis: non possum dicere 'inimicus tuus est', sed 'inimicus tibi est'. sunt aliqua quae accusativum secuntur, ut exosus bella: sic enim dicimus, 'exosus illam rem'. similiter et praescius futura; sed figurate accusativo iungitur, honestius autem genetivo iungitur, praescius futurarum rerum. sunt aliqua quae ablativum casum secuntur, ut secundus a Romulo, alter ab Sylla: ista sunt quae ablativum secuntur. ergo non possumus dicere 'ille secundus tibi est', sed 'ille secundus a te est'. ista ergo sunt quae ablativum secuntur, secundus a Romulo, alter ab Sylla. sunt aliqua quae septimum secuntur, ut dignus munere, mactus virtute: 'dignus illa re', quamquam legerimus accusativo iunctum in Terentio,

dignus es
cum tua religione odium, qui nodum in scirpo quaeris.

mactus virtute: 'macte nova virtute puer'; | Statius mutavit et dixit 'macte animi' [virtute puer], macte illius rei, genetivum posuit pro ablativo. sed tamen hoc scire debes, quoniam naturaliter hoc [mactus munere dignus virtute] ablativo iungitur.

Ablativus singularis diversas habet regulas. tres plurales casus non facile invenies, quem ad modum eos facias. sed ut scias eorum declinationem [genetivi vel dativi vel ablativi qui sit], consule ablativum singularem. nam de ablativo regulas istas colligis, quem ad modum declinantur isti casus, genetivus et dativus et ablativus pluralis. ablativus singularis terminatur litteris quinque, regulis sex, quoniam e littera invenitur interdum producta in ablativo singulari, interdum correpta etiam currit. ablativus singularis a littera terminatus genetivum pluralem in rum mittit, dativum et ablativum in is, Musa Musarum Musis, exceptis his nominibus in quibus genera discernenda sunt, ut dea dearum deabus, mula mularum mulabus, filia filiarum filiabus, equa equarum equabus. nam ab eo quod est equa si dixerimus equis, filia filiarum filiis, si sic | dixerimus, sexum potius masculinum intellegimus, quam femininum. sed scire debes quoniam Probus istam regulam expressit et dixit, si volueris sequi ut omnia, ubi genera discernenda sunt, aliter proferantur in ablativo vel in dativo, incipiemus dicere Romanabus. si enim dixerimus Romanis, masculinum sexum intellegimus. quodsi hoc est, incipiemus dicere etiam in pronominibus ipsabus illabus, quoniam si dixerimus illis ipsis, magis erit masculinum, quam femininum. unde vides *quod* male definiunt qui ita dicunt,

408, 28

495, 31

434, 8

---

3 exosus sum illam rem *C* 5 honestius autem genetiuo iungitur *om. A, add. a* sunt aliquando quae *A* 6 absilla *AB* 7 ista — 9 ab Sylla *om. C* ergo secundus non possumus dicere ille tibi est *AB* 9 ab silla *B* ab sella *A* sunt aliqua] aliquando *ABC* 10 dignus illa re *A* dignus est illa re *BCa* 11 accusatiuo *Ca** accusatiuum *AB* in Terentio] *Andr.* V 4, 37 13 qui nodum *BCa* quinodium *A* 14 macte] *Verg. Aen.* VIII 641 Statius] *Theb.* II 495 macte animi, tantis dignus qui crederis armis 19 inuenies ablatiuo quemadmodum *A* 31 Probus] *instit. art. p.* 82, 16 34 quodsi hoc est *om. A, add. a* 36 quod *om. ABC*

p. 176—78 L.

'in quibus genera discernenda sunt, aliter proferenda'. et quid ergo? faciendum est ut scias pauca esse quae differenda sunt, et dicit 'absque istis omnia in is proferenda sunt'. vix quinque aut sex inveniuntur nomina quae ita proferantur, mula mularum mulabus, equa equarum equabus, filia filiarum filiabus, dea dearum deabus, et reliqua unum aut duo. iam ipse dixit, quae sunt excepta discretionis causa. item e correpta littera terminatus ablativus genetivum pluralem in um mittit, dativum et ablativum in bus, ut ab hoc pariete horum parietum his et ab his parietibus. | sed ista e aliquando in i vertitur et sic accipit um, aliquando perit et sic accipit um: perit e, id est ab hoc parente horum parentum; mutat e in i, ut ab hac clade cladium.

DE NVMERIS QVASI RETRACTANDO

Accidit etiam nomini numerus. sed apud Latinos duo sunt tantum modo numeri, singularis et pluralis; apud Graecos est etiam dualis. singularis est numerus, qui unum significat, ut puta hic homo; unus est tantum modo. pluralis est numerus, qui multos significat, hi homines; puta centum, ducenti si sint. dualis est, qui duos tantum significat, ut si dicas duo. hoc ipsum quando dico duo, neque unum potest significare neque multos, et idcirco dicitur dualis. et sunt duo nomina apud Latinos numeri dualis tantum modo, ut duo et ambo, nec amplius invenies. duo et ambo non significant neque unum neque multos. temptaverunt non nulli haec ipsa numeri pluralis dicere hac defi|nitione. qui est singularis numerus? qui unum significat. quicquid non unum significat, iam videtur numeri esse pluralis. sed hoc falsum est. quid enim necesse est ut qui unus non est decem sint? aut qui decem *non* sunt centum sint? non est hoc verum, mala definitio est. plane nos scire debemus quod duo sunt tantum modo sermones apud Latinos, qui significant numerum dualem, duo et ambo. et haec ipsa nomina anomala sunt: diximus hoc iam in regulis. ergo singularis puta numerus est hic magister, pluralis est hi magistri. est etiam numerus communis. communis dicitur numerus, quando et singularis numerus idem est et pluralis idem, sed tantum modo temporibus segregantur, ut hic fluctus et hi fluctus. tempus tantum modo distat, ceterum exitus syllabarum similis est; sed fluctus in numero plurali producitur, in singulari corripitur. hoc quidem in quarta declinatione. in quinta declinatione sensus tantum modo facit differentiam, hic dies et hi dies: et illa longa est et illa longa; nihil praestant tempora, sed differentia in sensu est. scire autem tu debes quoniam numeri singularis nomina et numeri pluralis in prima declinatione aut in secunda sunt; in quarta vero

---

2 quae deferenda *A: fortasse* quae discretionis causa aliter proferenda sunt 17 centum ducenti si sint *om. A, add. a* 25 aut qui decem sunt *ABC* 28 in regulis] *p.* 158 *ed. Lind.* 37 quoniam numeri singularis nomina et numeri pluralis *BCa* quoniam nomina numeri singularis et pluralis *A*

p. 178—81 L.

et in quinta | numeri communis sunt; in tertia declinatione varie. puta in prima declinatione est singularis numerus et pluralis, haec Musa hae Musae, hic Aeneas hi Aeneae, hic Anchises hi Anchisae; nec aliter potest per rerum naturam inveniri: varietas *est* in numero singulari et plurali. item in secunda declinatione hic doctus hi docti, hic puer hi pueri, varietas est. in quarta et in quinta declinatione semper communis numerus est, ut hic fluctus et hi fluctus, hic dies et hi dies. ceterum in tertia varie, aliquando differt numerus, aliquando communis est: differt in hac elocutione, hic pater hi patres; communis est in hac elocutione, haec claves hae claves..

Et quoniam incidi in hunc tractatum, non te fallat illud, quod est 495, 37
ubique: est enim ratio. ubique invenimus nomina tertiae declinationis in ablativo singulari esse correpta, ut ab hoc patre, e brevis est; ab hac matre, e brevis est; ab hoc amante, et nescio quae alia. in ablativo ergo singulari nomina e finita e brevem habent. sed invenimus ab hac fame, e longam invenimus. haec fames huius famis: quo modo potest fieri ut inveniatur ablativus e finitus | productus esse? scire debes quoniam modo ita factum est, ut ita declinetur. nam apud maiores nostros quintae fuerat declinationis, haec fames huius famei. et inveniuntur exempla plurima [multa]. coacervata sunt ista exempla in ipso loco, ubi haec ratio reddita est de fame. ergo vides quod remansit apud Latinos, qua ratione productam e invenimus in ablativo fame. siqui dicat tibi 'nomen tertiae declinationis quod est semper corripitur in ablativo, et qua ratione hoc invenimus productum? ubiubi enim invenimus fame, semper producitur': ablativus si tertiae declinationis est, corripitur. sed scire debemus quod ita apud maiores nostros declinatum hoc nomen fuerat. quod enim invenimus e productum in ablativo, non venit a tertia, sed a quinta venit antiqua. ubique enim apud antiquos sic legimus, haec fames huius famei; et inde venit ab hac fame, [ergo est numerus singularis] haec fames huius famei ab hac fame. habes hoc in Capro de lingua latina, non de dubiis generibus.

Ergo est numerus singularis, hic doctus, | numerus pluralis, hi docti; est numerus communis, dies fluctus. sed scire debemus illa esse plena nomina, quae habent numeros suos. puta hic doctus numerus singularis est, hi docti numerus pluralis est. tamen inveniuntur nomina quae deficiunt in utroque numero. non enim potes invenire nomen quod penitus

---

1 communes *A* 4 est *om. ABC* 10 clauis *BC* 14 quae alia *a** qua alia *ABC* 15 finito *BC* finito terminantia *A* 16 longam inuenimus haec *BCa*:* inuenimus *om. A* 21 reddita est *BC* redditur *A* quod] quid *ABC* qua ratione inuenimus productam e inuenimus *A* 23 est] e *in litura a** corripit *AC* 24 ubi ubi enim *Ca* ubi enim *AB* 29 numerus *A* numeri *BCa* 30 non de dubiis *Bac* non dubiis *A* non de dub .. *C* 32 numeri singularis *BC* numeri pluralis *BC* 33 numeri communis *ABC* 35 nomina quae nomina deficiunt *BC* 35 potest inuenire *ABC* potest inueniri *a*c*

p. 181—83 L.

numerum non habeat, sed ut alterutrum non habeat, id est aut numerum singularem aut numerum pluralem. inveniuntur aliqua nomina quae deficiunt in numero singulari, aliqua quae deficiunt in numero plurali. et dat exempla in genera: de exemplo hoc colligimus per genera. puta in genere masculino quae sunt nomina tantum modo numeri singularis, item quae sunt tantum modo pluralis. vide quia, quodcumque tibi dat exemplum, dat secundum artem, ne recurras ad auctoritatem et rumpas hoc
432, 18 ipsum quod proponit. multa enim contraria sunt. in numero singulari genere masculino, ut pulvis: nemo dicit pulveres; sed tamen dixit Horatius

novendiales dissipare pulveres.

iste ad auctoritatem rediit; tamen debes scire | numeri tantum modo singularis esse hoc ipsum. et est causa. qua ratione? res enim ista individua est nec potest habere sectionem; et quoniam non potest habere sectionem, non potest habere numerum pluralem. pulvis: numquid potest hoc loco esse dimidium pulvis vel illo loco esse dimidium pulvis? naturaliter ipsa res individua est; idcirco in numero singulari est. ergo usurpative ille posuit. item hic sanguis, hi sanguines non lectum est; hic cruor, hi cruores legimus, et hoc usurpative. ecce habes nomina generis masculini numeri tantum modo singularis. item in genere feminino numeri tantum singularis haec pax, hae paces non facit; haec lux, hae luces non facit. utrumque tamen lectum est: habes in Sallustio 'bella atque paces'. item in genere neutro numeri tantum singularis, ut aurum oleum hordeum, et quicquid ad pondus mensuramve refertur. item nomina numeri tantum pluralis in genere masculino, *cancelli:* non possumus dicere cancellum. male ergo dicunt 'tolle cancellum', sed dicimus 'tolle cancellos'. et reddiderunt plerique rationem, | quoniam non potest ista res de una re fieri, sed de multis. idcirco voluerunt numeri esse pluralis. idcirco scopae, quoniam de multis constant virgis, numeri sunt pluralis. idcirco etiam scalae, idcirco etiam quadrigae, ob hanc causam, quoniam de singulis rebus non sunt, idcirco numeri sunt pluralis. ergo sunt nomina generis masculini numeri tantum pluralis, manes Quirites. legimus et [genere masculino] numeri singularis Quiritem,

quis te redonavit Quiritem.

huius nominativus erit Quirites; non quem ad modum vulgo loquuntur, sed Quirites sic lectum est. item numeri tantum modo pluralis in genere feminino, nundinae feriae quadrigae mappae nuptiae. ecce hoc ipsum

---

1 sed ut alterutrum non habeat *om. A, add. a* 4 hoc colligimus *corr.* hoc collegimus *B* hoc collegimus *Ca* hoc loco collegimus *A* puta in genere — 9 genere masculino ut *om. A in litura unius versus, add. a* 9 sed *om. A, add. a* Horatius] *epod.* 17, 48 10 nouendialis *A* 11 redit *A* 12 hoc ipsud *BCa, om. A* 13 et quoniam non potest habere sectionem *BCa* ideo *A* 17 illa posuit *BC* 21 habes *om. A* in Sallustio] *Iug.* 31, 20 24 item nomina numeri tantum pluralis in genere masculino *Ca* item tantum numerum pluralem in genere masculino *A* item in genere neutro numeri tantum pluralis in genere masculino *B* cancelli *om. ABC* 26 plerumque *A* 33 quis] *Hor. carm.* II 7, 8

p. 183—86 L.

nuptiae, numquid potest hoc genus matrimonii per unum fieri et non per duos? idcirco etiam numeri pluralis est. item in genere neutro numeri tantum modo pluralis, Saturnalia Vulcanalia Compitalia. idcirco etiam debemus hoc animadvertere, quod aliquis obiecit. quaerebatur Pascha cuius esset numeri. dies festus est. omnia nomina dierum festorum numeri sunt tantum pluralis, Vulcanalia Compitalia. dicebat ille qui obiciebat etiam hoc numeri esse tantum pluralis. sed sunt causae quae repugnant: primo, quod illa nomina in ia exeunt, Vulcanalia Saturnalia Compitalia, et habent principale suum, unde oriantur, Vulcanal Vulcanalia, Minerval Minervalia, Compital Compitalia, habent principale suum, unde oriantur; hoc non habet, nec ita exit in ia, sed in a. deinde hoc nomen latinum est, a latinitate descendit; illud vero graecum est. et novimus nomina graeca, quae ita exeunt apud Graecos, puta colyma colymata, pegma pegmata, stemma stemmata, ista neutralia quae sunt et sic exeunt, cum coeperint transire in numerum pluralem, necesse habent ut in ta exeant. quo modo ergo vis esse hoc? ut graecam sequaris rationem, aut ut latinam? si graecam vis sequamur rationem, non habet numerum pluralem | in ta exeuntem; si latinam, non habet ia. unde constat non esse numeri pluralis. ergo sunt nomina numeri tantum pluralis, ut Minervalia Vulcanalia et similia.

Ait sic etiam ipse timens, quoniam scit lecta esse multa contra regulas suas, 'sed scire debes multa per usurpationem esse conexa'. nam ecce pulvis dicimus secundum artem, et tamen invenimus pulveres; bigae debemus dicere, invenimus biga. et de his nominibus, quae sunt numeri singularis, invenimus numerum pluralem factum, et de his item nominibus, quae sunt numeri pluralis, invenimus factum numerum singularem. de numero singulari factus est pluralis, ut hoc ipsum pulvis pulveres; item de numero plurali factus est singularis, bigae biga. et illud quod apud Vergilium habes, vina mella hordea, et cetera quae ad pondus vel ad mensuram pertinent numeri sunt tantum singularis. quo modo? legimus vina non solum in Vergilio, ne dicas quasi in poeta lectum, habes hoc etiam in Cicerone lectum, 'vina vinalisque Asiatica', 'mella fluant | illi', 'serite hordea campis', 'aeraque sudant' [hoc aes haec aera]: ista omnia per usurpationem dicuntur.

---

1 non *om. A, add. a* 2 etiam hoc numeri *A* 4 obiecit *a* obicit *ABC* 5 omnia nomina *AB* omnia enim nomina *Ca** 6 dicebat — 8 Compitalia *om. C, add. c* 14 stemma stemmata] stegma stegmata *BCa** steg . . stegemata *A* 16 ergo *om. C* esse ut hoc aut graecam *B* 22 multa *om. BC:* multa per consuetudinem esse usurpata *coniecit Lindemannus* 23 pulvis] pulueres *ABC* pulveres] puluer *ABC* 24 de his nominibus *a** de his numeris *ABC* 29 quae ad pondus uel ad mensuram pertinent *Cb* quae ad pondus et mensuram pertinent *B* quae pondere mensurantur *A* quae pondere numero mensura *a* 30 sunt] est *A* 32 in caecirone *A: Cic. in Verr. act. sec.* I 36, 91 vina ceteraque quae in Asia facillime comparantur *cf. Cledon. p.* 1898 3, 89 33 serite] *Verg. georg.* I 210 una uinalisquae *C* mella] *Verg. bucol.* aeraque] *Verg. georg.* I 480

p. 186—88 L.

Praeterea sunt aliqua nomina enuntiatione singularia, intellectu pluralia, ut est populus gens contio multitudo. omnia ista enuntiatione singularia sunt, intellectu pluralia: non enim constant de singulis. aut e contrario enuntiatione pluralia, intellectu singularia, ut Athenae Mycenae Cumae Thebae Puteoli. haec sic dicuntur, quasi pluralia sint. sunt autem nomina numeri tantum modo pluralis, quantum ad Latinos pertinet; ceterum apud Graecos invenimus aliter, hae Thebae et haec Thebe, ut est 'te quoque, peritura Thebe'. variant illi.

DE FIGVRA

408, 20 494, 34 Figura in nominibus aut simplex est aut conposita. simplex est a natura, id est quae | de una re constat, ut doctus; conposita, quae de duabus constat rebus, quae accipit ornatum, ut indoctus. simplex est, quae unam rem habet, duplex, quae de duabus rebus constat, id est conposita. habes in arte Probi, id est institutis ipsius, hoc tractatum: ait sic, nomina omnia posse conponi vel ex non intellegendis (hoc stultum est) vel ex integris vel ex corruptis (hoc bene dixit). 'ex non intellegendis' stultissimum est. puta columna: colu potest habere intellectum, 'colu feminea Parcarum dirupta', et puta si dicas 'colu Parcarum, pereunte colu'; ecce habes intellectum eius. mna nihil significat. hoc si volueris sequi, omnia nomina conposita erunt, quaecumque sunt in rerum natura. numquam enim licet tibi referre rem ipsam ad etymologiam, nisi ipsa etymologia consentit rei principali. colu aliud est. numquid ideo dicta columna est, quod habet originem a colu? ergo cum illud aliud significet, hoc aliud significet, quare dico conpositum est nomen ex in|tegro et corrupto, cum ipsum etymum non habeat commune cum principali? et quod non habet commune cum principali etymum, conpositum non est. ergo hoc sequimur, ut illa dicamus corrupta, quae resoluta possunt fieri integra. [aliae] fiunt conpositae figurae ex duobus integris, ut suburbanum; ex duobus corruptis, ut efficax; ex corrupto et integro, ut nugigerulus; ex integro et corrupto, ut insulsus. et re vera illa possunt dici corrupta, quae fuerunt integra; in communi etiam sermone sic habemus. numquid possumus dicere birrum corruptum esse, nisi quia fuit integra? sic etiam non possumus dicere partes corruptas esse in ora-

5 pluralia *corr.* plura *A* 6 pluralis] singularis *ABC* 8 te] *Stat. Theb.* X 594 te tamen infelix, inquit, perituraque Thebe 12 accepit *AB* 13 de *om. BC* 14 in arte Probi] *instit. art. p.* 53, 18 18 dirupta *ABC* disrupta *a* diurna colu *coniecit Lindemannus. duo exempla ab ipso grammatico ficta videntur adscripta esse*, colu potest habere intellectum, ut puta si dicas 'colu feminea Parcarum', 'Parcarum pereunte colu' 22 consenserit *C* colum aliud est *ABC* 24 *fortasse* conpositum esse nomen 25 principali *corr.* principale *A* 26 et quod non habet commune cum principale cum ethoemo *B* et quod non habet commune principale cum aethemo *C* cum etoemo *A* et quod non habet commun . . . (commune cum a^*) principale *add. a* 28 alie *in litura A:* uarie *vel* ut puta *olim scriptum fuisse videtur* ex duobus integris a^* ex duabus integris partibus *ABC* 29 suburbanus *BC* 30 nugigerolus *AC* 31 fuerunt] sunt *ABC* 32 *fortasse* myrrham corruptam esse

tione, nisi quae resolutae integrum faciunt. non possumus ergo dicere compositas esse, nisi resolutas revoces ad integrum.

Hoc quod dicit satis utile est, pleraque apud Latinos nomina inveniuntur ita conexa, ut de duobus nominativis fiant, ut praetor urbanus. hoc sic habeo dicere, quasi unum sit conexum, praetorurbanus, quasi unum sit. et quae erit regula? quotienscumque contingit ut ex duobus nominativis nomen conponatur, utraque parte declinandum est, ut puta praetor urbanus: | praetor nominativus est, urbanus nominativus est; utraque parte hoc nomen declinatur, hic praetor urbanus, huius praetoris urbani, huic praetori urbano, hunc praetorem urbanum, et iam per omnes casus. si autem nominativo et quocumque alio casu conponatur, necesse est illa pars declinanda sit, quae habet nominativum; illa pars vacabit, *quae nominativum non habet*, ut puta tribunus militum: tribunus nominativus est; militum non est nominativus. ergo haec pars declinanda est, quae est tribunus. similiter senatus consultum. non te fallat quarta declinatio. nam et senatus consultum prima parte non declinatur, posteriore declinatur. senatus enim modo non est nominativus, sed genetivus, hic senatus huius senatus. refer ad aliquam elocutionem, et invenies. ecce si dicas 'hoc consultum cuius est?' plebis. 'hoc consultum cuius est?' gentis. sic etiam senatus consultum: non erit nominativus, sed genetivus. idcirco etiam [si dicimus hic senatus huius senatus: 'hoc consultum cuius est?' senatus] illa pars erit immobilis, prior. similiter pater familias: pater nominativus est; familias non est nominativus, sed declinamus ita, huius patris familias, huic patri familias, hunc patrem familias, et similiter cetera. | in hoc nomine invenimus [exemplo] varias declinationes. aliquotiens sic declinatur, quem ad modum regula exigit, ut ita dicamus, hic pater familias, huius patris familias, huic patri familias, hunc patrem familias, o pater familias, ab hoc patre familias, hi patres familias, horum patrum familias, his patribus familias, hos patres familias; et ex ordine illud erit immobile. aliquotiens in numero plurali mutatur, et invenimus hi patres familiae, et iam mutat. scire debes quod et immobiliter licet nobis declinare hoc nomen et mobiliter, id est cum conversione [constare]. illud vero quaesitum est, et prudenter quaesitum est, familias qui casus est. non hoc quaesitum est, quem ad modum declinetur: nam accepistis duas res; nam aut sic declinatur, ut immobilis sit pars posterior, aut ut sit mobilis: illud quaesitum est, qui casus sit,

4 de duobus nominibus fiant *ABC* 5 hoc sic *Ba* hic sic *AC* conexu *A* 13 quae nominativum non habet *om. ABC* 19 plebis hoc consultum cuius est gentis *BCa* plebis uel gentis *A. ea quae sequuntur aut additamento aliquo, quod notavi, aut perturbato verborum ordine corrupta sunt, ut haec fere scripserit grammaticus*, sic etiam senatus consultum si dicimus, senatus non erit nominativus, sed genetivus, hic senatus huius senatus; 'hoc consultum cuius est?' senatus. idcirco etiam illa pars quae est prior erit immobilis 25 invenimus *om. A, add. a* 31 *fortasse* hi patres familiarum 35 accepistis *BCa* accepisti *A* 36 aut ut sit mobilis *BCa** aut si mobiles *A* casus sit *BCa* casus iste sit *A*

p. 190—92 L.

et diu hoc quaesitum est. quantum videtur nobis ad simplicem intellectum, accusativus pluralis est, has familias. tamen si verum consideres, non est accusativus, sed genetivus singularis antiquus. apud maiores nostros enim pleraque nomina ad ritum graecum declinabantur. habemus apud Sallustium 'thesauros custodias regias'. ita locutus est. et qui erit intellectus? nullus. sed hoc voluit dicere, 'tenuit Lucullus thesauros τῆς custodias τῆς regias', graeca declinatione: quem ad modum si dicas haec Musa, fac declinationem graecam, τῆς Musas; tabula τῆς tabulas. ad nominativum sigma addunt et faciunt genetivum singularem. sic etiam cum dicimus pater, nominativus est. fac etiam istum nominativum, haec familia; addis s ad istum nominativum, et incipies facere familias. ergo incipiet genetivus singularis esse. et unde probamus genetivum singularem magis esse, non accusativum pluralem? ne forte dicas 'non est genetivus singularis iste, sed debet esse accusativus pluralis'. ego dico tibi non esse accusativum, sed tantum modo genetivum propter istam declinationem graecam. nam licebat maioribus nostris ista nomina etiam graeca declinatione efferre, ut habetis in Sallustio illud quod diximus, 'custodias regias' pro eo quod est 'custodiae regiae', ut sic sit patris familiae, quem ad modum custodiae regiae, vel propter hanc rationem vel propter illud: omnia ista nomina, quae componuntur, de nominativo et genetivo sunt. tribunus militum: tribunus quando dicimus, qui est? nominativus est. senatus consultum: senatus qui est? genetivus est. iuris peritus dicimus: peritus cuius? iuris. numquid dicimus peritus iura? omnia talia sunt. tribunus plebis dicimus. quando dicimus tribunus plebis, tribunus nominativus est, plebis genetivus est. numquid dicimus tribunus plebem? ergo cum cetera talia nomina in conexionem venientia non possint alium habere nisi genetivum, quare non possumus et hoc dicere esse genetivum? aut certe da mihi elocutionem de accusativo plurali. hoc ergo magis sequi debemus, quoniam extat exemplum. in Sallustio extat, ubi etiam in collativo non nisi genetivum inveniamus. idcirco hunc genetivum dicere debemus.

432, 28 Dicit rem stultam: 'plane' ait 'sciendum est nomina conposita non posse conponi'. et superius dixit licere nobis nomina de pluribus conpo-

---

2 est *om. A, add. a* 5 apud Sallustium] *Charis. p.* 107, 11 quam declinationem et Sallustius in III secutus ait 'castella custodias thesaurorum in deditionem acciperentur', *Serv. in Verg. Aen.* XI 801 secundum Sallustium in IIII historiarum, qui ait 'castella custodias thesaurorum' pro custodiae. ita enim etiam Asper intellegit thesaurus costodias *A* 6 thesauros thes (thec *c*) custodias thes (thec *c*) regias *BC* thesauros (the *add. a**) costodias (the *add. a**) regias *A* 7 graecam declinationem *ABC* 8 thes musas tabula thes tabulas *BC* the musas tabula the tabulas *A* 10 cum dicamus *corr.* cum dicimus *B*: cum dicamus pater cum dicamus *A* 12 ergo incipiet *BCa* ergo incipit *A* 15 ego dico *A*(?)*C* ego autem dico *B* ergo dico *a** 18 ut sic sit — regiae *om. A, add. a* 25 plebis genetivus est *om. A, add. a* 26 cum *om. A, add. a* cetera alia *ABC* 29 hoc sequi magis debemus *B* quoniam exstat *Ba** quoniam stat *A* 30 in collativo *BCa* incolativo *A* in collectiuo *c. fortasse* in elocutione

p. 192–94 L.

nere. quo modo hoc potest fieri? si nomen compositum, ut dixit, non potest conponi, quo modo potest conponi de pluribus? nam quando dico doctus, una res est; quando dico indoctus, duae res sunt. quo modo possumus de pluribus conponere, nisi compositum iterum conponamus? ut est illud *quod* legimus, expugnabilis inexpugnabilis. ideo videor de pluribus conpo suisse, quoniam iam compositum nomen conposui. iste autem dixit in principio nomina composita non posse conponi, et item dixit tamen 'sed sciendum est etiam de pluribus posse conponi'. contraria videntur. contraria sunt quidem ad verba, ad rationem non sunt contraria. scire enim debes, quae nomina composita sunt, omnia naturaliter semel composita sunt; non possunt iam amplius conponi. sed si volueris conponere in similitudinem, possunt iterum conponi. nam haec ipsa quae composita sunt de pluribus, in similitudinem revertuntur. numquam invenis nomen in contrarium compositum. puta felix: qui est felix? qui habet prosperam fortunam; ecce habes significationem. conpone illud: infelix; ecce mutasti sensum: aliud est felix, aliud infelix. iterum si volueris conponere, regredi habet prima significatio damnatam conpositionem ininfelix, sublata ista re: hoc non licet, ista conpositio non conceditur. ceterum iam conpositiones [iam] simplices sunt. puta pugnabilis, expugnabilis: idem est expugnabilis, quod est pugnabilis, 'ille locus est pugnabilis', hoc est qui possit paene dirui; 'iste locus est expugnabilis', hoc est qui possit paene dirui. inexpugnabilis non videatur tertia esse conpositio, | sed secunda. similiter territus: quid est territus? timidus. perterritus quid est? similiter timidus. numquid tale est, quem ad modum felix? numquid ipsa conpositio convertit nomen, et non magis priorem significationem firmavit? ergo quando significat priorem significationem confirmantem, numquid possumus hoc dicere esse iterum compositum? non enim videtur quasi tertia adhiberi, sed post confirmationem secunda est. et licet nobis ita conponere, aliter non licet.

DE CASIBVS

Graeci casus habent quinque tantum, nominativum genetivum dativum accusativum et vocativum. idcirco ablativum plerique varie appellant: alii illum dicunt sextum a numero, alii illum latinum vocant *ab* eo, quod Graeci illum non habeant, sed specialis est latinitatis.

Plane quaesitum est, utrum nominativus casus esset. et si verum 433, 12

---

3 quomodo possunt *ABC* 5 quod *om. ABC* expugnabilis ideo uideo inexpugnabilis ideo uideo *A* videor] uideo *BC* 8 sed *om. A, add. a* etiam de plurimis *A* 14 in contrarium positum *C* 15 habes] habet *ABC* 17 significatio in damnatam *C. fortasse* damnat istam compositionem 20 idem est quod pugnabilis et expugnabilis idem est ille *Cb* idem est quod pugnabilis et expugnabilis ille *B* idem est ille *A:* quod pugnabilis et expugnabilis idem est *in marg. a* 24 numquid tale est quemadmodum felix *om. A, add. a* 28 adhibere *A* 32 plerique *BCa* plerumque *A* 33 uocant eo *ABC*

p. 194—96 L.

quaeras, non potest nominativus casus dici. nam casus dictus est ab eo, quod faciat nomen cadere, id est declinari et flecti. quando enim dico doctus, integrum | est; cadit et facit docti; iterum cadit et facit docto; item cadit et facit doctum. casus dicuntur inflexiones ipsae. ergo si casus ideo dicti sunt, quod faciant nomen cadere et inflecti, constat nominativum casum non esse. non enim inflectitur, sed sic, quem ad modum invenitur, sic constat. ut puta si dicas doctus, quae est inflexio? nulla est, incipit a genetivo inflecti; item in dativo, item in accusativo et reliquis. si ergo non est inflexio in nominativo, non est casus. sed tamen est ratio, qua dicitur casus, licet non inflectat ipse; sed tamen per ipsum scimus, quid sit inflecti. non enim potes intellegere, quid est inflexum, nisi ante intellexeris, quid est integrum. unde scisti quoniam huius docti inflexus est casus, nisi quoniam scisti ante hic doctus non esse inflexum casum? unde scimus quoniam mutatio facta est in genetivo singulari, nisi scieris quoniam principale illud ita fuit? habet hoc etiam exemplum de gradibus. gradus dicitur ascensus quidam. si hoc est, positivus non debet dici gradus: nam positivus nullus ascensus est. incipit esse ascensus a conparativo et superlativo. sed tamen licet ipse positivus non est ascensus, tamen, quoniam per ipsum positivum fit ut intellegamus postea, quid est ascendere in conparativum et superlativum, idcirco appellatur et ipse gradus. ideo ergo nominativus, licet non est casus, tamen, quoniam facit nomen stare et facit postea cadere, ideo appellatus est casus.

Genetivus dictus est ab eo, quod per ipsum exprimamus genera; ideo dictus est genetivus. puta 'cuius filius est ille?' oratoris; ecce genetivus est, et genus inde intellegimus. puta 'cuius gentis homo est?' Africanae; ecce genetivus est, et genus inde exprimimus. scire debemus quod iste casus apud Latinos simplicem habet sensum, apud Graecos duplicem. aliquando sic habet, quasi inde creet; aliquando sic habet, quasi non inde creet, sed auferat. hoc vero graecum est. habes unum librum Probi de isto genetivo scriptum; tantum modo hoc solum tractat in illo libro, de hoc casu. quare *hoc* dico? plerique sunt Graeci satis et trahuntur ad illam linguam consuetudinis suae. apud Graecos, ut diximus, ablativus non invenitur, sed omnia per genetivum proferunt.

---

2 declinari *Ca* declinare *AB* 5 nomina cadere *BC* 6 sed sic — 7 constat *om. A, add. a* 7 constitit *a* 10 ratio *om. A, add. a* dicitur casus *AC* dicatur casus *a* dicitur *B* sed] se *A* 11 inflecti *ACb* inflectere *B* inflectio *a** potes *Ba* potest *AC* 16 si hoc est *A* si hoc non est *a* sed hoc non est *BC* 18 sed tamen licet ipse *AB* sed licet ipse *a** sed tamen ipse *Cb* 21 nominatiuus dicitur (dicitur *om. B, add. b*) quoniam non est casus *ABC* 30 quasi inde creet aliquando sic habet quasi non inde creet *BCa* quasi inde ..... aliquando sic habet quasi non indegerit *A* uere *ABC* 31 tantum modo — de hoc casu *om. B, add. b* 32 de *om. A, add. a* quare dico *ABC* 33 *fortasse* consuetudine sua

p. 196—99 L.

'tulit ab illo' dico latine, 'tulit ab illius' dicunt Graeci. haec autem discretio non est in casu, sed est in sensu tantum modo. scire autem debemus quoniam hoc officium auferentis [quod auferentis est] translatum est a | genetivo in ablativum, quod Graeci hoc per genetivum utuntur. dativus dictus est ab eo, quod per ipsum ostendamus nos aliquid dare, puta 'da illi', 'da mihi': ideo dativus dictus est, quod per ipsum demus, puta 'da oratori', 'da grammatico'. accusativus, quod per ipsum accusemus, puta 'accuso illum'. vocativus, quod per ipsum vocemus, o Cicero, o orator. ablativus dictus est, quod per ipsum aliquid auferamus, 'aufero a Cicerone'.

Septimus est ablativi similis: idem est septimus, qui et ablativus, in 433, 16
plerisque elocutionibus. nam ecce tale est, si dicas 'doctior ab oratore', quem ad modum si dicas 'doctior oratore': 'doctior oratore' septimus est, 'doctior ab oratore' ablativus est. idem erit ablativus, qui est et septimus; sed in plerisque elocutionibus, non in omnibus. inveniuntur enim elocutiones, ubi longe aliter sit ablativus, quam septimus. in principio scire debemus quoniam inter ablativum et septimum nihil interest nisi sola praepositio: septimus est 'doctior oratore', ablativus 'doctior ab oratore'; erit septimus detracta praepositione. sed quo differunt? plerique dicunt nihil differre utrumque casum, sed unum habere sensum. nam re vera idem est ablativus, qui | est et septimus, invenitur tamen elocutio, ubi aliud significet ablativus et aliud septimus, si ita loquaris 'illo praesente suscepi'. quando dico 'illo praesente suscepi', septimus est, non habet praepositionem; quando dico 'ab illo praesente suscepi', ablativus est; et longe aliud est 'ab illo praesente suscepi' et aliud 'illo praesente suscepi'. quando dico 'illo praesente suscepi', non est id quod 'ab illo praesente suscepi'. si enim dicam 'illo praesente suscepi', tres personae sunt, illo praesente ego suscepi ab illo; si dicam 'ab illo praesente suscepi', duae personae sunt, ego suscepi ab illo qui praesens fuerat. ergo vides aliquotiens inveniri elocutionem, ubi consentiant illi casus, aliquotiens inveniri ubi differant.

Legimus in quibusdam artibus non quidem frequentatis etiam octa- 433, 23
vum esse casum. multi dicunt sex tantum casus esse, multi addunt septimum; addunt plerique etiam octavum, ut 'it clamor caelo', 'subeunt muro'. multi dicunt octavum esse casum, multi genus esse elocutionis. sed animadverte, et iam pro arbitrio tuo est, sive ut hoc dicas, 'octavus est | casus', sive ut dicas genus esse elocutionis. interim adverte,

---

1 tulit ab illo dico latine tulit ab illius dicunt graeci *A* tulit ab illo dico latine illi non dicunt ita sed dicunt tulit ab illius *BCa* 3 quod auferentis est *A* quod auferenti est *BCa* 4 quo graeci *BC* 8 accusa illum *BC* 22 significet *BCa* significat *A* 25 et aliud *BCa* et illud *A* 31 deferant *a* deferunt *A* differunt *BC* 33 sextum esse *ABC* 34 it clamor] *Verg. Aen.* V 451 subeunt] *Verg. Aen.* VII 161 muroque subibant 37 octavus est casus sive ut dicas *om. A, add. a* genus est eloquutionis *C*

p. 199—201 L.

quem ad modum fit ut in potestate tua sit vel illum casum facere vel elocutionem. ita fit: omnia quae accusativo possumus cum praepositione iungere, si iungamus dativo sine praepositione, ecce sic fit. ergo haec est elocutio, quae potest iungi accusativo cum praepositione, si iungatur dativo sine praepositione. 'it clamor in caelum', 'ille it sub murum': 'it clamor in caelum', in praepositio est, caelum accusativus est: tolle inde praepositionem, muta accusativum casum in dativum, et fecisti illud, 'it clamor caelo'. 'it ille sub murum', sub praepositio est, murum accusativus est: tolle inde sub, muta illum casum, fac muro, et habes illud, 'subeunt muro'. et inde ista omnis elocutio fit. tamen legimus aliquotiens quod elocutio est, aliquotiens quod octavus casus est.

433, 26 Scire debemus quod omnes casus varios habent exitus. ipsa est optima declinatio, quae in omni casu exitus variat [puta nominativus in us ut exeat, genetivus in i, dativus in o]. quotienscumque mutantur omnes casus, tunc optima est declinatio, ut est unus: ecce unus, mutavit unius, mutavit uni, mutavit unum. erunt | inflexiones in ultimis syllabis: vide ne consideres priores syllabas; illae enim non inflectuntur: omnes inflexiones in ultimis syllabis fiunt. ibi considera exitus varios. ergo unus, mutavit unius, mutavit uni, mutavit unum: omnes casus varii sunt, et dicitur ista declinatio hexaptota, quod sex habet casuum varietates. inveniuntur aliquotiens pentaptota. pentaptota sunt, quotiens quinque sunt varietates et sex casus. et quo modo potest fieri ut sex casus quinque habeant varietates? [et quomodo potest fieri hoc?] si sint duo similes casus. puta si nominativus et vocativus * in us exeunt. ecce quem ad modum fit pentaptotum, ut huic docto et ab hoc docto. iam habet similem dativum et ablativum, huic docto et ab hoc docto: nam et docto dicimus dativo et docto dicimus ablativo. hic doctus huius docti huic docto hunc doctum et o docte; ecce habes pentaptotum. tetraptotum est, quotiens quattuor sunt varietates, sex tamen casus. quem ad modum autem fit? quotiens nominativus et vocativus, dativus et genetivus similes sunt: puta hic dies et o dies; in es exit utrumque; huius diei et huic diei; ecce duas varietates; hunc diem et ab hoc die, ecce quattuor varietates. triptotum est, quotiens tres sunt varieta|tes et sex casus, ut est templum: hoc templum, hoc templum, o templum, id est nominativus accusativus et vocativus unum exitum habent; item dativus et ablativus, huic templo et ab hoc templo; et genetivus dissimilis, huius templi. diptotum est, quotiens tres similes sunt casus et tres dissimiles. hoc

---

3 si iungamus *BCa* si iungas *A* haec *ACb* hoc *Ba* 6 tolle inde — 9 accusatiuus est *om. A, add. a* 7 in datiuo *BC* 12 habent habere *ABC* debent habere *a** 24 in us exeunt *A* in us exeant *BCa: pentaptotorum duo genera posuisse videtur grammaticus, alterum eorum quorum nominativus et vocativus similes sunt, alterum eorum quorum dativus et ablativus, quod accidit nominibus nominativo singulari in us exeuntibus. itaque lacunam indicavi* 32 ab hac die *ABC* 37 et tres dissimiles *BCa* et tres similes *A*

autem invenitur in temporibus, in declinationibus non licet: ut est hoc cornu hoc cornu et o cornu, nominativus accusativus et vocativus corripiuntur; huius cornu huic cornu et ab hoc cornu, isti tres producuntur. tres corripiuntur et tres producuntur. item est quod appellatur aptoton, penitus ubi nulla inflexio est, ut nequam: sive nominativus sive genetivus sive dativus sive accusativus sive vocativus sive ablativus ita dicuntur, hic et haec et hoc nequam huius nequam, et reliqua; non inflectitur.

Nomina numerorum etiam ipsa ab uno usque ad tres [numeros] possumus declinare: ut puta unus unius, duo duorum, tres trium possumus declinare; a quattuor usque ad centum non declinantur. quare? nemo enim potest dicere quattuor quattuorum, viginti vigintorum; nemo dicit hoc. ab uno usque ad tres potest declinari, a quattuor usque ad centum non potest declinari. item a ducentis in infinitum suscipitur declinatio per omnes numeros, ducenti ducentorum, tricenti tricentorum, quadringenti quadringentorum, excepto uno numero mille, sed nec hoc ipsum in utroque numero, sed in singulari. quaesitum est hoc ipsum, utrum mille diceremus an mile, id est utrum per geminum l an per unum. sed Plinius Secundus in libris dubii sermonis ita expressit, ‘mille non debemus aliter dicere, nisi per geminum l’. et quid facimus de numero plurali? quo modo habemus dicere? dicit ‘in numero plurali unum l ponere debemus et dicere milia’, ut est ‘milia multa daret leto’. et quid est hoc? quare illud per unum l profertur, et illud per geminum l? ratio hoc exigit declinationis. nam si dixeris hoc mile, cogo te declinare, et incipis dicere hoc mile huius milis huic mili hoc mile o mile, quod non facile invenis; declinationem istam non invenies. qua ratione autem cogo te declinare? si dixeris mile, quoniam nominativo invenitur unum l, declinatur ipsum nomen. inde milia declinamus, quoniam istud unum l habet. ergo ideo non possumus in numero singulari dicere hoc mile, ne cogamur ad declinationem. ideo autem in numero plurali per unum l profertur, quoniam | invenitur declinatio. numerus autem singularis geminum l habet, sed indeclinabile, hoc mille. unde hoc probamus, quia et geminum l habet et non recipit declinationem? illa res docet quod non recipit declinationem: possum ita dicere, ‘habeo mille servos’; modo accusativus est mille propter servos. si volo, facio illud genetivum, ‘habeo mille servorum’. quantum habet servorum? mille; ecce modo genetivus est. si ergo pro qualitate inflexi nominis

1 non in (in *om. A, add. a*) declinationibus non licet *ABC* 7 non flectitur *A* 8 etiam ab ipsa ab uno *A: fortasse* nomina numerorum etiam ipsa a quattuor usque ad centum non declinantur; ab uno usque ad tres numeros possumus declinare numeros *om. A, add. a* 12 hoc *om. A* 13 duocentis *A* 18 plenius *AC* dubiis sermonis *A* 21 ut est *om. C, add. c* milia] *Verg. Aen.* V 806 dare *A* 22 et quod est hoc *A* et quid hoc *BC* per unum profertur *C* 23 exegit *A* 24 milis *om. B, add. b* 33 possum ita *A* possum et ita *BCa* 34 accusatiuus est modo mille propter seruos si uolo *A* accusatiuus est modo modo mille accusatiuus est propter seruos habeo mille seruos si uolo *BCa* 35 illum *A*

p. 203—05 L.

mutamus etiam casus, et illud nomen omnino non mutatur, constat quoniam non declinatur. mille autem servorum habetis in ipso Cicerone, 'facile mille hominum versabantur'. vides quoniam genetivus est. unde potius illud nomen apparet quoniam indeclinabile est.

433, 35 Praeterea sciendum est esse aliqua nomina quae non per omnes casus declinantur; sed aliquotiens invenitur nomen cum uno casu, aliquotiens cum duobus, aliquotiens cum tribus, aliquotiens cum quattuor. ecce nomen cum uno tantum casu, ut sponte; septimus est, nec alium invenimus: natu, maior natu: tabo, 'et terram tabo maculant'; tantum septimus est. ecce habes nomina contenta singulis casibus. inveniuntur alia nomina tantum modo contenta duobus casibus, nominativo et | vocativo, ut hic Iuppiter o Iuppiter. ceterum qui ita declinant, hic Iuppiter huius Iovis, stultum est. et illa enim ita habebis declinare, hic Hercules huius Amphitrioniadae, et haec Minerva huius Palladis. quo modo enim illud possumus declinare? numquid, si ille Iuppiter habeat quinque aut quattuor nomina, idcirco debeo per singulos casus mutare illa nomina? hoc stultum est; sed dicimus, Iuppiter habet duos casus, hic Iuppiter et o Iuppiter. aliquotiens inveniuntur nomina, ubi tres tantum sunt casus, ut puta hoc nefas hoc nefas o nefas; aliquotiens ubi quattuor tantum casus sunt, ut est Iovis, huius Iovis huic Iovi hunc Iovem ab hoc Iove. quinque casus numquam possumus invenire. ecce deficiunt quinque simul, deficiunt quattuor, deficiunt tres, deficiunt duo; unus numquam potest deficere. qua ratione non potest deficere unus? quia nominativus et vocativus paene idem sunt, ut puta haec Musa o Musa, hic pater o pater, hic fluctus o fluctus, hic dies o dies. si ergo ita profertur vocativus, quem ad modum nominativus, quotiens defecerit nominativus, necesse habet deficere et vocativus. ideo non possumus invenire ubi quinque sint casus. quamquam potes fingere secundum usum: puta sublato vocativo invenitur nominativus, ut sint quinque casus. hic populus, non dico arborem, sed multitudinem, hic populus huius populi huic populo hunc populum et ab hoc populo. vocativum quo modo facimus? Lucanus ita dixit, o populus, 'degener o populus'. Quintilianus in controversia sua o popule dixit, quod non potest dici. quid tam enim aridum, quid tam absurdum, quam hoc dicere? vide autem, quid dicit ipse Donatus: ait 'sed haec, quae dico deficere, secundum usum dico, ceterum scio

---

2 Cicerone] *pro Mil.* 20, 53 3 seruabantur *C* genetiuum unde *A* 8 sponte nec aliud inuenimus septimus est natu *ABC* 9 et terram] *Verg. Aen.* III 29 maculant *BCa* maculat *A* tantum *om. A, add. a* 12 iupiter *constanter B* 13 declinare et haec minerua huius palladis hic herculis huius amphitrionis (amphytrionis *A*) quomodo *ABC* 16 ideirco debet *C* 17 habet *A*(?) habere *BCa* 25 haec dies *A* 27 et *om. AB* ubi quinque sint (sunt *A*) casus puta sublato nominatiuo innenitur uocatiuus ut sint quinque casus quamquam potest fingere secundum usum hic populus *ABC* 31 Lucanus] *Pharsal.* II 116 32 degenere populus *AC* quintillianus *AC*

me legisse haec ipsa quae deficiunt'. ecce lateris, si ad artem advertas, non debet habere nominativum. quid ergo? nominativus et vocativus non inveniuntur? inveniuntur quidem, sed in auctoritate; in usu non inveniuntur. erit autem huius nominis nominativus hic later; plerique dicunt hic las, sed falsum est: ita enim facit, later. ita legimus et in Probo et in antiquis. item huius dicionis: erit nominativus haec dicio. hoc in usu non est; tamen si compositum sit, erit in usu, dicio condicio; erit nominativus haec condicio huius condicionis. hoc ipsum etiam quod diximus, hic Iuppiter et huius | Iovis, apud antiquos libros invenimus plenas declinationes, hic Iuppiter huius Iuppitris huic Iuppitri. legimus in Capro hic Iovis huius Iovis. etiam Naevius Attius Pacuvius, omnes isti utuntur hoc exemplo. tamen ista de usu remota sunt. ideo dixi, ne putes istum imperitum esse aut te omnia debere dicere. ita enim locutus est, 'sunt aliqua quorum nominativus in usu non est'; non dixit 'quorum nominativus non est quidem', sed 'in usu non est'. ergo vides quia docuit lecta esse, sed non debere poni.

Praeterea sunt aliqua nomina addicta casibus. haec autem innume- 434, 3
rabilia sunt. omnia ista genera figurarum sunt, quae dicit; exempli tamen causa ponit aliqua. tu scire debes quia sine aestimatione sunt, nec est conputatus. sunt aliqua nomina quae genetivo casui serviunt, aliqua quae dativo, aliqua quae accusativo, aliqua quae ablativo, aliqua quae septimo serviunt. genetivum ista secuntur, ignarus belli et securus amorum; genetivum tantum tenent. ignarus belli: numquid possumus dicere ignarus bello aut ignarus illa re? noli putare quoniam haec sola sunt; haec duo scripta sunt, exempli causa sunt posita; ceterum in|numerabilia sunt. similiter quae dativo serviunt, inimicus malis; quamquam hodie in usu est ut dicant 'inimicus tuus est', sed non est latinum. solve illud, fac illud unum, et utrumque legimus, et 'amicus tibi est' et 'amicus tuus est': habemus in Terentio

amicus summus meus et popularis Geta,

amicus meus Geta, non amicus mihi Geta. ergo licet mihi dicere, amicus meus et amicus mihi; 'inimicus' autem 'meus est' non bene dicimus, sed

---

1 ad artem] ad laterem *ABC* 3 inuenitur quidem *AB* in usu non inuenitur *Ba* inu non inuenitur *A* 4 hic later. *una littera, ut videtur, post* r *deleta A, sed non fuit* lateris *quod edidit Lindemannus* hic las *Ba* hic lar *C* hic later *A* 5 facit later. *una littera, ut videtur, post* r *deleta A* ita enim legimus in probo *B*: *Prob. cathol. p.* 17, 4 6 dicionis *a* ditionis *ABC* haec ditio *BC* 7 dicio conditio *B* ditio conditio *C* 8 haec condicio huius conditionis *B* haec conditio huius conditionis *C* 10 hic Iovis] *Priscian. l.* V *p.* 189, 5 *et l.* VI *p.* 229, 10 11 neuius *AC* neçuius *B* accius *AB* attius *C* pacuuius *BCa** pacuuis *A* 12 sunt] est *C* 13 te *om. A, add. a* 14 aliqua *BCa* alia *A* 17 addicta *Ca* a..icta *A* adicta *B* 18 omnia genera figurarum ista sunt *ABC* 20 compotus *C* compotatus *c* 21 aliqua quae datiuo aliqua quae accusatiuo aliqua quae ablatiuo aliqua quae septimo *BC*: quae *om. A* 22 amorum *BC* armorum *AC* 27 solue illud et fac *C* 29 habemus *BCa* habes *A* in Terentio] *Phorm.* I 1, 1 31 amicus meus Geta non amicus mihi Geta *om. B* 32 est *ante* non *om. A, add. a*

p. 207—10 L.

'inimicus mihi est'. alia accusativum secuntur, exosus bella, praescius futura. haec genera figurarum sunt. nam [quando dico exosus bella, praescius futura] genetivum naturaliter tenent, 'praescius est futurorum'. alia sunt quae secuntur ablativum, secundus a Romulo. multa vitia fiunt [secundus a Romulo]: hodie ita dicunt, 'ille primus sedet, ille illi secundus est', puta 'ille primus doctior est, ille illi secundus [doctior] est'; soloecismus est. debemus enim dicere non 'illi secundus est', sed 'secundus ab ipso est'. alter similiter: non possumus dicere 'alter est illi', sed 'alter est ab illo'. alia septimum casum tenent, ut est dignus munere, mactus virtute. haec naturaliter septimum casum tenent. ceterum et dignus illam rem legimus in Terentio, 'dignus es cum tua religione odium'. et macte virtute dicimus naturaliter, id est magis aucte, 'macte nova virtute puer'; tamen legimus et macte virtutis in Statio,

macte animi, dignus tantis qui crederis armis.

interim naturalis vox est 'dignus munere' et 'mactus virtute'.

408, 28 495, 23 Omnia nomina ablativo singulari quinque litteris vocalibus terminantur. genetivus pluralis et dativus et ablativus in dubitationem veniunt et varie declinantur. quando autem vel ita vel ita declinemus, intellegimus ex ablativo singulari. et bene fecerunt Romani ab ablativo singulari sumere regulas. qua ratione? quoniam iste proprius ipsorum est: ablativum enim Graeci non habent, sed Romani. debuerat ergo | latinis nominibus latinus casus regulas dare. idcirco ab ipso regulas sumebant, non ab aliis. ablativus autem singularis quinque litteris terminatur, a e i o u: a, ut Musa; e correpto aliquando, aliquando producto, correpto, ab hoc pariete, producto, ab hac die; i, puppi, o, docto, u, ab hoc versu.

434, 8 A terminatus ablativus genetivum in rum mittit, dativum et ablativum in is, ab hac Musa Musarum his et ab his Musis. quaeritur quo modo dicamus dea dearum, utrum deis an deabus? ait sic Donatus, 'debemus quidem regulas sequi, sed, ne confundamus sexum et nescias utrum deos dicamus an deas, sic admittere ut dicamus deabus, non arte, sed discernendi sexus causa'. hoc dixit et abstinuit se a re, quam debuerat dicere. quid ergo? ubique observandum est? si hoc est, si quoniam confusum est et discretionis sexus causa mutamus ista, non te permitto dicere ab his Romanis, sed Romanabus, quia, si dixeris ab his Romanis, nescio | utrum masculinus sexus sit an femininus; non te permitto dicere ab ipsis, sed ab ipsabus, non ab istis, sed ab istabus. confusus est sexus tam in pronominibus quam in nominibus. ait sic Probus, quod verum est, 'debe-

---

5 primus .. sed et ille *A* primus sed ille *B* 11 in Terentio] *Andr.* V 4, 37 12 odium *om. AC* 13 macte *BCa* macta *A*: *Verg. Aen.* VIIII 641 in stacio *A*: *Theb.* II 495 21 proprie *ABC* 23 idcirco *A* et idcirco *BCa* 29 utrum diis *AB* 32 abstenuit se a regula *BC* 33 s' quoniam, *h. e.* sed quoniam *BC* 34 permitto *BCa* permittit *A* 38 Probus] *instit. art. p.* 82, 16

mus per omnia regulam sequi; sed si quando fuerit necessitas testamenti scribendi, tunc ista servanda sunt, aliter non'. puta maiores nostri voluerunt iuris necessitate dirimere apertam regulam et apertam rationem, ne aliquid in dubitationem veniret. nam si diceret 'volo filiis meis dare illum fundum', quo modo videretur apertum esse, de quibus sensisset? utriusque enim sexus confusus est. sed ut discernamus, idcirco dicimus filiabus, propter necessitatem iuris, deis deabus, et alia quae similia sunt, quae pertinent ad necessitatem iuris. cetera regulis serviunt. et quem ad modum discernuntur? sensu tantum. quando dicimus ab his Romanis, utrum de masculo dicamus an de femina, incertum est; sensu tantum discernimus. in tantum verum est, ut etiam nominativus incertus sit. puta advena: potest et masculus esse advena et femina esse *advena* et mancipium esse advena; incertum est cuius sexus sit. agilis potest et masculini esse et feminini generis. vides ergo quoniam non necesse est diverso exitu syllabarum determinari genera, sed aliquando ipsa genera divi|dimus sensu; quoniam confusus est sexus, intellectu debemus haec scire. ergo debemus, ubi est necessitas iuris, hoc mutare, ubi non fuerit, servire regulis. et in tantum hoc putavit Probus, ut etiam dixerit ista verba mutari, nata natabus, filia filiabus, dea deabus, mula mulabus. quinque posuit tantum modo. ista sunt, alia iam regulis serviunt.

E terminatus ablativus et productum habet e et correptum. quando autem necessarium habet producere vel corripere, ex declinatione genetivi singularis colligitis. si genetivus singularis is syllaba fuerit terminatus, in ablativo e corripitur, pater patris ab hoc patre, mater matris ab hac matre; corripitur. si ei fuerit terminatus genetivus singularis, ablativus producitur, dies diei ab hac die, fides fidei ab hac fide. vel sic etiam potestis illud colligere, quem ad modum legistis in primordiis: quotienscumque tertia est declinatio, ablativus singularis e correptum habet; deinde quotienscumque fuerit quinta declinatio, e productum habet. et si fuerit e correptum, noli sequi istam regulam, 'quotienscumque fuerit e correpto terminatus ablativus singularis, genetivum pluralem in um mittit absolute, ut ab hoc patre horum patrum'. invenimus autem nos quod 496, 9
ablativo singulari e ter|minato aliquando in um exit, aliquando in ium: in um exit, ut ab hoc pariete horum parietum; in ium exit, *ut ab hoc* hoste hostium. quem ad modum ista regula definitur? dicit ita, 'si ablativus singularis e fuerit terminatus, aliquando perdita ipsa e littera accipit um, aliquando non perdit e, sed in i mutat et sic um accipit'. puta ab

---

1 regulam] saecula *A* 3 necessitatem dirimere (derimere *A*) aperta regula et aperta ratione *ABC* 4 nec aliquid *B* 7 deis] diis *AB* 10 sexu tantum *C* 12 et masculus esse aduena et femina esse et *BC* et masculus . . . esse et femina esse et *A* 14 ergo *om. A, add. a* 15 diuersos exitus *BC* 22 uel corripere *BCa* aut corripere *A* 23 colligitis *BC* collegis *A* collegitis *a* 27 potest *ABC* 29 et sic fuerit *A* 30 quotiens fuerit *A* 31 genetiuus pluralis *A* 33 aliquando in ium — 36 e fuerit terminatus *om. A, add. a* 34 exit hoste *BCa*

p. 212—14 L.

hoc hoste non perdit e, sed hoc ipsum e in i mutat et accipit um et facit hostium; aliquando perdit et sic accipit um, ut ab hoc pariete horum parietum: ecce in isto nomine perit e, in illo non perit, sed e in i mutavit. inde est illud quod invenimus in auctoribus, civitatium et civitatum, invenimus etiam et parentum et parentium, invenimus saepius. qua ratione? quoniam licet iam et scribentum et dicentum. *quaeritur* utrum debeat e illam litteram commutare in i, an debeat amputata ipsa littera convertere in um? puta si velis e illam litteram mutare in i, addere um, facit civitatium; si velis amputare e, addere um, civitatum facit. ergo ipsam regulam scire debemus, quod plerumque nomina e correpto termi nata in abla|tivo amittunt e litteram et accipiunt um, plerumque non amittunt, sed in i mutant et sic accipiunt um et faciunt genetivum in ium, dativum et ablativum in bus mittunt, excepto uno tantum modo
434, 12 nomine, vase vasorum. namque hoc nomen in numero singulari tertiae declinationis est, in numero plurali secundae declinationis est: puta vas vasis vasi vas vas a vase; ecce haec omnis declinatio tertia est. transit ad numerum pluralem et facit secundam declinationem, vasa vasorum; debuit facere vasum. nam a tertia declinatione genetivus in um mittit, dativus et ablativus in bus; debuerat dicere vasibus. nam a tertia declinatione vas vase habet facere, a secunda vasa vasorum vasis. ergo hoc nomen dicamus quod in singulari numero tertiam habet declinationem, in numero plurali secundam. si autem e producto terminatur ablativus, genetivus pluralis in rum mittit, dativus et ablativus in bus, ut ab hac die dierum diebus. noli sequi illud quod dixit Sacerdos; dicit plerumque genetivum pluralem tam in rum quam in um mittere: | hoc falsum est penitus. hoc tu sequere, quando ablativus singularis est e producto terminatus, genetivus in rum mittit, dativus et ablativus in bus, ut puta ab hac die, dierum et diebus. et haec nomina generis sunt tantum femi-
434, 13 nini. regula talis est: omnia nomina ablativo singulari e producto terminata generis sunt feminini. quid ergo? dies debet secundum definitionem generis esse feminini, sed legimus etiam hic dies. [hoc quod lectum est, talis regula est] in alio autem genere ut dicatur hic dies, adverbii necessitas facit. in adverbio quid dicimus? hodie. quid est hodie? quasi hoc die. si esset feminini generis, hadie diceremus. ergo hinc apparet quo-

---

6 quaeritur *om. ABC, fortasse plura etiam exciderunt* 7 debeat e illam litteram *BCa* debeat e litteram illam *A* an *BCa* aut *A* 8 in um] in i *ABC* litteram *om. B* 12 et faciunt genetiuum in ium *om. A, add. a* 18 facere uasum *BCa* facere uasuum *A* 24 Sacerdos] *Claud. Sacerd. p. 1 ed. Vindob.* 25 tam (tam *om. A*) in rum quam in ium (in rium quam in rum *A? corr.* in rum quam in ium *a*) mittere puta dierum et diebus hoc falsum est *ABC.* dierum et diebus, *quae ab hoc loco aliena sunt, post* 28 ab hac die *transposui* 26 quando *B* quoniam *AC* 27 genetiuum *B* datiuum et ablatiuum *BC* 28 ab hoc die dierum et haec nomina *A* ab hac die et haec nomina *BCa* 30 quid ergo — 31 feminini *om. A, add. a* 33 in aduerbio est quid *ABC*

p. 214—17 L.

niam admiserunt genus masculinum propter adverbii necessitatem. ceterum si non sit adverbii necessitas, genus est femininum.

I terminatus ablativus: ista regula multiplex est. i terminatus ablativus singularis genetivum in ium mittit, dativum et ablativum in bus, ut ab hac puppi puppium his et ab his puppibus. quaeritur in ipsa regula, quando dicamus has puppes, vel quando dicamus has pup|pis; quando in is, quando in es. talis regula est: quotienscumque genetivus pluralis in ium exit, totiens accusativus in is exit, puta agilium facilium docilium puppium; ecce quoniam in ium exit genetivus, accusativus iam in is exit, hos agilis hos facilis hos docilis. si autem genetivus non exeat in ium, sed in um, in es exit accusativus, pater patrum patres, mater matrum matres. non possum dicere patris matris, sed hos patres has matres. i ergo terminatus ablativus singularis aliquando genetivum pluralem in ium mittit, aliquando in um. quando etiam accusativus pluralis in is exeat, quando in es, diximus; modo illud videamus, ipse genetivus pluralis quando in um exeat, quando in ium. habeo tres regulas. quotienscum- 434, 17
que nominativus singularis n et s litteris terminatur, in ium exit, amans amantium, docens docentium, clamans clamantium. omnino omnia vel participia vel nomina similia participiis praesentis temporis in n et s exeuntia in nominativo singulari genetivum pluralem in ium mittunt. ista participia sunt, amans docens; et nomina similiter, potens inpotens, potentium | inpotentium. ecce nominativus si n et s litteris fuerit terminatus, genetivum pluralem in ium mittit. item si ablativus singularis e correpto terminetur in genere feminino, genetivus pluralis in ium exit, ut ab hac clade cladium. item si i terminetur ipse ablativus in quovis genere, puta masculino feminino neutro, ut ab hac puppi puppium. ecce habes tres regulas, quibus regulis intellegas, quando genetivus in ium exeat. si autem nominativus singularis non n et s litteris terminetur, si ablativus singularis non e correpto terminetur in genere feminino, aut si i non terminetur ablativus in quocumque genere, in um exit genetivus. sed illud te admoneo, omnes istas regulas *non* ex necessitate facere istum genetivum pluralem: non, quotienscumque istae tres regulae fuerint, necesse est ut genetivus pluralis in ium exeat, sed quotienscumque ipse genetivus pluralis in ium exit, ab istis tribus regulis nascitur. ne dicas mihi 'ecce n et s litteris terminatus est nominativus et debet genetivum in ium mittere'. falsum est; dico nunc 'quando genetivus in ium exit, necesse est ut ab illa regu|la veniat * sed quando in ium exierit, necesse est ut inde veniat'. dabo etiam exemplum, unde hoc probem. matre

1 genus ergo hic masculinum *BCa* genus ergo hic masculinus *A* 11 mater *om. A* 18 clamans clamantium *om. A, add. a* 26 puta in masculino et feminino neutro *A* 31 regulas ex necessitate *ABC* 33 ut genetiuus pluralis *BCa* genetiuus pluralis ut *A* 37 ab illa regula *BCa* ab illas regulas *A. lacuna quam indicavi haec fere excidisse videntur*, non quando ab illa regula veniat, necesse est ut genetivus in ium exeat

p. 217—19 L.

quando dico; certe e correptum est et genus femininum est; et diximus quoniam ablativus singularis e correpto terminatus genere feminino genetivum pluralem in ium mittit, ut clade cladium. ergo dicere debemus matre matrium; sed non est hoc, nemo dicit. unde apparet quoniam istae tres regulae non sic emittunt genetivum, sed ille genetivus, quotiens
496, 14 sic exierit, ab istis tribus regulis venit. inde est illud quod invenitur apud auctores, amantium et amantum et morientium et morientum, 'morientumque ora parentum'. quare non morientium? quia, cum nominativo n et s litteris terminato dixerimus genetivum pluralem in ium *mittere, non hoc diximus, quod semper in ium* mittat; sed quotienscumque ita est genetivus, inde venit, necesse est ut ab istis tribus regulis veniat.
434, 19 hoc non habetis scriptum, quod tenere debetis. haec regula etiam accusativum singularem in im mittebat apud maiores nostros, puta hanc puppim; hodie nemo | dicit, sed in istis tantum modo regulam servant, ut accusativus in im exeat, ubi ablativus i terminatur nec aliter potest. ibi ergo ita exit, ubi i terminatur ablativus nec aliter. quare dico 'nec aliter'? sunt enim alia nomina, quae et i terminantur, et aliter etiam exeunt. puta possum dicere ab hoc igni, possum dicere et ab hoc igne. ergo nón potest accusativus singularis in im exire, non possum dicere hunc ignim. quare? quia ablativus non tantum in i exit, sed et in e. si autem in i exeat nec aliter possit, necesse est ut accusativum in im mittat, ut puta ab hac vi. numquid possum dicere ab hac ve? ergo accusativum dico hanc vim. vides, quando necesse habemus accusativum in im mittere: quando ablativus in i miserit. ab hoc Tiberi: numquid possum dicere ab hoc Tibere? ergo hunc Tiberim dico, quoniam facit in ablativo ab hoc Tiberi tantum.

Diximus a e i; transit in o litteram. ablativus singularis o littera terminatus genetivum in rum mittit, dativum et ablativum in is, ut ab hoc docto horum doctorum his et ab his doctis, exceptis duobus tantum
434, 22 nominibus, domo et iugero. ista duo excepta sunt: et in domo variam habemus declinationem et in iugero variam. in domo hanc habuimus antiquam declinationem: maiores nostri hoc nomen, id est domus, quarta declinatione declinabant totum [nomen], haec domus ab hac domu harum domuum his et ab his domibus; integra erat apud maiores nostros quarta declinatio. hoc verum esse etiam Iuvenalis testimonio poterit conprobari; ait 'viscera magnarum domuum'. unde venit ille genetivus, domuum,

---

8 morientium (-tum *C*) quae cum nominatiuo n et s litteris terminato dixerimus genetiuum pluralem in ium mittat sed *ABC* moriencium quia cum nominatiuus n et s litteris terminatur dixerimus quod genetiuum pluralem in ium mittat sed *c* 15 ubi ablatiuus i terminatur *Ca* ubi est ablatiuus i terminatus *A* ubi ablatiuus i terminatus *Bc* 16 ubi i terminatus *BC* 17 enim *om. BC, add. b* et aliter] sed aliter *ABC* 22 numquid — hanc vim *om. A, add. a* 35 iuuenalis poterit testimonio poterit conprobare *A*: *Iuven. sat.* 3, 73 conprobare *BC* 36 unde venit ille genetiuus domuum *om. A, add. a**

p. 219—21 L.

nisi a quarta declinatione, nisi ab isto ablativo, ab hac domu domuum? ergo hoc nomen, *ut* dixi, apud maiores nostros quartae fuerat declinationis. posterior aetas usurpavit sibi casus tres, ablativum singularem, genetivum pluralem et accusativum pluralem; hos usurpavit ad secundam declinationem. tamen ablativus u terminabatur apud maiores nostros, usus praesens o adsumpsit; non dixit ab hac domu, sed ab hac domo. sed et genetivum pluralem in um mittebant, nos in rum mittimus, et accusativum pluralem has domos dicimus, illi dicebant has domus. isti sunt tres casus qui usurpati sunt; reliqua omnis declinatio resedit circa usum antiquum; nihil inde praesumpsimus nisi hos solos casus. quare hoc factum est, ut et genetivus pluralis in rum exi|ret et dativus et ablativus in bus exirent? vide etiam in ipsa anomalia maiores nostros secutos rationem. anomalum est hoc nomen, id est inaequale; et tamen ipsa inaequalitas ex ratione descendit. regulae huius modi sunt: plerique a dativo singulari regulas sumunt, plerique ab ablativo singulari. qui a dativo singulari regulas sumunt, hoc dicunt, dativus singularis i terminatus in bus mittit dativum et ablativum pluralem; nec solvis istam regulam, perpetua est, huic agili his et ab his agilibus, huic docili his et ab his docilibus, huic amanti his et ab his amantibus, huic calenti his et ab his calentibus: dativus singularis i terminatus dativum et ablativum pluralem in bus mittit. item ablativus singularis o littera terminatus genetivum in rum mittit, ab hoc docto horum doctorum, ab hoc excelso horum excelsorum. inventum est hoc nomen in singulari numero habens duos casus istos diversos, huic domui et ab hac domo; ecce dativus et ablativus diversi sunt. propter dativum singularem i terminatum facimus his et ab his domibus; propter ablativum singularem o littera terminatum faciunt harum domorum. ita faciebant, ut et ipsa anomalia ex ratione veniat. nam dativum pluralem et ablativum in bus exire facit dativus singularis i littera terminatus, huic domui do|mibus facit. item ablativo singulari o littera terminato genetivum in rum mittimus, *ab hac domo* harum domorum. item de iugero unum casum usurpamus, ablativum singularem ab hoc iugero. ceterum maiores nostri hoc nomen tertiae declinationis esse voluerunt totum, iuger iugeris iugeri iuger iuger iugere, iugera iugerum iugeribus iugera iugera iugeribus; tertiae declinationis voluerunt maiores nostri esse hoc nomen. posterior tamen aetas usurpavit sibi unum casum, istum solum ablativum singularem ab hoc iugero. unde in Plinio Secundo legimus quoniam nominativus singularis non debet esse iuger, sed hoc

---

2 ut *om. ABC* 4 hos *BCa* hoc *A* 5 terminatus *C* 6 non dicimus *coniecit Lindemannus* 12 in ipsa anomala *A* 13 anomale est *BC*: anomal . . . hoc nomen inaequalitate *A* anomalum est hoc nomen inaequale *a** 24 ab hac domu *AC* ecce datiuus *B* ecce et datiuus *ACb* 25 propter datiuum singularem i terminatum *BCa* propter ablatiuum singularem u terminatum *A* 27 ut et ipsa anomalia (anomala *ac*) ex ratione ueniat *Ca* et ipsa anomala a ratione ueniat *A* ut et ipsa anomalia ex ratione ueniant *B* 30 ab hac domo *om. ABC* 36 plenio *A*

p. 221—23 L.

iugerum. nam non potest in ablativo singulari o littera terminari in neutro genere nisi a nominativo um terminato, hoc templum ab hoc templo, hoc tectum ab hoc tecto. si sic dixeris, ab hoc iugero, erit iugerum. sed iterum falsum est, quia, si dixeris iugerum, omnes casus secundae erunt declinationis. quem ad modum hoc scamnum huius scamni huic scamno hoc scamnum, sic habes et hoc declinare, hoc iugerum huius iugeri; non huius iugeris, sed huius iugeri. sed non hoc sequimur, sed usurpamus casum ablativum singularem; reliqui omnes casus remanserunt in tertia declinatione.

V terminatus ablativus genetivum pluralem | in uum mittit, dativum et ablativum in bus, ut ab hoc versu horum versuum his et ab his ver-
434, 28 sibus. quaeritur, utrum debeamus dicere versubus, quem ad modum dicimus arcubus, quem ad modum dicimus artubus. ait sic, 'non necesse est'. qua ratione non necesse est? quoniam ille dativus pluralis vel ablativus, quando exeunt in ubus, necessitate exeunt, non secundum regulam; sed volentes facere differentiam interponimus istam litteram et convertimus. ut puta ab hoc arcu et ab hac arce facimus ablativum: aliud est arx, aliud est arcus, alia significatio est; si dicas arcibus, arces significas; si dicas arcubus, arcus significas. ut possit secerni, necesse habes i in u mutare, ut aliud sit arcus, aliud arces et similia. ceterum ut dicamus versubus aut versibus, quae erit differentia? numquid quando dico versubus, aliud erit, et quando dico versibus, aliud erit? non. unde apparet quia non retinendum est. regula enim ipsa sic tradita est, ablativus singularis u littera terminatus dativum et ablativum pluralem in bus mittit, u in i mutata semper. ab hoc versu, muta u in i, adde bus, et facit versibus; ab hac manu facit | manibus; ab hac porticu, u in i muta, adde bus, et facit dativum et ablativum pluralem, his et ab his porticibus. quando autem remanet u, necesse habet remanere causa discretionis; quando dicimus arcubus et arcibus, ne sit aliqua confusio, necesse habemus hoc observare. et item ne confusio sit inter artus et artes, causa discretionis hoc necesse habemus facere, ut u remaneat. hoc quidem bene. et quare sibi istam litteram adsumpsit, u? quare non dicimus arcobus, sed arcubus? [quando confusio est, non vacant istae omnes rationes] quoniam antistichon est. antistichon dicitur, quando altera littera pro altera ponitur. hae autem solae eius modi sunt, quae pro se poni possunt, u et i littera; istas litteras possumus inter se mutare. vis scire

12 debemus *AB* 13 arcubus et artubus *A* 14 qua ratione non necesse est *om. AB, add. ab* 15 in ubus *a* in bus *ABC* 17 aliud est arx aliud arcus *C* alia est arx aliud est (est *om. Ba*) arcus *AB* 24 datiuos et ablatiuos plurales *A* mittunt *AC* 25 uersu muta u *Ba* uersu mutata u *AC* 26 u in i mutata *BC* 29 arcibus nisi sit *ABC* 30 hoc obseruare *AC* hoc seruare *Ba* 31 remaneat ab hoc *A* remaneat ob hoc *B* 32 litteram] regulam *B* 33 confusum *C* 34 quoniam antistichon (littera *add. c*) est antistichon dicitur *C* quoniam antisticon (antisthicon *A*) littera est antisticon (anthicon *A* anthisticon *a*) dicitur *AB* quando altera littera *a* quando a littera *A* quando alia littera *B* quando altera *C*

p. 223—25 L.

hoc verum esse? ecce optimus et optumus. numquid dico optomus? istae ipsae duae litterae inter se possunt commutari, i et u. ideo, quoniam hoc loco necessaria est propter discretionem, ipsa necesse habet permanere. ubi autem non est necessitas causa discretionis, necesse habet illa littera admitti, excepto uno nomine, ubi commutata est ratio, tribubus. per|suaserunt sibi omnes, et sic remansit ut diceremus: ab hac tribu, converte u in i, adde bus, tribibus debuit facere; sed nemo dicit tribibus, sed tribubus. diximus enim quoniam tunc debemus u admittere, quando causa discretionis est. nunc autem nulla discretio est; sive tribibus dicas sive tribubus, idem est, nec aliud aliquid significat. ita volunt etiam in specubus, 'ipsi in defossis specubus'. falsum est, specibus debuit dicere. nam et sonat specubus tantum modo, et usurpamus litteram sine aliqua discretione. sic enim specubus usurpatur, quem ad modum et tribubus, cum ratio exigeret ut diceremus tribibus, quippe cum nulla causa esset discretionis.

Ecce dedit nobis regulam, de ablativo singulari quem ad modum 434, 31
faciamus genetivos plurales et dativos et ablativos. quid si sint nomina tantum pluralia? quid facturi sumus? numquid possum dicere de ablativo singulari regulas me sumere, ut sciam, quem ad modum faciam genetivum et dativum et ablativum pluralem, cum ipse singularis numerus non sit? et multa nomina tantum numeri pluralis *sunt*, kalendae nundinae feriae. ecce ista omnia quem ad modum ha|bemus declinare? ita declinamus: finge similitudinem declinationis, quasi habeat numerum singularem, et secundum fictionem ipsius similitudinis declina etiam nomen quod non habet numerum singularem. ut puta haec Musa huius Musae huic Musae: nominativus pluralis in quid exit? in ae diphthongon. unde oritur ae diphthongos? ab ablativo a terminato. et ablativus singularis a terminatus quo modo facit regulas? genetivum in rum mittit, dativum et ablativum in is. ergo cum inveneris nomen numeri tantum pluralis ae diphthongo terminatum in nominativo plurali, ita habes declinare hoc nomen, quem ad modum illud nomen quod ae diphthongo terminatur in nominativo plurali et habet numerum singularem. ut puta feriae: hoc nomen numeri est tantum pluralis, hae feriae harum feriarum his et ab his feriis. ergo hoc nomen non est rationis, quia non est numeri singularis. sed quoniam diximus numerum istum pluralem in ae diphthongon exire, feriae, ita erit, quem ad modum Musae harum Musarum his et ab his Musis; sic dicimus hae feriae harum feriarum his et ab his feriis, et similiter in aliis. puta manes: numero singulari nemo dicit hic | manis

---

3 necessaria est et propter *A* 9 discretio siue *AC* 11 ipsi] *Verg. georg.* III 376 12 dicere] facere *B* tantum modo ut usurpamus *BC* 18 possumus dicere *Ba* possum .. dicere *A* 21 sunt *om. ABC* 26 unde — a terminato *om. B*, *add. b* 27 ae (*corr.* haec *a*) dyptongos *A* haec diphthongos *Cb* 31 in nominatino plurali *BCa* in numero plurali *A*

p. 226—28 L.

aut hic manes aut hic mania aut nescio quid tale. quem ad modum habemus facere genetivum pluralem? horum maniorum an horum manium? vel quem ad modum dativum et ablativum pluralem? his et ab his manibus an manis? non invenio regulam, sed redeo ad rationem Donati. da nomen etiam numero singulari, quod nominativo plurali in es exeat. agiles [manes]; ecce hoc nomen in es exit, et illud nomen in es exit. fac genetivum pluralem, horum agilium; sic habes facere horum manium: his et ab his agilibus; sic habes facere his et ab his manibus. habes quidem has regulas tenendas, secundum quarum rigorem possint declinari; tamen scire debes maiores nostros ista nomina numeri pluralis pro sua licentia protulisse. licebat illis, et dicebant horum maniorum et horum manium. qua ratione? quoniam non poterat eis obicere inperitiam regulae sublatio numeri sin|gularis. unde hoc probamus, sic declinasse antiquos? habes in Horatio

anciliorum et nominis et togae
oblitus:

anciliorum facit. tamen non potes ei contradicere. quare? ancilia enim numeri sunt tantum pluralis secundum rationem, quamquam legerimus in Vergilio ‘laevaque ancile gerebat’. item Vulcanalium dicimus; tamen Sallustius dixit ‘religione Vulcanaliorum impeditus’. sed hoc usurpavit. nam debuit dicere Vulcanalium. unde hoc probamus? redi ad illam similitudinem, da nomen neutrum singulare, quod in ia exeat in nominativo plurali. agilia tale est ac si dicas ancilia, tale est ac si dicas Vulcanalia, in ia exit. ergo quem ad modum facit agilium, sic debet facere Vulcanalium et ancilium. ergo ex similitudine colligis, quem ad modum et | illa nomina numeri tantum pluralis faciant, ut sic faciant, quem ad modum illa quae sunt numeri singularis. sed illa usurpata sunt, ut dicerent anciliorum et Vulcanaliorum; et usurpaverunt maiores nostri causa licentiae. haec autem licentia nata est, quia non poterant regula contineri.

Quae sunt autem nomina, quae non pertinent ad regulas? ista sunt: numeri tantum pluralis non pertinent ad istas regulas ablativi singularis, et rite. nam si regulae ablativi sunt singularis, illa nomina autem numeri sunt tantum pluralis, non habent rationem numeri singularis, ut exire debeant in numero plurali. item non pertinent ad has regulas ea nomina quae non declinantur, ut fas nefas nequam. quare non pertinent

---

2 horum manuorum aut horum manium *BC* 9 possint *BCa* possit *A* 11 horum manuorum et horum manium *BC* horum manuorum et horum manum (*corr.* -uum a^*) *A* 14 in Horatio] *carm.* III 5, 10 17 potest *ABC* 19 in Vergilio] *Aen.* VII 188 uulganalium *et sic constanter* g *pro* c *posita C* 20 Sallustius] *cf. p.* 163 *ed. Lind.* religione *a* religionem *ABC* impeditus *Ba* . . . peditus *A* inpeditus *C* 22 quod in ia exeat *Ca** quod in ia eat *Ba* quod eat *A* 27 quem ad modum et illa *BC* 31 ad regulas ista sunt ista sunt numeri *C* ad regulas istas̄ (ista sunt *add. b*) numeri *B* ad regulas . . . . . sunt (ad regulas istas *a*) ista sunt numeri *A* 35 item] ita *ABC*

p. 228—30 L.

ad regulas? sequuntur rationem: istae regulae inventae sunt, ut sciremus, quem ad modum nomina declinentur. si illa nomina non declinantur, quid pertinent ad regulas? rite ad regulas non pertinent. item quae a 435, 4
Graecis sumpsimus, ad regulas non pertinent. hoc perite | fecerunt maiores nostri. emblema epigramma: ea nomina quae sunt graeca ad regulas non pertinent. et hoc iuste. qua ratione? nomina graeca ablativum singularem non habent; diximus superius quoniam quinque habent casus tantum. hae autem regulae ablativi sunt singularis. rite ergo non possunt illa nomina, quae carent ablativo casu singulari, pendere a regula. illud etiam scire debes, [quod] haec nomina, quae Graeci neutraliter declinarunt, Latinos etiam feminine dixisse. emblema: Graeci dicunt hoc emblema, Latini dicebant haec emblema; Graeci dicunt hoc schema, Latini dicebant haec schema; hoc pegma, diadema. habes exempla innumerabilia et apud Plautum et apud antiquos et ex aliqua parte apud Ciceronem. nam ait Plautus 'processit Mercurius cum servili schema'. si graece declinasset, 'cum schemate' diceret [a graeca declinatione] a graeco, ut teneret genus neutrum. habes et in Cicerone 'tu de peripetasmis'. si esset neutrum, ab hoc peripetasmate faceret, his et ab his peripetasmatibus.

DE ANALOGIA

Incipit tractare de analogia. dicit plane 'quotienscumque vis nomina 435, 15
declinare, sequere analogiam'. quae est analogia? conparatio similium. latine proportio dicitur: analogia graece, latine proportio. sed ita illam definit, 'analogia est conparatio'. fit octo modis: ut sint sex illae partes quae accidunt nomini *similes;* sex autem accidunt nomini ista, qualitas conparatio genus numerus figura casus, ecce sex partes: exitus syllabarum ut sit similis; puta illud in us exit et illud in us: paenultimarum ratio ut sit similis, ut aut vocales [syllabae] sint aut consonantes: deinde ut tempora sint similia; si illa brevis est, et illa brevis sit. de istis omnibus rebus si unum minus fuerit, iam non stat analogia; de his rebus, quae positae sunt apud Caesarem, siquid minus fuerit, iam non stabit ratio

---

1 sequantur *ABC* 3 quid pertinent *bc* quod pertinent *Ca* quare pertinent *A* quae pertinent *B* 9 ad regulas *B* ad regulam *C* 10 declinantur *C* 11 feminino *A* femininum *C* fem̄ *B* 12 scema *constanter B* 13 innumerabilia ut apud *ABC* 14 et apud antiquos *BCa** aut apud antiquos *A* 15 processit] *Plaut. Amphitr. prol.* 117 16 declinasset *ABC* declinaret *ac* da graeca declinatione *B* 17 teneres *ABC* in Cicerone] *in Verr. act. sec.* IIII 12, 28 nunc de peripetasmatis quem ad modum te expedias non habes de perepetasmis *A* 20 DE ANALOGIA (id est *add. a**) PROPORTIONE incipit tractare de analogia *A* INCP TRACTARE DE ANALOGIA *BC* 23 latine proportio dicitur analogia graece latine proportio *Ba* latine proportio dicitur analogiae graece latine proportio dicitur *C* proportione dicitur analogia graece latine proportio *A* 24 definiuit *C* *fortasse* fit novem modis, *nisi potius illud neglegentiae tribuendum est grammatici, qui octo modos ex Servii commentario recepit, nonum aut ipse addidit aut aliunde petivit* 25 similes *om. ABC* 29 et illa breuis sit *ABc* et illa breuis est *C*

p. 230—32 L.

analogiae. ait enim Caesar 'nisi omnia consentiant inter se, non potest fieri ut nominis similitudo sit'. puta doctus et aptus: ecce | hoc nomen omni parte consentit, idcirco et similiter declinatur. doctus cuius qualitatis est? appellativae, et aptus qualitatis est appellativae; ecce similitudo. doctus conparationem recipit, doctior doctissimus, et aptus conparationem recipit, aptior aptissimus; ecce congruit conparatio. genus: doctus generis masculini est, aptus generis masculini est, et utrumque mobile: nam hoc in genere sequimur, et genus et mobilitatem, doctus docta doctum, aptus apta aptum. numeri singularis, hic doctus, hic aptus. figura simplex, doctus simplex, aptus simplex. casus est nominativus, hic doctus, hic aptus. exitus syllabarum: et illud in us exit et illud in us, aptus, doctus. paenultimarum consonantium ratio: duas habet illud consonantes doctus, c et t, et aptus duas habet consonantes, p et t; ergo duae sunt consonantes in illo nomine, et in illo nomine duae sunt consonantes. deinde ratio temporum: brevis est doctus, et aptus brevis est. ideo similiter declinatur, hic doctus hic aptus, huius docti huius apti, huic docto huic apto, hunc doctum hunc aptum, et ex ordine omnes casus similes sunt. da unum aliquod nomen, | ubi vel una res discrepet, et iam non sequitur ratio declinationis. ut puta lepus et lupus, in ista omnia consentiunt, una re tantum fiunt dissentientes. ceterum lupus qualitatis appellativae, et illud similiter * corporale: conparationem non recipit lepus, nec illud conparationem recipit lupus: casus nominativus, figura simplex, numerus singularis, idem exitus, lepus lupus: eaedem consonantes; una est illic consonans, et illic una est consonans: eadem ratio temporum; brevis est illa, et illa brevis est. et lepus declinamus hic lepus huius leporis huic lepori, hic lupus huius lupi huic lupo. genus: hic lupus dicimus et hic lepus; sed unum discrepat, mobilitas, quam diximus esse servandam, lupus facit lupa, lepus non facit lepa. discrepavit in genere, et propter discrepantiam generis mutata est declinatio. ergo est quod dixit, nomina ad omnem similitudinem esse declinanda. ceterum si una res defuerit, scire debemus quoniam non stat ratio declinationis.

Quid de ipsis generibus? unde possumus genera invenire? ex diminutione; diminue, et invenis genus. puta tabula, nescio cuius generis sit

---

2 hoc nomen nomini parte *C* hoc (? *corr.* haec *a*) nomen nomini . . arte (parte *a**) *A* 4 similitudo] simili modo *B* 13 p et t ergo duae sunt consonantes in illo nomine et in illo nomine duae sunt consonantes *BCa* p et t rumpunt regulas illae ergo duae sunt consonantes *A* 19 in *om. A, add. a* 20 sed una re *C. ceterum in iis quae sequuntur ordo verborum in codicibus perturbatus esse videtur. nam quae infra de declinatione et de genere utriusque nominis scripta sunt, huc revocanda erant,* una re tantum fiunt dissentientes, genere: hic lupus dicimus — non facit lepa. et lepus declinamus hic lepus huius leporis huic lepori, lupus hic lupus huius lupi huic lupo. ceterum lupus *etc.* qualitatis appellativae et illud similiter, item corporale et illud similiter *coniecit Lindemannus* 23 eadem consonantes *A* illic consonans *a* illi consonans *ABC* 24 breuis et (*corr.* est *a*) illa et illa breuis est *ABC* 26 et *om. AC* 31 declinationibus *A*

p. 232—34 L.

tabula. tabella cuius generis est? feminini. ergo si generis feminini est diminutio, et principale debet esse generis feminini. virgula et virga et similia, exceptis paucis, ut pistri|num canis, pistrilla canicula, et cetera. exceptis istis reliqua alia sumimus genera a diminutionibus.

Nominativus singularis tredecim litteris terminatur, quinque vocalibus, sex semivocalibus et una muta vel duabus: quinque vocalibus, a e i o u, a, ut Musa, e, ut monile, i, ut frugi, o, ut Cicero, u, ut cornu; sex semivocalibus, l, ut mel, n, ut carmen, m, ut templum, r, ut Caesar, s, ut doctus, x, ut pix; una muta t, ut caput. adicit c, ut allec aut lac, de quo dubitatur. dixi hoc saepius: multi dicunt, utrum lac dicamus an lact. et re vera si quaeras, hoc rite facit nec aliud. nam si dixeris lac, erit genetivus lacis, quem ad modum allec allecis. lectum est hoc saepius, praecipue apud Varronem. ille dicit 'lac non debemus dicere, sed lact'. sed dixit Caesar contra ipsum rem valentissimam, nullum nomen duabus mutis terminari. c autem et t duae mutae sunt. ergo exclusi sumus ab illa regula. superest ut sequamur regulam Plauti, lacte ut dicamus: habemus in Baccidibus 'sicut lacte lactis simile'. et quidem dixi has rationes. scire autem debes quod hodie illud sequimur, quod dixit Vergilius, lac, et remansit illa consuetudo.

DE PRONOMINE

Pronomen dictum est, quoniam fungitur officio nominis. maiores nostri, ne iteratione sermonis aliquod fastidium facerent, invenerunt aliam particulam, quae sustineret officium prioris. ideo dixerunt pronomina. uti 'Vergilius scripsit georgica': potes etiam dicere 'Vergilius scripsit Aeneida'; sed ne haec ipsa iteratio proprii nominis possit fastidium creare, idcirco ita locuntur homines, 'Vergilius scripsit bucolica, ipse scripsit georgica, ipse scripsit Aeneida'. varias, quo modo vis, significatio eadem est; varietas tamen [est] sermonis adquirit ornatum. ideo dicitur pronomen, quod fungitur officio nominis. ergo fungitur officio nominis, et hoc significat pronomen, quod et nomen. quid ergo? eadem significatio est nominis et pronominis? nominum tantum modo erit varietas, non significationis? ait Donatus, hoc verum est quidem, quod in nomine varietas est; sed et in ipsa significatione est aliqua varietas, non usquequaque dissen-

409, 35
498, 36

---

4 sumimus genera a diminutionibus *Ca* sumimus genera diminutionibus *A* genera sumimus diminutionibus *B* 7 munile *B* 9 ad . . cit *A* adiecit *a* ut lac alec de quo *B* 10 dubitatus *ABC* hoc dixi *A* multi inquirunt *Wilmannsius de Varron. libr. gramm. p.* 212. quaesitum esse *vel simile quiddam excidisse videtur* 12 alec alecis *B* 13 lac. non *una littera deleta B* 14 ualentissimam *BCa* ualedissimam *A* 15 autem *om. B* ergo *om. A, add. a* exclusi sumus *ACb* exclusimus *B* 17 in Baccidibus] *v.* 19 *R* lactis] lacti *codex Neapolitanus Maii class. auct. v.* V *p.* 152 et quidem *C* et equidem *Ba* equidem *A* 19 consuetudo EXPLCT DE NOMINE POMPEI GRAMMATICI FILICITER AMEN *A* consuetudo EXPL AMEN *C* 22 aliam *BCa* aliquam *A* 23 sustineret *BCa* sustinet *A* 24 potest *ABC* aeneida *ABC* aeneidos *a** 25 sed ne] et *A* nominis *BCa* sermonis *A* 29 ergo fungitur officio nominis *om. A, add. a* 33 sed *om. A, add. a*

p. 234—37 L.

tiens, sed aliquatenus. nam | ecce posito nomine plenam facis elocutionem, posito pronomine semiplenam. quando enim dicimus 'Vergilius scripsit bucolica', et qui sit qui scripsit et quid sit quod scripsit notum est, et non habes quod requiras. si autem dicas 'ipse scripsit georgica', quid scripsit notum est, qui scripsit non est notum. ideo definivit 'pronomen est pars orationis, quae posita pro nomine minus quidem plene, idem tamen significat'. dicendo 'pro nomine posita' ostendit fungi officio nominis; dicendo 'minus quidem plene' ostendit aliquam differentiam esse inter nomen et pronomen.

Pronomini accidunt haec sex, qualitas genus numerus figura persona
435, 25 casus. qualitas pronominum secundum istum [Donatum] in duas dividitur partes, secundum Probum in quattuor, secundum alios in plurimas. sed scire debes quoniam vera est definitio istius [Donati] et brevis et utilis. si enim recesseris a duabus partibus, facilius est ut multiplices credas quam quattuor. aut duas credamus, quas dixit Donatus, aut multas, quas dixerunt alii, non quattuor, quas dixit Probus. vide ergo definitionem Donati: ait sic Donatus, 'omnia pronomina aut finita sunt aut infinita'. vide et collige: istae sunt definitiones duae, quae naturaliter fiunt nec aliter possunt dici, puta omnia pronomina aut finita sunt aut infinita. unde hoc probas? possum enim non credere et dicere hoc falsum esse; da necessitatem, quoniam ipsa duo habent esse pronomina, finita et infinita. finita dicuntur quae recipiunt personas, infinita illa quae non recipiunt personas. et hoc est integrum. nam si finita sunt illa quae recipiunt personas, necesse est ut omnia quae non recipiunt personas infinita sint. et separavit veram necessitatem. Probus autem ita definivit, 'omnia pronomina aut finita sunt aut infinita aut minus quam finita aut possessiva'. sed una pars vera est sola, qua dixit finita esse pronomina; illae tres partes infinitis accedunt. quo modo? nam neque infinito accidit persona, neque minus quam finito accidit persona. ergo quid | opus fuerat subdivisionem ponere, cum partes divisionis poneret [ut divisionem et subdivisionem poneret]? bene hoc fecit Donatus; iste autem unam partem

---

1 facit *ABC* 2 dicamus *A* 3 et qui (quod *A corr.* qui *a*) sit et qui scripsit (scripserit *corr.* scripsit *B*) et quid sit quod scripsit (scripserit *BCa*) notum est *ABC* 5 qui scripsit non est notum *A* quis est qui scripserit non est notum *BCa* definiuit *A* definit *Ba* definit ita *C: ceterum non Donati haec definitio est, sed Probi instit. art. p.* 131, 2. *qui nisi error est grammatici, suspicari possis supra* 199, 32 *post* ait Donatus *Probi nomen excidisse* 7 officio nominis pronomine (pronom̄ *B*) dicendo *ABC* 11 istum Donatum *Ba:* Donatum *om. AC* 12 Probum] *instit. art. p.* 131, 25 16 uides *C* 18 uide collegit *A* duae *BCa** diuinae *A* 22 non recipiunt *BCa* nec recipiunt *A* 23 et hoc est integrum nam si finita sunt illa quae recipiunt personas necesse est *AB* et hoc est integrum nam si finita sunt illa quae recipiunt personas est hoc integrum nam si finita sunt illa quae recipiunt personas (personas *om. b*) necesse est *Cab* 24 ut *om. A, add. a* 26 aut infinita *om. A, add. a* 27 una pars *BCa* una per se *A* qua *BC* quia *A* 28 infinitis accedunt *Lindemannus* in infinitis accedunt *AC* in infinitis accidunt *Bc* accedit *ABC* 29 accidit *B* accedit *AC*: *item p.* 201 accedit *etc. constanter ABC exceptis paucis, quae infra indicata sunt*

p. 237—39 L.

divisionis posuit et unam subdivisionis, tertio loco adsumpsit subdivisionem, quod non est verum. ergo hoc sequere, omnia pronomina aut finita sunt aut infinita: finita illa dicuntur, quae recipiunt personas; e contrario illa omnia quae non recipiunt personas infinita sunt sine dubio.

Plane Plinius Secundus notavit grammaticos in hac definitione; non notavit inperitiae, sed inertiae ad loquendum. est subtile aliquid, legimus apud eos qui scripserunt de argumentis, quod non idem est quod accidit, et idem est cui accidit, longe diversum est. puta febres possunt mihi accidere, nec tamen febres hoc sunt quod et ego sum; virus potest mihi accidere, nec tamen idem est quod et ego sum. illud dicitur accidens, quod potest et recidere. ergo aliud est | quod accidit, aliud cui accidit. vide quo modo deprehendit inperitiam loquendi: aliud est quod accidit, aliud cui accidit. da finita pronomina. ego tu ille. da personas. ego tu ille. ecce eaedem sunt personae, eadem sunt finita pronomina. dixi tibi quia non est unum quod accidit et cui accidit. si dixeris finita pronomina esse ego tu ille, personas esse ego tu ille, iam incipit illud quod negabamus fieri. nam [finita sunt pronomina] quae sunt finita pronomina? ego tu ille. quae sunt personae? ego tu ille. si ipsae sunt personae [eadem sunt], quae sunt finita pronomina, ergo ecce incipit contingere ut unum sit quod accidit et cui accidit; quod non potest fieri per rerum naturam. idcirco melius ita definiunt, ut dicas 'pronomina *finita* sunt ea quae et personae'. et hoc verum est, pronomina finita sunt ea quae sunt etiam personae. ne dicas id quod accidit et id cui accidit [pronomina finita sunt, quae et personae, sed haec definita esse pronomina, quibus accidunt personae]. nam si dicas, quae res accidit et cui accidit, simul incipit non esse congruum. debent enim differre | ista, quod accidit et cui accidit; quo fit ut naturaliter non possit dici. ergo melius ita dicimus, pronomina finita illa sunt, quae sunt etiam personae.

Sunt autem pronomina finita *tria* [ego tu ille], infinita septem, minus 501, 14
quam finita sex, possessiva quinque. et haec sunt pronomina *XXI*, in rerum natura plus non invenies. omnia pronomina, quae sunt inventa in latina lingua, ista sunt: finita sunt tria, ego tu ille; infinita *sunt* septem, quis qualis talis quantus tantus quotus totus; minus quam finita sunt sex, ipse iste is hic idem sui; possessiva sunt quinque, meus tuus suus noster

---

4 sine dubio *om. A, add. a* 5 plenius *A*: *cf. Cledon. p.* 1906 grammaticos *A corr.* -cus *a* 6 aliquod (aliud quod *a**) legimos *corr.* -mus *A* 9 virus] birrus *C* 10 accidere nec tamen *B* 11 recedere *ABC* quod accidit *Bc* quod accedit *ACb* cui accidit *bc* cui accedit *AC* cui acciditur *B* 13 aliud cui accedit *A* et aliud est cui accedit *Ca* et aliud est cui acciditur *B* 14 ecce eadem *A* eadem] eaedem *C* 15 et cui acciditur *B* 21 finita *om. ABC* 22 quae personae *AB* 23 id quod] hic quod *AC* 24 sed hic definita *A* sed haec finita *a*: sed haec — accidunt personae *om. B, add. b* 26 non esse (in *add. a**) congruum *AC* esse non congruum *B* quod accedit *BCa* quid accedit *A* 27 quod fit *ABC* 29 finita tria *Wachsmuthius apud Wilmannsium de Varr. lib. gram. p.* 213 finita ego tu ille *ABC* 30 XXI *om. ABC* 31 non inuenies *Wilmannsius l. c.* non inuenis *ABC* 32 finita tria *B* infinita septem *ABC* 34 possessiua quinque *C*

p. 239—41 L.

vester: alia pronomina non invenies. sed dicere mihi habes, dixisti mihi alia pronomina non inveniri, sed inveni alia. dico tibi, ego dixi quia non sunt primigenia, quae dicit Varro, sed deductiva. multum interest, utrum sit aliquid naturale an [aliquid] derivativum. puta Troia, dico Troianus; iam Troianus non est novum, sed venit ab eo quod est Troia: Troiugena non est novum, sed venit ab eo quod est Troia: Troilus non est novum, sed venit ab illa derivatione. noli ergo mihi | dicere, ecce nova inveni; nam dico tibi, ista sunt primigenia, cetera autem deducta sunt inde. quare dixi tibi hoc, quoniam viginti et unum sunt tantum pronomina? ne putes alia quae invenis alia esse pronomina. non autem sunt nova, sed dico tibi quod illa omnia quaecumque inveneris, quidquid illud est, hinc originem ducunt. puta ego pronomen est: egone, ecce aliud; non est autem aliud, sed conpositio est potius quam pronomen. quis pronomen est: fit inde quisnam, fit inde quisquam, fit *inde* quispiam, fit inde aliquis; vides quia omnia, quae fiunt, hinc habent originem. ergo vides alia pronomina non esse. nam si inveneris alia pronomina, conpositio in ipsis efficit novitatem; ceterum hinc originem habent.

Ergo ista sunt finita pronomina. ego penitus finitum est nec habet aliquam dubietatem. finitum autem dicitur pronomen, quando definit personam. ut puta ego: quando dico ego, non potes aliquem intellegere alium, sed me, qui loquor. item tu quando dico, non potes intellegere
410, 4 alium, sed ipsum solum, ad quem dirigis sermonem. ille vero habet ali-
500, 7 quam differentiam: cum debeat naturaliter finitum esse | ille, tamen aliquotiens accedit in minus quam finitum pronomen, et differentiam ipsam sic exprimimus, ut, quando de praesente loquimur, tunc finitum sit pronomen, si autem de absente sit relatio, minus quam finitum sit. hoc etiam significatur elocutione poetarum [et apud oratores invenimus hoc ipsum, tamen et apud poetas invenimus],

ille ego qui quondam gracili modulatus avena.

ille ego: si ille finitum est pronomen, quid opus fuerat ut interponeretur ego? sed ex eo quod dixit ego ostendit hoc ipsum pronomen, id est ille, quoniam non satis finitum est. ergo ista sunt duo praecipue finita, ego et tu. ille vero tunc finitum est, quando ad personam praesentem refertur; tunc minus quam finitum, quando ad relationem alicuius refertur. ecce habemus pronomina finita; iam videamus quae sunt infinita.

---

3 primigenia *BCa** primogenia *A* 4 aliquid naturale *a** aliqui . naturale *A* aliquid a naturali *BC* deriuat..um *A* diriuatum *B* 13 conpositio est potius quam pronomen est quis pronomen est *B* conpositum est quis pronomen est *C* conpositio est potius quam pronomen est *a* conpositio est ..... pronomen est *A* 14 inde *ante* quispiam *om. ABC* 22 sermonem *Ba** personam *AC* 25 de praesente] ad praesentem *ABC* tunc (tum *a*) sic finitum est pronomen *ABC* 29 ille] *Verg. prooem. Aen.* modulator *A? corr.* modulatus *a* modulabar *a** auena *Ba* hauena *A* habena *C* 31 ostendit ille id est hoc ipsum pronomen quoniam *ABC* 35 quae sunt *om. B*

p. 241—43 L.

Infinita quae dicuntur pronomina? ista: quis. nam quando dico quis, 410, 6
generale pronomen est; potes et de illo et de illo et de pluribus intelle- 500, 13
gere. est etiam minus quam finitum pronomen, hoc commemorationem facit notae personae, hoc est ipse. non possum dicere ipse | nisi de eo quem tu nosti et ego aut de eo quem antea commemoravi. puta 'Vergilius scripsit bucolica?' si me interroges, dico tibi 'ipse est'. sed possum dicere 'Vergilius scripsit bucolica', nolo autem hoc dicere, sed dico 'ille est' * quid ergo erit differentiae? nam et ipse et ille et idem minus quam finita pronomina sunt. quid ergo erit differentiae? quaere, utrum sit praesens an absens illa persona. praesens si sit qui scripsit, dico 'hic scripsit'. si absens est Vergilius, et interroges me 'Vergilius scripsit bucolica?', dico 'ipse'. ergo hoc interest inter ipsa ista pronomina, quod, ad praesentem personam quando referimus, hic dicimus; quando de absente relationem facimus, ipse dicimus. et ista servanda sunt. qua ratione hoc dico? plerumque in auctoribus invenimus aliter posita aut licentia aut metri necessitate. ideo facta sunt schemata et metaplasmi. ergo quando vis de praesente persona loqui, dic 'hic est'; quando vis de absente persona, dic ipse is idem, et quodcumque volueris de illis superioribus pronominibus. vis scire quoniam servat istas rationes Vergilius? Aeneas [quaeritur a Didone non praesens] quaeritur a Latino non praesens,

ipse modo Aeneas, nostri si tanta cupido est,
adveniat:

'ipse Aeneas adveniat'; vides de absente esse relationem. Anchises apud inferos ostendit praesentes personas filio,

hic vir, hic est, tibi quem promitti saepius audis.

Sunt etiam possessiva: possessiva dicuntur quae aliquid nos possidere ostendunt. quando dico meus, me aliquid possidere ostendo; tuus, te aliquid possidere ostendo; suus, illum aliquid possidere ostendo. ista sunt possessiva.

Sunt alia qualitatis, ut puta qualis talis: qualis est ille homo? talis est. [qualitatis species sunt istae.] alia quantitatis, quantus tantus. alia sunt numeri, quot tot. quod si per d scribas, generis neutri est; quot si per t scribas, numeri est. ut puta si dicas 'quod mancipium', iam neutri generis est; si dicas 'quot homines venerunt?', iam numeri est. hoc ergo intellege, si per t scribas, erit numeri; si per d, erit neutrum.

---

5 quem antea *A* quem tibi ante *BCa* 8 *lacunam indicavi, qua pronominum* hic ille idem *commemoratio excidisse videtur* deferentiae *a* deferentia *A* differentia *BC* 9 differentiae *Cb* differentiã *B* deferentia *A corr.* -tiae *a* 10 qui scripsit *AB* quae scripsit *Ca* 14 ista] ita *B* 17 dic *om. ABC, add. a** 19 istam rationem *B* istas nationes *A* istas terminationes *Ca** 20 non *post* Latino *om. A, add. a* 22 ipse] *Verg. Aen.* VII 263. *de Didone exempli loco poni poterat Aen.* IIII 13 heu quibus ille iactatus fatis Aeneas *om. A, add. a* 23 adueniat *BCa* ueniat *A* 26 hic vir] *Verg. Aen.* VI 792.

p. 243—45 L.

sunt ergo numeri quot tot. sunt alia ordinis, quotus totus. vide mutatam elocutionem in syllaba, id est mutatam naturam syllabarum quot tot. illic brevis fuerat tot; venit ad derivationem et producitur totus,

totus et ille dies et qui nascentur ab illo.

mutavit naturam suam tōtus. quotus e contrario brevis est, non possum dicere quŏtus, cum sit utriusque una natura in principalibus. nam quot et tot una ratio syllabarum est, et illa bre|vis est et illa. venit ad derivationem, et illa mutat principalitatem. nam illud servabit naturam, [brevis est] quotus, hoc mutabit, totus. scire autem debemus quoniam totus aliquando totum significat, id est simul aliquid fieri significat, aliquotiens ordinem per consensionem significat. quid est hoc quod dixi? adverte. puta ‘totus homo comestus est ab urso’: ecce modo quid significat? totum simul hominem, ut nihil remaneret. totus homo comestus est, id est manibus, pedibus, dorso, omnibus rebus. ecce modo generale aliquid significat et simul factum, et de quo quasi nihil defuerit; ecce totum modo significat. aliquotiens significat ordinem per consensionem, ut puta si dicas mihi ‘ille qui sedet illo loco quintus est’, dico tibi ‘totus est’. quid est totus? id est in illo ordine, in quo tu ante dixisti. interrogasti me ut puta ‘quartus est ille homo?’, nolo tibi dicere ‘quartus est’, sed dico tibi ‘totus est’, id est eo ordine, quo tu dixisti; ecce significationem habet ordinis per consensionem tuam. si dicas ‘decimus est’, ego nolo dicere ‘decimus est’, sed ego dico ‘totus est ut dicis’; ordinem significat per consensio|nem tuam. habes hoc apud Vergilium positum apertissime penitus in primo: tres cervi ambulabant,

tres litore cervos
prospicit errantes; hos tota armenta sequuntur.

quid est tota armenta? non quotquot esse potuerunt in Africa. neque enim sciebat in Africa quia tantum illa fuerunt. tunc diceret tota, si sciret, si notum ei fuisset. non autem credibile est homo tunc veniens quoniam scire potuit, quot cervi essent in Africa. sed hoc ipsum adiunxit ad consensionem superioris dicti. quid est tota? tria, quia dixerat ‘tres cervos’; dicendo ‘tota armenta’ *tria significat*, id est tot quot superius dixit cervos. ergo scire debemus differentiam huius pronominis.

435, 31 Sunt etiam gentis pronomina: gentis pronomina sunt quae gentem significant. hodie paene iam de usu evanuerunt; apud maiores nostros varie posita sunt. invenimus aliquotiens cuius cuias cuiatis. ‘cuiatis est

---

1 vide — quot tot *ante* sunt alia ordinis *conlocata in ABC huc transposui* 2 syllaba] syllabam *ABC* 3 breuior *ABC* producit *ABC* 4 totus] *Verg. georg.* I 434 7 syllabarum est est et illa breuis est et illa et illa uenit *A* 8 seruauit *B* 9 mutauit *AC* motauit *B* 11 significat *om. BC* 17 ille homo qui sedet in illo loco *C* 25 tris *A: Verg. Aen.* I 184 27 non quotquot *BCa* non quot *A* 28 fuerant *ABC* 31 superioris *BCa** superius *A* 32 dicendo *BCa* dico *A* tria significat *om. ABC* 33 cervos *om. A, add. a* 35 euanuerunt *BCa* uenerunt *A* 36 cuius cuias cuiatas (cuiatis *a*) et cuiatis est *A*

iste homo?' non te terreat nominativus. nam ipse est casus etiam in istis: et cuias nominativus est, et cuiatis nominativus est. 'cuiates sunt isti homines?' | possum dicere cuias et cuiatis. quid est cuias? id est cuius gentis, ut 'nostras est iste homo', id est nostrae gentis. si interroges verbi causa de Mauro, aut siqui me interroget 'iste homo cuias est?', 'nostras est', id est Maurus. ille interrogavit gentem, ego respondi. invenimus apud plerosque artigraphos produci horum pronominum ultimas syllabas, cuiâs nostrâs. sed legistis in accentibus quoniam latina lingua in ultimis syllabis accentum non habet. idcirco non debemus hos sequi, sed debemus dicere cûias et cuiâtis vitandae calumniae causa. nam potest aliqui calumniari tibi. dicit tibi ille 'quare non dicis cûias, sed cuiâs?', et incipis in altercationem venire. ideo dico tibi quoniam latina lingua in ultimis syllabis accentum non habet: ut tollas ambiguitatem obicientis hoc, dic cuiâtis: nemo enim dicit cuiatis; per rerum naturam non potest fieri. ergo ad illud potius debes consentire et illud in usu habere, de quo nemo dubitat. et illud lectum est et illud.

Sunt praeterea aliqua pronomina quae inchoant elocutionem, aliqua quae subnectunt elocutionem. inchoant elocutionem ista, quis; subnectunt, is. puta 'quis est qui fecit iniuriam?' ita dicimus: numquid possum dicere 'qui fecit iniuriam est quis?' per rerum naturam non potest fieri, sed in inchoandis elocutionibus ponitur. et e contrario is subiungitur. puta 'quis est qui fecit iniuriam? Cicero?' non potes tu dicere 'quis est', ut consentias, sed dicere habes 'is est'. ergo quem ad modum illa particula inchoat, sic ista subnectit.

Sunt aliqua pronomina quae rem praesentem significant, ut diximus, hic haec hoc; sunt aliqua quae magis significant. hoc quid sit nescio; omnis res aut praesens est aut non est praesens; magis praesens quid est nescio. sed dico tamen, illud dico quod voluit exprimere, minus tamen illud dixit, quam aequum est. verbi causa fac hic hominem esse in foro, sed foris, et alterum hic esse praesentem, ut sit praesens ille qui foris est, sit magis praesens ille qui hic est. [qua ratione?] propter istas elocutiones ille ait, praesentes personae sunt hic haec hoc, magis praesentes sunt eccum eccam ellum. qua ratione dixi magis praesentes, et talem conparationem feci eius qui foris est et qui intus est? propter adverbii coniunctionem. ecce quae pars orationis est? adverbium est demonstrantis. quem ad modum dico ellum? nihil significat ellum nisi ecce

---

2 cuias] cuius *AB* et cuiatis *ABC* et cuiates *a* 3 possumus *C* et cuiatis *A* et cuiates *BCa** 5 cuius est *C* 7 produci *Ca* producit *A* producere *B* 8 cuiâs nostrâs *C* cuias nostras *AB. in reliquis pronominum formis notae accentuum aut omissae in codicibus aut postea adscriptae sunt* 10 sed debemus dicere cuiatis *Langen de gramm. lat. praeceptis quae ad accentum spectant (Bonnae a.* 1857) *p.* 35 14 dic cuiatis nemo enim dicit cuiatis *Ab* dic cuiates nemo enim dicit cuiates *Ba* dic cuiatis nemo enim dicit cuiates *C* 17 praeterea aliqua *BCa* praeterea alia *A* 20 in *om. AB* 25 sunt aliqua *BCa* sunt alia *A* 29 quam] quod *C* 35 quae *om. A, add. a*

p. 248—50 L.

illum; ergo non possum dicere nisi de ea persona, quam video, ut demonstranter ille hoc dixerit. ecce enim hoc adverbium non congruit nisi rei quae potest demonstrari; adverbium est enim demonstrantis:

en Priamus: sunt hic etiam sua praemia laudi.

ergo cum ellum sit ecce illum, ellam ecce illam, nihil possumus dicere, nisi magis demonstrativa ut sint ad personas et significent quae possint etiam ostendi. sic habes in ipso Donato, ut illae sint personae demonstrativae quae foris sunt, magis tamen praesentes quae intus sunt. ut puta 'Vergilius scripsit bucolica': etiam si foris est, dico 'hic est'; non autem possum dicere, si praesens est, 'hic est', sed dico 'eccum qui scripsit', quasi ecce eum, ut et demonstrativum adverbium ponam et praesentem ostendam. hoc potest adhiberi differentiae causa. tamen mihi hoc non videtur, sed ego puto simplex pronomen demonstrativum esse hic, eccum compositum pronomen demonstrativum esse. et hoc et illud demonstrativum est, sed illud simplex erit, illud compositum. diximus de qualitate pronominum; modo *videamus* de generibus.

Genera pronominum sunt haec: omnia pronomina aut masculina sunt aut feminina aut neutra aut communia aut omnis generis. masculinum
501, 37 pronomen est quis. hodie ita dicimus, ut quis masculinum sit pronomen: apud maiores nostros indifferenter invenimus hoc pronomen, et quis vir et quis mulier, omnino milies, non semel: in Terentio habes hoc forte quarto aut quinto positum, quis; cum de muliere loqueretur, quis dixit forte quarto aut quinto. est autem ratio et origo huius pronominis a graeco, et idcirco traxit et genus ad Latinos. quis est τίς. τίς autem apud illos tam masculini generis est quam feminini. ergo quod inde traxerunt hoc pronomen, servaverunt etiam genus antiqui, ut est

quis tu es mulier, qui me hoc nuncupasti nomine?

'quis mulier' habemus et in Ennio et in Pacuvio et in ipso Terentio. ergo est masculinum pronomen quis, femininum quae, neutrum quod. commune, ut qualis talis: nam qualis dicitur | vir, qualis dicitur mulier; et talis vir et talis mulier. similiter ego: ego dicit vir, ego dicit mulier, ego dicit mancipium.

In pronominibus sunt etiam numeri, singularis et pluralis, singularis hic, pluralis hi. sunt etiam numeri communis. legimus etiam in nomi-

---

4 en] *Verg. Aen.* I 461 priamus *ACb* priami *B* proemia *ABC* laudi *BCa* laudis *A* 5 ellam] eccam *ABC* 6 demonstratiue *ABC* significant *ABC* 11 ponam *AC* ponat *Ba** 13 demonstratiui est hic *AC* demonstratiuum esse hic eccum compositum pronomen *om. B* 14 demonstratiui esse et hoc et illud *BCa* demonstratiui est hoc est illud *A* 16 videamus *om. ABC* 21 in terentio *A* apud terentium *BCa*: *cf. in Serg. expl. in Don. p.* 501, 38 24 et genus] id genus *A* quis est tis tis autem *ABC. fortasse* quis est? τίς ἐστιν; τίς autem 25 tam masculini generis est *BCa* est tam masculini generis *A* inde est et traxerunt hoc pronomini *corr.* inde traxerunt hoc pronomen *B* 27 quis tu] *Pacuv. Med. fragm.* 20 *ed. Ribb.* es] ē *C* 28 qui mulier *ABC* 31 et talis uir et talis mulier *A* talis dicimus uir talis dicimus mulier *BCa* 34 communes *A*

nibus. quo modo dicimus nubes dies, sic etiam in pronominibus invenitur communis numerus inter singularem et pluralem, ut qui: et de uno possum dicere qui et de duobus et de pluribus, qui vir et qui viri, quae mulier et quae mulieres. sunt etiam pronomina deficientia per alterutram partem. quo modo diximus in nominibus esse aliqua nomina [in masculino genere] tantum numeri singularis, similiter nomina tantum pluralis, sic etiam et in pronomine. sunt pronomina ex utraque parte singularia, ut meus, id est et ille qui possidet et ille qui possidetur unus est; ex utraque parte pluralia, ut nostri, et qui dicunt se possidere et de quibus dicunt plures sunt. intrinsecus singulare, extrinsecus plurale: intrinsecus dicitur quod pertinet ad personam possidentis, extrinsecus quod pertinet ad personam | possessionis. quando ergo intrinsecus plurale est, extrinsecus singulare, erit hic noster, ut multi sint qui possident, unus qui possidetur. aliquando intrinsecus singulare, extrinsecus plurale, ut si dicas mei.

Sunt etiam figurae in pronominibus. est figura aut simplex aut con- 436, 30
posita, simplex quis, conposita quisquis. nam diximus in nominibus quoniam ea nomina quae ex duobus nominibus conposita sunt ea parte declinantur, qua est nominativus; et invenitur nomen quod utraque parte declinatur [praetor urbanus utraque parte declinatur], quoniam utraque parte nominativus est. haec invenimus et in pronominibus. sunt pronomina conposita quae utraque parte declinantur, sunt quae priore tantum parte declinantur et posteriore non declinantur, sunt quae posteriore parte declinantur et priore non declinantur. utraque parte declinatur pronomen quisquis: quisquis cuiuscuius cuicui quemquem quisquis a quoquo, quiqui quorumquorum quibusquibus quosquos quiqui a quibusquibus. noli putare hoc causa declinationis esse: et apud Ciceronem remansit cuicui et apud Terentium. nam Terentius dixit

quia spolies, mutiles, lateres, quemquem nancta sis.

quemquem, unde erit ista declinatio tracta nisi a nominativo singulari quisquis? quisquis cuiuscuius cuicui quemquem. item in Verrinis habetis in illa frumentaria Ciceronis 'cuicuimodi est'. cuicui, unde erit ista declinatio nisi a nominativo quisquis? *quisquis* cuiuscuius cuicui. ergo ecce habes pronomen quod utraque parte declinatur, quisquis. est etiam quod priore parte declinatur et posteriore non declinatur, ut est illud, quispiam: quis declinatur, piam non *declinatur*. aut versa vice prior pars non declinatur declinatione in posteriore posita, ut aliquis: ali non declinatur, quis

---

12 quando ergo *A* ergo quando *Cab* ergo quando dico *C* plurale est et extrinsecus *A* 19 qua] qui *ABC* 20 declinatur *A* declinetur *BCa* praetor urbanus utraque parte declinatur *om. A, add. a* 25 quisquis] *cf. Cledon. p.* 1908 a quoquo *ABC* a quo a quo *a** 26 quorumquorum quisquis quibusquibus *B* a quibus a quibus *A* 28 Terentius] *Hecyr.* I 1, 8 29 mutiles *BCa** mules *A* lateres] lat̄ ē *B* 31 uerrenis *AC: in Verr. act. sec.* V 41, 107 34 quisquis *om. ABC* 34 quod in utraque *A* 35 non ut est illud *BC* 36 piam non aut *ABC*

p. 252—55 L.

declinatur. idem quale pronomen est? ait sic, pronomen est utriusque generis, id est neutri et masculini; sed temporibus et pronuntiatione discernitur. hoc ipsum quaeritur, quem ad modum dicas, īdem an ĭdem. dicit, idem si volueris producere, masculini erit generis, īdem vir, īdem paries; si autem volueris | corripere, neutrum est, ĭdem tempus, ĭdem mancipium 'per idem tempus' dicit etiam Sallustius. item hīc et hĭc, utrumque dicitur, sed habet differentiam: quando hic producimus, erit adverbium, in loco, 'hīc illius arma, hīc currus fuit'; quando autem corripimus, erit pronomen, 'solus hĭc inflexit sensus'.

Secuntur etiam casus in pronominibus. similiter etiam hic casus sex sunt, quem ad modum etiam in nominibus. sed diximus in illa priore parte artis, id est in superioribus, esse aliqua pronomina quae crescant in casibus, esse aliqua quae decrescant in casibus, id est sunt pronomina aliqua quae duplices habent casus, sunt aliqua quae omnino non habent aliquid, non modo duplices non habent, sed etiam de suis legitimis per-
410, 32 dunt. nam ecce invenies pronomina duplices habentia casus, quisquis
436, 4
502, 1 quiqui: nam | potest et quiqui esse: ergo sic dicitur et quisquis et quiqui. ecce item ubi genetivus duplex, mei vel mis: nam dicebant antiqui 'mis causa fecit' et 'tis causa fecit' pro eo quod est 'mei causa fecit', 'tui causa fecit'. item in ablativo a quo vel a qui, 'a quo venisti' et 'a qui venisti'. item dativo et ablativo a quis et a quibus, et reddimus rationem ipsam. a quis et a quibus: ablativus singularis o terminatus dativum pluralem in is mittit, ab hoc docto doctis: sic si dixerimus a quo, a quis facit. item ablativus i terminatus dativum in bus mittit: sic si dixeris a qui, a quibus erit. sed huius declinationis nominativus erit ques: huius declinationis, id est quando dicis dativo *et ablativo* plurali a quibus. siqui tibi dicat, fac inde nominativum pluralem, necesse habes facere hi ques: 'si ques homines sunt, quos delectat populi Romani gesta discribere', si ques homines pro eo quod est si qui. et iuste secundum regulam: ablativus enim i terminatus nominativum pluralem semper in es mittit, puppi puppes, agili agiles, docili dociles. sic si dixeris a qui, hi ques erit nominativo plurali, nec potest aliter. ergo ecce habes pronomina crescentia per casus; | nunc videamus decrescentia.

---

1 ait dicit pronomen *AB* ait pronomen *C* 3 idem an idem *BCa* idem est an idem *A* 4 dicit *om. C* 6 Sallustius] *Iug. c.* 204 8 hic illius] *Verg. Aen.* I 16 9 solus] *Verg. Aen.* IIII 22 huic *corr.* hĭc *A* 14 sunt alia *AC* *fortasse* non habent aliquos casus, id est non modo 15 perdant *ABC* 16 habentes *AC* 17 esse *om. A, add. a*: *fortasse* nam potest et quis et qui esse sic dicitur *a* si dicitur *AC* sicut dicitur *B* 23 sic si dixerimus *B* sic dixerimus *C* si dixerimus *A* 24 sic si dixeris *AB* sic (*corr.* si *c*) dixeris *C* 26 quies *corr.* ques *C* et ablativo *om. ABC* 28 si ques] Cato quoque origines sic inchoat, si ques sunt homines *Serg. expl. in Don. p.* 502, 17 populi .R. gesta *B* populi .R. gestas *C* populi respondit gesta *A* populi res gestas *a** 29 disscribere *B* 32 sic (*corr.* si *c*) dixeris *C* aliter *om. A, add. a*

p. 255. 56 L.

E contrario invenitur pronomen, ubi unus desit casus, ego: ego mei 436, 7. 16
mihi me a me; vocativus non est, penitus non invenitur vocativus, sed ego mei mihi me a me. plerique interponunt o, ego mei mihi me o a me, ut hoc ipsum o articulus sit vocativi casus; tamen falsum hoc probatur docente Astyagio istam rationem mirifice. non potest fieri ut o pronomen sit vocativi casus per rerum naturam. qua ratione non potest fieri? quoniam vocativus singularis debet aliquid differentiae habere a vocativo plurali; natura ipsius casus hoc exigit, et dico quo modo. puta hic vir hi viri; ecce hic articulus est in nominativo: huius viri horum virorum, id est non est hoc hic quod est hi, non est hoc huius quod est horum, non est hoc huic quod est his, non est hoc hunc quod est hos, non est *hoc* ab hoc quod est ab his. vides articulos nulla ratione sibi consentire. ecce e contrario in isto vocativo, qui facit o Turne o Turni. ecce iam quem ad modum *non* est articulus: omnis articulus per omnes casus necesse habet in singulari numero aliter declinari et in plurali aliter, puta hic huius huic hunc o ab hoc, item in numero | plurali hi horum his hos o ab his. numquid consentiunt sibi, nisi hoc quod dicunt quasi esse articulum, hoc *est* o, quod quasi appellant pro articulo? sed hoc non potest fieri, et dicitur illis, hoc ipsum non potest fieri ut sit articulus similis in vocativo singulari et in vocativo plurali, quoniam reliqui articuli omnium casuum habent aliquam differentiam. et idcirco etiam sequitur illud ut hoc dicas, quoniam interiectio est, [aut hoc dices interiectionem] aut certe adverbium est, quod iungatur vocativo. ceterum articulus vocativi casus non potest dici; excluderis enim ab ista ratione. ecce habes ergo ubi non invenitur vocativus casus.

Item habes pronomen, ubi non invenis vocativum et nominativum, 436, 11
ut est sui sibi se a se. nec te decipiat illa declinatio, hic suus, huius sui, ut sit pronomen quasi possessivum, meus tuus suus. et dixi puta si sequeris istam declinationem, non est ista in tantum, ut * illa declinatio alium habet dativum, ista alium: suus sui suo [suum a suo] facit; modo autem facit sui sibi [se a se]. numquid similis est declinatio? ergo hoc

---

1 inuenitur pronomen ubi *BCa* ubi pronomen ubi *A* 8 exegit *A* 10 non est hoc hic *BCa*: est *om. A* non est hoc huius *BCa:* hoc *om. A* 11 non est hoc huic *BCa* nec hoc est huic *A* non est hoc hunc *BC*: hoc *om. A* 12 non est ab hoc *ABC* 13 e contrario *et* qui facit *om. A, add. a* 14 non *om. ABC* 16 item in (in *om. A, add. a*) nominatiuo plurali *ABC* 18 dicit *ABC* est *om. ABC* 22 etiam sequitur illud *A* illud etiam sequitur *BCa* aut hoc dicas interiectionem aut certe aduerbium quod iungatur uocatiuo *C* aut hoc dices interiectionem aut certe aduerbium est quoniam (aut interiectionem dicet legitimus miles o aut certe aduerbium quod *add. a deleto v.* quoniam) iungatur uocatiuo *A* aut hoc dices interiectionem aut certe aduerbium est aut interiectionem dicet legimus milies o interiectio est interiectionem aut certe aduerbium quod iungatur uocatiuo *B* 28 et dixi *BCa* et dixit *A*: *fortasse* puta si sequeris istam declinationem, non est ista in tantum similis, ut dixi. nam illa declinatio 30 suus sui suo suum a suo facit *a** suus sui s.....a s.. facit *A* suus sui sibi se a suo facit *C* suus sui suo facit *B* 31 suus sui sibi *C* sibi sui sibi *in litura a* ergo hoc *BCa* hoc ergo *A*

p. 256—59 L.

pronomen [sui sibi se | a se] quattuor habet casus tantum modo, nominativum et vocativum non habet; et est utriusque numeri: sui sibi se a se quattuor casus sunt, sed utriusque numeri. nam et ita possum dicere, ‘sui causa fecit’, et ‘sui causa fecerunt’. vides quoniam et numero singulari possum iungere et [in] numero plurali. hoc in illo pronomine non possum facere, ‘suo homini dixit’. iam si volo dare numerum pluralem, non dico suo, sed ‘suis hominibus dixit’. unde apparet quoniam non inde descendit. est etiam alia ratio, unde hoc planius intellegas. omnino in rerum natura non potest unus esse qui possidet et qui possidetur. nam ecce suus: quando dico ‘suus homo’, ostendo et servum et dominum, ut puta Birrum et dominum. quando autem dico ‘sibi facit’, numquid ibi potes duas personas intellegere? habes ergo, ubi duo desint casus, sui sibi se a se.

436, 10 Inveniuntur aliqua pronomina quae omnino non habent nisi singulos casus, ut est hoc pronomen, cuia et cuium. ista duo pronomina non habent nisi singulos casus, et habent genetivum tantum. cuia genetivus est singularis, cuium et ipse genetivus | est singularis; nec nominativus invenitur nec aliquis alius casus in illo pronomine. et qua ratione non habent alios casus? quoniam isti a regulis recesserunt, ideo non inveniuntur illi reliqui casus. quo modo? nullus genetivus invenitur aut a aut um terminatus in rerum natura vel in pronomine vel in nomine vel in participio vel in aliqua parte orationis [a terminatum genetivum aut um]. ergo cum faciat cuia, novo more introductus est iste genetivus et non potuit habere alios casus. item cuium, ‘dic mihi, Damoeta, cuium pecus?’ novo more introductus est iste genetivus. nec putes alium esse casum, non potest fieri, genetivus est. nam quando dico ‘cuia est filia?’, tale est ac si dicam ‘illius filia’, ‘ipsius filia’. ergo et cuium genetivus est singularis: ‘dic mihi, Damoeta, cuium pecus?’ tale est ac si dicam ‘cuius est pecus?’ ‘illius est pecus’. vides ergo genetivum esse solum. item invenitur accusativus tantum ceteris deficientibus, ut est eccum eccam ellum; accusativi sunt solum, nec possumus invenire alios. numquid | possumus dicere eccus ecci ecco aut ab ecco. tantum modo accusativum dicimus. ergo collige illud. inveniuntur pronomina, ubi deficiat vocativus, ut ego; invenimus, ubi nominativus et vocativus deficiant, ut sui sibi se a se; invenitur, ubi solus sit genetivus, ut cuia cuium; invenitur, ubi solus sit accusativus, ut eccum eccam ellum.

436, 16. 23 Quaeritur quid interest inter pronomina et articulos. dicit, multum. raeci alia habent pronomina, alios habent articulos. Latini conpendium

---

4 quoniam in numero *ABC* 8 descendit *Lindemannus* dependit *ABC* est etiam *BCa* est enim *A* 9 unum *ABC* 10 ecce *om. A, add. a* 12 potest *AC* 23 et non potuit — 25 iste genetivus *om. A, add. a* 24 dic] *Verg. bucol.* 3, 1 26 alium habere *corr.* alium esse *A* 27 ipsius filius *ABC* 32 eccus] eccius *ABC*

p. 259—61 L.

secuti sunt; unum quidem habent utrumque, sed diverso officio funguntur. quando cum nominibus *declinant*, ita habent quasi articulos; quando sola declinant pronomina, habent quasi pronomina. ut puta hic huius huic: si solum hoc declinetur, pronomen est; si dicas hic Aeneas huius Aeneae, iam articulus est. hoc quidem ipsi sibi persuaserunt, ego tamen illis non credo. longe aliud est articulus et longe aliud pronomen. pronomen est quod fungitur officio nominis (nam ita dixit), articulus est quod coartat nos. Astyagius illud sic definivit: pronomen | est quod fungitur officio nominis, 'Vergilius est qui scripsit bucolica, ipse etiam georgica'. ecce modo pronomen ipse est, tale est ac si diceres Vergilius. ecce hoc pronomen functum est officio nominis. e contrario non est quod dico: nam quando dico ὁ Vergilius, non est hoc quod est hic Vergilius. qua ratione? quoniam qui dicit ὁ Vergilius, non quemcumque Vergilium significat, sed illum qui notus est. multum interest inter articulos et inter pronomen. Latini confuderunt illud, istam rem perturbaverunt. si dicam 'venit homo', ecce generale est; quod si dicam 'venit ὁ ἄνθρωπος', iam non est generale, homo quicumque, sed redigis ad speciem notae personae. [quod] in pronomine hoc non potes facere, sed si iunxeris, officio fungitur ipsius personae. unde aliter positum est. tamen confuderunt illud Latini. praeterea sciendum est apud Graecos in quaestione esse hoc.

Neuter uter unus alius ullus ambo alter uterque quaeruntur quae 436, 28
sint partes orationis, utrum nomina sint an pronomina. apud [alios] plerosque invenimus esse nomina, apud plerosque pronomina. et si verum quaeras, ex maiore parte nomina sunt, ex maiore iterum parte pronomina sunt. tamen quoniam ambiguitate utimur, debemus adferre regulam, quae excludat ambiguitatem ipsam. Probus enumeravit omnia pronomina, et diximus | iam quoniam omnia pronomina viginti et unum sunt. in istis pronominibus, quae collegit Probus viginti et unum, ista de quibus dubitatio est non inveniuntur. unde apparet quoniam non sunt pronomina, sed nomina. si enim essent pronomina, illic invenirentur; vel si ipsa non invenirentur, vel origo eorum debuit inveniri. diximus enim esse aliqua pronomina quae conpositione facta sunt, quasi hinc tamen habere originem [quae sunt alia quasi nova pronomina, inde conposita sunt].

---

2 quando cum nominibus (omnibus *A corr.* nominibus *a*) ita habemus quasi *ABC* 8 astiagius *B* astygius *C* astygios *corr.* -ius *A* astigius *codex Neapolitanus Maii class. auct. v.* V *p.* 152 9 est *om. A, add. a* 10 diceres *BCa* dicerit *A* uirgilius ecce *AC* uirgilius est ecce *Ba** 12 nam quando dico *om. A, add. a. fortasse* e contrario pronomen non est hoc quod Graeci dicunt ὁ. nam quando 16 o antrophos *A* o anthrophus *B* . anthropus *C* 18 potest *AC* 20 in quaestionem esse *a, om. A* 22 quaeruntur *BCa* quaerunt *A* 23 alios *om. B* 25 ex minore iterum *B* 27 Probus] *instit. art. p.* 131 *sqq.* 29 colligit *B* 31 sed enim si *corr.* si enim *A* 32 eorum] earum *ABC* 33 aliqua] alia *ABC* facta *BCa* facti *A* 34 quae sunt] quia sunt *B* alia quasi noua *BCa* quasi inter (?) noua *A* conposita *BCa* conpositi *A*

p. 261—63 L.

haec autem nec inter pronomina numerata sunt, nec inde originem sumunt. unde debemus dicere quoniam haec nomina sunt.

DE VERBO

411, 14 Pars ista artis, id est de verbo, quo maior est, eo etiam uberior et
502, 26 rationabilior atque utilior. verbum est pars orationis cum tempore et persona sine casu: ita definitur verbum. diximus verbum quare dictum sit saepius, ab eo quod verberato aëre ictu linguae sonus exiliat. unde emergunt etiam omnes partes orationis. sed quod ista parte frequentius utimur in loquendo, ideo ista generale sibi hoc nomen adsumpsit. ecce | [ratio quae nullam praestat utilitatem] ratio sine utilitate plena stultitiae est. ergo quare ita definivit, ‘verbum est pars orationis tempus et personam simul retinens, casu carens’? ista omnia non vacant, quod dixit tempus et personam simul esse in verbo, casum autem non esse. nam verum est quoniam, si sola persona sit, non facit verbum, sed pronomen: pronomini enim accidit persona. si solum tempus fuerit, non facit verbum, sed participium: participio enim accidit tempus. si utrumque simul sit, tunc potest verbum esse, ut est lego. istae enim sic conexae sunt particulae, ut nulla ratione separentur. nam ecce quando dico lego, et qui sim et quando et quid faciam ostendo, id est et tempus ostendo, quo aliquid faciam, et nihilo minus personam ostendo: ista duo coniuncta sunt. ergo verbum est pars orationis quae habet tempus et personam simul, nec potest alia pars ab alia segregari, sed simul sunt duae res, tempus
437, 30 et persona. *quaeritur* utrum procedat ista elocutio, ego lego. vitium est, plenonasmos est. nam si hoc ipsum lego ostendit personam, quid opus est ut addas personam, ut dicas ego lego? hoc enim ipsum quod dicimus lego habet personam suam loquentis. ergo male dicitur ego lego, ego sedeo, ego fa|cio; totum hoc vacat. ipsae enim personae te loqui, te dicere et ostendere aliquid demonstrant. quid est illud quod dixit ‘sine casu’? nam ita definivit, ‘verbum est cum tempore et persona sine casu’. quid opus fuit ut diceret ‘casu caret’? ego enim novi quia casus non accidit verbo. sed quae necessitas eum conpulit hoc dicere? propter unam elocutionem. est una elocutio, quae paene imaginem habet casus, est tamen in verbo; confitemur quoniam in verbo est, tamen imaginem habet casus, ut est illud apud Terentium,

quod iussi date bibere et quantum imperavi,

[bibere] ‘da mihi bibere’. bibere qui modus est? infinitivus est sine dubio, quem ad modum scribere et dicere. ergo bibere infinitivus est

---

3 DE UERBO *om. C* finit pronomen INCPT DE UERBO *A* 10 stultitia *BC* 23 quaeritur *om. ABC* 25 hoc enim ipsum (est *add. A*) quod dicimus lego hoc ipsum (ipsesum *B*) quod dicimus ego lego habet *AB* 28 quod *om. A*, *add. a* 29 definiit *BC* definit *A* 34 apud Terentium] *Andr.* III 2, 4 36 bibere *ante* da *om. B* 36 infinitiuus est *A* infinitus est *C* infinitus *Ba*, *et sic constanter* infinitiuus *A* infinitus *BCa*

p. 263–65 L.

modus: si modus est, verbum est sine dubio; ecce habes quod verbum est. sed quando dico 'da mihi bibere', tale est ac si dicam 'da mihi panem'. panem autem accusativus est. ergo vides quoniam verbo non potest iungi nisi accusativus casus. naturaliter ita se habet ista res, ut praemisso verbo sequantur nomina, id est sequatur casus. nullum enim nomen sine casu est. ergo quando dico 'da mihi [offer mihi quid dico] columnam', columnam casus est accusativus; 'offer mihi arborem', arborem casus est accusativus. ergo et si dicas bibere, bibere videtur accusativus esse casus, quoniam illa omnia, quae iunguntur istis verbis, casus sunt. ergo nequis putaret illum infinitivum modum aliquando fieri posse ut caderet in casus et ratione nominis declinaretur, ideo hoc interposuit. scire autem debes quoniam ille infinitivus quidem est modus et facit elocutionem graecam, latinam numquam. quotiens ita volueris facere, graece loqueris aperte, 'da mihi bibere', *δός μοι πιεῖν*. et erit graeca elocutio, latina non est. haec autem elocutio apta est poetis, apta lyricis, longe remota est a sermone communi. ergo propter istam elocutionem interposuit 'sine casu', nequis tibi diceret [ergo] 'da mihi bibere', bibere ergo accusativus casus est, quoniam illa omnia per accusativum proferuntur. sed non est; illa graeca figura est, graeca elocutione profertur.

Omne verbum aut agere aliquid aut pati significat. quid sit hoc, 503, 6
postea dico. interpositum est, ut diceretur activum passivum neutrum commune et deponens. quare? hoc dico postea. interim scire debes quod omne verbum quod est in rerum natura aut agere aut pati nos ostendit. et re vera ipsa natura rerum sic se habet. quicquid est in toto mundo, aut patitur aut agit sine dubio: quaere omnes res, et | invenies quod coguntur nescio qua ratione aut pati aut certe ipsae agere. curre per illa genera, et invenies ita esse verbum. ecce lego: lego agentis est significatio, legor passivum est, et tamen et agentis est significatio. nato unde est? a neutrali est, et tamen agentis est. curro neutrale verbum est, et *tamen* agentis est. vapulo neutrale est, et tamen patientis est; ab alio enim vapulo. ita luctor, loquor, ista similia deponentia dicuntur omnia, et tamen significationem habent agentis. ergo quodcumque est verbum, necesse est ut in has cadat significationes, ut omne verbum aut agentis sit aut patientis, licet aliud habeat genus.

Verbo accidunt septem, qualitas coniugatio genus numerus figura 411, 26
tempus persona. qualitas verborum dividitur in duas partes principaliter, 503, 25
id est in modos et in formas. modi autem sunt octo, omnes octo sunt;

---

2 sed] si *A* 6 quid dico *A* quid edico *Ba* quid edico *corr.* quid c̄dico *C* 14 Δωcmoiτhhn *C* ΔωcmoiτhN *AB* 15 lyricis] est lyricis *C* 21 aliquid *a** quid *ABC* 26 agit] facit *BCa* agit facit *A* 27 aut pati] et pati *ABC* ipse facere ita esse uerbum curre per illa genera et inuenies ecce lego *ABC* 29 passiuum est et tamen agentis *BC* 30 curro neutrale uerbum est et agentis *ABC*

p. 265—67 L.

formae quattuor. modi octo isti sunt, indicativus imperativus promissivus optativus coniunctivus infinitivus inpersonalis gerundi. ipsi sunt octo; sed quinque sunt qui per omnes artes possunt inveniri, indicativus imperativus optativus coniunctivus et infinitivus. illi tres, promissivus inpersonalis et gerundi, ha|bent calumniam. aliquotiens ita declinantur, quem ad modum novimus. modos interim octo dixi plenos. videamus illos. indicativus dictus est ab eo, quod ipso indicamus. si dicas mihi 'quid facis?', dico tibi 'lego'. ergo lego indicantis est significatio. imperativus dictus est, quod per ipsum imperamus, ut puta lege scribe doce sede. promissivus
412, 6 est, per quem promittimus, ut si dicas 'legam tibi'. multi istum modum repellunt et dicunt 'quid conputatur? non est conputandus nec admittendus modus iste'. et quid facimus, si non eum admittamus, cum elocutio nostra exigat usum promittendi? nam si dicas 'rogo te, da mihi, da illi', necesse habeo per istum modum promittere, et dicere habeo 'dabo'. tolle inde istum modum et tollere habes promissionem. illi autem qui repellunt istum modum dicunt, iam promissio est in indicativo modo tempore futuro. nam iam est in indicativo modo tempore futuro, ut puta lego legis legit legeram, fac futurum tempus, legam; ecce hoc ipsum legam promittentis est. si est in indicativo modo, quid opus est ut novum modum facias? cum, quod habuit novus modus facere, habeat in se iste modus indicativus in tempore futuro. ecce quare eum repellunt. quare repellunt? quoniam id potest facere indicativus, quod potest facere promissivus. deinde alia illorum ratio, quare repellunt istum modum. quo modo dicis modum esse, et unum habet tem|pus? nullus enim modus unum tempus habet; non licet; omnes modi aut duo aut tria habent tempora. quo modo ergo iste modus dicendus est? nam promissivus unum habet tempus et ratione naturali unum habet. modum qui dicunt hunc esse, hoc dicunt, omne quod promittimus de futuro promittimus. id enim tibi promitto, non quod habuisti aut quod habes, sed quod necdum habes. nam si habuisti aut habes iam, quem ad modum tibi promitto? illud tibi promitto, quod necdum habes. ergo si quod necdum habes promitto, futuri temporis est. ecce propter quas causas dicunt repellendum esse vel non repellendum. tamen si verum animadvertas, non repellendus est; sed de indicativo modo repellendum est tempus futurum, quam iste repellendus est modus. quare? redi enim ad definitionem ipsorum modorum, et invenies quoniam non potest indicativus modus habere tempus futurum. indicativus quare dictus est? *quod per ipsum indicamus.* si per ipsum indicamus, futurum tempus quare habet ab eo quod

---

2 gerundi *a* gerendi *ABC: postea constanter* gerundi *A* gerendi *BC* 5 novimus quemadmodum *ABC* 6 plenius *C* 15 inde *om. C* 20 quod habuit novus modus *Ca* quod (quo *A*) habuit modus novus *AB* 22 quare repellunt *om. A, add. a* quod solet facere *coniecit Lindemannus* 23 ratio] repulsio *ABC* 35 quam iste *AB* quare iste *Cb* est *om. A, add. a* 37 quod per ipsum indicamus *om. ABC*

p. 267—70 L.

necdum est, sed erit? ergo si tempus futurum id significat quod necdum est, quo modo potest tenere tempus futurum? non potest fieri, quoniam quicquid indicamus praeteriti *aut praesentis* est. ecce numquid possum tibi indicare nisi quod scii aut quod scio? non tibi possum indicare quod adhuc nescio, quod futuri est temporis. ergo indicativus modus tempus prae|teritum habet et praesens; futurum autem habere non potest, quoniam quae indicamus aut iam novimus aut iam scieramus. si autem indico, non quod adhuc nescio, sed cum didicero, iam non erit ista causa * retineri modus promissivus. propter causam istam plerique non eum repellunt. illud autem quod diximus de defectivo, quoniam unum habet tempus et idcirco repellitur, nec hoc verum est. nam iam si ideo defectivum est, quoniam unum habet tempus, et imperativus ergo deficit. deficit sine dubio; non enim habet tria tempora, sed deficit. verum tamen potest inveniri quod deficiat in tempora. novimus enim verbum quod aliquando in duobus est temporibus, aliquando in tribus. ergo si iam admissus est defectus temporum, noli quaerere, utrum in uno deficiat, utrum in duobus, dummodo deficiat. ergo iste est promissivus.

Sequitur optativus. optativus est, ubi adverbium est optantis utinam, puta utinam diceres. sequitur coniunctivus: coniunctivus dicitur, non quod habet particulam cum. nam si ideo diceretur coniunctivus, quoniam habet particulam cum, et optativus diceretur coniunctivus, quoniam et ipse habet utinam. ergo quoniam | coniungit sibi particulam cum, ideo dicitur coniunctivus? non (nam et optativus posset dici coniunctivus), sed propter illam rationem, quoniam non potest iste modus proferri sine indicativo modo. coniunctivus modus sine indicativo numquam profertur. puta ‘cum fecero, ibo’, ‘cum dixero, audiam’: ecce ‘cum fecero’, ‘cum dixero’, solum hoc dic et noli aliud addere. videamus, si potest aliquis hoc intellegere. quid est ‘cum fecero’? quid? adhuc pendet. ‘cum dixero’, aut ‘scribo tibi’ aut ‘dabo tibi’. ergo ideo dictus est coniunctivus, quod coniungit sibi indicativum modum ad exprimendum sensum suum. et unde scimus quoniam coniungit sibi alium, unde exprimat sensum suum? quoniam alii modi per se intelleguntur, per se pleni sunt. ecce lego, numquid opus est ut iungas aliquid? lege, iam scis quid dico: utinam legerem, iam scis quid dico. ‘cum legero’ autem pendet adhuc, quod ad significationem pertinet; ‘cum scripsero’, puta ‘faciam, scribam, dicam’; sed ‘faciam, scribam, dicam’ indicativi modi est. ergo ideo dicitur coniunctivus modus, quod coniungit sibi indicativum modum ad exprimendum sensum suum. 411, 13 504, 3

Infinitivus dicitur modus ab eo, quod | non definiat personas. omnes 411, 37 504, 10

---

3 aut praesentis *om. A B C* 8 cum] quod *C* ista causa retenere *A* istā causā reteneri *a** talis causa retineri *C b* tā causā retineri *B* 13 deficit (defici *A corr.* -cit *a*) potest inueniri uerumtamen quod *A B C* 15 si *om. A, add. a* 16 in unum *A B C* deficiant utrum in duobus quomodo deficiant *A* 22 cum *om. A* 23 possit *A*

p. 270—72 L.

modi definiunt et segregant personas: puta lego legis legit, tres sunt personae dissimiles. non autem infinitivo modo tres debent esse dissimiles, sed omnes tres una esse, ut est legere. quando dico legere, et prima persona est et secunda et tertia. vis scire verum esse? iunge verbum quod habet segregatas personas, illud verbum, quod habet segregatas personas, volo vis vult [volo prima est], iunge infinitivo modo, legere volo, legere vis, legere vult: ista pars quae habuit commemorationem mutata illa tamen permansit in significatione. unde apparet infinitivum ideo dictum esse, quod non definiat certas personas.

412, 12 504, 15 Inpersonalis dicitur modus, quod non definiat certas personas. si et ipse non definit certas personas, infinitivus est. inpersonalis est legitur, et iste non definit personas. [nam legitur scribitur inpersonale est verbum.] ergo si inpersonalis modus non definit personas, infinitivus non definit personas, idem est? non. nam inpersonale genus verbi est, iungitur pronominibus et secernit personas. vides ergo, quantum dissentit inpersonale verbum ab isto infinitivo. infinitivus modus est, inpersonalis non est modus, sed genus verbi; infinitivus non accipit pronomina, inpersonale verbum accipit pronomina; infinitivus nec sub imagine quadam potest secernere personas, | inpersonale verbum secernit personas. iungitur pronominibus a me, a te, ab illo: ita dico, legitur a me, a te, ab illo; ecce suscepit pronomina et discrevit personas. in infinitivo non possumus dicere legere a me, a te, ab illo; non possum sic coniungere ista pronomina infinitivo, quem ad modum coniungimus inpersonali. ideo differunt; praeterea quoniam iste infinitivus modus non currit per modos, illud autem inpersonale currit per modos. legitur indicativus est, legatur imperativus est, utinam legeretur optativus est modus, cum legatur coniunctivus est modus. ergo si currit per modos, longe aliud est, quam illud quod non currit per modos. idcirco dubitatum est a plerisque, utrum verbum dicatur hoc aut modus. multi dixerunt, modus est, quia nascitur de verbo. quem ad modum quando dico lego, possum dicere lege, possum dicere utinam legam, possum dicere cum legam, sic possum dicere legitur a me, a te, ab illo. ecce a prima persona derivatum est, et videtur modus sic esse. sed occurrit illud, quia modus numquam currit per alios modos, hoc autem currit per modos. ecce legitur indicativus est, legatur imperativus est, optativus utinam legeretur, coniunctivus cum legatur. ergo si currit per alios modos, non potest modus videri. casum enim numquid ideo dicamus, quia currit per alios casus? sic etiam modus non | potest dici, si currit per modos. si ergo currit

---

4 iungo uerbum *ABC* 6 volo prima — legere vult *om. C* est *om. A, add. a* 7 legere uult *Ba* legere uult legere *A* quae *BCa* quam *A* 12 inpersonale est uerbum *Ba* inpersonale uerbum est *C*: verbum *om. A* 18 nec] non *B* ne *Cb* 21 suscipit *ABC* 27 si *om. A, add. a* 28 quod *om. A, add. a* 29 aut] an *C* 34 per modos *om. A, add. a* ecce *om. BC* 37 casus enim *AC corr.* casum enim *B. fortasse* casum enim numquid id dicimus quod currit

p. 272—74 L.

per modos, non est modus, sed verbum est. hic autem modus exit in tres syllabas, in tur, in it, in et: in tur, legitur scribitur, in it, contingit, in et, pudet. sed quae in tur et in it exeunt ab indicativo oriuntur, ut lego legitur, contingo contingit. lego indicativus est, contingo indicativus est; inde nascitur legitur et contingit. quae in et exeunt, duas habent significationes; aliquando a se oriuntur, aliquando ab aliis originem ducunt. a se oriuntur, si dicas pudet taedet: nemo dicit pudeo taedeo; ergo vides a se nasci. [aliquando a se oriuntur] aliquando aliunde originem sumunt: si velis dicere misereor, ecce verbum est, et facit inde miseret. scire debes quoniam ita definitum est in arte. tu tamen, si volueris sequi vera, require. ista verba defectiva sunt; sed quoniam 437, 8
defecerunt, acceperunt imagines pronominum, ut illum defectum exprimerent; ceterum verba sunt defectiva. vis scire quoniam verba sunt defectiva? finge similitudinem, et invenies omnia verba inpersonalia quae in et exeunt quod a secunda coniugatione veniunt. puta doceo doces docet, sedeo sedes sedet; ecce in et exeunt. fac et illud pudet taedet, fac inde primam personam; videamus, si non erit secunda coniugatio, pudeo pudes pudet, *taedeo taedes taedet*. sed quoniam taedeo taedes non invenitur, remanserunt illae tertiae personae, et erunt verba defectiva. quare hoc tibi dixi? quoniam ipse Donatus in quodam loco variavit: modo dixit inpersonalia plane esse; alio loco aliter definivit et dixit defectiva esse. et dixi quoniam ideo addimus pronomina, ut defectum illum inplere possimus. item quod in tur exit similiter, legor legeris legitur, scribor scriberis scribitur. ecce tertia persona est declinationis passivae, legitur scribitur a me, a te, ab illo. ergo quotienscumque sunt defectiva verba, succedunt ista causa brevitatis.

Est etiam gerundi modus quem dicunt. gerundi modum dicunt istum, 412, 17
legendi legendo legendum lectum lectu. plerique dicunt non modum esse, 504, 30
sed participia declinata. participiorum declinationes scimus ita esse: aut futurum est participium a passivo aut praeteritum, futurum legendus, praeteritum lectus. declina ista participia, et invenies. futurum legendus, nominativo hic legendus, genetivo huius legendi, dativo huic legendo, accusativo hunc legendum. declina praeteritum. hic lectus huius lecti huic lecto hunc lectum. ex aliqua parte declinationis praeteriti participii, ex aliqua parte | declinationis futuri participii fecerunt hunc modum, puta legendi legendo legendum lectum, ut videatur non modus esse, sed participia simul declinata. futura et praeterita haec dicunt, sed non est ve-

4 lego legitur et in it (contingo *add. a*, *sed postea deletum est*) contingit *ABC* 8 aliunde originem sumunt *Ca* aliorum originem sumunt *A* aliunde originem ducunt *B* 11 uere sequere *ABC* ista *AB* sed ista *Cb* uerba defectiua sunt *BC* defectiua sunt uerba *A* 12 illum *Cb* illud *AB* 14 invenies *Lindemannus* inuenis *AB* inueni *C* 18 taedeo taedes taedet *om. ABC* 21 plane] plena *C* 22 defectiuum illud *ABC* 23 possimus *Ba* possemus *ACb* 27 est etiam gerundi (gerendi *BC*) modi quod dicunt gerundum (gerendum *BC*) modum *ABC* 36 lectum lectu *B* 37 futura — 218, 1 declinata *om. A*, *add. a* haec] hoc *BCa*

p. 274—76 L.

rum apertissime. nam si dicis participia esse declinata, debent etiam tempora retinere. duo sunt participia ista, unum futurum, unum praeteritum. legendi erit futuri participium, legendo futuri participium, legendum futuri participium; lectum iam praeteriti participium erit. ergo fac elocutionem; videamus si stat elocutio. puta ‘legendo didici’: quid est ‘legendo didici’? id est ‘dum lego, didici’, non ‘legendum mihi est, ut discam’. legendum participium est futuri temporis, si dicis istam declinationem inde descendere. ergo quando dico ‘legendo didici’, non hoc dico, ‘ideo didici, quoniam legi’, sed erit hoc, ‘possum discere, si legam’. et ratio hoc refutat. nam quando dico ‘scribendo didici’, ‘natando feci’, iam sic dico, quasi de re perfecta et quasi de re transacta. ergo quo modo poterit sensus esse perfectus, cum sit participium adhuc futurum? non congruit. ecce qua ratione factum est ut non dicantur participia. participia omnia numquam inveniuntur in u exire. legendi legendo legendum lectum lectu: si participium est, quae | est ista declinatio? si enim participium esset, in o exire deberet, non in u. est etiam tertia *res* valentissima, contra quam non potes respondere, et est illud. quale est hoc participium? passivum est, legendi participium passivum est, et lectus participium passivum est. hic autem modus gerundi trahitur [non] tam a significatione passiva quam a significatione activa.

frigidus in pratis cantando rumpitur anguis,

cantando rumpitur: quid est cantando? dum ei incantatur. ecce passiva significatio est illo loco. ‘cantando tu illum’, ecce illo loco activa significatio est. elige modo, quod vis esse participium. si dicas ab activa esse significatione, in illo loco soloecismus erit, ut dicas ‘cantando rumpitur anguis’, quoniam illic aequa est significatio. si dicas passivam significationem, item soloecismus erit in illo loco, ‘cantando tu illum’; non debet significatio activa venire a participio passivo. nam hic modus tam a passivo verbo quam ab activo una ratione declinatur. gerundi modus, puta legendi, ab activo est et passivo. unde possumus hoc confirmare? ne dicas mihi, confusum est, et | non intellego, dicamus a neutrali et a deponenti. a neutrali verbo manifestum est quoniam non est passiva declinatio, et in deponenti verbo manifestum est quoniam non est activa declinatio. ergo si non potest ab utraque parte venire, constat quoniam ab utraque parte similiter nascitur. ecce natandi, [ecce] nato declinatio est, sed tantum modo activa; item loquendi, loquor declinatio est, sed tantum modo passiva. si et natandi dicimus et loquendi dicimus, ecce una declinatio est, natando loquendo, natandum loquendum, natatu locutu.

---

3 legendo — 4 futuri participium *om. AB, add. a* 8 descendere *B* discendere *Ca* discernere *A* 12 cum et participium *BCa* cum participium *A* 16 res *om. ABC* 17 quam] quod *C* potest *AC* ut est illud *BCa*: ut illud *A* 21 frigidus] *Verg. bucol.* 8, 71 paratis *corr.* pratis *A* 22 rumpitur *a* rumpit *ABC* quid est *om. A, add. a* 23 cantando] *Verg. bucol.* 3, 25 24 modum *ABC*

p. 276—78 L.

ecce vides similitudinem ipsam, et tamen nato neutrale verbum est et passivam habet significationem; loquor deponens verbum est et passivam habet significationem. unde apparet quoniam ab utraque parte similiter declinatur. unde apparet quoniam non est participium, sed modus.

Qualitati, ait, verborum accidunt etiam formae. formae sunt quat- 412, 27
tuor, meditativa inchoativa perfecta et frequentativa. hae formae secun- 505, 12
dum naturalem artem conpositae sunt. nam re vera omne quod agimus quaerit primo adsumptionem consilii; deinde cum sumpserimus consilium, ut inchoemus; cum inchoaverimus, ut possimus perficere; cum perfectum fuerit, ut, si placeat, frequentius hoc | utamur. ideo et istum ordinem tenuit. prima est meditativa, altera inchoativa, alia perfecta, alia frequentativa. meditativa est ista, lecturio: lecturio nihil aliud significat nisi legere volo, scripturio, id est scribere volo, esurio, edere volo. et ideo dicta est meditativa, quoniam non actum praesentem dicit, sed quasi meditationem quandam habet ad rem futuram. haec autem forma ita exit semper, nec aliam regulam habet, urio, parturio scripturio lecturio; urio semper habet.

Inchoativa *est* ista quae nos aliquid inchoare ostendit; [sed] non 413, 4
meditari, sed fieri plus quiddam significat ab illa priore, ut est calesco. 505, 25
haec regula quinque rebus tenetur; nisi quinque res istae fuerint, non potest stare, ut oriatur a neutrali, ut in sco syllabam exeat, ut careat tempore praeterito *perfecto* et plusquamperfecto, ut careat participio futuri, ut sit tertiae coniugationis correptae. de istis quinque rebus si vel una res defuerit, iam non est inchoativa. ergo inchoativa verba, id est inchoativae formae, has quinque habent res legitimas, ut oriantur a neutralibus verbis. puta ferveo caleo torpeo: ferveo caleo torpeo verba neutralia sunt. numquid facit ferveor? ergo oriuntur a neutrali, deinde in sco exeunt omnia, | calesco fervesco. ecce duas regulas. deinde tertiae sunt coniugationis correptae, fervesco fervescis, calesco calescis. deinde carent tempore praeterito perfecto et plusquamperfecto. calesco, nemo dicit calescui, nemo calescueram, et iuste. nam si inchoamus, quo modo potest habere perfectum? omne enim quod inchoat initia habet, non tempus perfectum. ceterum calueram aliunde venit, ab eo quod est calui, a perfecta forma. ergo a neutrali verbo venit [et caret praeterito perfecto et plusquamperfecto]; in sco exit, fervesco; tertiae coniugationis est correptae, fervesco fervescis, calesco calescis; deinde caret tempore praeterito perfecto et plusquamperfecto, nemo dicit calescui, nemo calescueram; caret etiam

---

2 loquor — significationem *om. C* passiuam *AB* actiuam *a** 12 meditatiua est ista *Ba:* est *om. AC* lecturio nihil *AC:* lecturio enim nihil *Ba** 18 est *om. ABC* 19 significat *om. A, add. a* 22 perfecto *om. ABC* 24 inchoatiuum uerbum *ABC* 25 habet *C* 27 in esco *C* 28 duas regulas dīx deinde *C* 33 quod est a calui a perfecta forma *A* quod est a calui perfecta forma *C. fortasse* ceterum calui calueram aliunde venit, ab eo quod est caleo, id est a perfecta forma 35 in esco *C*

p. 278—80 L.

participio futuro, nemo dicit calesciturus. qua ratione caret participio futuri temporis? haec causa est. omne participium futuri temporis ab activa significatione originem ducit a praeterito passivo. puta lectus, tolle inde s, adde rus, facit lecturus: scriptus, tolle inde s, adde rus, facit scripturus: auditus, tolle inde s, adde rus, facit auditurus. ergo vides participia futuri temporis a praeteritis perfectis venire. cum autem dixerimus praeteritum perfectum non inveniri in isto verbo, sequitur ut illud quod inde nascitur non inveniatur. haec causa facit ut non | possit inveniri hoc participium futuri temporis. ista est regula inchoativorum.

413, 10 506, 14 Perfecta regula est, ubi plenus est sensus, ut si dicas lego scribo curro simpliciter. frequentativa est, ubi saepe nos aliquid facere ostendimus, ut est lectito, id est saepe lego, scriptito, id est saepe scribo, cursito, saepe curro. frequentativa verba sunt ista. in his frequentativis dixit unam rem optimam, sed non firmam. scimus quoniam novit et intellexit, sed non ita expressit, quem ad modum debuit. ait sic, omnes formas frequentativas primae esse coniugationis, ut est lectito lectitas, scriptito scriptitas. verum est quoniam omnis forma frequentativa primae coniugationis est; et adde illud, si in to exeat, scriptito scriptitas, lectito lectitas, cursito cursitas. si enim frequentativa forma fuerit et non in to exierit, sed aliter, iam recedit a regula. lacesso non facit lacessas, sed lacessis. ergo potest frequentativum et in to et in so exire. si autem frequentativum in to exeat, necesse est primae sit coniugationis; si in so, prout inventum fuerit, aliquando invenitur in prima, aliquando in tertia. frequentativa autem ista nihil aliud significant nisi frequentem actum. haec autem verba aliquando in unum gradum tantum conscendunt, aliquando in duos; in unum, ut | lego lectito, in duos, ut curro curso cursito, scribo scripto scriptito. qua ratione tibi dixi paulo ante hoc, quoniam si in to exierit frequentativum verbum, primae est coniugationis; si in so, non dixi tertiae, sed prout se casus obtulerit? qua *ratione*? propter hoc verbum, puta [lego lectito curro] curso [cursito]; ecce curso sic est, quo modo facesso, et tamen curso cursas facit. ergo illa quae in to exit indifferenter primae est coniugationis, ista quae in so aliquando primae, aliquando tertiae. illud etiam scire debemus, inveniri apud nos verba aliqua principalia, quae possunt facere diminutiva. novimus in nomine hoc esse dictum [sunt aliqua nomina sono diminutiva, intellectu principalia], ut mons monticulus. hoc etiam in verbis possumus invenire, ut sit verbum principale et faciat diminutivum, ut est sorbeo et sugo. ista prin-

---

3 significatione *om. AB, add. a* b* ducit ita praeterito *ABC* 8 inveniatur] inueniretur *AC* inuenieretur *B* 22 aliquando *priore loco om. A, add. a* 26 hoc quoniam si in to exierit *BCa* hoc in to si exierit *A* 28 non dixit *A* quapropter hoc uerbum (uerum *C*) puto lego *ABC* 29 sic est *AB* sic exit *Cb* 31 primae est coniugationis *om. A, add. a* 32 etiam *om. C* uerba aliqua principalia quae ex se faciunt diminutiua intellectu autem principalia ut mons *C* 34 dictum sunt aliqua (nomina *add. b*) principalia quae ex se faciunt diminutiua *B* 36 sugo *Cb* sugeo *AB*

p. 280–82 L.

cipalia sunt; fiunt inde diminutiva sorbillo sugillo. sunt aliquotiens diminutiva et non habent primitiva, [legimus] quem ad modum illa in nominibus. sunt autem fabula macula tabula: ista sono sunt tantum modo diminutiva, significatione autem principalia sunt. sic etiam ista, pytisso et vacillo: pytisso et vacillo verba sunt diminutiva, et tamen principalia non habent. non | enim possum dicere pysso ab eo quod est pytisso, quamquam legerimus in etymologiis quod invenitur ratio horum verborum. dicunt enim pytisso ita esse permutata littera, quasi potisso. et si est potisso, habet principale poto, ut per synaeresin hoc factum sit [ceterum potissō venit ab eo quod est poto]. item vacillo, dicunt, originem trahit ab eo quod est vagor, id est nuto. inde ergo vago dicebant; ergo vacillo, quasi nuto et membris vagor. hoc quod dicit satis fide caret, omnino non habet rationem penitus: scire debemus, ait, esse aliqua etiam in verbis frequentativa non a verbis venientia, sed a nominibus, ut est graecissat; ecce graecissat frequentativum est, sed de nomine originem sumit. primum falsum est. frequentativum quem ad modum definivit? frequentativum verbum est quod saepe nos aliquid agere ostendit, ut est lectito, id est frequenter lego, scriptito, frequenter scribo, cantito, frequenter cano. si autem dicas patrisso, ut sit frequentativum, quid frequenter pater? nam si hoc dicas, qui sensus erit? et *graecissat*. quid enim est graecissat? aliqui sit frequenter graecus? nullam habent rationem frequentativi verbi, sed illud vult dicere, patrisso id | est patri similis sum. ergo derivativa sunt potius a nominibus. praeterea est alia ratio, quae ostendat quoniam non potest hoc esse frequentativum. non potest esse frequentativum a se originem sumens, nisi habeat principale. ecce lectito habet principale lego, scriptito habet principale scribo, cursito habet principale curro. ergo si patrisso est frequentativum, da mihi principale. si graecisso est frequentativum, da mihi principale. ergo cum nec rationem habeat nec originem habeat, quoniam omne frequentativum habet principale, quo modo possumus hoc dicere frequentativum, cum non habeat principale?

Scire debemus esse aliqua verba quae caliginem faciunt et ambiguitatem, et nescio, utrum perfectae formae sint an inchoativae, ut senesco, ut quiesco. videntur quasi partem habere perfectionis, id est perfectae formae, et partem habere inchoativae. quam partem habent inchoativae? tertiae coniugationis *correptae sunt et in sco exeunt, ut est senesco:* senesco senescis, senesco in sco exit; senesco videtur habere quasi duas regulas. 506, 9

4 significatione] ratione *ABC* 5 sunt et diminutiua et tamen *A* 7 ethimologiis *Ba* aetoemologiis *C* ethimologis *A* 8 permutatam litteram *ABC* 9 ceterum pitisso *B* 10 quod poto *BC* originem trahit *AC* originem trahi *a* origine trahi *B* 11 nuto *BCa* natu *A*(?) ergo uego *corr.* ergo uago *A* 12 quasi nuto *BCa* quasi natu *A*(?) 14 ecce graecissat *om. A, add. a* 18 frequenter canto *B* 20 erit et quid enim *BCa* erit quid enim *A* aliqui sit *AC* aliquis sit *B* ut aliquis sit *a** 22 ergo ut uideantur potius deriuatiua a nominibus ergo diriuatiua sunt potius a nominibus *A* 31 quam partem *ACb* quae partem *Ba** 35 correptae sunt et in sco exeunt ut est senesco *om. ABC* 36 in esco *C*

p. 282—84 L.

sed tamen recipiunt tempus perfectum. senesco facit senui, quiesco facit quievi. cum ergo recipiant tempus perfectum, necesse est ut non sint inchoativae, sed sint potius perfectae. sed si verum quaeras, inchoativae sunt. redeamus ad antiquam lectionem et inveniemus esse inchoativa; sed modo sic | ipsis utimur, quasi sint perfecta. apud maiores enim nostros habebantur inchoativa; dicebant quieo et seneo. unde et aneo. legimus enim 'anet ille', id est quasi anicula contremescit. unde etiam anates dicuntur, quod in frigore semper vivánt et tremant: in aqua enim vivunt. ergo invenimus istam fuisse lectionem, ut dicerent aneo et quieo et seneo. sed verba ipsa sublata sunt de usu, et remanserunt partes aliquae de forma inchoativa, partes aliquae de forma perfecta. quod ergo dicimus quievi senui, totum hoc de perfecta est. quia dicimus quiesco senesco, partes sunt inchoativae. ergo partes sunt quattuor; ab inchoativa partes duae sunt, a perfecta forma duae.

413, 14 506, 19 Quo modo quinque sunt nominum declinationes, ita tres sunt verborum coniugationes. nam quem ad modum per illas quinque declinationes omnia nomina declinamus, ut diximus, sic verba omnia a tribus coniugationibus declinamus, nec amplius. ergo istae coniugationes quasi quaedam sunt regulae et quidam fines declinationum circa verba. sunt autem ipsae coniugationes tres, | inveniuntur in quinque rebus. si una defuerit, non est integra ratio coniugationis. quando vis invenire coniugationes, quinque res require; si una defuerit, non erit integra declinatio, nec cognoscitur quae sit, nisi omnes quinque res animadverteris. debes quaerere modum tempus numerum personam et exitum syllabarum. istae sunt quinque res, quae in coniugatione requiruntur; debes modum quaerere, debes tempus, debes numerum, deinde personam, inde exitum syllabarum. quem modum requiris? indicativum. omnis coniugatio non in imperativo, non in coniunctivo invenitur, sed in indicativo. deinde invenitur in praesenti tempore; invenitur in numero singulari; invenitur in secunda persona, in prima numquam requiras. temptaverunt non nulli quoniam possit inveniri et in prima et in secunda persona. falsum est; in secunda est tantum, non poterit inveniri in prima persona. deinde require exitum. exitus sic requiritur, utrum coniugatio ante litteras sit, an ante syllabas. nam in activis et in neutralibus ante litteras, in passivis communibus et deponentibus ante syllabas. genera enim verborum quinque sunt tantum modo. haec quinque genera in duas colliguntur partes. nam activum et neutrale

---

2 cum ergo recipiant *BCa* cum ergo recipiunt *A* 6 habebant *ABC* dicebant *AB* et dicebant *Cb* unde aneo *A:* quod dicebant antiqui quieo et seneo et inde quiesco senesco *in marg. a: cf. Cledon. p.* 1911 7 anet ille *AB* anet ile *C* anet illa *a* contremiscit *A* 19 *fortasse* circa verba sunt, ipsae autem coniugationes 22 require *BCa** sequere *A* 25 debes modum *A* debes ergo modum *BCa* 26 deinde personam *A* inde personam *BCa* exitus *ABC* quemadmodum requiris (in *add. Cb*) indicatiuum *ABC* 29 inuenitur numerus in singulari *A*

p. 284—87 L.

uno modo declinamus; passivum commune et deponens uno modo declinamus. ergo in activis et in neutra|libus ante ultimas litteras quaerimus, in passivis communibus et deponentibus ante ultimas syllabas. et quid requirimus? has tres vocales, a e i. et si a fuerit, dicitur prima coniugatio; si e, dicitur secunda coniugatio; si i, dicitur tertia. bono ordine acceperunt nomina, quoniam ipsae vocales sic currunt. eodem ordine et coniugationes nomina acceperunt. ergo quae prima littera est ipsa facit primam coniugationem, quae secunda secundam, quae tertia tertiam. ergo quo modo illa quinque invenimus? amo amas [a ante s litteram] primae est coniugationis: a enim habet ante s; et omnia hinc potes colligere. amas qui modus est? indicativus. quod tempus est? praesens. qui numerus? singularis. quae persona? secunda. qui exitus? ante litteram. quare ante litteram? quoniam activum verbum est. ecce ubi apparet coniugatio. item natas ante litteram est. quare? quoniam neutrale est. diximus enim quod in activis et in neutralibus in litteris quaerimus coniugationes, in passivis vero communibus et deponentibus in syllabis. amor amaris; ecce illa a, quae erat ante litteram, facta est ante syllabam in passivis, amaris. ecce prima coniugatio quem ad modum exit. secunda coniugatio quem ad modum inve|nitur? in isdem locis vel hic ante litteras vel illic ante syllabas, ut doceo doces, secunda est, et producta est doces. unde apparet illud verbum sum nullam habere coniugationem. ideo dixi productam ut dicamus doces sedes. e contrario sum nullam habet coniugationem, sum es est, et non possumus dicere et. ergo quia non possumus dicere et, nec coniugatio aliqua est. nam ecce a non habet, e productum non habet, i non habet. hinc apparet quoniam coniugationem non habet, propter has litteras, quod nihil horum invenitur in illo. ergo prima coniugatio diximus quo modo invenitur. secunda coniugatio e productum habet ante litteram vel ante syllabas: ante litteram in activis et neutralibus. ergo ideo doceo doces, ecce ante litteram in activis est e productum: doceor doceris, ecce iterum e productum, quod est ante syllabas.

Tertia illa varia est, non est simplex. nam aliquando correpta est, aliquando producta. vide ergo, quem ad modum hoc consideres. ergo primam diximus, quem ad modum cognoscitur, quem ad modum secunda. tertia varia est, aliquando correpta est, aliquando producta. modo discriminare debemus, quando correpta est, quando producta. scire debemus quia, si correpta fuerit, in passivo in e exit, non in i. in activis habetur ante litteras i; in passivis habetur | ante syllabas e. in prima et illic ante literam est a et illic ante syllabam producta; in secunda et illic e producitur et illic e produ-

413, 20
506, 33

1 passivum — declinamus *om. AB, add. ab* 9 amo amas ante litteram *BC* primae sit coniugationis *ABC* 10 ante s *Ca:* s *om. AB* potest *AC* 11 amo *ABC* 12 ante litteram quare ante litteram *a* ante litteras (a *add. BC*) quare ante litteras (a *add. C*) *ABC* 14 ante littera *B* 15 in litteras *AC* 21 productam *A*? productum *BCa** 29 ecce ante litteram *AC* ecce ante litteras *Ba** 30 quod est *om. B* 34 discriminare uidemus *A*

p. 287—89 L.

citur; tertia in activo i habet correptam, in passivo non habet i litteram correptam, sed pro i e. hinc apparet quoniam correpta est. puta lego legis: qualis sit ista littera non intellego, fac passivum legor legeris. si servasset ipsam litteram, erat producta. non autem servavit, sed mutavit, unde apparet quia correpta est. numquam potest mutare, nisi quando corripitur, ut lego legis, legor legeris. numquid aut produxit, quo modo dicimus doceor doceris, aut servavit, quo modo dicimus nutrior nutriris? ergo si correpta fuerit, in e mutat; si producta fuerit coniugatio, non mutat, sed servat ipsam [coniugationem], ut si dicas nutrior nutriris. non dicimus nutreris, quem ad modum legeris, sed nutrio nutris, nutrior nutriris. ecce habes unum discrimen ipsius; est aliud. quando correpta est, in e mutat imperativum; quando producta est, in i permanet. puta lego legis lege, ecce in imperativo modo mutavit i in e, et correptum est: nutrio nutris nutri, ecce servavit ipsam i in imperativo, et productum est, non facit nutre. est item aliud in paenultimis syllabis infinitivi modi, non in ultimis, sed in paenultimis syllabis. quando invenitur tempus productum, producitur; quando invenitur tem|pus correptum, correpta est coniugatio. puta legere quando dico, numquid produxi paenultimam? legere brevis est. e contrario si producta sit coniugatio, producitur: nutrire producta est, non dicimus nutrere. ecce habes tres rationes, unde colligas, quando correpta est, quando producta ista coniugatio. quid autem nobis prodest scire istam coniugationem, quando producta est, quando correpta? quid? propter rationes temporum. de nullis enim rebus possumus tempora colligere nisi de istis coniugationibus.

413, 27 506, 29 Ecce prima et secunda coniugatio futurum tempus in bo mittit, amo amas amabo, doceo doces docebo [prima ergo et secunda futurum tempus in bo mittit indicativi modi, amo amas amabo, doceo doces docebo]. tertia coniugatio, si correpta fuerit, futurum tempus in am mittit, lego legis legam, curro curris curram. ecce iam diximus de correpta tertia coniugatione. si producta fuerit, iam noli Donatum sequi, sed tene istam regulam quam tibi dico. diximus ergo, prima et secunda coniugatio futurum tempus in | bo mittit, amo amas amabo, doceo doces docebo. tertia coniugatio, si correpta fuerit, in am mittit, si vero producta fuerit, iam recede a ratione ista quam legimus hic in Donato, noli eum sequi, sed hoc tene quod tibi dixero [ergo tertia coniugatio producta invenitur aliquotiens et in am et in bo]. ergo vide quid dico: tertia coniugatio producta invenitur aliquando et in am et in bo simul mittere, aliquando in bo tantum modo. videamus quando et in am et in bo simul mittit. dimitte iam illas quinque res, quas tibi dixi superius ut requiras [modum

1 tertia] in tertia *ABC* 4 erat producta *B* er.t producta. *A* erat producta e *a** erant productae *C* 13 lege imperatino ecce modo *ABC* 21 autem *om. A*, *add. a* 36 aliquotiens et in am *BCa**: et *om. A* 37 simul] similiter *ABC* 38 quando et in am *Cab:* et *om. AB*

p. 289—91 L.

tempus personam], et require unam rem tantum modo, primam personam ipsius. lego ipsa est prima persona, canto ipsa est prima persona. ergo quando vis iudicare de tempore futuro indicativi modi tertiae coniugationis, inspice primam personam et considera, ante primam personam quae sit littera. si enim inveneris ante ipsam personam primam *quae sit littera*, tunc potes iudicare, quando mittat futurum tempus in am, quando in bo. ante ipsam primam personam in ista coniugatione producta | non invenis nisi duas litteras, e et i. audio et eo: audio, i est ante o; eo, e est ante o. ergo duae sunt istae litterae quae possunt inveniri ante o in tertia coniugatione producta, i et e. si i fuerit, quo modo vis mittit futurum tempus. si dixeris audio, i ante o, quo modo vis ac libet tibi facere, et audiam et audibo; polio, et poliam et polibo; nutrio, et nutriam et nutribo, quia i habet ante o. si autem i non habeat ante o, sed e habeat, futurum tempus in bo mittit, exeo exibo: exiam non dicimus, soloecismus est; eo eam non dicimus. viderint, quid auctores habeant. scio enim quid possit dici contra istam regulam. tamen tu hoc serva liquide. ergo vide quid dicit. quotienscumque vis scire, quem ad modum futurum tempus mittat tertia coniugatio producta, redi ad primam personam indicativi modi et quaere, quam litteram ante se habeat. non potest habere nisi duas litteras, i et e. si i habuerit, audio futurum tempus facit audiam et audibo; si e habuerit ante o, fac futurum tempus eo ibo, exeo exibo, tantum in bo mittit. | forte dicas: unde hoc conprobamus? habes hanc regulam scriptam in Probo, sed sic, ut artem plane secutus esset. et hoc ipsum unde probas? audi exemplum unum de Vergilio et unum de Terentio. habemus in Vergilio

audiam et haec manes veniet mihi fama sub imos;

audiam ait, ecce in am misit. Terentius ait 'matris servibo commodis'; ille in bo misit. ecce ille in am misit, ille in bo; et utraque tertia est coniugatio producta, ante o i habet, puta audio audiam, servio servibo. si in am mitteret, sic debueramus dicere serviam, quem ad modum audiam; si in bo mitteret, sic debueramus dicere audibo, quem ad modum servibo. sed iste unam partem posuit, ille unam. unde apparet quoniam utrumque dicimus. si i habuerit ante o, quo modo vis fac futurum tempus, et audiam et audibo; si e habuerit ante o, futurum tempus

3 futuro in indicatiuo modo *BC* coniugationis ita circa tertiam personam inspice primam personam *expunctis v.* ita circa tertiam personam *A* 5 quae sit littera *posteriore loco om. ABC* 9 inueniri *Ba* inuenire *ACb* 12 polio poliam *A* nutrio nutriam *A* 14 exeam non dicimus *Ca** non dicimus exiam *B* exiam *A*: non dicimus *om. A*, *add. a* 15 eo eam *BCa* eo et eam *A*: *fortasse* eo ibo, iam non dicimus 16 liquide *BCa** illud *A*? 17 quotienscumque *Cb* quotiens ea quae *AB* 23 in Probo] *instit. art. p.* 180, 4 sed sicut *A* sed si . . . *B* sed si *C* plane *a** plene *ABC* 26 audiam] *Verg. Aen.* IIII 387 ueniet *AB* ueniat *Ca** famas sub *B* 27 Terentius] *Hec.* III 5, 45 matris *ABC* matri *a* 29 coniugatio producta *BCa* coniugatio sed producta *A* 30 sic debueramus dicere audiam sic debueramus dicere seruiam si in bo *ABC* 33 quomodo uis sic fac futurum *B* quomodo uis sic futurum est *C*

p. 291—94 L.

in bo tantum mittit, ut eo ibo, exeo exibo. ita se habent regulae; modo rationes ipsas videamus. quare aut illa quae i habet ante o futurum tempus in duas litteras mittit, aut illa quae e habet futurum tempus in unam mittit? certe una coniugatio neganda est, id est aut utraque in unum debet exire aut utraque in utrumque tempus. quae res facit discrimen? illa res facit: omnis secunda coniugatio e habet ante o, necesse est, nec potes invenire unum verbum contrarium, ut est illud, sedeo sedes; ecce e habet ante o secunda coniugatio. doceo doces secunda est, moneo mones secunda est, voveo voves secunda est. ergo sedeo moneo doceo voveo, omnia secundae sunt coniugationis. non invenitur penitus verbum secundae coniugationis, nisi e habeat ante o. verbum secundae coniugationis hanc habet regulam, ut in bo mittat. ecce habes iam unam rationem. secunda ratio: coniugatio secunda futurum tempus in quid mittit? in bo, ut diximus in illo loco, ut doceo doces docebo; ecce secunda est et futurum tempus in bo misit. ergo si secunda coniugatio in bo mittit futurum tempus, et secunda coniugatio est quae e habet ante o, etiamsi tertia coniugatio fuerit producta, tamen, quoniam item | habet ante o e et habet similitudinem secundae coniugationis, necesse habet trahere tempus secundae coniugationis, ut futurum tempus in bo mittat, ideo quoniam similitudinem trahit secundae coniugationis. ergo et tertia coniugatio producta in bo mittit. qua ratione? quoniam tertia ista coniugatio velut speciem habet secundae coniugationis, et secunda coniugatio in bo mittit. ecce causa quae coegit ut futurum tempus illa tertia coniugatio producta in bo mitteret [quoniam illa secunda coniugatio speciem habet tertiae coniugationis productae]. tertia autem coniugatio correpta futurum tempus in quid mittit? in am. sed necesse est ut tertia coniugatio producta etiam in bo mittat. ergo ideo dissentiunt sibi: illa ut in bo mittat illa ratio facit, quoniam speciem habet secundae coniugationis, et in secunda coniugatione futurum in bo mittit; altera i habet ante o. vide ergo, quem ad modum hoc dixerim, quotiens i habet ante o, imaginem habet tertiae correptae; sed quod imaginem habet tertiae correptae, in am debet mittere, quia tertia correpta in am mittit. sed ista tertia coniugatio producta in bo mittit. ergo unum tempus, quod | in bo mittit, quasi proprium habet, quoniam producta est; unum, quod [futurum tempus] in am mittit, non habet suum, sed propter similitudinem correptae coniugationis. quem ad modum illa tempus futurum necesse habuit in am mittere, sic ista necesse habuit propter similitudinem secundae coniugationis in bo mittere

---

2 quare autem quae *ABC* 6 habeat *C* nec potes *Ca* nec po͂ *B* ne putes *A* 7 unum uersum *ABC* 8 moneo mones noueo noues sedeo sedes et reliqua secunda est ergo *A* maneo manes secunda est noueo noues secunda est (secunda est *om. B*) ergo *BC* 9 maneo *BC* 10 noueo omnia *BCa* noueo et omnia *A* 12 ut *om. AB*, *add. b* 17 quoniam i .. habet *A* quoniam ita habet *Ba** quouiam habet *C* 22 ecce causa quae *BCa** ecce quae causa *A* 23 producta *om. AC*, *add. a** 24 quoniam — productae *om. BCa** 27 ergo *BCa* illud ergo *A* 36 illa] illud *ABC*

p. 294—96 L.

futurum tempus. istae sunt ergo coniugationes, et sic servata sunt tempora, nec aliter. transit in genera.

Genera verborum ista sunt, activa passiva neutra communia deponentia. 413, 35
diximus etiam in principio quod voluerunt grammatici ista differentiae causa 507, 3
introducere. ceterum omne verbum duas res significat, aut agentis aut patientis, nec potest alia inveniri significatio. quicquid est in significatione verborum, aut agentis est aut patientis. si dicas lego, agentis est; si dicas legor, patientis est. quid si neutrale fuerit? necesse est aut patientis sit aut agentis. ecce nato et vapulo utrumque significat, sed | 'nato ego' agentis est; vapulo autem quando dico, ego patior, ecce neutrum verbum est, et tamen servit illis duabus significationibus. item loquor quis nesciat quoniam deponens verbum est? et nihilo minus, quando dico 'loquor ego', facio ego: et deponens est et habet agentis significationem. ergo non potest fieri ut invenias verbum ut aliud significet, quam aut agentis aut patientis. tamen causa differentiae propter inchoantes ista grammatici docuerunt, et voluerunt activum verbum esse quod in o exit et accepta r littera facit ex se passivum. puta lego: tempta, utrum latine possumus dicere lego, nisi possumus dicere legor. ergo apparet quoniam illud activum est, quia non potest aliter esse activum, nisi accepta r littera faciat passivum. item non potest esse passivum, nisi redeat in activum. legor, tolle inde r, facit lego; apparet ergo quoniam passivum est. neque ante activum potest esse, nisi faciat passivum, neque ante passivum potest esse, nisi faciat activum. vide definitionem Plinii Secundi, quem ad modum definivit fortiter, et definivit, quid est activum, quid passivum. et si vere quaeras secundum rationem, hoc est quod dixit Plinius Secundus: dicit 'acti|vum est quod alio patiente nos facimus, passivum est quod alio faciente nos patimur'. ut puta, si dicas verbero verberor, ecce proprie activum et passivum est. quando enim dicimus verbero, ego facio, alter patitur; quando dicimus verberor, alter facit, ego patior. ista sunt proprie activa et passiva, quae versantur inter duas personas. ista proprie; illa vero, ubi una persona utrumque agit, non videntur proprie dicta esse, sed abusive. nam quando dico nato, ego quidem ago, sed alter non patitur, id est quando dico nato, ego quidem, quantum ad me pertinet, ago, quantum ad aliam rem, non tamen patitur. et idcirco verba activa specialiter haec dicuntur; illa vero neutra dicuntur, non quoniam neutrum significant, sed quoniam non utrumque significant, id est alium facere, alium pati. quare hoc tibi

6 inuenire *A* 8 quid si *BCa* quod si *A* 8 aut patientis *a** ut patientis *ABC* 9 utramque *A corr.* utrumque *B* 14 causã deferentiae *A* causae differentia *C* causã differentiae *corr.* causae differentia *B* 15 ista] ita *A* 17 possimus *C* possim *B* nisi] si *ABC* possimus *C* 22 esse *priore loco om. A, add. a* 23 plinii *corr.* plenii *B* pleni *A* definiuit fortiter *BCa* definit fortiter *A* 24 quod passiuum *ABC* 25 plinius *corr.* plenius *B* plenius *A* 27 nerbero nerberor *AB* nerbero et nerberor *Ca* 30 inter *BCa* in *A* 31 uidetur *ABC* 34 actiua specialiter haec *A* actiua actiua specialiter haec *Ca* actiua actiua haec specialiter *B* 36 non utrumque] neutrum *corr.* non utrumque *A*

p. 296—98 L.

dixi? nequis tibi diceret: quo modo dicis non esse significationes nisi duas, agentis et patientis, cum inveniantur etiam alia verba? sed qui dicunt duas esse significationes, agentis et patientis, tenent se ad illas res quas dixi, id est Plinii Secundi definitionem. qui autem dicit alia verba esse, tenet se ad illa quinque, quae tibi dixi. dixi tibi enim illud activum esse, quod alter facit, alter patitur, illud passivum esse, quod | alter patitur, alter facit. quando dico nato, ostende mihi utrumque; ecce non invenis. ergo quid habes dicere? activum esse? sed non alter patitur. passivum esse? sed ipse solus agit, alter non patitur. ergo si nec illud nec illud possumus dicere, superest ut neutrum sit. ideo admiserunt ipsi ut dicerent neutra communia deponentia, propter illam definitionem. ergo activum est quod o terminatur et accepta r littera facit passivum. et deponentia r littera terminantur; sed si quasi passivum est *et* r littera sublata non facit activum, deponens est. si autem quasi activum est et non accipit r litteram, neutrale est. puta nato non facit nator; ergo nato neutrale est [scribo non facit scribor, ergo neutrale est]. ergo deponentia sunt contraria, quae videntur quasi passiva esse nec redeunt in activa, ut luctor loquor.

507, 9 Quaesitum est, quare dicantur deponentia. invenimus in artibus istis vulgaribus ideo dicta esse verba deponentia, quoniam r litteram non deponunt, *κατὰ ἀντίφρασιν* quod dicitur, id est e contrario, quem ad modum dicimus lucum ab eo, quod non luceat, quem ad modum Parcas dicimus ab eo, quod non parcant; ideo dicimus et deponens verbum quia r litteram non deponat. falsissimum est. qua ratione? si enim ideo dicitur deponens verbum, quia r litteram non deponit, incipit et commune deponens esse. nam communia verba r numquam deponunt. vador, quando dico ‘vador ad iudicium’, id est vadimonium promitto, numquid possum dicere ‘vado illum ad iudicium’? osculor, numquid possum dicere osculo? ergo falsum est. quare ergo dicitur verbum deponens? quoniam deponit participium futuri temporis, quod in dus exit. puta loquor, fac participium praesens loquens, praeteritum locutus, futurum locuturus; loquendus non facit. puta siqui dicat ‘posteritati loquendi’, dico soloecismus est, sed debemus dicere ‘posteritati locuturi’. ergo verbum deponens non ideo dicitur, quod non deponat r litteram, sed quod unum participium deponat de duobus futuris; deponit autem illud quod in dus exit. commune autem verbum est quod et agentis et patientis significationem similiter profert, ut est illud, criminor. tamen nequi tibi obiciat apud Statium: legimus

---

1 nisi duas *BCa* nisi in duas *A* 3 quas dixi id est *Ba*: id est *om. AC* 4 plinii *corr.* plenii *B* pleni *A* 5 ad illa (*corr.* illas *B*) quinque *AB* ad illas quinque res *C* 7 ostendo *AB* 13 sed quasi *C* passiuum est r littera *ABC* 14 et non accepit r *A* et non recipiat r litteram *BC*: litteram *om. A, add. a* 16 scribo *et* scribor *in litura A* 17 redeunt *BCa** redeant *A* 29 futuri temporis quando in dus exit *A* futuri temporis ideo ergo dicitur uerbum deponens quod (quoniam *B* q̄ *a*) deponit participium futuri temporis quod in dus exit *BCa* 36 ne quid tibi *A* ne qui illud tibi *coniecit Lindemannus*

enim apud Sta|tium, cum sint verba deponentia, tamen futurum tempus etiam in dus mittere. quid ergo? dicemus eum soloecismum fecisse? dabimus ei excusationes: excusatio enim huic rei danda est. si vis aliquid eloqui, penitus uti non debes; si autem vis ponere, adhibe aliquam excusationem. primum participium sine verbi origine fecisse, ideo fecisse, quoniam habemus usurpandorum participiorum licentiam, ut diximus et in Terentio [loquendus participium est sine verbi origine]. ergo quando dico loquendus, participium est sine verbi origine; quoniam est licentia formandorum participiorum, licet mihi formare participium sine verbo. deinde illud: quando facit participium futuri temporis in dus, iam non potest verbum deponens esse, sed commune, ut, quando dico loquendus, non sit loquor te, sed sic sit, loquor a te. cum enim fecerit commune verbum, accipiet quattuor participia et duo futura incipiet admittere. novimus enim commune verbum esse, criminor te et criminor a te. ergo cum desinet verbum deponens *esse* et fiet commune, agentis et patientis significationem habet. commune ergo | verbum est, quod et agentis et 414, 3
patientis significationem similiter profert, ut si dicas criminor: nam et criminor illum possum dicere et criminor ab illo. haec autem confusio discernitur casibus. nam si iungas accusativum, agentis est, criminor illum; si iungas ablativum, patientis est, criminor ab illo, nec aliter.

Sunt aliqua verba neutra vel neutralia, sicut diximus, ut activa in o 437, 2
et ipsa exeuntia. voluerunt enim et in hoc ipso discretionem facere, quando est neutrum, quando neutrale. neutrum nomen volunt dici, neutrale verbum volunt dici. puta si dicas hoc nomen quale est? neutrum. hoc verbum quale est? neutrale. sed adhibuerunt istam differentiam sine causa nulla extante ratione. ergo verba neutra sunt quae in o exeunt, ut est nato cogito; sunt quae in i exeunt, ut odi novi memini; sunt quae in um exeunt, ut sum prosum; sunt quae in et exeunt, ut pudet taedet. sed scire debemus non esse neutralia firma et plena, nisi quae in o exeunt, ut est nato. illa vero quae in i exeunt, ut odi, vel in um, ut prosum, vel in et, ut pudet, ista activa iudicantur. ista tria, odi novi memini, invenimus apud auctores varie posita. hoc ipsum memini cuius temporis est? odi novi cuius temporis est? ex re intellegimus praesentis esse temporis, ex ratione intellegimus praeteriti esse temporis. ‘*odi illum*’ *sic dico*, quo modo ‘amo illum’ dico. amo cuius temporis est? praesentis. ecce praesentis est amo | illum, odi ergo et ipsum praesentis est: 414, 3

---

1 apud Statium] *cf. infra p.* 368 *ed. Lind.* 2 mittere *Lindemannus* mittit *A B C* dicimus *A B C* eum *om. A, add. a* 7 in Terentio *non participium* loquendus, *quod apud illum non legitur, sed licentiam participiorum usurpandorum adnotavisse videtur grammaticus* 12 non sit ut sic sit loquor te (et *add. C a*) loquor a te *A B C* 14 et criminor a te *om. A, add. a* 15 esse *om. A B C* 21 sunt aliqua uerba neutra diximus ut actiua in o et ipsa uel neutralia uoluerunt *A B C* 22 hoc *om. A, add. a* 32 cuius temporis est *posteriore loco om. A* 34 odi illum sic dico *om. A B C*

p. 301—03 L.

si amo illum praesentis est, et odi illum temporis praesentis est. ecce elocutio docet hoc ipsum verbum odi esse praesentis temporis. numquid enim sic dico, ‘amavi illum’? non, sed ‘illum hominem amo’. ergo et ita dico, ‘illum hominem odi’: quem ad modum [dico] ‘illum hominem amo’ tempus praesens est, sic et ‘illum hominem odi’ sine dubio praesentis est. ergo videtur odi temporis esse praesentis secundum elocutionem; secundum artem non potest esse. qua ratione? quoniam nullum tempus praesens est quod in i mittat [ut est illud, nato], semper in o exit. quod ergo tempus erit, quaeramus, quod in i exit, et tunc possumus ad illius similitudinem hoc facere, odi. feci legi scripsi praeteritum tempus est perfectum. ergo ista dubia siqui te interrogaverit et dixerit ‘odi cuius temporis est?’, si ad elocutionem, concedo tibi ut sit praesentis temporis; si ad regulam, necesse habeo dicere praeteriti temporis. nullum enim potest praesens tempus exire in indicativo modo nisi in o. ecce habes verba alia in regulis, alia in elocutionibus. alterum adfectum habent in elocutionibus, alterum in regulis. sum, et hoc defectivum est ea ratione, quoniam nulla pars ita exit secundum ipsam regulam, quoniam nullum praesentis temporis verbum potest inveniri in um exiens, sed in
437, 8 o. | hoc autem in um exit, ergo defectivum est. pudet similiter defectivum est. superius diximus pudet taedet verba esse inpersonalia, et modo dico defectiva; sed dixi tibi etiam tunc quoniam tertiae sunt personae de verbo perfecto. ut puta noli haec ponere exempla, sed alia ponamus: puta doceo doces docet tale est quem ad modum illud, sedeo sedes sedet tale est quale pudet, tale est quale paenitet. ergo ideo dixi modo ista verba esse defectiva, quia in et exeunt, et omnia quae in et exeunt tertiae sunt personae a verbis perfectis. si una est deficientibus duabus, et illo loco bene inpersonale dixi, et hoc loco bene defectivum dixi, quoniam videtur hoc factum esse verbum perditis duabus personis.

437, 13 Verbum quam declinationem inchoaverit ab initio, ipsam debet servare usque ad finem. puta activum usque ad finem ipsam debet activam servare, passivum usque ad finem passivam debet servare. puta lego activum est, lege activum est, utinam legerem activum est, cum legam activum est, per omnes modos debet esse activum. iterum legor, legere, utinam legerer, cum legar, ubique passiva declinatio est. ergo verbum quam declinationem inchoaverit, ipsam debet perducere usque ad finem exceptis paucis. nam sunt verba quae miscent istas ipsas decli|nationes. debemus illa scire, ne nobis faciant errorem. gaudeo, ecce hoc verbum duas istas declinationes confusas habet. nam praesenti tempore et prae-

---

12 concedo tibi dicere ut sit *B* 13 nullum enim potest . . . . . exire *A* nullum enim uerbum potest praesenti tempore exire *a* 14 in i indicatiuo *ABC* 16 habet in elocutionibus *BC* habet in elocutionem *A* 21 etiam *om. A, add. a* 27 bene *priore loco om. A, add. a* 28 factum uerbum esse *ABC* 29 quam declinationem *BC* declinationem quam *Ab* 30 puta actiuam usque *ABC* 31 passiuam usque *ABC* 37 debemus illas scire *Ca* debemus scire *A*

p. 303—05 L.

terito inperfecto et futuro activam habet declinationem, praeterito perfecto et plusquamperfecto passivam habet declinationem. gaudeo tale est quale doceo, gaudebam tale est quale docebam, gaudebo tale est quale docebo. e contrario venit ad tempus perfectum, gavisus sum, gavisus eram: tale est gavisus sum, ac si dicas doctus sum; tale est gavisus eram, ac si dicas doctus eram. ergo quo modo discriminas ista verba? ut per tempora dividantur. sic autem tempora in omnibus dividuntur, [indicativi] ut praesens tempus et praeteritum inperfectum et futurum activam habeat significationem, praeteritum perfectum et plusquamperfectum passivam habeat significationem. gaudeo gaudebam gaudebo, ista activa sunt; gavisus sum gavisus eram passiva sunt. audeo similiter, audebam audebo; tempus perfectum ausus sum, ausus eram. et dicunt ista inaequalia: non enim aequalem habent declinationem. praesenti enim et praeterito inperfecto et futuro activa sunt; praeterito perfecto et plusquamperfecto passiva sunt. gaudeo et audeo anomala dicuntur. et coacervavit Donatus multa verba et fecit nobis confusionem: ait sic, ista | confusa sunt, id est anomala sunt, vescor fero edo prandeo nolo volo. ecce ista re vera inaequalia sunt [dixit re vera quia anomala sunt]. sed tamen non unam anomaliam habent verba omnia. nolo et volo alteram habent anomaliam: nam nolo et volo anomala sunt, sed non sic quem ad modum illa, audeo gaudeo. nam ecce nolo volo, debueramus secundum regulam dicere nolo nolis nolit, et dicimus nolo non vis non vult; item volo volis volit, et dicimus volo vis vult. anomala sunt alia ratione, non ut illa. item edo anomalum est, sed non est ita, neque quem ad modum quattuor priora neque quem ad modum ista sequentia; sed ecce debueramus dicere edo edis edit, et dicimus modo edo es est, id est comedo. et verbi causa hoc ipsum comedo comedis comedit debuimus dicere, et dicimus comedo comes comest. ergo quod audis apud Donatum, 'ista verba anomala sunt', noli putare unam anomaliam esse, id est unam inaequalitatem. nam ecce in istis, id est audeo gaudeo, alia est; item in istis, id est nolo volo, alia est; item in eo quod est edo similiter alia est. |

Incipit tractare de his verbis, quae verba naturali ratione non pos- 437, 20
sunt tota declinari. quid est tota? id est per omnes personas, per omnes modos. nec tibi aliqui faciat quaestionem et dicat tibi, declina mihi ista verba. penitus non declinantur. sunt verba aliqua, quae verba naturali ratione defectiva sunt et perdunt vires omni ratione. amabo, ut sit amabo verbum blandientis, 'amabo, cur puerum adposuistis hic ante ostium?'

6 ista uerba *BCa* haec uerba *A* 7 sic] haec *ABC* 13 habent *Ba* habet *AC* 16 id est *om. A, add. a* 17 fero *Cb* feror *AB* prandeo *c* prandeor *ABC* 18 dixit re vera (rem ueram *Cb*) quia anomala sunt *om. A, add. a* 22 item uolo uolis uolit *a** item uolo uelis uelit *ABC* 25 sed licet debueramus *ABC* 30 in istis (ipsis *A corr.* istis *a*) quod est nolo *ABC* 37 amabo cur] *Terent. Andr.* IIII 4, 24 cedo cuium puerum hic adposuisti? dic mihi. *excidisse videtur verbum defectivum* cedo, *ad quod versus Terentii adscriptus erat: cf. infr. p.* 325 *ed. Lind.* adposuistis *BCa** adposu .... *A* ante hostium *AB*

p. 305—08 L.

infit inquam quaeso aio, omnia ista verba non habent rectum ordinem declinationis. quid ergo faciemus? quoniam nos ars deficit, debemus recurrere ad auctoritatem. novimus enim sermonem latinum his rebus contineri, usu arte auctoritate. usu non invenimus, quoniam defectivum verbum est, et quod deficit usum non habet: per usum enim deficit, si est defectivum. vel ad artem debemus recurrere? in ipsa arte legimus 'non sunt perfectae declinationis'. ergo si et usus non est, et ars non invenitur, ad ea nos referamus, ut ea tantum dicamus, quae lecta sunt. puta infit: legisti de hoc verbo tres vel quattuor personas, haec sola | invenisti, his solis utere; non debes ad similitudinem declinare. ne dicas mihi infio infis infiebam infieram, quem ad modum puta audio audis audiebam audieram. in istis defectivis verbis non possumus per similitudinem novam conponere declinationem, sed utimur tantum modo personis repertis, quas invenimus in auctoritate. ergo infit inquam quaeso aio, omnia ista defectiva sunt et non possunt rite declinari.

437, 23 Omnis prima persona in verbo corripitur: lego, go brevis est. necesse habuit Donatus dare istam regulam propter graecam rationem. graeca enim verba omnia in prima persona producuntur, ποιῶ. hoc ergo scitote, quoniam omnis prima persona productam o habet graecam. Latini tamen necesse habuerunt ab hac regula discedere, et nemo dicit latine legō, sed legŏ, nemo dicit dicō, sed dicŏ, similiter scribŏ; naturaliter brevis est. ergo omnis prima persona naturaliter brevis est exceptis monosyllabis. | monosyllabae enim partes orationis producuntur. non possumus dicere dŏ stŏ nŏ [unde 'nare per aestatem liquidam']; omnis ista prima persona in monosyllabis producitur. vis scire quoniam ratio monosyllabarum producitur? facio ut non sint monosyllabae per conpositionem, et redeunt ad illam naturam. dō producta est, reddŏ correpta est. stō producta est, adstŏ constŏ, iam illae corripiuntur, ut scias quoniam tunc sunt productae, quando sunt monosyllabae; cum autem coeperint esse polysyllabae, fiunt breves. hoc tu scire quidem debes, ut naturali ratione brevis sit prima persona. tamen auctores produxerunt. et paene Vergilius hanc rationem secutus est graecam, ut longas ponat frequenter, 'canto quae solitus si quando': canto, to longa est [et in aliis] posita. tamen inveniuntur verba apud ipsum Vergilium, ubi brevis sit o, | 'nunc scio quid sit amor'. ecce brevis est. neoterici autem omnes, Statius et alii, maiores sunt in illa parte quae brevis est, quam in illa quae longa est, contra Vergilium. omnis ergo o in prima persona semper corripitur exceptis monosyllabis.

---

1 aio *Cb* adeo *AB* 2 quid ergo faciemus *A* quid ergo faciemus quid faciemus *CBa* 7 ergo et si usus *A* 11 infis] infies *ABC* audis] audies *ABC* 14 in auctore *ABC* quaeso aio *Lindemannus* quaeso queo *B* quaeso quaeo *Ca* quaeso quae *A* 18 ποιω *C* χοιω *AB* 22 breuis est ergo *AB* breues sunt ergo *Cab* 24 nare] *Verg. georg.* IIII 59 per aestatem *A*(?) *Cb* per statem *B* praestantem *a** 33 canto] *Verg. bucol.* 2, 23 35 nunc scio] *Verg. bucol.* 8, 43 neuterici *A*

p. 308—10 L.

Sunt aliqua verba, quae verba secundum potestatem et voluntatem 437, 25
nostram possunt habere vel activam vel passivam significationem. puta
lego: quando volo agentis significationem dicere, dico *lego*, puta ‘lego
Vergilium’; non possum dicere ‘legor Vergilium’. hic * quaedam verba,
ubi nulla necessitas est, sed arbitrium tuum, ut est tondeo et tondeor.
quod vis dicis, et ‘tondeo mihi caput’ et ‘tondeor mihi caput’, fabrico
et fabricor istam domum, punio illum et punior illum, populo et populor,
‘populantque ingentem farris acervum’, ‘populatae, vexatae,
funditus eversae provinciae’: et adulo et adulor, obsono et obso-
nor, ‘obsonat, potat, olet unguenta’; | ecce obsonat, et aliter
iterum in ipso Terentio. ergo vides ista verba quod non habent quan-
dam necessitatem, id est in arbitrio tuo est, utrum velis dicere punio
illum aut punior illum. hoc quidem verum est, quoniam ita lectum est.
pasco illum et pascor illum, et pasco illas herbas et pascor illas herbas;
non [pascor] quem ad modum modo dicimus ‘ab illo pascor’ et ‘ego
illum pasco’, sed ‘pascor illam rem’, ‘pascuntur et arbusta pas-
sim’, id est comedunt. ergo multa sunt ista verba, quae in arbitrio
nostro posita sunt. tamen melius feceris, si hanc ipsam licentiam servata
ratione discriminaveris. scire debes quidem quia licet tibi dicere et pasco
et pascor. tamen melius est ut, quando te alter pascit, dicas pascor,
quando tu alterum, dicas pasco illum; non quoniam illud non licet tibi
dicere, sed et licet et iure dicitur, tamen melius est, si sic discrimines
[lavo, et ego lavo et ego lavor]. quare dixi tibi melius est ut sic discri-
mines? quoniam sunt aliqua quae | naturali ratione ostendunt ipsam discre-
tionem. ecce puta lavo: puta de me ipso possum dicere lavo ego et lavor
ego. de balineo quid possum dicere? ‘balineum lavat’. hoc bene dici-
mus. ‘balineum lavatur’ quem ad modum possumus dicere? nam lavat
balineum nos. numquid a nobis balineum lavatur? homo enim lavatur.
ergo quoniam in quibusdam invenimus naturalem discretionem, idcirco
debemus servata ratione haec dicere. tamen pro arbitrio tuo, quem ad
modum volueris, dicere potes tondeo et tondeor, lavo et lavor, fabrico
et fabricor, munero illum et muneror illum, partio et partior, ‘provin-
cias inter se partiverant’, ecce neutrale est; ‘et socios partitur
in omnes, ecce deponens est: et adsentio et adsentior. adûlo media
syllaba producitur. plane in isto verbo Plinius Secundus dedit unam ra-

3 dico puta lego uirgilium *ABC* 4 ‘*excidisse linea videtur, ubi haec fere scripta erant*, hic non pro arbitrio tuo ponere potes actiuum uel passiuum, sed tamen sunt quaedam verba’ *Lindemannus* 8 populantque] *Verg. georg.* I 185 ingentem *BCa* gentem *A* populatae] *Cic. div. in Caec.* 3, 7 10 obsonat] *Terent. Adelph.* I, 2, 37 potat *A* putat *C* putat *corr.* putet *B* 11 in ipso Terentio] *Andr.* II 6, 20 12 punio illum et punior illum *ABC* 13 verum] uerbum *AC* 15 modo *om. C* 16 illam rem *Lindemannus* illa re *ABC* pascuntur] *Verg. georg.* IIII 181 17 comeduntur *C* 20 ut] et *A* 22 sed licet *A* 25 ipso *AC*, *om. Ba* 32 provincias] *Sall. Iug.* 43 *cf. Serv. in Verg. Aen.* I 194 *Prob. cath. p.* 36, 25 33 naturale *C* et socios] *Verg. Aen.* I 194 35 plane isto uerbo plenius secundus *A* plane plinius secundus in isto uerbo *B*

p. 310—13 L.

tionem. quid est adûlo et quid est adûlor? dicit discretionem per casus. quando vis quasi activam significationem introducere, *accusativum fac, adulo illum; quando vis quasi passivam significationem introducere*, dativum fac, adulor illi: et adulo illum et adulor illi. et re vera hanc rationem etiam Cicero secutus est: nam in fine Pisonianae in ultimo capite ita dixit, 'omnes adulantem', non dixit 'omnibus adulantem'. ergo adulor illi dicimus [et adulo illi] et adulo illum.

Ista iam quae secuntur levia sunt: praeterea scire debemus esse aliqua verba simplicia quae | possunt fieri conposita, esse aliqua simplicia quae non possunt fieri conposita, esse aliqua conposita quae non possunt fieri simplicia, esse aliqua conposita quae possunt fieri simplicia. quattuor sunt res: est simplex quod potest esse conpositum, ut puta pono repono; est simplex quod non potest esse conpositum, aio, reaio nemo dicit; quaeso, requaeso nemo dicit. item e contrario est conpositum quod potest fieri simplex, ut hoc ipsum quod dixi, repono; est conpositum quod non potest fieri simplex, ut conpleo, nemo potest dicere pleo.

Accidunt etiam numeri, singularis et pluralis: singularis lego, pluralis legimus. temptaverunt non nulli dicere accidere verbo etiam dualem illum numerum graecum. Graeci, quando de uno loquuntur, ita dicunt, 'unus homo legit'; quando de multis, ita dicunt, 'multi homines legunt'; quando de duobus, nec legit dicunt nec legunt, sed legêre. quaeritur utrum hic numerus possit admitti ad latinitatem. ait Donatus 'non potest, genus est figurae'. et re vera, quando possunt dicere de quingentis hominibus legere. quantum ad graecam rationem pertinet, non | potes hoc dicere, de duobus autem potes dicere. legere autem quando dico, et de duobus potes dicere et de multis. et quid est legere? nihil aliud, nisi quod et legerunt, quia hoc significat legere quod legerunt. quare maluerunt maiores nostri duplicem regulam dare? metrorum causa. vis scire quoniam propter metra hoc fecerunt? facio versum, per illam syllabam stat, et per illam non stat. puta 'legere rudentes': legere rudentes stat; legerunt rudentes, non stat versus. ergo quoniam sunt aliqua, ubi exigatur brevis syllaba, aliqua, ubi longa, ideo duplicem regulam fecerunt. tamen quantum ad sensum pertinet, hoc significat legerunt quod legere.

Accidunt figurae, simplex et conposita: simplex est, ut lego, conposita, ut neglego.

507, 37 Accidunt etiam tempora. tempora sunt na|turaliter tria, praesens praeteritum et futurum. sed illud praeteritum solvitur in tria, in inperfectum, in perfectum et plusquamperfectum. ergo quinque erunt tempora:

---

1 et quid adulor *B* 2 accusativum fac — introducere *om. ABC* 5 cecero *A* pissonianae *B: Cic. in Pis.* 41, 99 8 praeterea id (ad *C corr.* id *c*) scire *ABC* 24 non potest hoc *BCa* non potest hic *A* 25 autem potest *AC* 26 potest *ABC* nisi quod et *BCa* nisi et *A* 27 legere quod est legerunt *A* legere quod et legerunt *a** 28 maiores *Ba* patres *A, om. C* 29 versum *Lindemannus* uerbum *ABC*

p. 313—15 L.

invenitur praesens, praeteritum inperfectum, praeteritum perfectum et plusquamperfectum et futurum. debemus diligenti ratione ista tempora colligere et sic etiam uti ipsis temporibus, quoniam gravia vitia sic faciunt plerique: multi homines utuntur perfecto pro plusquamperfecto, aut praeterito pro futuro, aut praesenti pro plusquamperfecto. interim scire debes ipsas definitiones. puta praesens est quod agitur, quod in re est penitus, quod tunc est, cum fit: hoc est praesens, si dicas lego; nemo tibi potest dicere lego, nisi qui adhuc agit hoc officium. inperfectum *est* quod omissum est, sed non completum, ut legebam: qui dicit legebam docet se desisse nec conplesse: hoc est inperfectum, ubi omisimus aliquid nec conplevimus. perfectum est, ubi conplevimus paulo ante, ubi iusta ipsa perfectio est, id est legi, ac si dicas 'modo desii, iam tamen re peracta'. plusquamperfectum est [iam] res olim completa, ut puta legeram. futurum est quod necdum factum est, sed fieri potest, legam scribam. ergo siqui ita loquatur, numquid non tibi videtur | pessime loqui? verbi causa festinanter vadis nescio quo per plateam, occurrit tibi amicus et dicit tibi 'quo vadis?' ut advertas, quam gravia sic fiunt vitia. dicit tibi 'quo festinas?', dicis 'ad auditorium festino'. 'quare?' melius, si participialiter utaris et dicas 'quoniam dicturus sum'. ecce per participium sane locutus es: dixisti enim te necdum fecisse, sed facturum esse. si autem sic dicas, 'quo festinas? ad auditorium. quare? hodie dico', soloecismum fecisti. 'dico' enim non est nisi eius qui agit, qui iam facit hoc ipsum. ergo siqui dicit 'hodie dico', qui adhuc vadit ad dicendum, iam videtur soloecismum facere. de illa re dico, de significatione ipsorum temporum, quem ad modum utamur ipsis temporibus. definitiones ipsas tene, et tunc intellegis, quem ad modum uti debeas. praesens est quod agitur; inperfectum quod omissum est, sed non completum; perfectum est quod completum est, sed paulo ante; plusquamperfectum quod completum est olim; futurum quod imminet. ergo siqui dicat 'festino, quia hodie dico', non bene loquitur, ea ratione quoniam non videtur hoc agere, sed acturus esse. ergo melius dicit 'dicturus sum'. |

Illud quaesitum est, utrum possumus dicere 'cras dico'. subtilis quaestio 414, 15
est. multi ergo quaesivere, utrum possumus dicere 'cras dico': cras futuri temporis est, et dico praesentis temporis est: utrum possit ratio ista consentire. et dixerunt, non potest. quare? quia discrepant ista tempora. ergo quid habeo dicere? nam cras futurum est, dico praesentis temporis est. ergo manifestum est quoniam non possumus hoc dicere. si hoc non possumus dicere, quid iam habemus dicere? hoc dicimus, 'cras dicam'. sed si hoc

4 plerique multi homines *A* multi plerique homines *BCa* 5 interim *BCa* iterum *A* 7 cum fit *BCa* quod fit *A* 8 inperfectum quod *ABC* 11 iusta *BCa* iuxta *Ac* 17 quam] quod *corr.* quam *C*: *fortasse* quoniam 18 *fortasse* 'quare?' dicis 'hodie dico'. melius 23 quia adhuc *ABC* 34 et dico praesentis temporis est *om. A, add. a* consentiri *BC* 35 quare *om. A, add. a* 38 quid iam habemus dicere *om. A, add. a*

p. 315—17 L.

dicas, occurrit alia quaestio. cuius temporis erit dicam? futuri. cras cuius temporis erit? futuri. ergo qui dicit ‘cras dicam’ videtur quoniam hoc dicit, non ‘cras dicam’, sed dicit ‘post cras dicam’. cras signum est unius temporis futuri. cum iterum venerit cras, ‘cras’ dicit ‘dicam’, ecce aliud futurum, et videtur quasi vitiose loqui. subtilem rem inveneruntt, et tamen hodie sic utimur, ‘cras dicam’. non enim duo futura sunt. qua ratione? quoniam quando dico ‘dicam’, promissio est, et quando dico ‘cras’, promissio est, id est si hoc ipsum futurum iam contigit, sed et postquam contigerat, iterum tu diceres aliud futurum, tunc esset geminum futurum. utrumque autem differs | ad tempus futurum, et iam non differs ad duo tempora futura, sed ad unum. animadverte hoc ipsum quod dico, ut intellegas. aliud est, quando dico ‘hodie dico et cras dicam’. ecce re vera duo tempora sunt: significavi enim rem praesentem et rem futuram. quando autem dico tibi ‘cras dicam’, non significo futurum et exinde aliud futurum, sed duo futura simul pronuntio, id est duo futura sunt et simul significant. cum ergo tempus advenerit, cum dicam, non videor quasi a secundo iam conpleto inchoare aliud futurum, sed quasi duo significare ad unum futurum. et idcirco iusta ratione hoc dicitur. ergo siquis tibi hoc iterum dicat, ‘exponis mihi hodie lectionem?’, si dicam ‘expono’, soloecismus est. non enim exponis, non adhuc facis, sed facturus es. ergo non debuit dicere ‘expono’, sed ‘exponam’. item in perfectis temporibus et ibi sunt gravia vitia. si velis dicere puta ‘iam legeram, iam legi, et tamen non teneo lectionem’, ecce praeposterius usus es re olim facta ante rem paulo post factam. non ergo sic debes dicere, sed ita debes loqui, ‘iam legi, iam legeram, et olim iam legeram, et tamen non teneo lectionem’. si permutes ordinem, tum stabit elocutio. ergo ut vitemus ista, debemus tenere definitionem temporum. |

Personae verbis accidunt tres, prima secunda tertia. prima est quae dicit, ipsius hominis loquentis, ut puta lego scribo dico. haec persona stulte accipit nominativum. licet dicat iste recipere, aliter recipit: non
437, 30 persona recipit, sed elocutio recipit nominativum. ceterum ipsa persona numquam recipit nominativum, persona prima non eget nominativo. siqui velit tibi dicere ‘quid facis?’, puta ‘lego’, non solum dixit quid faceret, sed etiam se ipsum ostendit legentem. ceterum si tibi dicat ‘expecta, ego tibi lego’, abundat. hoc enim ipsum lego numquid significat etiam nisi ego? ipsa persona habet etiam in se pronomen, habet in se vim

---

1 erit *BCa* est *A utroque loco* 2 *fortasse* videtur quasi duo futura ponere quoniam 6 utimur cras dicam *c* utimur cras dico *ABC* 8 si hoc *c* sic hoc *ABC* 9 tu *om. A, add. a* 10 esset *C* esse *AB* utrumque autem defers res ad tempus futurum et iam non autem deferes ad duo *A* 13 significauit enim *ABC* 24 rem olim factam *BC* 32 ceterum — persona *om. A, add. a* 34 puta lego abundat non solum *ABC*: puta ego lego, ego abundat *Lindemannus* 36 ego tibi lego hoc enim (enim *om. A, add. a*) ipsum lego *ABC*

p. 317—19 L.

pronominis. et numquid possum dicere 'ego tibi lego'? ecce dixisti 'ego tibi lego', sed non ob hanc causam, ut te ostenderes, sed ut alium non ostenderes. nam puta quinque stant, et ab omnibus speras [numquid] accipere lectionem. quando dico 'expecta, ego tibi lego', non id ago, ut me ostendam, sed ut a ceteris segregem, ne incipias ab aliis expectare. melius est tamen, si prima persona non accipiat nominativum, lego scribo. | secunda autem persona necessario tenet vocativum, legis scribis audis, tenet vocativum. tertia nominativum tenet, legit ille, scribit ille, currit [puta] ille. ergo prima non eget casu, secunda vocativum semper tenet, tertia nominativum semper tenet. qua ratione hoc dixit? noli putare ex superfluo hoc eum fecisse. habemus in antiquis auctoribus, praecipue in antiquis poetis invenimus varie iunctas istas personas, credo, *quia* adhuc indefinita erat ista ratio:

itis, paratis arma quam primum, viri;

et alio loco dixit

Danai, qui parent Atridis, quam primum arma sumite.

Danai qui casus est? vocativus sine dubio. iste vocativus casus quam personam debuit tenere? secundam. parent tertia persona est: ecce iunxit tertiam personam vocativo, 'Danai, qui parent Atridis'; debuerat dicere 'o Danai, qui paretis', quod est in secunda persona. ergo propter confusiones antiquitatis dedit regulam, ut scias, quem casum cui personae iungere debeas. [tertia semper nominativum tenet].

Etiam verba inpersonalia, quae in tres exeunt regulas, ut novimus, in tur, in et, in it, habent definitos casus, quibus iungantur. omnia quae in tur exeunt ablativum regunt, legitur a me, quaeritur a te, scribitur ab illo. ergo quae in tur exeunt inpersonalia ablativum habent. quae autem in it exeunt, dativum casum regunt, contingit mihi tibi illi. quae in et exeunt, duas habent regulas, aliquando accusativum tenent, aliquando dativum. puta accusativum, pudet me; non possum dicere pudet mihi. ecce quo modo accusativum tenet. item dativum tenet, puta libet mihi; non possum dicere libet me, puta 'libet me illud facere' non est latinum penitus, sed libet mihi: libet enim dativum tenet casum. ergo in tur ablativum tenet, ut agitur a me; quae in it, dativum casum tenent, ut contingit mihi. hic nulla dubitatio est. quae autem in et exeunt, aliquando iunguntur dativo, aliquando accusativo. *quae regula est, quando dativo iunguntur*, quando accusativo? nulla nisi auctoritatis. in arte non

---

1 et quid *ABC* 2 ob *Lindemannus* ad *BCa*, *om. A* alium non ostendas *ABC* 10 qua ratione *BCa* quare *A* 11 eum *om. A*, *add. a* 13 quia *om. ABC* erat *Ca* erit *AB* 14 itis *BCa* istis *A*. *incerti poetae versum, et hunc et eum qui sequitur, ex Donati de soloecismo commentario p.* 394, 5 *Pompeius petivit* paratis] partes *corr.* -is *B* 16 arma *om. A*, *add. a* 19 iunxit tertiam *Ba* iunxit secundam *AC* 25 legitur a me quaeritur a te *b* legitur a me (a te *Ca* ante *A*) quaeritur a me *ABC* 33 ut ageretur *AB* 35 quae regula est quando dativo iunguntur *om. ABC*

p. 319—22 L.

habes regulas definitas, ut dicas puta tunc, quando illud, aut tunc, quando illud; sed tunc, quando puta legeris illud verbum dativo iungi, ita iungis; quando accusativo, ita iungis. ergo iungitur accusativo pudet me, iungitur dativo libet mihi. |

Quo modo diximus esse nomina quae iunguntur casibus, quae nomina faciunt figuras, sic sunt etiam verba aliqua quae iunguntur casibus. puta ‘inimicus malis’ possum dicere et ‘inimicus malo’. ‘secundus a Romulo’: numquid possum dicere ‘secundus Romuli’? quo modo illa nomina addicta sunt casibus, sic sunt verba aliqua quae tenent genetivum, quae dativum, quae accusativum, quae ablativum, quae septimum. ecce misereor semper genetivum regit; non possum dicere misereor illi, sed misereor illius. nec te fallat illud verbum, miseror. miseror quando dicimus, accusativum regit, miseror illum, ut est ‘nec miseratus amantem’; regit accusativum. sed aliud est misereor, aliud miseror, quantum ad declinationem pertinet, non quantum ad sensum. nam idem est miseror illum et misereor illius; sed misereor genetivum tenet, miseror accusati-

437, 33 vum. ergo habes verbum quod regit genetivum. est verbum quod regit dativum, maledico tibi, et hoc in usu pessime habemus; nemo dicit ‘maledixit me ille’, sed dicimus ‘maledixit mihi’ tantum modo. accuso accusativum regit tantum modo, accuso illum; non possumus dicere accuso illius. hoc | satis latinum est; nemo potest dicere accuso illius. quis hoc nesciat? sed timuit vim graecam. Graeci enim accuso illius dicunt, κατηγορῶ ἐκείνου. ergo ut faceret differentiam propter graecam elocutionem, ideo huius rei reddit rationem. ubi enim dubitatum est, utrum hoc sic possit dici? semper accuso illum dicimus. sed propter expressionem verbi graeci ideo hoc fecit. avertor ablativum regit, avertor ab illa re, abscedo ab illo. fruor septimum regit, fruor illa re, potior illa re. ergo habes verba quae secuntur casum genetivum, ut misereor illius; sunt quae dativum, ut maledixit mihi; sunt quae accusativum, ut accuso illum; sunt quae ablativum, ut abscedo ab illo; sunt quae septimum, ut fruor illa re.

437, 34 Omnis prima persona indicativi modi temporis instantis numeri singularis in fine o habet, lego scribo doceo curro nato. si non habuerit o, iam defectivum verbum est, ut odi novi memini, aut sum prosum, aut pudet; omnia ista quae non in o exeunt defectiva sunt. ergo dimissis defectivis (nam nemo dat regulas in verbis defectivis, sed illis tantum modo uti|mur personis in verbis defectivis, quae lectae sunt), ergo dimissis defectivis incipit tractare de plenis. plena verba haec sunt.

---

6 puta inimicus mali *Lindemannus* puta inimicus malis *ABC* 8 addicta *BCa** addita *A* 12 illud uerbum misereor *corr.* illud uerbum miseror *ABC* misereor quando *corr.* miseror quando *B* 13 misereor illum *corr.* miseror illum *BC* nec miseratus] *Verg. Aen.* IIII 370 24 utrum hoc si *AC* utrum sic hoc *B* 25 dici *BCa* dicere *A* 26 ideo hoc *BCa* ideo dico *A* 27 abscedo ab illa *A* abscedo ab illa re *BCa* 36 sed in illis *B* 37 utitur *ABC* lecta sunt *AC*

p. 322—24 L.

prima persona ante ultimam litteram tres vocales habet, e, ut exeo, i, ut audio, u, ut annuo: o ante o numquam habet, a ante o numquam habet. puta non potest, quem ad modum illud habet e ante o, ut exeo, aut i, ut audio, aut u, ut annuo, non potest inveniri a ante o. ecce habes unam vocalem quae excluditur. item alia vocalis, non invenitur o ante o excepto uno graeco, *βοῶ βοᾷς βοᾷ*, id est clamo: Vergilius conposuit et fecit latinum sermonem, reboo, 'reboant silvae et magnus Olympus'. sed graecum est hoc. ceterum latinum verbum non potest inveniri, quod verbum ante ultimam litteram habeat o. ergo istas duas diximus vocales non invenis, nec a nec o. item tres consonantes non inveniuntur et duae graecae, y et z. f non reperitur; idcirco errant qui sic scribunt, triumfo, per f. nam necesse est ut, litteram illam graecam *φ* cum volueris exprimere, per p et h et o scribas. Filippus per *φ* scribunt; latine si volueris scribere, per p et h scribis. puta *φίλος* latine per p et h scribis, et idcirco triumpho sic | debet scribi. inde enim habet originem, *ἀπὸ τοῦ θριαμβεύειν*. triumphus apud Romanos non fuit nec apud Graecos, sed ex causa Liberi patris. Liber pater cum vicisset Indos et cum saltatione et tropaeis rediret, quod vicerat, exinde tractum ut haec sollemnitas servaretur imperatoribus victoribus. nam idcirco, quando vincunt imperatores, exercitus ante ipsos ambulant, praecedunt milites et dicunt aliqua lasciva ad imitationem Satyrorum, quem ad modum Satyri ante Liberum patrem ambulantes dicebant [*θριαμβεῦσαι* dicunt exultare et cantare triumpho]. ergo f ante o non invenis. *item k ante o non invenis.* legimus enim in litteris quia k non praeponitur nisi sequente a. ergo cum o sequatur, quo modo potest k praeponi? item q non praeponitur, nisi u sequatur; cum autem u non sequatur, q praeponi non debet. ergo remove istas omnes, a o f k q y et z; istis exceptis litteris, quae non inveniuntur ante o, reliquae [consonantes] illae iam inveniuntur, e, ut exeo, i, ut audio, u, ut annuo, et consonantes omnes aliae, puta b bibo, c placo, d reddo, g ligo, h traho, l inpello, m amo, n cano, r aro, s lasso, x elixo. potes | invenire omnes litteras ante o exceptis istis. quin etiam illae duae, i et u, quae transeunt in consonantium potestatem, possunt inveniri similiter loco consonantium positae: aio, i ante o; ecce modo in non est vocalis, sed quasi consonans est: adiuvo, ecce invenitur u ante o; nam

---

1 habet (e *add. b*) ut exeo (i *add. b*) audio (u *add. b*) annuo *B a* habet i ut audio e ut exeo u ut annuo *C*: ut exeo — a ante o numquam habet *in litura scripta habet a* 5 item alia ubi non *BCa* item aliubi non *A* 6 boo boas (boos *C*) boa *ABC* 7 reboant] *Verg. georg.* III 223 et *om. C* 9 vocales] ubi *ABC*

15 triumphus sic *A* 16 θριαμβειν *C* αριαμβιειν *B* γαριαμβγειν *A* 17 et cum saltatione *BCa* et cum exsaltatione *A* 18 et tropeis *B* .... oreis *A* et choreis a^* et choris *C* uinceret *corr.* uincerat *B* tractatum *A* tractum est *B* 22 thriambae usae *B* triambae usae *C* triambæussae *A* 23 item k ante o non invenis *om. ABC* 24 in littera *ABC* 26 u *ante* non *om. ABC, add. a** 34 u et o *A*

p. 324—26 L.

modo transit in consonantis potestatem, et modo u non pro vocali est, sed pro consonantis potestate.

Quaeritur apud artigraphos, quot modis verba deficiant. Donatus tenuit conpendium optimum et ait, tot modis verba deficiunt, quot sunt quae accidunt verbis. quot sunt quae accidunt? septem, qualitas coniugatio genus numerus figura tempus persona. quem ad modum septem sunt quae accidunt, necesse est ut tot modis verba deficiant. puta per qualitates invenis verbum defectivum, ut sit frequentativum, et non sit modus. qualitas enim aut in modis aut in formis est constituta. lacesso facesso: non potest inveniri primum ipsius, id est principale. ne dicas mihi ab eo quod est facio facit facto, facit factito, facit facesso; non potest. novimus autem quoniam frequentativa saepe per unum gradum ascendunt, raro per duos, per tres num|quam. ergo habes facio, inde facto, inde factito. si dicas facesso, iam contra artem ascendit, et nullum verbum invenitur *in* quartum gradum ascendens. ergo lacesso facesso defectiva sunt per formas, id est sunt frequentativa et non habent principales formas. diximus qualitatem in modis *et in formis* constitutam. ecce habes per formas; lacesso non facit laco. per modos, ut diximus in Terentio, cedo, non caedo, ut faciat diphthongon, sed cedo, id est dic: hoc enim verbum non habet nisi solum imperativum, 'cedo quid attulisti?', 'cedo quid dicis?', 'cedo quid facies?' et istam unam personam legimus, nec aliam potes invenire, cedo et cette, id est unus cedo, multi cette; numeri est pluralis [cedo dic, cette dicite]. 'cette patri meo' habes etiam apud Plautum, id est date patri meo. ecce per modos et per formas. et per coniugationes verba deficiunt, ut est sum es est. si faceret sum es et, possemus dicere secundae coniugationis; nam secunda coniugatio per es exit, sed productum, ut sedeo sedes, doceo doces. hoc autem non producitur, sum ĕs, non | possumus dicere sum ēs. unde apparet quoniam coniugationem nullam habet; nec habet a nec e productum nec i. per genera: si dicas audeo, deficit per genus. nam si audeo neutrale est, totum neutrale esse debuit. sed venit ad tempus praeteritum perfectum et mutat, ausus sum ausus eram, gavisus sum gavisus eram. per numeros: faxo dicimus, faximus nemo dicit. per figuras: conpleo, nemo dicit pleo. per tempora: fero dicimus, ferui nemo dicit. quamquam

---

1 et modo u *BCa* ecce modo u *A* 8 inuenis *AC* inuenies *Ba* non *om. A, add. a:* et non sit modus *nisi ipsius grammatici neglegentiae tribuendum est, legendum* et non sit principalis forma 11 ab eo quod est facio (faci *A* facio *a*) facit facto (facito *C*) facit faxo (facto *A corr.* faxo *a*) non potest *ABC* 13 inde factito *om. A, add. a* 14 si dicas faxo iam *ABC* 15 in *om. ABC* 17 qualitates in modis constitutas *ABC* 18 in Terentio] *cf. supra p.* 305 *ed. Lind.* 21 faciet *ABC* 22 nec aliam *C et in litura a** nec alteram *B* et cette *C: corr.* et cedite *c* unus *BC*(?)*a* unius *Ac* multi *in litura a** cette *BCa* cedite *Ac* 23 est *om. A, add. a* cedo dic cette dicite (date *A*) *in marg. add. AB* 24 apud Plautum] *cf. Cledon. p.* 1916 25 faceret] diceret *ABC* 26 possemus *Cb* possumus *AB* 31 ueniet *ABC* 34 quamquam *Lindemannus* quam *AB* quod *C*

p. 326—28 L.

temptat Probus mutare hoc ipsum, ut dicas fero tuli, sed si fero tuli facit, tollo quid habes dicere? quo modo erit praeteritum tempus? sed fero deficit praeterito tempore. ergo tot modis verba deficiunt, quot sunt illa quae accidunt verbis. plane scire debemus etiam inpersonalia verba plerumque deficere, ut puta liquet. et novimus inpersonale verbum currere per omnes modos, legitur legatur utinam legeretur cum legatur. tamen inveniuntur etiam inpersonalia verba quae deficiunt, ut liquet: nam liquet, id est manifestum est, ut est illud, 'liquet mihi degenerare'. item miseret defectivum est, licet inpersonale sit.

DE ADVERBIO

Adverbium est, ait, pars orationis dicta, quoniam semper sequitur verbum. ideo appellatur adverbium, non quoniam verbum sequitur adverbium, sed quoniam adverbium sequitur verbum. nam potest esse verbum et non esse adverbium; e contrario non potest esse adverbium sine verbo. ut puta quando dico 'orator fecit', plena est elocutio: orator nomen, fecit verbum est; ecce hoc loco adverbium non est, et tamen plena est elocutio. ergo potest esse plena elocutio, ubi sit nomen et verbum, etiamsi non sit adverbium. e contrario ubi est adverbium, non ante potest esse elocutio, nisi sequatur verbum. puta 'orator cras'; ecce orator nomen est, cras adverbium est, et tamen adhuc aliquid deest, nisi addideris verbum. ergo ideo dictum est adverbium, quoniam non potest esse sine verbo. nequi tibi dicat e contrario ideo esse verbum, quoniam adverbium sequitur. ergo adverbium est pars orationis dicta, quoniam semper sequitur verbum. 415, 7 438, 7 509, 19

Adverbia omnia aut a se oriuntur, aut ab aliis partibus veniunt. plurima sunt adverbia quae naturaliter a se nata sunt, plurima sunt quae aliunde originem ducunt. naturaliter a se nascuntur ita, cras: numquid habet originem, unde veniat? non habet. hodie vero habet originem, unde veniat, hodie quasi hoc die. docte habet originem, unde nascitur, doctus docte [habet originem]. ergo sunt quae aliunde originem sumunt. illa quae a se originem sumunt non possunt habere rationem. quare? quia prima origo ratione caret. idcirco syllabae vel naturaliter longae vel naturaliter breves carent ratione, quoniam prima origo est. non potest in rationem cadere, nisi quod per derivationem fit; quod autem principium originis est non habet rationem. ergo adverbia illa quae a se nascuntur ratione carent, sed prout inventa fuerint, ita habes dicere. illa vero quae aliunde originem sumunt, haec in artem veniunt. adverbia 438, 13

---

1 Probus] *cathol. p.* 39, 6. *cf. Diom. p.* 372,, 2. 380, 11. *praef. in gramm. vol.* IV *p.* XXII ut discas *C* 4 plane *BCa* plene *A* 8 manifestum ut *C. fortasse* manifestum est, inpersonale est, ut est illum liquet liquet] *Terent. Eunuch.* II 3, 40 degenerare *BCa* denegare *A ut videtur* 10 EXPL. VERBŪ INCIPIT DE ADUERBIO *AC* 17 nomen et *om. A, add. a* 22 *fortasse* ideo esse dictum, quoniam verbum adverbium sequitur 28 hoc die docte habet *C* hoc die dictum (ductum *a**) habet *AB* 30 illa quae a se originem sumunt *om. A, add. a* quare] quasi *A*

p. 328—31 L.

sunt quae a se nascuntur, ut cras horno. horno est hoc anno. puta si velis dicere 'hoc die fiet', quando dicis 'hodie fiet', ad diem praesentem refers. quid si velis dicere '*hoc anno*'? adverbialiter non hodie, sed horno debes dicere, puta 'horno factum est', id | est hoc anno. inde etiam 'fruges hornotinae' dicuntur: legistis in frumentaria 'quantumcumque frumenti hornotini exaraverunt'. quamquam Cicero 'hornotini frumenti' dicit, Horatius non dicit hornotini sed horni frumenti, 'et horna fruge lares', pro eo quod est 'hornotina fruge'. ergo horno est anno praesente. alia vero, quae aliunde originem sumunt, ab istis rebus trahuntur, aut a nomine proprio, aut a nomine appellativo, aut a verbo, aut a nomine et verbo, aut a pronomine [et adverbio], aut a participio. omnia adverbia, quae aliunde originem sumunt, ab istis rebus veniunt: vel a nomine proprio, vel ab appellativo, a proprio Tullius Tulliane, Vergilius Vergiliane, Horatius Horatiane. a nomine proprio: in istis adverbiis magna difficultas est, quo modo nascuntur, utrum 'Horatie dixit' dicamus, an 'Horatiane dixit', utrum 'Tullie dixit', an Tulliane. invenimus enim aliqua in derivatione, quae hanc naturam sequantur: puta lex Tullia dicitur, non dicitur lex Tulliana; lex Horatia dicitur, non dicitur lex Horatiana. si ergo derivatio ita se habet, ut dicatur lex Horatia, et derivatio quotiens est, | sine dubio simili ratione derivatur, tale esse debuit, et debuimus dicere 'Horatie dixisti'. sed est regula; ergo tene istam regulam. omnia adverbia quae per derivationem nascuntur necesse habent crescere [melius est, si crescant, quam si secundum numerum syllabarum fiant]. puta Tullius trisyllabum est, crescit in derivatione, Tulliane; Vergilius quattuor sunt syllabae, Vergiliane quinque sunt; Horatius Horatiane. debet adverbium quod nascitur aliunde crescere. derivatio autem plerumque crescit, plerumque non crescit, ut diximus, Horatius [Horatia], lex Horatia; ecce aequales habet syllabas, licet sit illa derivatio. ergo in derivatione, quando puta nomen derivatur de nomine, potest et syllaba crescere et non crescere. adverbium autem quando derivatur de nomine, debet crescere. ergo Horatiane debemus dicere et Terentiane et Vergiliane. sunt aliqua quae per euphoniam contraria sunt, ut hoc ipsum Terentiane. Terentianus quidem dicitur qui metra scripsit, et Terentius dicitur qui comoedias scripsit. fac derivationem ab utroque. puta si dicas 'iste loquitur Terentiane', id est quo modo Terentius, qui comoedias scripsit, | Terentius Terentiane. sed si dixeris 'iste loquitur Terentiane', cum coeperis significare de illo qui

---

2 hoc die] hodie *ABC* quando dicis hodie fiet *om. C* 3 refert quis (ref..... *A* refert quis *a*) si uelis dicere aduerbialiter (orno *add. c*) non hodie sed hoc anno debes dicere *ABC* 5 in frumentaria] *Cic. in Verr. act. sec.* III 18, 45 6 hornitini *B* exaruerunt *AC* exaruerunt *Ba** 7 hornotini *ACb* hornitini *B utroque loco* 8 et horna] *Horat. carm.* III 23, 3 laris *A* hornatina fruge *B* 13 rebus *om. AC* 20 et diriuatio est sine dubio quotiens simili *ABC* 23 quam] quae *ABC* 30 et non crescere *om. A, add. a* 34 comedia *ABC* 36 comedia *A* 37 coeperit *AB*

p. 331—33 L.

metra scripsit, quem ad modum habes dicere? Terentianus ille dicitur; si velis derivationem inde facere, numquid sequitur rationem istam? sed hoc contemptum est causa euphoniae [male sonant]. ergo adverbia aut a nominibus propriis nascuntur, ut Tullius Tulliane, aut ab appellativis, ut doctus docte, clarus clare, aut a vocabulo, ut ostium ostiatim [absolutum est, in appellativis nulla dubitatio est]; aut certe a pronomine, meus meatim, tuus tuatim. et nihil aliud significat meatim tuatim nisi meo more, tuo more. puta 'meatim fecisti': quid est 'meatim fecisti'? id est meo more; 'tuatim fecisti', id est tuo more. item a vocabulo, ut ostium ostiatim. sed et ostium nomen est. quid ergo interest, quod dicit nomen et vocabulum? quid interest? quod nomen vult esse animalis, vocabulum vult esse rei inanimalis. puta ostium fenestra paries, omnia ista vocabula sunt. e contrario si dixeris doctus clarus, ista ipsa quoniam possunt *et* in hominem cadere et in rem inanimalem cadere, nomina sunt. vocabula ergo rerum sunt | inanimalium propria. ostium ostiatim: 'ostiatim totum oppidum compilatim'. item a verbo, cursim strictim. a nomine et verbo simul, pedetemtim, [quasi pes et teneo] ab eo quod est pes et teneo; utrimque factum est pedetemtim, id est sensim sine intermissione. item indulgens indulgenter ait, ecce a participio nascitur, id est ecce adverbium quod a participio natum est. negant omnes; solus Donatus audet hoc dicere; sumpsit consilium a Capro. ceterum re vera non debet nasci adverbium a participio; et decipitur nomine, et ideo hoc putat. legimus in principio esse nomina *eadem* et participia. idcirco indulgeo indulgens participium est, et non vidit quoniam hoc ipsum indulgens potest esse et nomen. unde apparet quoniam potest et nomen esse? conparationem recipit; facit enim indulgentior indulgentissimus. si participium esset, non reciperet conparationem: conparatio enim nomini accidit, numquam participio. ergo quando indulgentior fecit, non videor derivationem istam adverbii trahere a participio, sed trahere a nomine. est tamen validior res quae probat non esse participium. quae res probat non esse participium? omne participium tempus habet sine dubio. quando dico 'indulgen|ter feci', cuius temporis est? numquid significat aut praesens tempus aut praeteritum tempus aut futurum? cuiusvis temporis est, puta indulgenter facturus sum, indulgenter feci, indulgenter facio. ecce [quare] indulgenter congruit omnibus temporibus. sed indulgens praesentis temporis est tantum. ergo quo modo potest fieri ut participium praesentis temporis faciat adverbium

---

2 ratio ista *ABC* 5 absolutum est *BCa*: est *om. A* 10 sedet hospicium *corr.* sed et ostium *A* quod dicitur nomen *B* quod dicit inter nomen *C* 11 quid interest quod nomen *BCa* nisi quod nomen *A* 14 possunt in hominem *ABC* in rem animalem *ABC* 15 proprie *ABC* hostium hostiatim (hostiatim *add. a*) totum oppidum *AB* ostium ostiatim totum opidum *C: Cic. in Verr. act. sec.* IIII 24, 53 18 utrumque *ABC* 23 eadem *om. ABC* 34 cuiusuis *BCa* cuius *A* 36 sed indulgens — 244, 1 temporibus *om. A, add. a*

p. 333—35 L

congruens omnibus temporibus? unde apparet quoniam non est verbi simile, sed originem ducit a nomine. num vis scire? da participium re vera participium, et invenies quoniam non facit adverbium. lego verbum, fac inde participium legens, sine dubio non facit legenter; scribo scribens, nemo dicit scribenter; curro currens, nemo dicit currenter. ergo ista omnia non possunt facere adverbia. debemus ergo hoc requirere. collige ergo unde nascantur adverbia. nascuntur a nomine proprio, ut Tullius Tulliane; ab appellativo, ut doctus docte; a pronomine, ut meatim tuatim; a vocabulo, ut ostium ostiatim; a verbo, stringo strictim. a nomine et * non inprobarunt, ut est indulgenter. adverbia autem quae a nomine veniunt in has exeunt litteras: aut in a, sed productam, ut *una*, 'una torvus Abas'; | aut in e productam, ut doctus docte; aut in e correptam, ut bene; aut in i, ut heri vesperi [scire autem debes quoniam bis legimus here; heri tamen illud in usu, magis heri legimus, haut here]; aut in o, ut falso; aut in u, ut noctu. ergo aut in a exeunt productam, ut una; aut in e productam, ut docte; aut in e correptam, ut bene; aut in i semper productam, ut est vesperi heri; aut in o semper productam, ut falso; aut in o semper correptam, ut modo; aut in u semper productam, ut noctu; aut in m, ut strictim; aut in r, ut breviter; aut in s, ut est funditus. istae sunt regulae.

438, 22 Tractat de duabus regulis optime. adverbia quae in e exeunt aliquando producuntur, aliquando corripiuntur. dicamus definitionem, ut sciamus, quando producta e terminatur adverbium. et ait sic, omnia adverbia e terminata producuntur, omnia penitus. ergo adverbia [aliquando] quae in e exeunt semper producta sunt, ut est doctus docte, clarus clare, exceptis tribus regulis. adverbia e terminata corripiuntur, quae non conparantur, ut puta ritus; fac inde adverbium rite, non facit ritius ritissime. adverbium quod non conparatur sine dubio breve est. item quod male conparatur, ut est bene (nemo enim dicit benius benissime, sed bene | melius optime), id est quod per anomaliam conparatur. item quod a se nascitur; nam et hoc corripitur. ut puta inpune corripitur; nemo enim dicit inpunus: saepe, et hic e correpta est; nemo enim dicit saepus. unde apparet quoniam ista correpta sunt. tres sunt istae regulae: ea adverbia quae non conparantur et ea adverbia quae male conparantur et ea adverbia quae a se oriuntur necesse habent brevia esse. reliqua vero omnia producuntur. et haec firma est regula omnino.

---

2 num] nam *ABC* 4 scribo scribis *ABC* 5 curro curris *ABC* 10 *lacuna quam indicavi haec fere excidisse videntur*, a nomine et verbo, ut pedetemptim, a participio non probarunt inprobauerunt *C* 11 una *semel scriptum habent ABC*: *Verg. Aen.* X 170 12 torbus *AB* anas *AC* aut in e productam ut doctus docte *om. A, add. a* 13 ut heri uesperi *AB* ut uesperi heri *Ca** scire — here *ex Priscian. l.* XV *p.* 71, 19, *ubi duo exempla adverbii* here *posita sunt, petita esse videntur* 14 ere eri *A* ere heri *C* magis eri *A* haut ere *Ca* haud ere *c* aut ere *A* aut here *B* 27 ritus] rite *ABC* 32 saepus *Lindemannus* saeps *ABC*

p. 335—37 L.

Quid ergo dicimus de istis adverbiis? quid? hanc habere rationem, 439, 10
quando exeant in ter, quando in e. nam inde in dubitationem venerunt. Terentius dicit duriter; in aliis omnibus legimus dure. Cicero dicit in illa tertia oratione 'respondit illa ut meretrix non inhumaniter'; inhumane debemus dicere. ergo quoniam invenimus adverbia aliquando in ter exeuntia, aliquando in e ab una derivatione, idcirco necessariae sunt regulae. et ait sic, omnia adverbia quae oriuntur a nomine, quaere hoc ipsum nomen quale sit, et tunc intellegis, quem ad modum currant ipsa adverbia. quando dativus singularis o fuerit terminatus, in e mittit adverbium; quando autem dativus singularis i terminatur, necesse habet in ter mittere. puta si dicas huic docto, docte facit, huic claro facit clare, | huic admirando admirande. ergo illa adverbia usurpata sunt duo, unum a Terentio, unum a Cicerone: hic durus huius duri huic duro, dure facit; hic inhumanus huius inhumani huic inhumano, inhumane debuit dicere, et tamen inhumaniter dixit. et hoc potius debemus sequi; illa enim potius in auctoritate sunt. omnia enim nomina quae dativo singulari in o exeunt adverbia in e mittunt; quae autem in ter exeunt a dativo singulari veniunt i terminato, ut puta huic facili faciliter, agili agiliter.

Veniunt in quaestionem illa duo, facile et difficile. puta si dicas 438, 27
'illud intellegitur, sed difficile', tale est ac si dicas 'intellegitur, sed male intellegitur'. ergo male bene adverbia sunt; incunctanter ergo et difficile adverbium erit. sed redi ad rationem, et non est adverbium. nam hic difficilis huius difficilis huic difficili, debet adverbium in ter exire, difficiliter; nec difficulter potest esse, sed difficiliter. ergo vides quoniam in ter exire debet. similiter facile: quo modo debet exire? hic facilis huius facilis huic facili, faciliter. quid ergo? dicimus nomina potius esse pro adverbiis posita, quam esse adverbia: non debemus haec dicere esse adverbia, sed nomina pro adverbiis posita. et qua elocutione utimur? dicit tali: invenimus apud Vergilium tales elocutiones, 'horrendum clamat', 'torvum resonant'. quando dicimus 'torvum resonant', tale est ac si dicam 'torve resonant'. quando dico 'horrendum clamat', tale est ac si dicam 'horrende clamat'. ergo quando dico 'facile locutus est', tale est ac si dicam 'faciliter locutus', ut sit nomen pro adverbio. difficile tale est ac si dicam difficiliter. et quid debemus dicere? nomina potius esse pro adverbiis. et quae sunt legitima adverbia? faciliter et difficiliter.

---

1 quamnam habent rationem, quando *coniecit Lindemannus* 2 exeant *AB* exeunt *Cb* 3 cicero d *A* cicero dixit *BC*: *in Verr. act. sec.* I 52, 138 4 respondet *C* ut *om. A*, *add. a* non inhumaniter *BCa* non humaniter *A* 13 unum a terentio unum a cicerone *BCa* unum ad terentiū unum ad cicerone *A* 16 in auctoritate sunt *A* auctoritatis sunt *BCa* omnia enim aduerbia quae datiuo singulari in o exeunt in e mittunt *ABC* 21 sed male intellegitur ..... ergo *A* sed male intellegitur difficile ergo *Ba* 26 similiter facili *ABC* 30 clamant *C:* torvum repente clamat *est apud Vergilium Aen.* VII 399 31 ac si dicas torue *ABC*

p. 337—39 L.

quare non difficulter, sed potius difficiliter? primum propter illam causam, quia, si dixeris difficulter, cogo te dicere faculter; si autem dicis faciliter, necesse habes dicere difficiliter; altera res confirmatur de altera re, quoniam inde utique originem sumunt. sed ne forte dicas, debemus regulam aliquam invenire, est regula: omnia adverbia quae in ter exeunt salvo dativo sic exeunt, id est servant dativum integrum. puta docili, ad istum dativum adde ter nulla syllaba sublata, docili dociliter; agili, adde illuc ter, agiliter. et permanet ille dativus integer, et sic accipit syllabam. e contrario quaere, si hic possit fieri. facili faciliter, stat res; *difficili* difficiliter, ibi esse potest ista ratio. numquid esse potest iam ista ratio, si dixeris difficulter? erit dativus difficul, quod non potest recipere rationem. adverbium enim quod in ter exit a dativo debet nasci, ut integer sit dativus et sic accipiat syllabam. et quid? nullas invenimus regu|las
439, 7 contrarias? dicit, invenimus. nam plerumque invenio dativum o terminatum, et nihilo minus adverbium in ter exiens, ut huic duro duriter. legimus item quod aliquotiens idem dativus est et idem adverbium nulla ratione mutata, ut falso sedulo: hic falsus huius falsi huic falso; falso adverbium est, et dativus est casus: hic sedulus huius seduli huic sedulo; sedulo adverbium est, et dativus est. ergo falso sedulo et dativi possunt esse, et adverbia possunt esse. sed tamen discretionem accipiunt ex sensu. si dicas ‘falso loqueris’, tale est ac si dicas ‘male loqueris’. ergo modo adverbium est. si dicas ‘falso homini epistolam dedi’, noli esse adverbium, sed nomen. tale est enim, ac si dicerem ‘indocto homini epistolam dedi’. ergo per sensum intellegis, quando sit adverbium, quando nomen. ceterum, quantum ad exitum pertinet, similia sunt. item aliquotiens i terminatus est dativus, et adverbium non in ter exit, sed i in e convertit: ecce ‘sanguineae lugubre rubent’. propter dativum singularem in i exeuntem (nam fac dativum, hic lugubris huius lugubris huic lugubri) lugubriter debuerat facere, sed tamen | maluit lugubre. ergo et hic talis est elocutio, qualis et ibi.

Adverbio tria accidunt, significatio conparatio figura. significationes adverbiorum multae sunt; legistis illas in prima parte artis. sunt quae tempus significant, ut hodie; sunt quae significant numerum, ut semel bis; alia hortantis, ut heia; alia prohibentis, ut ne; alia negantis, ut non, et omnia quae habetis scripta in ipsis artibus. sunt adverbia semper finita tam loci quam temporis, ut puta hic modo: qui dicit hic, locum significat; qui dicit modo, definit tempus [puta hic definivit tempus]. sunt tam loci quam temporis infinita, ubi quando: nam qui dicit ubi, locum non significat; qui dicit quando, tempus non significat.

1 quare non deficulter sed potius deficiliter *A* quare non difficulter inuenimus enim quare non difficulter *BCa* 10 difficili *om. ABC* 22 modo] quomodo *ABC* noli esse aduerbium sed nomen *om. A, add. a* 24 per sensum intellegis *C* pro sensu intellegis *B* per sensum intellegens *A* pro sensu intelleges *a* 27 sanguineae *BCa* sanguine *Ac*: *Verg. Aen.* X 273 rubent *om. A, add. a* 33 ut semel bis *B* ut duo tres *AC*

p. 339-41 L.

Item adverbia locorum tria sunt: ista sunt quae plerumque non dili- 415, 12
genter inspecta facile faciunt soloecismos. non enim passim debemus 510, 14
quaecumque verba istis localibus adverbiis iungere, sed pro rerum qualitate debemus etiam verba coniungere. ideo inventae sunt elocutiones propter istam causam. scire debemus quoniam non iungis in loco nisi rei quae est in loco, non | iungis de loco nisi rei quae est de loco, non iungis ad locum nisi rei quae est ad locum, puta duas partes orationis quae significant idem. si adverbium a loco est, et illa quae iungitur debet habere significationem quae a loco iungitur; quando autem ad locum significat, et illa pars quae iungitur ei debet significationem iungere ad locum. antequam dicam aliquid de regula, exemplo collige. huc et illuc quo modo tibi videntur, ad locum an in loco? quando dico huc illuc, sine dubio ad locum, id est non permanentis implent significationem, sed euntis. ergo si *sunt* adverbia quae significationem habent euntis, non permanentis, id est huc et illuc, da etiam verba quae idem significent, euntis. ut puta proficiscor non est permanentis significatio, sed euntis adhuc [aliquid]; eo non est permanentis, sed adhuc euntis. ergo *iunge* hoc verbum, quod habet significationem euntis, puta 'huc eo', 'illuc eo': nam et huc illuc ad locum est, id est euntis ad locum, et eo euntis ad locum est. ergo ita debes iungere. quare? nam et adverbium et verbum similiter ad locum euntis habet significationem. ceterum si duo volueris iungere diversa, incipit esse soloecismus. ibi quid? proficiscitur, aut permanet? sine dubio permanentis est ibi. ergo | ibi non debet tenere verbum, nisi quod verbum in loco significet, puta stat permanet quiescit. puta stat ibi, permanet ibi, quiescit ibi, sedet verbi causa. si autem velis coniungere huic adverbio verbum illud quod habet significationem euntis, incipit esse soloecismus: iam enim ibi eius est qui venit, eo eius est adhuc qui proficiscitur. quo modo possunt ista consentire? ergo debemus scire esse aliqua per locum, *esse aliqua de loco,* esse aliqua in loco, esse aliqua ad locum; et sunt quadrifariam divisa. ad locum sunt haec, huc illuc illo; de istis puta ita loquere, 'huc veni', 'illo vade'; ad locum sunt ista: in loco sunt ista, hic ibi illic: de loco sunt ista, hinc illinc inde. sunt etiam alia adverbia, sed ista sunt quae in usu sunt posita. ergo sunt quae significant in loco, hic illic ibi; est et aliud, isti, 'patet isti ianua leto': de loco, hinc illinc inde: per locum sunt ista, hac illac illa. ergo pro rerum qualitate de-

---

7 ad locum nisi rei quae est ad locum puta *c* ab loco nisi rei quae est ab loco quae puta *ABC* 8 significant *A* significent *BCa* 9 a loco est et illa *BCa* ad loco est illa *A* quando autem] puta aut *ABC* 11 colligit *corr.* colliget *B* collegit *A* 12 an in loco *Cb* an in locum *AB* 13 implet *AC* 14 sunt *om. ABC* 16 proficiscor *om. A, add. a* 18 iunge *om. ABC* 19 nam illuc adhuc ad locum *AB:* nam et huc illuc *om. C* 25 sedet *BCa* sed *A* 29 esse aliqua de loco *om. ABC* 30 quadrifaria *BCa* quadrifari. *A* loquerer *ABC* 34 aliud isti *Ca* aliud istic *ABc* patet isti *AC* patet istic *B*: *Verg. Aen.* II 661 leto *Ca* loeto *AB* 35 illa] illo *ABC* pro ergo *ABC*

p. 341—43 L.

bemus etiam ista coniungere. 'venio illuc' bene dicimus, sed non 'venio illac'; *illac* per locum est. 'eo illo' bene dicimus; sed vide ne producas ultimam syllabam et dicas illō, quia Latini in ultima syllaba accentum non habent. sed ne forte dicas, 'quare ergo dicimus istūc?' sed illud per apocopen dicimus. | maiores enim nostri plenas habebant elocutiones: sic est istuc quasi istuce sic est fac quasi face.

415, 15 510, 20 Sunt adverbia quae dubia sunt, quem ad modum dicamus, intro an intus, foras an foris. sed hoc interest, quod intus et foris duas habent significationes, intro et foras unam habent significationem. puta intro foras, ad locum est utrumque, puta 'intro vado', item 'foras vado'. sed necesse habet utrumque unam significationem habere [intus ergo et foris geminam habent significationem, in loco intus, foris est; et de loco]. puta 'quo vadis?' ad locum est. ergo 'quo vadis? foras vado' bene dicimus, quoniam ad locum est utrumque. intus vero et foris geminam habent significationem, de loco et in loco. in loco quo modo? intus sum, foris sum. de loco quo modo est? intus exeo, foris venio. noli iungere praepositiones. non enim 'possum dicere de intus. multi enim quasi causa communis elocutionis ita locuntur, 'de intus venio', et dicunt, ideo debet de iungi, ut significet de loco. sed ideo tu noli iungere: nam stultum est. quid enim opus est ut de iungas, ut significes de loco? quia venio non est in loco, hoc ipsum venio significat tibi quoniam non est in loco, sed de loco. ergo scire debes quoniam ista ipsa adverbia, quae sui | natura aliquid non explicant, quid significent, per coniunctionem verborum aliquid explicanter explicant. ergo quando dico 'intus sum', sum intellege. quid est sum? permanentis est. ergo et intus permanentis est. 'intus venio': intus nescio cuius sit significationis. venio cuius est significationis? de loco. ergo et intus de loco est. intro et foras indubitabiliter ad locum significant, ut 'intro vado', 'foras vado'. intus vero et foris non significant ad locum, sed significant duas res, in loco et de loco. quando autem significent in loco, quando de loco, noli de ipsis intellegere (ambigua enim sunt et incerta), sed collige de verbis coniunctis. verba enim coniuncta necesse habent aperta facere adverbia. ergo modo intus, si in loco est, vel foris, si in loco est, nescis; si verba coniunxeris, iam intellegis, qualia sunt, utrum in loco, an de loco. si dixeris exeo venio, intelleguntur de loco esse. si dixeris sedere esse dormire, omnia ista in loco significant. 'foris venio', 'foris exeo': qui dicit venio, qui dicit exeo, non significat in loco, sed de loco. non tamen debemus iungere praepositiones. nam si volueris iungere (temptaverunt enim plerique sic loqui), cogo te iungere cum iis cum quibus non vis. dicis mihi, de-

---

1 bene dicimus non sed uenio illac per locum *ABC* 4 istuc *AC* istac *corr.* istuc *B* 5 habent *B* 6 sic et istuc *AB* sic est fac *BCa* sic et fac *A* 18 ueni *ABC* 20 quia uenio *Cb* quia uenit *AB* 21 ipsum uenio *Cb* ipsum uenit *AB* 23 natura aliquid *BCa* naturali quid *A* 24 explicanter *om. C* 37 non significant *ABC*

p. 343—46 L.

beo dicere de intus, de foris, ut iungas praepositiones. ergo usurpa illud et aliqua sic dic, | ad intro et ad foras. cogo te ergo et sic loqui, si iungere volueris praepositiones: ut possimus apertius intellegere, quando sunt ista in loco, quando de loco, debemus addere praepositiones, quoniam de significat de loco esse, de intus et de foris. ergo si hoc est, ut ideo dicant addendam esse praepositionem, quoniam significat de loco aperte, ego cogo te dicere ad intro, ad foras, ut apertius ad locum significes. novimus enim quia ad ad locum significat. ergo debes dicere ad intro, ut apertius significes ad locum. sed hoc nequaquam possumus facere, et utimur sine praepositione. et quando sit significatio vel in loco vel de loco, de verbis intellegis.

Accidit etiam conparatio adverbiis. conparationes adverbiorum tres sunt: aut enim positivum gradum recipiunt aut conparativum aut superlativum. primum scire debes non omnia adverbia recipere conparationes, sed ea quae ducunt originem a nominibus recipientibus conparationem. non omne adverbium recipit conparationem, sed id adverbium, quod recipit conparationem, venit a nominibus recipientibus conparationem. puta doctus recipit conparationem, docte doctius. ea ergo adverbia recipiunt conparationem, quae ducunt originem a nominibus recipientibus conparationem. quid ergo sequitur? illa adverbia, quae ducunt originem a verbo, non recipiunt conparationem, quoniam verbum non recipit conparationem. ut puta cursim strictim non recipiunt conparationem, quoniam ducunt originem a verbo, quod verbum non recipit conparationem. quid illa adverbia, quae originem ducunt a pronomine, meatim tuatim? non recipiunt conparationem, quoniam nec pronomen recipit conparationem. quid si puta illa adverbia originem ducant a coniunctione? non recipiunt conparationem. ergo ea adverbia recipiunt conparationem, quae ducunt originem a nominibus recipientibus conparationem. et ista ipsa adverbia, quae recipiunt conparationem, in positivo * unam regulam habent. in conparativo illam quam diximus regulam inde probamus de hoc ipso nomine bene melius optime. non est breve, ut scias regulam superlativi, unde venerit, sive a correpto positivo, sive a producto; nihilo minus illa regula remanet. ergo ita se habent regulae. in positivo duae sunt regulae, in conparativo una est. 415, 24 439, 12 512, 14

Sunt aliqua adverbia quae non recipiunt | conparationem, et volumus in ipsis facere conparationem. mane, non possumus dicere quod dicunt 439, 17 512, 29

---

6 quoniam significant *C* 7 aperte et ego *BCa* aperte et ergo *A* 8 debeo *ABC* 12 etiam *om. A, add. a** 13 enim *om. A, add. a* 19 secuntur *A* 26 ergo ea adverbia recipiunt conparationem *om. A, add. a* 29 in positiuo unam *ABC* in positiuo non unam *a. sententiam grammatici ostendunt ea quae de regulis positivi et comparativi et superlativi scripsit Servius in Don. p.* 415, 28. *itaque lacunam indicavi, in reliquis corruptam codicum scripturam retinui* 30 regulam inde *ABC* regulam in ius inde *a* 31 non est *ABC* quod est *a* venerit *om. A, add. a** correpto positiuo *a** correptiuo posito *A* correptiuo positiuo *BC* 32 illa regula nihilo minus *B*

p. 347—48 L.

multi, manius. quid ergo dicimus in istis nominibus? unde apparet quoniam soloecismus est? primo quoniam mane non recipit conparationem manius. mane dicitur matutinum tempus. mane tractum est ab illis rebus, manes dicuntur di effusi per totum [nam sic definiverunt penitus qui tractaverunt de istis rebus, manes dicuntur dii effusi per totum], puta qui in terra esse possunt, qui in aëre esse possunt, qui in caelo. nam idcirco manare dicimus, quicquid effluit per totum, puta 'manat sermo', 'manat fluvius'. usurpantur ista. ergo quoniam dies tunc primum per totum effluit, quando nascitur, appellatur mane, quasi quod emanet et effluat. si inde habet etymologiam, non potest recipere conparationem. diximus enim ea adverbia recipere conparationem, quae originem ducunt a nominibus recipientibus conparationem. sive a manando sive a manibus dictum volueris mane, sive illud sive illud, non recipit conparationem. ergo manius nemo dicit. quid ergo? cum opus fuerit hac significatione, quid faciemus? ad augendam significationem *iungimus* magis et maxime, ad minuendam minus et minime. puta Cicero, fac | inde adverbium, Ciceroniane; Tullius Tulliane. ergo sunt adverbia quae conparationem non recipiunt, sed egent significatione conparationis. quid ergo faciemus? ita debemus loqui, puta 'iste Tulliane loquitur'; est alter qui valde Tulliane loquatur, dico 'magis Tulliane loquitur'; ite malter qui plus, debeo dicere 'maxime Tulliane loquitur', ut hoc faciant ista coniuncta adverbia, quod solet facere conparativus et superlativus. puta ille mane venit; nescio qui maturius venit, debemus dicere 'magis mane'; item alter maturissime venit, debemus dicere 'maxime mane venit'. aut certe 'mane venit'; tardius nescio qui venit, debemus dicere 'minus mane venit'; item alter tardissime venit: quid debemus dicere? 'minime mane venit'. ergo ea adverbia, in quibus non possumus invenire conparationem, ut possint habere vel significationem conparationis, debent ista habere adverbia, id est magis et maxime ad augendum, vel *ad* minuendum minus et minime.

Docuit et nomina esse diminutiva et adverbia a positivo et conparativo, a positivo primum primulum, a conparativo longius longiuscule:

non scis hinc longule esse? et nosti mores mulierum:
dum moliuntur, dum conantur, annus est.

ergo invenis a positivo diminutivum primum primulum, a conparativo longius longiuscule. a superlativo aut nulla exempla aut rara sunt.

439, 22 Hoc quod dicit tenendum nobis est fideliter: omnis pars orationis, cum desierit esse quod est, adverbium facit. puta nomen aut nomen est

---

1 dicemus *C* 4 nam sic — per totum *om. B, in marg. add. C. in A quoque olim omissa esse videntur, in quo haec*, manes dicuntur — 7 manare dicimus *al. man. in litura scripta sunt* 15 iungimus *om. ABC* 21 maxime tulliane loqueris *ABC* 25 debes dicere minus *AC* 28 debes ista *ABC* 29 uel minuendum *ABC* 31 primolum *AB* primule *corr.* -lum *C* primule *b* longiuscule *ACb* longiusculum *B* 32 non scis] *Terent. Heaut.* II 2, 10 hinc *corr.* hic *B* 33 annus *a* anus *A* anuus *BC* 34 primolum *AB* primule *b*

p. 348–50 L.

aut, si non fuerit nomen, nihil aliud est nisi adverbium; non potest esse pronomen aut participium, sed statim adverbium facit. pronomen est: si est pronomen, bene; si non est, adverbium est. omnis pars orationis deiecta a significatione sui in adverbium semper cadit. numquam potest fieri ut in aliud cadat. ut puta videamus exempla: falso, hic falsus huius falsi huic falso, dativus est. inveniamus elocutionem: falso aut nomen habet significare, aut, si non significat nomen, erit adverbium. nam ‘falso queritur de natura sua genus humanum’, hic adverbium est. item pronomen et adverbium, ut est qui. possum et ita dicere, ‘qui est qui tibi fecit iniuriam’? si ita dicam, modo pronomen erit. si dicas ‘qui scis?’ pro eo quod est unde, ecce | iam non est pronomen, sed est adverbium. item pone erit verbum: muta accentum, et facit poné et erit adverbium. item profecto quando dicimus [pro brevis est modo modo], et participium est et adverbium. si ita dicas, ‘profecto mihi ad villam illud negotium contigit’, tale est ac si diceres ‘cum profectus essem, illud negotium mihi contigit’. ergo modo participium est. si hoc dicas, ‘profecto quanto magis magisque arbitror’, modo adverbium est. ante potest et praepositio esse et adverbium: ‘ante templum’, modo praepositio est; ‘ante fecit’, modo adverbium est. nam quotiens casus sequuntur, praepositio est; quotiens non, adverbium est. ut potest et coniunctio esse, potest et adverbium:

ut vidi, ut perii, ut me malus abstulit error:

in prioribus locis coniunctio est, in posteriore adverbium est. heus et interiectio est et adverbium: si dicas

heus etiam mensas consumimus, inquit Iulus,

modo interiectio est;

heus, inquit, iuvenes, monstrate mearum, |

modo adverbium est inclamantis. ergo vides omnes partes orationis habere quandam cognationem cum adverbio. nam si desierit esse quod est, nihil est aliud nisi adverbium, ut in nomine falso, in pronomine qui, in verbo pone, in participio profecto, in coniunctione ut, in praepositione ante, in interiectione heus. ergo omnes partes orationis cum adverbio cognationem habent. sed plane, ait, in his rebus aliqua discernimus accentu, sensu aliqua. nam ecce, ut intellegam profecto, quando est participium, quando adverbium, sensu discerno. ut autem intellegam pone, hoc non solum discerno sensu, sed etiam accentu. ergo in plerisque significatio erit ex accentū, in plerisque erit ex sensu.

Hoc quod dicturus est valde nobis est utile, ut sciamus, quem ad 415, 37 511, 1

7 falso] *Sall. Iug.* 1 14 et participium et aduerbium *BC* et aduerbium et participium *A* 15 contingit *AB* 16 contigit (contingit *AB*) participium est ergo modo si hoc *ABC* 20 ut potest et coniunctio esse potest et aduerbium *BCa* ut potest in coniunctione esse potest aduerbium *A* 22 ut vidi] *Verg. bucol.* 8, 41 ut peri *BCa* . . peri . *A* 25 heus etiam] *Verg. Aen.* VII 116 27 heus inquit] *Verg. Aen.* I 321 33 cognationem *Lindemannus* significationem *ABC*

p. 350—52 L.

modum loquimur. quando nos aliqui interrogat puta 'unde venisti?' [Mediolani veni], debemus tenere istas regulas. alia sunt nomina civitatum, alia provinciarum et locorum et rerum et insularum. idcirco tantum in nominibus civitatum hoc observare debemus, ut numquam iungamus praepositiones. reliqua enim omnia rationem secuntur | provinciarum. puta duae sunt istae regulae, de nominibus civitatum et provinciarum. sed quid, si insula est? iam sic illam incipies dicere, quem ad modum provinciam. quid, si locus sit? sic dicimus, quasi de provincia. non discernuntur nisi civitates; nomina civitatum non possumus ita proferre. in nominibus civitatum propriis haec nobis servanda sunt: aliqua sunt quae significant ad locum, aliqua quae significant de loco, aliqua quae significant in loco, ut diximus paulo ante [ergo siqui vult dicere Mediolani veni. hic Mediolianius huius Mediolanii ut huic Mediolanio hunc Mediolanium o Mediolani ab hoc Mediolanio] ergo videamus regulas adverbiorum, quo modo decurrunt istae ipsae regulae. ut puta ad locum: quando volumus significare ad locum, ut puta 'Mediolanum vado'. sed hoc nomen facit nobis dubitationem. et nominativus enim et accusativus et vocativus similes sunt. inveniamus unum nomen, ubi vere hoc possimus intellegere: ecce puta Karthago huius Karthaginis Karthagini Karthaginem o Karthago ab hac Karthagine; stant isti casus. quando ad locum volumus significare, debemus sublata praepositione *secundum accusativum* dicere; non debeo dicere 'ad Karthaginem vado', sed 'Karthaginem vado', secundum accusativum: Karthaginem enim accusativus est. quando de loco vis significare, septimo dicis, id est ablativo sublata praepositione, 'Karthagine venio'. hoc nec dubitationem habet, in locum secundum accusativum, de loco secundum septimum [et pluralia], puta Romam vado, Roma venio, Beneventum vado, Benevento venio, Capuam vado, Capua venio, Sermium vado, Sermio venio. sic currunt ista omnia secundum ipsam similitudinem. et in nominibus etiam numeri tantum pluralis, quae nomina videntur esse difficilia, necesse habes sic loqui, ut *ad* hanc flectas similitudinem, puta Puteoli Baiae. ne dicas mihi, ne forte illud ad numerum *singularem* flectas; non, sed similiter sic sequeris: utrum numeri sit singularis, an tantum pluralis, idem est.

---

1 interrogant *ABC* 5 rationem sequuntur nominum puta *B* ratione secuntur (sequuntur *C*) pronominum puta *AC* 7 quemadmodum prouinciarum *corr.* -am *A* 10 haec nomina (ob *add. c*) seruanda sunt *ABC* 11 ut diximus (dicemus a^*) paulo post ergo *ABC* 13 o mediolanius *AC* 15 ut puta mediolanius sed hoc *ABC* 16 et nominatiuus enim et genetiuus (*corr.* et accusatiuus) et uocatiuus *B* et nominatiuus enim et uocatiuus et accusatiuus *C* et nominatiuus enim et uocatiuus *A* 18 possimus *Ba* possumus *AC* 20 sublata praepositione dicere *ABC* 22 secundum enim karthaginem accusatiuus est *ABC* 24 kartagini *corr.* -ne *A* karthagini *C* hoc nec dum dubitationem *A* 25 et pluralia *AC* et plura alia Ba^* 27 capyam uado capya uenio *A* 28 et in nominibus (omnibus *B*) etiam quae (quando *A corr.* etiam quae *a*) nomina uidentur esse difficilia necesse (esse *A corr.* necesse *a*) habet sic loqui ut hanc flectat similitudinem *ABC* 30 baiae *Cb* uaiae *Ba* uade *A* 31 ad numerum singularem flectas *Lindemannus* ad numerum flectam *ABC*

p. 352—54 L.

ergo in nominibus numeri tantum pluralis ita facimus, Puteolos vado, Puteolis venio, Athenas vado, Athenis venio. ista planissima sunt, quando ad locum, accusativo; quando de loco, septimo. quando in loco, varia est dubitatio omnino et gravis. sed tamen discreverunt eam bene his regulis. quaere ipsius civitatis nominativus quo modo exeat, utrum in us exeat, an in um. quando ergo in loco quaerimus, ita debemus facere, ut quaeramus ipsius civitatis nominativum: si ipse nominativus civitatis aut in us aut in um exierit, secundum genetivum fac, ut puta Mediolanum Delus. Mediolanum in um exit, Delus in us exit nominativo: in loco in i facit. ergo 'ubi fuisti'? 'Deli fui'. 'ubi fuisti'? 'Mediolani fui'. adverbium loci in loco secundum genetivum in i facit, quando nominativus vel us vel um fuerit terminatus; puta Naxus Aradus insulae sunt. 'ubi fuisti?' 'Naxi fui', 'Aradi fui': in loco *secundum genetivum*, si nominativus in us vel in um exierit. si autem neque in us neque in um, sed aliter, puta Baiae Athenae, iam secundum dativum adsumere habes. Tibur nec in us exit nec in um; ergo Tibur Tiburis Tiburi, dativo. 'ubi tu fuisti?' 'Tiburi fui'. similiter Karthago Karthaginis Karthagini. 'ubi fuisti?' 'Karthagini fui'. puta Roma neque in us neque in um exit, haec Roma huius Romae huic Romae. 'ubi fuisti?' 'Romae fui'. et in illis nominibus numeri tantum pluralis ut scias eandem esse tantum modo regulam, Puteoli Puteolorum Puteolis. 'ubi fuisti?' 'Puteolis fui'. non possum dicere Puteolorum, sed Puteolis. Baiae Baiarum Baiis. 'ubi fuisti?' 'Baiis fui'. istae regulae firmissimae sunt, nec aliter debemus loqui. nec vos trahat auctoritas plerumque sumpta pro necessitate. nam invenimus apud auctores varie aliquotiens posita vel *causa* clausularum vel propter metra. habemus unum | exemplum apud Vergilium, apud Sallustium semel dictum, apud Ciceronem bis dictum. numquid, quoniam semel legisti apud Vergilium aut semel apud Ciceronem, iam debes hoc uti? ecce Vergilius semel usus est ista re, 'Tyria Karthagine qui nunc expectat'. expectat, ait, Mercurius Karthagine. quid debuerat dicere? 'expectat Karthagini'; secundum dativum debuit, et usus est secundum ablativum. dic tu aliter, ut scias quoniam necessitate hoc fecit, dic 'Tyria Karthagini qui nunc expectat'. vide si stat versus? omnino non potest. ergo causa metri hoc fecit, non per imperitiam, sed propter metri necessitatem. alter nescio qui fecit *in prosa*. si in prosa hoc facias, invenis quinque longas. ideo autem mutavit, ut posset bonam clausulam

---

1 puteolis uenio et in nominibus numeri tantum pluralis athenas uado *ABC* 13 secundum genetivum *om. ABC* 15 Baiae Athenae] beneetiuce *AB* beneuenti athene *C* beneuenti adthenae *b* 16 exiuit *BCa* exiunt *A* 25 posita aliquotiens *B* vel causa clausularum *Lindemannus* uel clausularum *AC* clausularum *B* uel propter clausulas *b* 26 apud Sallustium] *cf. Cledon. p.* 1876 27 apud Ciceronem bis dictum *om. A, add. a* 29 Tyria] *Verg. Aen.* IIII 224 32 dic tu aliter *om. A, in marg. add. a* quoniam] quomodo *ABC* 33 si *om. ABC, add. b* 35 aliter *corr.* alter *B* fecit si in prosa hoc facias *ABC* 36 ut possit *AC*

p. 354—56 L.

facere. nam quae ratio est in metris, eadem est et in prosa apud bene scribentes. ergo si ad locum significas, secundum accusativum, de loco secundum septimum, ut Romam vado, Roma venio. si in loco significas, tunc secundum genetivum, cum nominativus singularis us vel um fuerit terminatus, ut Adrumetus Beneventum Ilium. adverbium loci in loco quo modo facit? Beneventi fui, Adrumeti fui, Ilii fui. si autem nominativus neque in us neque in um exierit, iam secundum dativum dicis. sed has praepositio|nes, quas detrahimus nominibus civitatum, addimus nominibus provinciarum. non debeo dicere 'Africam pergo': 'Karthaginem pergo' bene dico, quia nomen est civitatis; 'ad Africam pergo', et hoc bene dico, quia nomen est provinciae. si dicas 'Campania venio', vitiosum est. 'in Sicilia sum' bene dico; si tu velis dicere 'Siciliae sum', et hoc vitiosum est. ergo nominibus provinciarum debemus addere praepositiones. ne te fallat illa res: legimus apud Vergilium, et in antiqua historia hoc invenitur, nec invenies alibi istam significationem, 'aut Cretae iussit considere Apollo'. et debuerat dicere 'apud Cretam iussit Apollo considere', cum praepositione, et tamen sic usus est Cretae, ac si diceret Capuae, id est quasi nomen esset civitatis. et quid invenitur in antiqua historia? maiores nostri ex nominibus rerum dabant etiam nomina ipsis oppidis:

inmanisque Gela fluvii cognomine dicta.

si de civitate loquor, debeo tibi dicere 'Gelae fui'; si de fluvio loquor, non possum dicere 'Gelae fui', sed 'apud Gelam fui'. da hominem nescientem, et putat me in alterutra elocutione fecisse soloecismum. siqui tibi dicat 'Gelae fui', dico illi, vitiosum est. qua ratione? quoniam fluvius est Gela, et debet habere praepositionem, et tu exclusisti praepositio|nem. nescio an ille se referat et dicat, sed est civitas, id est habuisse nomen tale civitatem, et idcirco sic usum esse, de nomine civitatis dixisse, non de nomine fluminis, unde ipsa civitas vocabulum adsumpsit. ideo ergo si dicat ita dixisse, sic se integre fuisse locutum probabit. item legimus apud Ciceronem 'Olympus in inmensum editus'. Olympus mons est et civitas. quo modo habes dicere? si volueris 'Olympi fui', tale est ac si dicas 'Naxi fui'; significare habes civitatem. si autem dicas 'apud Olympum fui', significare habes montem. ergo *scire debes* quoniam sunt aliqua ambigua in nomine, et unum est significare et provinciam ipsam et civitatem provinciae ipsius. ergo significare habemus

---

15 aut Cretae] *Verg. Aen.* III 162 16 consedere *ABC* 17 consedere *AC* 21 inmanisque] *Verg. Aen.* III 702 27 ille se *om. A, add. a: fortasse* ille ad regulam se referat 29 uocabulum adsumpsit *A* uocabulum accepit *Ca* nomen accepit *B* 30 locutum probabit *a* elocutum probauit *AB* locutum probauit *C* 31 *Ciceronis nomen ad exemplum a Cledonio p.* 1922 *adscriptum* 'ad Messanam' pro Messanam *pertinere videtur. quae sequuntur,* Olympus in inmensum editus, *in libris Ciceronis qui supersunt non leguntur. Olympi urbis mentionem fecit Cicero in Verr. act. sec.* I 21, 56 34 scire debes *om. ABC* 36 habemus si inter *ABC*

p. 356—58 L.

inter centum illas civitates, quas legimus, fuisse unam civitatem, quae hoc nomine appellatur, Creta. exinde factum est ut diceret 'Creta Iovis magni', non respiciens ad provinciam, sed respiciens ad civitatem. sed ideo in errorem venit ista ratio, quoniam homonymum est, id est similitudinem habet nominis.

Illud superest: non debemus, dicit, praepositiones iungere adverbiis; 416, 16
sed legimus, ait. videamus ista quae lecta sunt, puta desubito desursum 440, 7
exinde deinceps et nescio quae talia. ista | ergo quid dicimus? ecce invenimus plurima; dicit, non sunt vitia. quare non sunt vitia? quoniam una pars orationis conposita est, non sunt duae partes orationis. si diceres 'éx índe ille venit', re vera soloecismus erat, quem ad modum si dicamus 'de mane ille venit'. ceterum modo exinde tale est ac si dicas inde: iam non videntur duae partes esse orationis, sed una conposita. quo modo? non est de duabus partibus factum, sed una pars orationis conposita. puta 'curator meus est iste' bene dico; 'procurator meus est iste', et hoc bene dico. fac 'pro curator meus est iste', et non stat elocutio, quoniam pro separata iam praepositio est. debueram dicere 'procurator meus est iste'. [si praepositio autem iungitur, ita debui dicere, procurator meus est iste, sed] quoniam sic posui, ut unam partem significarem, non videntur iam duae partes orationis esse, sed una conposita. praepositiones enim quando in conexionem veniunt, non sunt quasi duae partes, sed quasi membrum ipsius partis cui coniunguntur ipsae praepositiones. et unde intellegimus quoniam una pars est orationis? hinc, quod unum accentum habet. si diceres 'dé índe venit' (nemo autem hoc dicit), si diceres 'éx índe venit' (nemo autem hoc dicit, sed 'deinde venit', 'exinde venit'), si illo modo diceres, duo viderentur accentus, ut sepa|ratim diceres dé índe. non autem sic potes dicere, sed unam partem facis, unde apparet quoniam unus accentus est. ergo ob hanc causam, quoniam sub uno accentu coniungitur, videtur una pars esse orationis. plane de illa re, a mane, audio plerosque sic loqui: 512, 36
iungunt praepositionem adverbio; nemo dicit a mane. si autem dicere volueris a mane, mutare habes casum, et dicere habes mani. legimus enim apud Plautum 'a mani usque ad vesperum'. et qua ratione mutavit casum? noli putare per inperitiam; quin immo hoc prudenter fecit et docte. maiores nostri hoc ipsum mane voluerunt habere genus: 'dum mane novum'. 'novum' genus est. numquid potest genus adiungi ad-

---

2 Creta] *Verg. Aen.* III 104 6 praepositiones] conposita *ABC* 8 nescio qua talia *ABC* nescio quanta alia *a** 12 tale sit ac *ABC* 15 curator est meus iste *ABC* procurator est iste *ABC* 18 si praepositio autem iungitur *BCa* si praepositiones autem iunguntur *A* 19 sed *om. A, add. a* 24 hinc quod *C* hic quod *Ba* hic quando *A* 27 potest *AC* 32 casus *C* habes mani *B* habes mane *AC* habes a mani *a, sed deletis litteris* a *et* i 33 enim *om. A, add. a* apud Plautum] *Mostell.* III 2, 80 (767 *R.*) *cf. supra p.* 88 *ed. Lind.* a mani *Ba* a mane *AC* 35 dum] *Verg. georg.* III 325

p. 358—60 L.

verbio? ergo si iungitur nomini, iam mane nomen est. et sic erit mane in e exiens, quoniam neutrale est, hoc mane, quem ad modum docile. hic docilis huius docilis huic docili hunc docilem o docilis ab hoc dicili; hic facilis erit ab hoc facili, *hoc mare* ab hoc mari. ergo quem ad modum dico a mari, sic possum dicere 'a mani venit'. sed hodie non possumus dicere. interim | si volueris dicere ita, dices; sed tamen non debes, quoniam tua alia locutio est.

DE PARTICIPIO

416, 27 440, 17 Pleraque dicit quae et in superiore arte memoravit, pleraque addit. participium dictum est pars orationis ab eo, quod partem capiat nominis, partem verbi, ut siqui dicat legens scribens currens; ista participia sunt. nam habent haec quae dixi: legens habet et casus et genera et tempora et significationes. quod casus et genera habet, nominis sunt: nam et casus nomini accidit, et genus nomini accidit. quod tempora et significationes habet, haec duo verbi sunt: nam tempus verbo accidit, significatio verbo accidit. ergo participium habet a nomine partes, habet a verbo partes. ideo dicitur participium, quasi particapium.

Antequam tractemus hoc ipsum participium, debes scire discretionem 515, 3 participii ipsius a nomine. plurima enim sunt participia eadem et nomina, et faciunt gravissimam confusionem. plerumque proponitur nobis et dicitur 'amans | quae pars est orationis?' et videmus quod et nomen est et participium. videamus ergo discretionem ipsam per omnia participia. nam est participium quod et praesens habet, et praeteritum habet, et futurum habet. ergo debemus scire ipsas differentias. praesens participium cum nomine habet cognationem, ut est amans. nam amans potest et participium esse, potest et nomen esse. sed tamen discernitur, quando sit participium, et quando sit nomen. si participium fuerit, sequere accusativum; si nomen fuerit, genetivum sequere. puta 'amans illum hoc feci', modo participium est; 'amans illius', modo nomen est. ergo quando accusativum ponimus casum, est participium; quando genetivum ponimus casum, nomen est. ut scias verum esse, da similia. ita dico 'amans illum hoc feci', quem ad modum dico legens docens scribens, 'legens illum hoc feci', 'docens illum hoc feci', 'scribens illum hoc feci'. et legens et docens et scribens participia sunt. si ita dico 'amans illius', quem ad modum dico 'doctor illius' et 'amicus illius', iam nomen est, quia et doctor et amicus nomina sunt [ista]. ergo quotienscumque utimur accusativo, erit participium; quotienscumque utimur genetivo, erit 441, 16 nomen. ecce habes discretionem praesentis participii et nominis. est

4 ab hoc facili ab hoc mari *BCa* ab hoc facili ab hoc mani *A* 11 partemque uerbi *B* 14 significationes habet *b* significationes habent *ABC* 17 quasi partecapium *A* 26 discernitur et quando sit nomen quando participium si participium (si participium *om. A, add. a*) fuerit *ABC* 35 iam nomen est *post* amans illius *habent ABC*

p. 360—63 L.

discretio praeteriti participii et nominis, ut est visus cultus. visus [et cultus] et nomen potest esse, et participium potest esse; cul|tus et nomen potest esse, et participium potest esse. sed est discretio huius modi, quod, quando participium est, secundae est declinationis; quando nomen est, quartae est declinationis. si dicas visus visi, participium est; si dicas hic visus huius visus, erit nomen. ecce habes discretionem praeteriti participii et nominis, quod, quando est participium, secundae declinationis est; quando autem est nomen, quartae declinationis est. similiter sumptus: si ab eo quod est sumor sumptus sit, [participium praeteriti sumptus] participium est; si ab eo quod est sumptus huius sumptus, erit nomen quartae declinationis, quando inpensiones significamus. est item 441, 18
participium futuri temporis et facit nobis dubietatem, ut est moribundus. sed utrum ista participia sint, an nomina, iam ex ratione colligis, quod, si participia sunt, redeunt in praesens participium; si nomina sunt, non redeunt in praesens participium. legendus scribendus non videntur tibi talia esse, quale est moribundus? sed legendus scribendus redeunt in praesens participium, moribundus non redit in praesens participium. legendus, tolle inde dus et adde s, et facit praesens legens; scribendus, tolle dus, adde s, scribens. e contrario moribundus: fac praesens; non potes, quia non sequitur: moribundus, tolle dus, remanet moribun, adde s, et nemo dicit moribuns; moriens enim dicimus. furibundus, tolle dus, remanet furibun, adde s; furibuns non est latinum, sed furens dicimus. | ergo hinc apparet quoniam non est participium, si non redierit in praesens participium; si autem redierit, tunc participium est. hae sunt propriae differentiae singulorum participiorum, ut praesens participium regulas habeat per accusativum et genetivum, praeteritum participium discernas per quartam declinationem et secundam, futurum participium discernas per reditum in praesens participium, vel si non remeaverit. sunt tamen duae discretiones generaliter per tria ista participia, conparatio et tempus. si conparationem habuerit, nomen est; sive conparativus est, sive superlativus est, nomen est. si tempus habuerit, sive praesens sive praeteritum sive futurum, participium est. puta quando dico ‘amans hoc feci’, quid est ‘amans hoc feci’? id est ‘dum amarem hoc feci’. ecce habet tempus, participium est. ecce ergo amans participium est praesens. item in praeterito visus, visus tempus habet; item in futuro legendus, ecce hinc videtur participium, quoniam habet tempus. ergo si inventum fuerit tempus, erunt ista omnia participia; si non inventum fuerit tempus, erunt nomina. est amans: si ab eo quod est amo feci amans, id est dum amarem, si inde volueris dicere amans, | participium est; si autem dixeris amans amantior amantissimus, erit nomen. similiter incen-

---

2 cultus et nomen potest esse et participium potest esse *om. C* 19 non potest *ABC*

p. 363—65 L.

sus et participium est et nomen: si faciat incensior incensissimus, erit nomen; si autem non faciat, erit participium. nomini enim accidit comparatio, participio numquam. ergo habes discretiones, et singulas singulorum participiorum et communes omnium. videamus modo, quid est participium.

Participium est pars orationis dicta, quod partem capiat nominis partemque verbi. recipit enim a nomine genera et casus, a verbo tempora et significationes, ab utroque numerum et figuram. ergo sex accidunt participio sine dubio, duo propria nominis, duo propria verbi, et duo communia ab utroque trahit, tam a nomine quam a verbo. videamus singula secundum nomina.

416, 32 Genera participiis accidunt quattuor tantum, masculinum femininum neutrale et commune ex tribus generibus. et semper istae regulae fixae sunt: semper masculinum participium in us exit, femininum in a, neutrum in um [semper nullo excepto participio], commune in ans et in ens, id est in n et s, non ut habeat a aut habeat e, sed | ut habeat duas consonantes; sive a antecedat, sive e antecedat, hoc non cogites, sed tantum modo illas duas consonantes. ut puta verbi causa auditus audita auditum, audiens. nam praesens participium trium generum est, aliter non potest inveniri apud Latinos. nullum est enim quod habeat duo genera, sed aut masculinum est, ut legendus, aut femininum, ut legenda, aut neutrum, ut legendum, aut commune ex tribus generibus, ut est legens. et praesens participium tria sustinet genera simul conexa, praeteritum participium tria divisa, futurum participium tria similiter divisa. nam quando dico legens, tria genera sunt, legens vir, legens mulier, legens mancipium. e contrario participium praeteritum discernit genus, lectus lecta lectum, et futurum participium, sive in dus exeat sive in rus, legendus legenda legendum, lecturus lectura lecturum. ista sunt genera tantum modo.

417, 3 513, 15 Casus accidunt participiis tot, quot etiam accidunt nomini, id est sex, legens legentis legenti legentem legens a legente. et quia dixi a legente, quaeritur utrum participia in i exeant, an in e. quaesitum est diu apud arti|graphos. et scire debes quia omne participium praesentis temporis e terminatur. si quando inveneris i terminari, aut necessitas facit metri, aut certe quoniam habet cognationem cum nomine. ab hoc legente dicimus, ergo participium est. diximus quod amans et nomen potest esse

---

1 et participium est et nomen *Ca* et participium erit nomen *A* et participium est et nomen est *B* si faciat *Ba* si facit *AC* 6 partem capiat nominis partemque uerbi *BC* partem capit nominis partem capit uerbi *A* 15 nullo *om. Cb* participio commune in ans et (in ans et *om. B*) in ens *BCa* participium in istis *A* 16 id est in n et s *Cb* id est n et s *AB* non ut habeat a *A*(?)*BC* non ut habet a *a* sed ut habeas *corr.* -at *A* 17 siue a antecedat siue e antecedat *BCa* siue a antecedant siue e antecedant *A* 20 aliter *om. BC, in marg. adscriptum, sed postea deletum est in A* inuenire *A* nullum est enim *AB* ullum esse *Cb* 35 ab hoc legente *Ba** ab hoc legenti *AC*

p. 365—67 L.

et participium. sed nomen erit, si in i exierit; erit autem participium, si in e exierit. ergo quando tibi proponitur talis pars orationis, quae significationem habet et nominis et participii, cautus debes esse de ablativo, ut si in i exierit ablativus, sic utaris quasi nomine; si vero in e mittat ablativum, sic utaris quasi participio. nam omnia participia in e mittunt ablativum; nomina vero, ut possint discerni, i terminantur. sicubi autem inveneris participium i terminatum, fecit necessitas metri; aliter non est.

Accidunt tempora. tempora in participiis tria sunt, praesens praeteritum et futurum. sed praesens simplex est, praeteritum simplex est, futurum duplex est. ita fit ut tempora quidem tria sint, regulae autem quattuor sint. nam praesens participium unam habet regulam in ns, legens scribens cantans; praeteritum participium unam habet, id est singulas regulas habet per sin|gula genera, lectus scriptus; futurum participium aut in rus exit aut in dus similiter per tria genera, lecturus lectura lecturum, legendus legenda legendum. 417, 9 513, 22

Accidit etiam significatio participiis. significationes participiorum a verborum generibus sumuntur. genera verborum legimus quinque, activa passiva neutra communia deponentia. ergo ab activo verbo duo sunt participia, praesens et futurum, scribens scripturus, docens docturus; a passivo duo sunt participia, praeteritum et futurum, scriptus scribendus. neque Latini possunt habere in passivo praesens neque in activo praeteritum; Graeci habent, et idcirco praemonui, ne quasi trahant te elocutiones graecae, et velis aliter ponere. nam participium praeteriti temporis ab activo Latini non habent; item participium praesentis temporis a passivo Latini non habent; sed duo habent ab activo et duo a passivo, id est ab activo praesens et futurum, a passivo praeteritum et futurum. a neutro duo veniunt participia, ea quae ab activo, praesens et futurum. et iuste. nam quoniam sic declinatur neutrale verbum, quem ad modum activum declinatur verbum, necesse habuit ea habere participia, quae habet etiam activum. secundum enim declinationem ordinantur participia. ergo si sic dicimus nato, quem ad modum dicimus lego (sic enim declinatur), utique ipsa debent esse participia, | quae sunt in his verbis, unde traxit similitudinem. ergo duo sunt participia a neutrali verbo. a deponenti tria sunt participia, praesens praeteritum et futurum in rus tantum. nam ideo voluerunt dici deponens verbum, eo quod deponat unum participium, quod in dus exit. nam falso dicunt, habes hoc in Probo, falsum est, dicit, quod dicunt verbum deponens esse ab eo, quod non deponat r litteram, quasi cata antiphrasin, quo modo dicimus Parcas ab eo, quod 514, 19 417, 12

4 quasi a nomine *A* 12 in ens *AC corr.* in ns *B* 32 ergo sic (si *BC corr* sic *bc*) dicimus lego quemadmodum dicimus nato sic enim declinantur *ABC* 37 nam falso *ABC* nam aliter falso *a* in Probo] *cf. praef. gramm. vol.* IV *p.* XXIII falsum est dicit quod dicunt *BCa** falsum enim dicit (*corr.* dicunt *a*) quod dicunt *A*

p. 367—69 L.

non parcant, quo modo dicimus lucum ab eo, quod non luceat; sic et deponens. falsum est. nam incipies et commune verbum deponens dicere: nam et commune verbum r litteram non deponit. ergo deponens dictum est re vera ab eo, quod deponat unum participium, quod in dus exit. loquor verbum est deponens: fac participium praesens loquens, praeteritum locutus, futurum locuturus; loquendus non debemus dicere, sed sicubi contigerit ut dicas, iam commune verbum est. luctandus non debemus dicere; sed sicubi contigerit ut dicas, iam scire debes ista verba non esse deponentia, sed commune verbum. nam commune verbum potest habere participium et in dus et in rus. puta loquor quando dico, vis esse deponens verbum? puta ‘loquor ego illam rem’. non facit loquendus, sed facit locuturus. e contrario si velis dicere ‘loquor a te’, iam, quoniam commune verbum est, et in | rus facit et in dus, non quoniam a deponenti usurpatum sit hoc participium, sed quia iam commune est verbum. quaere apud Statium, centum huius modi participia sic invenies; sed ibi in ipso auctore invenies, quae alii ponunt pro deponentibus, illum posuisse pro communibus. unde per hanc licentiam usurpavit. ceterum quantum pertinet ad verbum deponens, non debet habere participium futuri temporis quod in dus exit. est etiam commune verbum: commune verbum quattuor habet participia, criminans criminatus criminaturus criminandus. et iuste. nam commune verbum et agentis et patientis habet significationem; debet ergo habere participium et ab activo et a passivo. duo autem sunt ab activo, duo a passivo. ergo iuste quattuor habet, praesens praeteritum et duo futura, ut est criminans criminatus criminaturus criminandus. sed scire debemus ista quattuor non ab utraque parte esse quattuor, sed duo esse significationis activae et duo esse significationis passivae (ne forte, quando tu vis uti significatione activa, utaris in significatione activa quattuor participiis), id est si in verbo communi uteris significatione | activa, duo habes participia; si item in verbo ipso communi volueris uti significatione passiva, duo habes participia. ne dicas ergo, licet mihi in latino invenire quattuor participia: negavimus enim primo aut praesens participium inveniri a passivo aut praeteritum ab activo: ne dicas mihi, ecce habes verbum, ubi et praesens est, et habet significationem et activam et passivam. sed non propter hanc concessionem concessi tibi et illud, ut, quando vis uti ad activam significationem, quattuor ipsis utaris, et isdem quattuor ad aliam significationem; sed illa significatione *quando uteris*, duobus uteris; quando alia, item aliis duobus.

440, 19 Hoc est quod legimus etiam in arte superiore. iam addit alia pro-

---

5 deponens *om. ABC, add. a* participium *om. ABC, add. a** 8 sed *om. A* 10 uis esse commune uerbum *ABC* 15 quaere *BCa** quare *A* 27 actiua utaris *Cb* actiua uteris *AB* 30 uti (ut *A corr.* uti *a*) ad significationem passiuam *ABC* 37 sed illa significatione (significationem *corr.* -ne *A*) duobus uteris *ABC*

p. 369—71 L.

pria et utilia. legimus formas verborum esse quattuor, meditativam inchoativam perfectam frequentativam. inchoativam formam ait quae non habet participia ulla nisi praesentia, ut est calescens fervescens tepescens, hoc est ut praesens tantum habeat et praeteritum non habeat. inchoativum dictum est ab eo, quod per ipsum inchoemus. omne autem quod inchoamus et praesens habere potest, et | praeteritum non habere. ita fit ut participio praesenti tantum utaris, praeterito numquam. ergo dicimus fervescens calescens tepescens. est etiam alia ratio, qua non habeat tempus praeteritum: omne participium a praeterito veniens tempore a perfecto descendit, puta scriptus sum eram fui, lectus sum eram fui; non possumus declinare nisi per participium praeteriti temporis. legens in tempore praeterito non invenitur. si ergo legens in tempore praeterito non invenitur, nec illud quod nascitur de temporibus praeteritis debet habere praeteritum, id est nec participium debet habere praeteritum tempus, quoniam inde originem ducit. ergo unum est praesens tantum, calescens fervescens tepescens et similia.

Inpersonalia verba quot habent participia? dicit, non debent habere, 440, 25
nisi forte usurpaveris. si volueris usurpare, tunc possunt habere participia, ut si dicas paenitens ab eo quod est paenitet me te illum, libens ab eo quod est libet me te illum. ut inveniamus participia, dicit, haec qui posuerit usurpabit. qua ratione? omne participium habet personam. si illa verba inpersonalia sunt, quo modo possunt facere parti|cipium, quod participium semper a persona ducit originem? quando dico amans ego, amans tu, amans ille, utique currit per omnes personas, ego tu ille. si illud verbum inpersonale est, quo modo potest habere participium, quod capit personas?

Sunt verba *defectiva*. tria dicturus est: sunt verba defectiva quae 440, 34
non deficiunt in participiis, in verbo tamen deficiunt; *sunt quae non deficiunt in verbo, in participiis tamen deficiunt; sunt quae deficiunt in verbo et* deficiunt in participiis. invenis verbum quod et ipsum deficiat, et participium non deficiat; aut e contrario invenis participium quod ipsum deficiat, sed verbum non deficiat; aut verbum quod et ipsum deficiat, et participium deficiat. puta memini: memini et verbum est defectivum et participium non habet; nemo dicit meminitus memineram meminito memini-tum aut nescio qua alia. ergo ecce habes verbum et ipsum defectivum et participium. da verbum defectivum, sed participia non defectiva. est odi: odi novimus quoniam defectivum verbum est; participium tamen non

---

4 haberet et praeteritum non haberet *ABC* 8 qua non *AB* quae non *Ca** 13 debet habere praesens id est nec participium debet habere praesens tempus *ABC* 16 tepescens] torpescens *AB* 18 nisi forte *a* nisi nisi forte *B* ni forte *C* ne forte *A* 21 usurpabit *ACb* usurpauit *Ba** 27 sunt uerba tria dicturus est sunt uerba defectiua quae non deficiunt in participiis in uerbo tamen (in uerba non *A*, *corr.* in uerba tamen *B*) deficiunt quae deficiunt in participiis inuenis *ABC* 32 aut verbum] puta uerbum *ABC* et quod ipsum *A* 35 alia *corr.* talia *B* 36 ut est odi *C*

p. 371—74 L.

deficit, osus facit praeterito tempore. sed ne videatur tamen quasi absonum esse et durum, conpone, et invenies usitatum esse, exosus perosus. di|cimus enim 'exosus sum illum hominem', 'perosus sum illum hominem'. ergo habes verbum defectivum, habens tamen aliqua participia. da verbum penitus non defectivum, quod tamen in participio deficit. *studeo* studebam studueram; in participiis tamen deficit [studueram enim dicimus praeterito]; non dicimus studiturus, nemo dicit.

417, 37 441, 3 515, 24 Sunt aliqua participia quae videntur esse participia et non sunt participia, sunt aliqua quae videntur non esse participia et sunt participia; tenuem discretionem habent ista. discernamus ergo, quem ad modum illa intellegamus vel quem ad modum illa. ecce tunicatus galeatus: quando dicimus tunicatus galeatus, videntur esse participia. et re vera: nam sic est tunicatus galeatus, quem ad modum vestitus laudatus; vestitus autem et laudatus participia sunt. sed ista tamen non possunt esse participia. quid ergo? nomina sunt similitudinem participiorum habentia. unde intellegimus nomina esse, non participia? quoniam a verbo non veniunt; nemo dicit tunico, nemo dicit galeo. ergo talia sunt et illa, placita nupta triumphata regnata. nam ecce participia sunt et ista; sed nemo dicit placeor, nemo dicit nubor triumphor regnor. | ergo non a verbo veniunt. quid ergo? dicimus ista nomina esse pro participiis posita, illa participia esse pro nominibus posita. quo modo, cum una sit significatio et nec illud a verbo veniat, nec illud a verbo veniat, illud participium est, illud nomen? est aliqua discretio quae hoc secernat, ut agnoscas puta, quando est penitus nomen, sed tamen speciem participii habet, quando autem non est penitus nomen, sed participium. et tamen illa dicimus participia esse; illa dicimus participia non esse, quae nulla ratione verbum recipiunt, nec suum nec alienum verbum. tunico tunicor: istae sunt duae declinationes, dicit; sed tunico non possum dicere nec tunicor, nec galeo nec galeor. neutrum verbum recipit; nec illam declinationem possumus dare nec illam declinationem. ergo modo, quoniam nec illud nec illud potest esse, et non recipiunt nec aliud, nomina sunt magis quam participia, quoniam neque habere possunt originem sui, neque possunt vel aliunde originem ducere. e contrario illa quae secuntur, placita nupta triumphata, licet non habeant propria verba, unde nascantur, habent tamen vicina, unde originem sumant. nam nubor non dico, nubo dico; placeor non dico, | placeo dico; regnor non dico, regno dico; triumphor non dico, triumpho tamen dico. ideo ergo dicuntur penitus illa esse nomina, quoniam nec ullam speciem habent; haec autem esse participia sine verbis, id est sine ea specie, unde debent originem ducere, ideo quoniam vel a vicino originem trahunt. ergo siqui tibi dicat pransus ce-

5 studeo *om. ABC* 11 galeatus sed quando *ABC* 20 dicemus *C* 24 habet] habens *ABC* 25 sed participium habet et tamen *ABC* 26 rationem *A* 31 non recipiunt *Cb* non recipit *AB* magis *om. AB, add. b* 35 nubo dico *om. ABC, add. a* 40 uel uicino *AB*

natus, ‘cenatum noluerit occidere’, quae pars orationis est? quid habes dicere? nomen est? qua ratione? quia cenatus non potest esse participium. non enim oritur cenatus nisi a praeterito tempore cenatus *sum*. *cenatus sum* autem in neutrali verbo non potest esse. quo modo ergo cenatus participium est? sed originem verbi habet. e contrario galeatus non solum sui originem non habet, sed nec verbi originem habet. ideo ergo ista tantum nomina sunt, quoniam ista non solum sui originem non habent, sed nec suorum verborum originem; suorum verborum, id est originem unde nasci debuerant. pransus cenatus et reliqua, haec omnia participia sunt, sed sine verborum suorum origine; originem autem verborum habent. quid ergo? licebit nobis ad istam similitudinem etiam alia facere? ne forte dicas | mihi, et mihi datur potestas ut, ubi voluerim, in verbo neutro faciam tale participium et dicam carere origine, ut si dicas natatus, ‘natatus est mihi amnis’, ut si dicas ‘dormitum est mihi illud tempus’. utrum possum dicere ‘meridiatus sum illa re’? [utrum possim dicere] utrum possum usurpare ista participia ad similitudinem illius usurpationis? et scire debemus quoniam non possumus penitus. et vide, quanta ratione probatur quoniam non licet. ista omnia quae dicimus usurpativa sunt. si ergo usurpativa sunt, iam artem non habent; si artem non habent, debemus saltim vel auctoritatem sequi. omne enim quod loquimur non constat nisi usu arte auctoritate. ergo in usu non habes ut dicas hoc; ex arte venire non potest; debes autem vel auctoritatem sequi. non ergo debes tu dicere et alia. non enim tuam auctoritatem habes, sed illa tantum potes dicere, quae legisti. idcirco ista omnia, quae contra artem usurpata sunt, sola dicuntur; quoniam iam non artibus utuntur, sed auctoritate, non iam nos dicimus, nisi quae scimus dicta esse. idcirco solocismum facit, nisi exemplum dicat, puta legi | in illo auctore. si ars deficit, debemus ad auctoritatem recurrere.

Non debemus habere licentiam conponendi istas res. sunt aliqua participia, quae tam diu sunt participia, quam diu simplicia sunt. conpone illa, et fiunt nomina. puta innocens et nocens: nocens participium est; noceo, fac participium, nocens; conpone illud, et iam non est participium. qua ratione? quoniam recipit conparationem, innocens innocentior innocentissimus. deinde quoniam verbum non facit: nemo enim dicit innoceo. item sunt aliqua participia exceptis illis discretionibus; iam memento illa, ista extra sunt. sunt aliqua participia, quae 441, 21

---

1 cenatum] *Cic. p. Deiot.* 7, 20 noluit *A* 3 a praeterito tempore cenatus autem in neutrali (in neutrale *A corr.* a neutrali *a*) uerbo *ABC* 5 ergo *om. A, add. a* cenatus participium est cenatus *AB* sed (si *B corr.* sed *b*) originem sui uerbi habet *ABC* si originem sui uerbi non habet *b* 11 etiam aliam *A* 12 ut ubi uoluerim *AB* ut ubi ubi uoluerim *a** ut ubi aut ubi uoluerim *C* 13 origines *ABC* 15 utrum possim dicere *om. C, expuncta sunt in B* 16 possim usurpare *A* possumus usurpare *Cb* possimus usurpare *B* 23 habes *om. A, add. a* 25 non artibus utuntur *BCa* non ab artibus utantur *A* auctoritatem *BC* 27 exemplum ducat puta lege *A* 28 currere *AB*

p. 376—78 L.

tam diu sunt participia, quam diu non recipiunt conparationem; cum receperint, fiunt nomina. incensus praeteritum tempus est; acceptus praeteritum tempus est. ergo acceptus et incensus nomina sunt. acceptior et incensior, iam non a participiis orta sunt haec duo, sed orta sunt a nomine.

Hoc quod dicit noli illi credere: dicit adverbia de se facere participia [ut est scribenter legenter]. non est verum, sed tunc hoc nobis possunt praestare adverbia, quotiens ducunt originem a participiis, quae participia originem ducunt a nomine. ut siqui dicat indulgen|ter: quando dico indulgenter, non videor originem duxisse huius adverbii ab eo quod est indulgens, id est a participio, sed a nomine. nam recipit conparationem, indulgentior. et ut scias verum esse, quaere participium, id est rem non recipientem conparationem, aude inde facere adverbium. unde apparet quoniam non ducimus adverbia nisi a nomine [orta]. unde error est quoniam de participiis nascuntur adverbia.

DE CONIVNCTIONE

418, 4 515, 36 Coniunctio est pars orationis dicta, quod coniungat elocutionem. nam ideo dicta coniunctio. naturaliter enim nostra oratio dissidens et soluta est, nec potest in conexionem venire nisi interpositis illis particulis. quae particulae si non fuerint interpositae, faciunt soloecismos. siqui dicat ‘ego tu eamus’, non est plena ista elocutio; sed si interponas et, facis plenam elocutionem, id est facis ὑφέν, id est continuam elocutionem. atque huic rei contrarius est ille tropus, asyndetos [dicunt asyndeton tropum unum]; iam videtur contra coniunctionem esse hic asyndetos,

ite,
ferte citi flammas, date tela, inpellite remos.|

ecce hoc loco nulla coniunctio est, et potest stare elocutio sine coniunctione. ergo potest fieri ut aliquando desit coniunctio. aliud est verba copulare, aliud est sensum copulare. verba sine coniunctione omnino esse non possunt, sensus sine coniunctione esse potest. quando dico ‘ite, ferte citi flammas, date tela, inpellite remos’, videor verba non coniungere, sed sensum coniungere. [aut verba non coniungit, sed sensum coniungit. non modo de conexione verborum agitur, sed de conexione sensus.] nam singuli sensus pleni sunt: ‘ferte citi flammas’, inpletus *est* sensus; ‘date tela’, inpletus est sensus; ‘inpellite remos’, inpletus est sensus. quo tempore tibi licet detrahere coniunctiones? quo tempore potest fieri ut remoto illo sensu stet sensus qui relinquitur. e contrario quando

---

1 cum reciperent *A* 6 dicit *posteriore loco om. A, add. a** 8 quotiens ducunt originem a participio *ABc, om. C* 9 participia *in litura c* 13 aude inde] aut deinde *ABC* 23 asyndetos (asindetos *B*) dicunt asindete *AB* acynaetoc dicunt acyndete *C* 24 unum *om. A, add. a* 25 ite] *Verg. Aen.* IIII 593 26 inpellete *A* remus *corr.* -os *A* 34 est *om. ABC*

p. 378—80 L.

dico ‘ego et tu eamus’, tolle inde et, et videamus, si stat sensus. quaeritur, quo loco detrahendae sunt coniunctiones. non ubique, sed illo loco detrahuntur coniunctiones, ubi pars sublata non obest parti relictae. hoc autem non contingit nisi in sensibus. possunt enim quattuor quinque esse sensus, et uno remoto possunt stare. verba autem si fuerint et non fuerint conexa, non stat elocutio. ita fit ut in singulis sermonibus necessaria sit ad conexionem coniunctio. in sensu autem non semper necessaria est coniunctio, sed si vis, potes ponere, si vis, non. potest | enim pronuntiatio ipsa vice fungi coniunctionis. vis scire quoniam sensus hoc facit? perverte ipsum sensum, et vide quia stat, ‘ferte tela, date faculas, citi classem ascendite’: non ipso ordine dixi, quo Vergilius, sed alio, et tamen stat. quaesitum est enim hoc, quo tempore detrahendae sunt coniunctiones. illo scilicet tempore, quando sensus perfecti sunt, ita ut sublato uno alter non mutiletur. in elocutione hoc non contingit. coniunctio dicta est, quod coniungit nostras elocutiones.

Coniunctioni tria accidunt, potestas figura ordo. potestas coniunctionum apud Latinos in quinque species dividitur (apud Graecos enim varie dividitur): sunt enim copulativae disiunctivae expletivae causales rationales. 418, 6 516, 7

Copulativae dicuntur, quod et sensum copulant et verba copulant. ‘ego et tu eamus’: quando dico ‘ego et tu eamus’, non solum verba conexa sunt, sed etiam sensus conexus est. ut si dicas ‘ite citi, ferte flammas, date tela et scandite muros’, iam ‘scandite muros’ et sensus coniunctus est et verba. [hic verba coniuncta sunt, ‘ego et tu eamus ad forum’, illic sensus coniunctus est et verba.] ergo copulativa illa est quae et verba coniungit et sensum coniungit. disiunctiva *dicta* est non ab eo, quod coniuncta disiungat. nam si disiungit, iam nec | coniunctio est: nihil enim tam contrarium coniunctioni quam disiunctio. nam si ideo dicta est coniunctio, ab eo quod coniungat, ista autem disiungit, non est coniunctio. sed non est hoc: nam coniunctio est et ista. est quidem coniunctio, quantum ad verba pertinet; est autem disiunctio, quantum ad sensum pertinet. possum enim ita dicere, ‘ego aut tu eamus’. quando dico ‘ego aut tu eamus’, elocutio quidem conexa est, sed sensus divisus. nam quando dico ‘ego aut tu eamus’, non utrumque iturum ostendo, sed alterutrum, vel illum vel illum. tale est in illo sensu, ‘aut

---

16 potestas coniunctionum apud latinos apud graecos enim uariae diuidetur potestas coniunctionum apud latinos in quinque species diuidetur sunt enim *A* 17 apud graecos enim varie dividitur *om. C* 23 et scandite muros] *Verg. Aen.* VIII 37. *nam hoc exemplum cum eo quod supra scriptum erat Aen.* IIII 594 *coniunxisse videtur grammaticus, ut in illo sensus tantum coniunctos, in hoc et sensus et verba coniuncta esse doceret. ea autem quae sequuntur*, hic verba coniuncta sunt *etc., ad differentiam copulativarum et disiunctivarum coniunctionum pertinere videntur* 24 hic] huic *A* 26 dicta *om. ABC* 31 quantum ad uerba *BCa** qua . . ad uerba *A* quando quando ad sensum *A* 33 quando dico ego aut tu eamus elocutio quidem conexa est sed sensus divisus nam quando dico ego aut tu eamus *om. AC, add. ac*

p. 380—82 L.

ferte citi flammas, aut date tela, aut inpellite remos': quando dicis 'aut ferte flammas, aut date tela, aut inpellite remos', non utrumque imperas faciendum esse, sed alterutrum, ut aut navibus sequantur aut flammis. stat quidem elocutio interposita illa particula disiunctiva, id est sensum disiunxit, elocutionem tamen tenuit et iunxit. ergo ideo dicuntur disiunctivae, non quod et verba disiungant et sensum, sed quod verba coniungant, sensum disiungant. quod verba coniungit, coniunctionis est; disiunctionis est, quod sensum disiungit. hoc est, quod habent partis suae, quia dicuntur disiunctivae.

418, 14 516, 13 Expletivae dictae sunt ab eo, quod tantum sensum expleant additae. additae enim augent ornatum, detractae nihil nocent. hanc naturam habent expletivae: quando detrahuntur, nihil signi|ficant; quando adduntur, ornant sensum ipsum, id est quando detrahuntur, non mutilant aliquid, non detrahunt. ut puta si dicas 'equidem volebam praefectum videre', tolle inde equidem, et stat elocutio, 'volebam praefectum videre'.

saltim, siqua mihi de te suscepta fuisset
ante fugam suboles.

tolle inde saltim, et stat elocutio, 'siqua mihi de te suscepta fuisset ante fugam suboles'. ergo istae dicuntur expletivae quae sensum explent, detractae autem nihil nocent; ideo dicuntur expletivae. quare autem dictae sunt expletivae et non ornativae? nam illae ornativae dicuntur quae additae ornant, detractae non obsunt. istae autem quae dicuntur expletivae, quantum significat ipse sensus, etiam adverbia permanent, non vacant. quare noluerunt dicere ornativas istas, sed maluerunt dicere expletivas. si enim voluissent dicere ornativas, manifestum esset quod additae ornarent, ablatae nihil nocerent: hanc habent naturam, quod, cum additae fuerint, accedit cultus; si decedat cultus, interim corporis nihil recedit. ergo quid est expletiva? quando dico 'lege lectionem', et quando dico 'saltem lege lectionem', aliud est dicere 'lege lectionem', aliud est 'saltem lege lectionem'. quo modo? qui tibi dicit 'lege lectionem', hortatur te ad unam rem | faciendam. et forte alias res facis, sed istam solam non faciebas; cantabas, sed non legebas lectionem. qui tibi dicit 'hoc fac', *hortatur ut hanc rem facias*, licet tu illas res sponte facias; qui autem tibi dicit 'saltem hoc facito', ostendit te omnia nihil facere, sed vel hoc unum facere debere. longe aliud est hortari nos ad unum aliquid faciendum, cum cetera facias, longe aliud est ut vel unum facias. nam hoc habet natura huius elocutionis: puta 'saltem ambula', id est si non vis dormire, si non vis sedere, si non vis stare, vel hoc unum fac, ambula; quando autem dico ambula, iam non arguo te totius neglegentiae, sed arguo te, quod istam unam rem omiseris. ergo dictae sunt

8 habet *ABC* parte *A* partes *a** 16 saltim] *Verg. Aen.* IIII 327 17 soboles *BC* 18 tolle — suboles *om. C, add. c* 19 soboles *Bc* 33 hortatur ut hanc rem facias *om. ABC*

p. 382—84 L.

expletivae, quia illud quod minus dictum erat accessu huius expletur. et paene in omnibus hoc esse invenies. equidem, id est ego quidem: ‘equidem volebam videre praefectum’ *si dicas*, et si dicas ‘volebam videre praefectum’, longe aliud est. qui dicit ‘volebam videre praefectum’, hoc dicit simpliciter, ‘volebam videre praefectum’; qui dicit ‘equidem volebam videre praefectum’, *hoc dicit, ‘volebam videre praefectum*, nisi illud timerem, nisi illud obesset’. nam qui dicit ‘equidem volebam videre’, hoc significat, ‘volebam videre, sed alia res intercedit, quae prohibet’; ‘equidem volebam legere, sed illud timeo’. ideo dicuntur expletivae, quoniam inlatae aliquid, quod non | expressum est, sed latet, illud ipsae res nobis demonstrant.

Inter causales et rationales est differentia, et est hic maxima difficultas, et nisi adhibeas prudenter intentionem, non facile discernis, quando debemus uti causali, quando debemus uti rationali, siqui dicat puta ‘quid est causalis’? quid est rationalis’? voluerunt maiores nostri aliam esse causam, aliam rationem. nam causa potest esse sine ratione, ratio sine causa esse non potest. puta causa est verbi causa, siqui dicat ‘occido illum hominem, ut tollam res ipsius’. haec causa est, quae nos inpingit ad faciendum, id est causa quae nos inpellit ad facinus. quae est causa? res lucri. ratio est qua utimur in faciendo. si dicas ‘debeo illum occidere; sed si illud dixero alicui, prodo me; sed veneno, sed per noctem, nequis me videat’? *vide*, quantum interest inter causam et rationem. plane ubi est causa, non statim est ratio. neque enim, quoniam spero hereditatem, debeo illum occidere. quid? si pater meus fuerit, numquid, quoniam spero hereditatem, debeo patrem meum occidere? ergo non ubi causa est, statim et ratio est. e contrario non ante potest inveniri ratio, nisi causa praecedat. quae causa? quia, si dicam ‘in solis regionibus solus faciam’, necesse est ut praecedat | etiam causa, quare occidam. et quid prodest hoc scire? propter illam causam, quam legistis, licet nobis causales uti pro rationalibus; non utimur pro causalibus rationales. potest fieri ut, ubi volueris ponere rationalem, ponas ibi et causalem in ipsa elocutione; e contrario, ubi est causalis, non statim pones et rationalem. quare? quia in ratione est causa, in causa non statim est ratio. ergo quotienscumque de causa loquimur, uti debemus causalibus; quotienscumque de ratione loquimur, uti debemus rationalibus. ut puta si dicas ita, ‘si occidam illum, habebo eius hereditatem’, quoniam de significatione lucri tractas, quia spes lucri te cogit ad facinus, bene uteris causali:

418, 17
516, 20

1 accessus *C* expleț *BCa* expleta *A* 2 inuenies *Cb* inuenis *AB* 3 praefectum et si dicas uolebam *ABC* 6 hoc dicit volebam videre praefectum *om. ABC* 10 quod expressum est *B* lateret *A* late.... *B* 18 inpinget *AC* 22 vide *om. ABC* 29 quid prodest hoc scis quid propter *ABC* 34 debemus de causalibus *ABC* 35 rationalibus *Cb* rationali *AB* 37 quia spes] quae spes *ABC* bene uteris causali, causa enim est *Lindemannus* bene uteris causali (causali *om. B, add. b*) causalis enim causa est *BC* bene uteris causalis enim causalis enim causa est *A*

p. 384—86 L.

causa enim est, et causali debes uti. e contrario si ratione utaris, melius uteris rationali: si dicas 'solus illum occidam, debeo in desertis locis, debeo veneno; ergo latebo; igitur latebo, si hoc fecero', ergo magis istam ponis in re rationali; quoniam de ratione loqueris, bene uteris rationali coniunctione. ita enim potest fieri ut procedat iste tractatus, ut, ubi de ratione loqueris, utaris coniunctione rationali: ubi de causa loqueris, utaris causali.

Hoc quidem secundum rigorem artis. ceterum auctores confuderunt. quid tam contrarium, quam | est copulativa et disiunctiva? copulativa utique copulat sensum et coniungit, disiunctiva vero disiungit. istae duae partes inter se satis contrariae sunt, et tamen invenimus apud Vergilium copulativam positam pro disiunctiva, 'subiectisque urere flammis': ve debuit dicere, et dixit 'subiectisque urere flammis': ve disiunctiva est, que copulativa est; posuit copulativam pro disiunctiva. aliquis enim sic loquitur, quo modo locutus est ipse,

38 aut terebrare cavas utero et temptare latebras,
36 aut pelago Danaum insidias suspectaque dona
37 praecipitare iubet:

aut pelago, ecce aut; aut terebrare cavas, ecce aut; suspectaque dona, suspectave debuit dicere. nam ita loquimur, 'aut incendendus est equus aut in mare praecipitandus aut terebrandus'; ille aliter dixit, 'aut incendendus est equus aut in mare proiciendus et terebrandus'; praemisit duas disiunctiones et subiecit conexionem. numquid possis ita dicere, 'aut incendendus aut terebrandus et arguendus': non potest fieri ista elocutio, sed ita dicimus, 'aut incendendus aut terebrandus aut arguendus'; illa elocutio non procedit. ergo debemus scire quoniam ista licentia auctorum
441, 30 est. nec tibi mirum sit ut al|tera pars pro altera posita sit. et in praepositionibus hoc invenimus. nam invenimus praepositionem *pro praepositione* positam, ut est 'aut ubi sub lucem', pro eo quod est in luce, ecce alia praepositio pro alia posita est. item alio loco 'cui tantum de te licuit', pro in te; alia pro alia posita est. si hoc in praepositionibus contingit, contingit hoc et in coniunctione. ergo ista est significatio potestatis quae dicitur.

Accidit et figura, simplex et conposita: simplex at, conposita atque. ista praeposita non debet per d scribi. inter at et ad hoc interest, quod ad, si per d scribas praepositionem facis, 'ad propinquam vado', ad amicum eo'; si per a et t, at coniunctionem facis. qua ratione ita? quo-

---

3 ista *BC:* ista autem ponis *deleto v.* autem *A* 4 loqueris *Cb* locutus *AB* 12 subiectisque] *Verg. Aen.* II 36 *sqq.* 16 temptare] temperare *B* terebrare *C* 17 danuum *C* suspectasque *A* 20 suspectaue sic debuit *ABC* 22 et terebrandus *A*(?)*BC* aut terebrandus *a* 23 subiecit *a* subicit *ABC* ista dicere *AC* 24 terebrandus] uerberandus *AC utroque loco* 28 pro praepositione *om. ABC* 29 ut est] ubi est *ABC* aut ubi sub luce *AC: Verg. georg.* I 445 30 item] ita *ABC* cui] *Verg. Aen.* VI 502 35 praepositio *A* 37 qua rationem ita *A*

p. 386—88 L.

niam nulla praepositio per t terminatur; ubicumque invenis praepositionem, per d est. siquis scripserit per t, barbarismum facit, quoniam per litteras peccat; non soloecismum facit, sed barbarismum. ubicumque ergo praepositio est, per d scribis, ad patrem, ad forum; e contrario coniunctio per t scribitur, at. ergo quoniam diximus coniunctionem esse at, et conpo|sitio, quae inde fit, similiter servat naturam, atque, id est non per d, sed per t. si at dicimus illam coniunctionem, ista est conpositio.

Accidit etiam ordo. ordo coniunctionum hic est, quod sunt aliquae praepositivae, sunt postpositivae, sunt mediae. praepositivae coniunctiones quidem multae sunt; habetis illas apud Probum digestas. puta at et ast: ita dicimus, ‘at postquam venit’, ‘at postquam medio incepta virorum est’, ‘at pater omnipotens’. ‘at postquam’; ‘postquam at’ non possumus dicere: aut ‘at pater’; ‘pater at’ omnino non potes dicere. similiter ast, ‘ast ego quae divum incedo’. numquid dixit ego ast? istae praeponuntur semper. illae postponuntur semper, que, si dicas primusque; non potes dicere que primus: illiusque, ipsiusque; non possumus dicere que illius, que ipsius. similiter ‘hoc autem fac’ pro eo quod est ‘autem hoc fac’. sed ista praeposita invenitur apud comicos, in elocutione communi postponitur; apud comicos tamen invenimus quod praeponitur. est etiam media, ut est igitur; et quaqua parte usus fueris hac coniunctione, stabit, | ‘igitur fac hoc’, ‘fac hoc igitur’; quaqua parte volueris uti hac coniunctione, poteris. iste est ordo coniunctionum. sed tamen illud meminisse debes, coniunctiones pro coniunctionibus posse poni apud auctores. nobis non licet. ne dicas mihi ergo, quoniam usus est Vergilius copulativa pro disiunctiva, debeo et ego ita facere. nequaquam licet. ille enim habuit auctoritatem artis poeticae.

418, 23
516, 35

DE PRAEPOSITIONE

Praepositio dicta est eo, quod in loquendo praeponitur, ut siqui dicat ‘apud amicos’; nemo potest dicere ‘amicos apud’: ideo dicta praepositio, quoniam in loquendo praeponitur, puta apud amicos, apud propinquos, apud fideles, apud doctos. praepositio ergo dicta est ab eo, quod in loquendo praeponitur. non generaliter: nam sunt aliquae praepositiones quae etiam postponuntur. una est quae arbitrio tuo vel praeponitur vel postponitur, tenus: potes dicere et pube tenus et tenus pube; ecce habes quae arbitrio tuo vel praeponitur vel postponitur. est item una quae semper postponitur pronominibus, cum, aliis partibus praeponitur. si dicas cum parentibus, cum amicis, cum doctis, ecce modo prae-

418, 32
441, 35
517, 1

---

7 si at] sic at *ABC* istae est *B* 10 multae sunt quidem *A* sunt multae quidem *C* apud Probum] *instit. art. p.* 144, 23 11 at postquam medio — omnipotens *om. A, add. a* medium *B* 13 potes] potest *ABC* ast ego] *Verg. Aen.* I 46 17 quod est fac hoc autem *ABC* 20 hanc coniunctionem *ABC* stabit hoc igitur fac fac hoc igitur *C* statuit igitur fac fac hoc igitur *AB* 21 uti hanc coniunctionem *C* iste est ordo coniunctionum *BCa** istae ordo coniunctionem *A* 23 ne dicas *a* nec dicas *ABC* 24 pro distinctiua *ABC*

p. 389—91 L.

ponitur nominibus; postponitur, mecum tecum | nobiscum vobiscum; nemo dicit cum me, cum te, cum nobis, cum vobis. ergo ex maiore parte significationis appellata est praepositio, non quoniam non inveniuntur praepositiones, quae possunt aliquando postponi. nam ecce dedi tibi exemplum postpositae, ut est tenus, ut est cum. ergo quod frequentius inveniuntur praepositae, inde dictae sunt isto nomine. ergo praepositio semper in loquendo praeponitur, ut ante templum; illa una est quae pro arbitrio tuo vel praeponitur vel postponitur, *tenus*, tenus pube et pube tenus; illa una est quae in pronominibus semper postponitur, cum, mecum tecum. quid ergo? aliae *non* postponuntur praepositiones? postponuntur etiam aliae; sed cum postpositae fuerint, vide ne hysterologia sit, aut ne elocutio sit. plerumque enim postpositae hysterologiam faciunt, plerumque elocutionem faciunt. * si dicas

transtra per et remos et pictas abiete puppes:

'transtra per et remos', hoc est per transtra et remos: modo postposita est non lege sermonis, sed lege metri. ne te decipiat, quoniam in versibus invenimus plerumque praepositiones esse postpositas; sed ideo postpositae sunt, non quod ita in elocutionem cadunt, sed quod aliter versus stare non possunt. ergo dicimus 'transtra per et remos', et fit hysterologia, id est conversio sermonis, hoc est 'per transtra et remos'. plerumque postponitur et mutat casum suum. post qualis praepositio est? accusativa sine dubio. tunc | erit accusativa, si aut illam praepono, aut illam postpono per hysterologiam, id est per necessitatem metri. si autem voluero elocutionem facere, postposita perdere habet casum. puta 'post tempus venit', modo praepositio est; et 'tempus post venit', et modo praepositio *est*. e contrario si dico 'tempore post venit', non est hysterologia, sed est elocutio, puta 'longo post tempore venit'. iam hoc loco quoniam mutatus est casus, mutatur etiam illa elocutio. unde plerique dixerunt illo tempore, quando perdit casum, non esse praepositionem, sed esse adverbium. sed errant et decipiuntur. nam considera et videbis. illi hoc dicunt, praepositio tunc est quando praeponitur (hoc consentio, verum est): et quando postponitur per hysterologiam, praepositio est, id est ut non mutet casum suum, ut 'transtra per et remos', hoc est 'per transtra et remos'; cum autem postposita fuerit et mutaverit casum, iam adverbium erit. hoc dicunt, hoc habes etiam in Donato. sed noli credere, quoniam non potest fieri ut | ista praepostio fiat adverbium, nisi recedat penitus a casu et verbum accipiat. si dicas puta 'ante templum stat', ante modo praepositio est, quia templum pars est orationis quae casum habet: 'ante vos stat', ante

420, 8
443, 4. 10

3 non quoniam inueniuntur praepositiones quae non possunt *ABC* 8 tenus *primo loco om. ABC* 10 non *om. ABC* 12 plerumque elocutionem faciunt *om. A, add. a* 13 transtra] *Verg. Aen.* V 663 14 non modo postposita est lege *ABC* 25 est *om. ABC* si dico in tempore post *ABC* 26 longo] *Verg. bucol.* 1, 30 31 *fortasse* hoc consentio verum esse 35 habes] habere *ABC* in donato *BCa* in donatum *A* 38 quae] quia *ABC*

p. 391—93 L.

praepositio est, quia vos pars est orationis quae casum habet: ‘ante amantem stat’, amantem pars est illa orationis quae casum habet. ergo quotienscumque praeponitur ei parti orationis quae casum habet, tunc videtur praepositio. vis facere illam adverbium? necesse habet ista pars orationis, cum fit adverbium, ab omni casu recedere. puta ante fecit, ante dixit, ante scripsit: qui dicit ‘ante fecit’, ‘ante dixit’, ‘ante scripsit’, non id egit ut mutaret casum praepositionis, sed ut penitus eam casibus removeret. et idcirco tunc est adverbium. aliud est enim mutare casum, aliud est casibus carere. quando casibus penitus caret, tunc adverbium est re vera; quando autem mutat casum, non est adverbium, sed elocutio. ergo quando dico ‘tempore post’, non audeo dicere post adverbium esse. quare? nam etsi mutavit casum, tamen adhuc alterum habet casum; non suum | quidem habet, alterum tamen. quando autem dico ‘post fecit’, da casum vel unum, vel suum vel alienum: ‘post dixit’ non habet nec suum nec alienum. ergo siqui dicat ‘post fecit’, ‘post dixit’, tunc adverbia faciunt istae particulae, tunc, quando penitus casum non habent. quando autem ita mutatur hic casus, ut alienum habeat, non est adverbium, sed praepositio est cum casu mutato. est enim licentia haec data, ut postposita praepositio perdat casum et mutet.

Omnis praepositio hanc habet naturam, ut aut augeat aliquid, aut 517, 6
minuat aliquid, aut in contrarium vertat, aut nihil significet. auget, si dicas clarus: auge illud, praeclarus; plus significat praeclarus; ecce adiecit aliquid significationis. minuit, si dicas dolus subdolus: nam in subdolo minus est, quam est in dolo; ecce minuit. aut in contrarium ducit [quam est], doctus indoctus, felix infelix, sanus insanus; ista in contrarium vertunt. aut certe nihil significat, id est additur ex superfluo, confieri: ‘confieri possit’, pro eo quod est fieri; ‘fata renarrabat’, renarrabat pro eo quod est narrabat: hoc *est* nihil significat. ergo plerumque praepositiones augent, ut praeclarus; minuunt, ut subdolus; in contrarium vertunt, ut insanus. nihil significant, ut confieri.

Omnis praeterea praepositio hanc habet vim, ut aut casibus serviat aut 442, 5
loquellis. casibus serviunt praepositiones quae iungi possunt et segregari; loquellis serviunt quae non possunt segregari. casibus serviunt praepositiones quae et cohaerere possunt ad unam partem orationis et non cohaerere, ut puta ‘prae dolore feci’. ista casualis est, quia, si volo, facio illam unam partem, praetulit; ecce modo duae sunt partes, sed istae duae in unam coierunt. ergo prae illa praepositio, quae et iungi potest et segregari potest, casualis est. si autem iungi tantum possit, nec possit segregari,

---

4 uis facio *ABC* 6 qui dicit] quid autem *C:* qui dicit — scripsit *om. A, add. a* 13 quidem habet *Bac* quidem habent *AC* 18 mutato] mutata *BC* mutat *corr.* mutata *A* 24 quam est *om. C* 27 confieri possit] *Verg. Aen.* IIII 116 fata] *Verg. Aen.* III 717 28 hoc nihil significat *ABC* 36 coierunt *A?* coheserunt *a** cohierunt *BC*

p. 393—95 L.

loquellaris est, ut sunt illae sex, con di dis re se am. exceptis illis sex reliquae omnes casuales sunt. praeterea istae ipsae casuales, id est quae casibus serviunt, hanc habent naturam, ut aliquando possint cohaerere; sunt aliquae
420, 4 quae numquam possunt cohaerere. semper cohaerent illae praepositiones, con di dis re se am: numquam enim inveniuntur segregatae. ita dicimus, conduco. numquid possum dicere ‘con duco’, ut sint duae partes? unde intellegimus? quoniam non possum interponere *aliquid*. reliquae praepositiones ideo apparet quoniam possunt segregari, quoniam recipiunt verbi interpositionem. puta ‘apud amicum’: interpono, si volo, ‘apud illum amicum’, ‘apud te amicum’; ecce interposui partem orationis. in illis praepositionibus non possum facere: si dicas recipio, non possum dicere ‘re illum cipio’; conduco, non possum dicere ‘con tibi duco’; secubo, non possum dicere ‘se ab illo cubo’. quia non potest interponi aliquid, hinc apparet quoniam semper cohaerent. ergo sunt | praepositiones semper cohaerentes. item semper non cohaerentes, id est numquam cohaerentes, sunt illae, apud et penes. ita enim dico, apud amicum, penes arbitros; non possumus unam partem orationis facere, apudamicum, ut sit una pars orationis, nec penesarbitros potest cohaerere. reliquae vero et cohaerere possunt et disiungi, ut est puta pro: pro amico loquor, ecce modo non cohaesit; protulit, modo cohaesit. similiter prae, prae dolore, praetulit. similiter ante, ante templum, si dicas antetulit, ut est ‘antetulit gressum’. possunt illae omnes et cohaerere et disiungi. ergo sunt quae semper cohaerent, ut conduco; sunt quae semper discernuntur, ut apud et penes; sunt quae et cohaerent et discernuntur, ut reliquae omnes. istae sunt ergo praepositiones.

517, 11 Praepositioni unum accidit, casus tantum, nec omnes casus apud Latinos, sed duo tantum, accusativus et ablativus. legimus iunctas praepositiones et dativo casui, iunctas praepositiones et genetivo casui. sed ubiubi inveneris apud Latinos praepositionem iunctam vel dativo vel genetivo, elocutio est, genus est elocutionis. ceterum

crurum tenus a mento palearia pendent:

tenus qui nesciat praepositionem esse? crurum qui nesciat genetivum *esse?* et tamen genus est elocu|tionis. nam qui *tam* stultus est, ut dicat praepositionem cohaerentem genetivo? duo sunt ergo casus qui tenent praepositionem, accusativus et ablativus. apud Latinos illae praepositiones [quae] sunt accusativae nec possunt iungi ablativo, puta ad apud ante adversum cis citra et reliquae. istae omnes tam singulares quam plurales sunt, apud amicum apud amicos, penes arbitrum penes arbitros, per

---

7 aliquid *om. ABC* 8 apparet *corr.* -ent *A* apparent *BC* 14 item non semper cohaerentes *ABC* 21 antetulit] *Verg. Aen.* VI 677 31 crurum] *Verg. georg.* III 53 pende *corr.* pendet *A* 32 esse *priore loco om. A, posteriore om. ABC* 33 tam *om. ABC* 36 quae sunt accusatiuae sunt *A* quae sunt accusatiuae accusatiuae sunt *a* nec] non *C*

p. 395—97 L.

parietem per parietes. item illae ablativae, a ab abs cum coram et reliquae; istae tantum ablativo iunguntur. sed in istis ablativis et in illis accusativis sunt aliquae quae in dubitationem veniunt. ecce in accusativis hae in quaestionem veniunt: ad et apud accusativae sunt quidem, sed discretionem relinquunt in loquendo. quando ad locum nos ire significamus, ad ponitur; quando in loco sumus, apud ponitur. puta 'ad amicum vado', 'apud amicum sum': non possum dicere aut 'apud amicum vado' aut 'ad amicum sum', lege quidem artis; ceterum exemplorum lege convertitur iste tractatus. interim nos hodie hoc teneamus, ut ad semper ad locum sit, apud semper in loco sit. legimus quidem apud Sallustium, in historiis habemus 'ille Conisturgim apud legiones venit': mutavit praepositionem. Asper defendit et ita dixit, 'Conisturgim venit. | ad quam Conisturgim venit? ubi fuerant legiones, quo venit. convertas ordinem: iste enim dixit 'Conisturgim apud legiones venit', id est apud Conisturgim fuerant legiones, quo iste venit. mutavit ordinem'. ergo apud in loco esse debet, ut 'apud amicum *sum*'. ad vero cum artis necessitate ad locum significet, id est 'ad amicum vado', tamen omnes antiqui et idonei et firmi auctores iunxerunt quasi in loco,

prima quod ad Troiam pro caris gesserat Argis:

in Cicerone 'decem fiscos ad senatorem illum relictos', 'ad Marcum Lecam te habitare dixisti'. ergo licet nobis ad et in loco ponere et ad locum ponere. istae sunt quae in dubitationem veniebant; dixi quam differentiam habent [tenus vero in quaestionem venit; quaeritur tenus quam partem orationis faciat]. 419, 4 442, 11

Est talis regula, praepositio praepositioni non iungitur. hoc dicunt, puta apud penes non potes facere unam partem orationis. item qui male loquuntur modo ita dicunt, 'depost illum ambulat'. de praepositio est, post praepositio est; ecce duae praepositiones non cohaerent, non licet; numquam duae praepositiones cohaerent aut possunt iungi. ergo si praepositio praepositioni non iungitur, de hac elocutione quid habemus dicere, 'ad usque columnas'? ad praepositio est indubitabiliter, usque praepositio est; ecce habes duas praepositiones simul cohaerentes. unde apparet quoniam non est praepositio ista usque. quid ergo vis *esse?* si non est praepositio, necesse est ut nihil aliud sit nisi adverbium. legimus 419, 16 442, 15 517, 22

4 hae] haec *A B C* 11 consturgim *C* 12 consturgim *C* 13 ad quam] aquam *A C*. *ceterum haec*, ad quam Conisturgim venit? ubi fuerant legiones, quo venit *a grammatico explicationi Asperi interposita sunt. sed ne reliqua quidem integra, sic ut ab illo scripta erant, relata esse videntur* quo uenit conuertas *A B* quo uenit si conuertas *C b* 14 consturgim *B C* 15 apud consturgim *B C* quo iste *B C a* quod iste *A* 16 sum *om. A B C* ad] *cf. Cledon. p.* 1934 19 prima] *Verg. Aen.* I 24 20 decim *B C*: *Cic. in Verr. act.* I 8, 22 ad Marcum] *Cic. in Catil.* I 8, 19 22 ponere *priore loco om. B* quae et in dubitationem *A C* 26 non potest *A* item qui male *Lindemannus* item quo modo male *A B C* 30 non coniungitur *C* coniungitur *corr.* non coniungitur *A* 31 ad usque] *Verg. Aen.* XI 262 33 esse *om. A B C* si non potest (esse *add. a*) praepositio *A*

p. 397—99 L.

enim talem regulam, omnis pars orationis cum desierit esse quod est, nihil est aliud nisi adverbium. ergo cum desierit esse praepositio, quid habet esse nisi adverbium? fac ergo ut sit adverbium. si est adverbium, multo minus iungis praepositionem. nam legimus praepositionem adverbio non iungi. numquid possum dicere 'de mane' et similia? ergo istam praepositionem adverbio non possumus iungere. ergo non debeo iungere praepositionem praepositioni propter illam regulam quam dicunt, praepositiones | inter se non cohaerere. iam ut sit adverbium, multo minus debeo iungere, quoniam adverbio praepositio non iungitur. ob hanc causam, quoniam nec illud nec illud verum est, utrumque accipitur. habemus enim hoc in iure: in plerisque regulis, ubi neque illa firmissima est, neque illa firmissima est, utrique consentimus; quoniam nec illud firmissimum est, nec illud firmissimum est, ita fit ut defendatur utraque pars. nam ostendo tibi et praepositionem praepositioni posse coniungi, et adverbium praepositioni posse coniungi, non quoniam verum est, sed quoniam utrumque firmum non est, nec illud *nec illud*, ut sit altera pars firmior. nam praepositionem praepositioni posse coniungi illa elocutio docet, circumcirca: paulo post dicit illud, ubi dicit 'iungitur verbo, ut incipio, iungitur participio, itidem iungitur sibi ipsa, ut est circumcirca'. ergo si iungitur sibi ipsa, circumcirca, iuste dicimus ipsam praepositionem, adusque. sed forte dicas, nolo dicere praepositionem praepositioni coniunctam, sed volo dicere esse praepositionem adverbio iunctam; sed illa lege, ut pro una parte sit, quem ad modum dicimus deinde. ista adverbia sunt iuncta praepositioni, sed ita sunt adverbia iuncta praepositioni, ut non pro duabus partibus sint, sed pro una parte orationis. ergo quacumque ratione possis hanc elocutionem dicere. si | vis dicere praepositionem, habes exemplum circumcirca: sic dico adusque duas esse praepositiones, quem ad modum circumcirca duae sunt praepositiones sibi coniunctae. si dicas adverbio iunctam praepositionem, iungas adverbio, ut sic cohaereant, ut unam partem faciant. hoc quaesitum est in ista praepositione.

419, 25 517, 30 De ablativis ista est quae in quaestionem venit, quam removit, clam. semper Donatus clam conputat inter ablativas praepositiones [de ablativis sunt istae duae, quae in quaestionem veniunt, clam *et tenus*]; et in alia parte artis hoc fecit, et hic fecit hoc. clam vult remotam esse omnino.

---

1 esse quod esset *AB* 4 multo minus non iungis *ABC* 8 multo minus debeo non iungere *ABC* 16 utrumque infirmum non est nec illud ut sit *ABC* 19 itidem iungitur sibi ipsae *BC* itidem iunguntur sibi ipsae *A* 24 sed ista *B corr.* sed ita *b*: sed ita — praepositioni *om. A, add. a* 33 semper Donatus — praepositiones *et* 34 et in alia parte — fecit hoc *eo pertinent, quod in utraque arte Donati* clam *praepositio inter ablativas praepositiones conputata est. hinc adparet ea quae interposita sunt*, de ablativis — tenus, *postea adscripta esse. quod autem* clam *praepositionem* remotam esse *dicit Pompeius, non ad Donatum, sed ad eorum referendum est sententiam, qui eam pro adverbio habendam esse voluerunt: cf. Serg. explan. in Don. p.* 561, 27 *Priscian. l.* XIIII *p.* 51, 15 34 et tenus *om. ABC*

falsum est, sed est utriusque casus, nec utriusque casus, sed ambigui. aliud est esse utriusque casus, aliud est esse ambigui. nam si dicas utriusque casus esse praepositionem, iungere illam habes ad legem illarum praepositionum, quae nunc accusativo iunguntur, nunc ablativo, ut puta clam patrem et clam patre: tunc clam patrem, quando ad locum significat, tunc clam patre, quando in loco significat; sicut in illis diximus, quando ad locum, accusativo iungitur, quando in loco, ablativo. sed clam ambigui casus *est*, id est licentiae tuae datur ut, si velis, dicas illam cum accusativo, si velis, dicas illam cum ablativo. possum, quando volo, dicere | 'clam amicos fecit'; *possum, quando volo, dicere 'clam amicis fecit';* nulla differentia est. ecce habes clam, et hoc serva, ut vel illi vel illi iungas, quando volueris. tenus vero hanc habet rationem, quod huic contingit ut modo praeponatur, modo postponatur [sine alia vero praepositione ut praeponatur]. possum ergo dicere et 'tenus pube' et 'pube tenus'. quaqua parte, vel illa vel illa posueris, stabit elocutio.

Quae sunt accusativae, quae ablativae praepositiones, iam diximus. 419, 27
sunt etiam aliquae praepositiones quae communes vocantur, eo quod nunc 443, 7
accusativo serviunt, nunc ablativo. sunt autem istae, in sub super et 518, 4
subter. hae apud maiores nostros sine aliqua ratione ponebantur. quando placebat, dicebant 'eo in foro', dicebant 'eo in forum' pro arbitrio suo. huius rei extant exempla innumerabilia, quod quadam licentia utentes, quando volebant ad locum, quando volebant in loco, ponebant easdem praepositiones, ut puta 'rapuitque in fomite flammam'. hodie non possumus dicere, sed dico 'rapio illum in domum'; non possum dicere 'rapio illum in domo'. et tamen ita dixit, 'rapuit in fomite', non 'rapuit in fomitem'. deinde 'et nota conduntur in alvo'. si dicas 'condo in alvo', putabo hoc verum esse, illud aliud exemplum contrarium est, 'conditus in nubem: | illic accusativus est casus. iam de aliis saepius dixit.

dęstrictus ensis cui super impia
cervice pendet:

'ensis pendet super cervice' nemo dicit, sed super cervicem. deinde 'ligna super foco large reponit', pro eo quod est 'super focum'. in Cicerone etiam miliens, 'si fortes fueritis in eo quem nemo sit ausus defendere', pro eo quod est 'fortes in eum'. ergo extant plurima exempla, quibus exemplis possis probare quod maiores nostri has

---

3 praepositionem in se iungere *AC* illam *om. C* 8 est *priore loco om. ABC* 9 possum quando volo dicere clam amicis fecit *om. ABC* 11 serua et (ut *corr.* et *A?*) uel *ABC* 12 huic] hoc *ABC* 13 ut praeponatur *Ba* ut proponatur *AC* 19 nostros *om. B* 23 rapuit in *C: Verg. Aen.* I 176 non possumus] non possum *C* 26 et nota] *Verg. Aen.* II 401 28 conditos *AB: Verg. georg.* I 442 saepe *C* 30 districtus ensis *A* dextris iunctus ensis *BC: Hor. carm.* III 1, 17 32 pendit *C* 33 ligna] *Hor. carm.* I 9, 5 34 miliens] milites *B* si fortes] *Cic. in Verr. act. sec.* I 1, 3 fueretis *A*

p. 401—03 L.

praepositiones indifferenter ponebant, nunc accusativo *iunctas*, nunc ablativo. aetas posterior hoc probavit, ut debeamus animadvertere rationem verborum, quae verba coniunguntur elocutioni; et cum viderimus rationem verborum, sic considerabimus, utrum mutationem habeant ipsa verba, an permansionem. deinde si videris verba significare mutationem, tunc accusativo *utaris;* si permansionem, tunc ablativo. ut puta quo modo si dicas pergo proficiscor vado eo, omnia ista mutationem significant. qui dicit 'pergo', non se ostendit in uno loco stare; qui dicit 'proficiscor', ostendit se in alterum locum transire; qui dicit vado, in alterum locum transire se demonstrat; qui dicit eo, similiter. ergo quoniam ista verba omnia mutationem significant, id est actum quendam | habent et motum quendam, scire debemus quod, quotienscumque haec verba ponimus in elocutione, [scire debes quod] illae praepositiones accusativo iunguntur. ut puta eo in forum, eo in basilicam, pergo sub basilicam, proficiscor in villam, proficiscor in forum, proficiscor sub forum, abeo in domum, abeo in villam. ergo quando vis diligenter et rationabiliter uti istis praepositionibus, naturam verborum primum considera, et si consideraveris naturam verborum et videris esse mobilia et habere transitum quendam, scire debes quod accusativo serviunt; sin aliter, ablativo. ut si dicas sto sedeo maneo, omnia ista permanentis habent significationem. qui dicit sto, non transitum facit, sed in loco est; qui dicit maneo, non transitum facit, sed in loco est; qui dicit sedeo, similiter. ergo debemus dicere sto in foro, sto in basilica, sedeo sub foro, sedeo sub basilica. omnia ista ita se habent, ut, quando verba mutationem significant, illae praepositiones accusativis iungantur, quando permansionem, illae praepositiones ablativis iungantur. hoc scilicet de duabus istis, in et sub, quod hodie sequimur, hoc dixi: hodie duae sunt praepositiones quae in ambiguitatem veniunt, in et sub; et qua arte regantur, dixi. | super et subter hodie accusativae sunt. non tibi dico, istam si ita proferas, accusativi est * subter illa vero ablativi; non tibi dico illam super, 'super terram ambulo' et 'sto super terra', puta ut, quando commutationem significat, accusativo dicas istam, aut quando permansionem, ablativo dicas illam. non licet, sed sive eas, sive permaneas, illae praepositiones accusativis casibus coniunguntur. ergo in et sub secundum illam rationem quam dixi nunc

1 iunctas *om.* *ABC* 2 probauit *ACb* usurpauit *B* 4 an (an si *A* an *a*) permansionem si permansionem tunc ablatiuo deinde si uideris uerba significare mutationem tunc accusatiuo (significare permansionem tunc ablatiuo *add.* *A*) ut puta *ABC* 17 si *om.* *AC*, *add.* *ac* 18 et habes et transitum *BCa** et habes transitum *A* 28 ueniunt et in et sub *ABC* et qua arte *a* et quarte *A* et qua ratione *BC* 29 praeferas *corr.* proferas *C* *lacunam indicavi, qua exempla praepositionis* subter *vel accusativo vel ablativo iunctae, qualia de praepositione* super *adscripta sunt, excidisse videntur* 30 illa uero accusatiui *ABC* ablatini *in marg.* *c* illam super terram *B* ambula *AB* 31 sto super terras *B* sto subter terras *A* sto sub terras *C* puta ut (aut *AB*) ambula quoniam (quoniam *om.* *A*, *add.* *a*) commutationem *ABC* 32 aut quoniam permansionem *ABC*

p. 403—05 L.

iunguntur accusativo, nunc ablativo. super vero et subter hodie debent iungi accusativo; apud maiores nostros varie invenimus, et legimus sive accusativo sive ablativo iunctas. et hodie si vis dicere super tecto et super tectum, dabitur tibi facultas. sed non loqueris secundum praesentem usum, sed secundum antiquum. nam si maiores nostri utebantur nunc accusativo, nunc ablativo, sic et tu habes uti. nam habes apud Vergilium exemplum, 'ferre iuvat subter densa testudine'. subter testudinem non dixit, sed subter testudine. vides ergo quid habet antiquitas. usus praesens hoc habet, ut istae praepositiones in et sub varie ponantur; illae vero super et subter accusativo | iunguntur, sive euntis sive permanentis habeant significationem.

Omnis praepositio [in sub super subter], cum transierit in alterius 420, 12
praepositionis significationem, ei casui iungitur, cui iungitur illa in cuius significationem transiit. puta in nunc iungitur accusativo, nunc ablativo. sed si transeat in significationem accusativi, illi iungitur; si transeat in significationem ablativi, illi iungitur. [omnis praepositio] in sub *super subter* dicunt quod ambiguae sunt secundum usum antiquum. tamen quotiens transeunt in usum verbi causa praepositionis quae est accusativa, necesse habet ipsa [dubitatio] esse accusativa, si in usum ablativae, necesse habet et ipsa ablativa esse. puta quando dico 'in adulterum', quid dico? 'in adulterum', id est contra adulterum. contra qualis praepositio est? accusativa. ergo ita et tu habes iungere eam accusativo casui, quoniam necesse habet transire in illum casum, cui iungitur illa in cuius significationem transiit. habes hoc exemplum et de alia praepositione, 'multa super Priamo rogitans'. quid est 'super Priamo'? id est de Priamo. de qualis est praepositio? ablativa. ergo et super ablativo casui cohaeret. ergo ipsa regula est de istis quattuor praepositionibus: quaecumque praepositio transierit in alterius praepositionis significationem, necesse habet illi casui cohaerere, cui | cohaeret illa in cuius significationem transiit, sive in sit contra, sive super sit de.

Scire debemus quod omnis praepositio aut ipsa corrumpit verbum 442, 35
vel nomen vel quidquid illud est, id est vel quamcumque partem orationis, aut ipsa corrumpitur, aut utrumque, id est et corrumpit ipsa et corrumpitur. ipsa corrumpit, si dicas conficio: con praepositio est integra; ficio corruptum est; erat enim integrum facio. aut certe ipsa corrumpitur, affero: non dicebant adfero, sed affero; d transiit in f, fero autem integrum verbum est; ecce ipsa corrupta est a verbo. aut utrumque simul

2 et] ut *ABC* 5 nam si maiores *a* nam maiores *A* non si maiores *B* nam sic maiores *b* non sic maiores *C* 7 ferre iubat *AC: Verg. Aen.* VIII 514 8 uide (uides *a*) ergo quod habet *A* 12 omnis *BCa* omnes *A* transierint *ABC* 15 accusativi — significationem *om. A, add. a* si *om. Ca* 17 super subter *om. ABC* 19 si in usu ablatiui *ABC* 22 ergo *om. A, add. a* 23 cui] quo *BCa* quod *A* 24 transit *AB* 25 multa] *Verg. Aen.* I 750 26 ablativa] ablatiui *AB* 30 transit *ABC* 35 corrumpitur adfero (affero *A? corr.* adfero *a*) non dicebant affero sed adfero *AC*

p. 405—07 L.

fit, suscipio: sub capio, duo sunt ista integra, sed utrumque corrumpitur, quando unum faciunt. si dicas sub capio, fac inde unum, suscipio: et illud corruptum est, et illud corruptum est. ergo omnis praepositio aut ipsa corrumpit verbum, aut ipsa a verbo corrumpitur, aut certe et ipsa corrumpit et ipsa corrumpitur.

Maiores nostri praepositiones etiam genetivis casibus iungebant. sed hodie non. ubiubi fuerit, figurata elocutio est. habes apud Vergilium

et crurum tenus a mento palearia pendent.

crurum genetivus pluralis est; tenus, ut scimus, praepositio est. sed scire debes quoniam haec omnia figurata sunt. ceterum debemus dicere ‘cruribus tenus’, quem ad modum ‘pube tenus’ et ‘tenus pube’. hoc enim significationis habet illa | praepositio, ut vel praeponi possit vel postponi: potes dicere ‘tenus pube’, potes dicere ‘pube tenus’. ut autem iungas illam genetivo non potes, nisi forte volueris usurpare et figuram facere.

Praeterea ante et post et propter et praeter, cum sint accusativae praepositiones (ante templum dicimus et post templum et propter templum et praeter templum), cum sint accusativae praepositiones, tamen apud maiores nostros inveniuntur etiam cum ablativis. ante post propter praeter cum sint accusativae praepositiones, nec dubium sit quin accusativae sint, tamen apud maiores nostros inveniuntur etiam ablativae. puta non dubitat Pacuvius dicere ‘ante templo’, non dubitat dicere ‘propter homine’, non dubitat dicere, quod dixit etiam Sallustius, praeter condemnatis: iste enim dixit ‘praeter rerum capitalium condemnatis’. invenimus ista omnia. quid ergo? dicemus illos licentia aliqua usos esse aut nescisse artem? ait Donatus, non; sed scire debes quod haec quae posita sunt ita aut significationem habent aliam aut ordinem alium. invenimus ergo ante post propter et praeter, quae sunt utique accusativae praepositiones sine dubio, tamen has praepositiones sine dubio iunctas ablativis, et non apud unum, sed apud innumerabiles. quid ergo facie|mus? dicemus illos aut artem nescisse aut licentia fecisse? dicit, falsum est; sed necesse est ut significatio alia sit in illis partibus, aut sit alius ordo. ordo alter est et ordinis significatio alia. ergo tradito ordine tollit illas a crimine alterius casus, ne videantur ablativis esse iunctae. siqui ita dicat, ‘praeter verum capitalium condemnatis’, quid est modo

2 quando unum faciunt *Lindemannus* quando utrumque faciunt *ABC* 6 sed hodie (non *add. a*) ubiubi fuerit figurata elocutio (est *add. a*) habes (apud *add. a*) uirgilium *A* 8 et crurum] *Verg. georg.* III 93 16 ante templum dicimus post templum dicimus propter templum dicimus praeter templum dicimus *BC* 21 pacuius *A* 22 etiam *om. AC, add. a* 23 iste — condemnatis *om. AC, add. a* praeter] *Sall. Catil.* 36 26 positae sunt *A* 27 inuenimus enim ante *C* 28 sine dubio *posteriore loco om. AB, add. ab* 29 quid ergo faciemus dicemus *Cb* quid ergo facimus dicimus *AB* 32 est et] et est *ABC* 33 tulit illas *ABC* nec uideantur *A* 34 praeter re capitalium *B* praeter rei capitulium *C* pro re capitalium *A* condemnatis ecce de ista ipsa re quid est modo praeter *BC*: condemnatus (*corr.* -is) ecce de ista ipsa re (quid est modo praeter — condemnatis *in marg. add. a*) quid est modo praeter (sine *add. a*) sine dubio quid diximus paulo post *A*

praeter? sine sine dubio. iussit, ait, populus Romanus ignoscere illis et illis et illis praeter illis (sic locutus est), praeter condemnatis. quid est modo praeter? sine sine dubio. ecce de ista ipsa re quid diximus paulo ante? quoniam omnis praepositio necesse habet ei casui iungi, in cuius iura transierit, id est in cuius significationem transierit. sine qualis praepositio est? ablativa, sine templo, sine homine. ergo quoniam ista praepositio iam non significationem suam habet, sed transit in significationem alterius praepositionis, necesse habuit ei casui iungi, cui iungitur ea in cuius significationem transiit. et hoc per illas omnes. ergo vides quoniam non vitiose locuti sunt, sed secundum rationem. nos autem putamus ideo istam esse vitiosam, quia primam ipsam positionem volumus intendere, non significationem ipsius [primam]. ceterum si conferas te ad significationem, invenies integra ratione esse locutum. |

Dixit unam rem veram quidem, sed ex parte ei non credendam. 420, 8
omnis praepositio, ait, tam diu praepositio est, quam diu praeponitur; 443, 4
postposita autem et nomen et significationem propriam amittit. falsum est: potest enim praeposita et nomen tenere et significationem propriam tenere; tamen, etsi postposita fuerit, adhuc nomen suum tenet. Donatus quem ad modum dixit, sensus verus est, expressio non est plena. sed tu hanc rationem tene: praepositio tam diu est re vera praepositio, quam diu praeponitur, ut ante templum, post tempus: post praepositio est et praeponitur, et iure servat et nomen suum et significationem. etiam si postponatur ipso casu manente, cui iungebatur praeposita, nihilo minus praepositio est, puta post tempus, tempus post, quoniam et hac parte ipse casus est, et illa parte ipse casus est, praepositio est. e contrario si mutet casum, iam non est praepositio, ut si dicas ‘post tempore’, ‘longo post tempore venit’. iam quoniam mutavit casum, necesse habet et illic nomen commutare, et habet adverbium fieri. Donatus autem dixit ‘tam diu praepositio est, quam diu praeponitur; postposita autem statim adverbium est’. falsum est: nam et postposita potest inveniri praepositio. si enim dicas ‘tempus post’, quo modo ‘transtra per et remos’, | ecce postposita est, et nihilo minus praepositio est. ergo non videtur male intellexisse, sed male dixisse, rem ipsam non bene expressisse; ceterum sensum integrum posuit, praepositiones plerumque praeponi solent. quid est autem praeposita vel postposita, diximus iam superius.

Praepositiones, quando solae sunt, plerumque ipsae acuuntur; quando

---

1 ignosce illis *BCa* 3 ecce de ista ipsa re *hoc loco om. BC* paulo ante *Cb* paulo post *B* 12 primae caeterum *A? corr.* primam et ceterum *a* primam et ceterum *expuncto* et *B* 17 potest enim praeposita *a* potest praepositio *A* potest enim praepositio *BC* 22 et ius seruat *B* 27 longo] *Verg. bucol.* 1, 30 31 transtra] *Verg. Aen.* V 663 33 expressisse *ab* expresse *ABC* 34 praepositiones plerumque (praeponi *add. a*) solent quid est autem praeposita uel postposita diximus *AB?* praepositiones plerumque solent quidem praeponi uel postponi ut diximus *Cb*

p. 409—11 L.

autem cohaerent, graves fiunt, etiam si fuerint circumflexae [plus est hoc]. puta ad acutum habet accentum: fac ădĕgit; ecce iam perdit accentum correptum, et accipit accentum productum, et illa gravem habebit. hoc etiam de illa quae circumflexum habet accentum, praĕ praĕvĭdit: ipsa vi habet accentum, et illa gravem habet. ergo omnis praepositio, sive acutum habeat, sive non habeat acutum, sed circumflexum, tamen si cohaereat et coalescat in unam partem, facit eam alium accipere accentum. perdit accentum *acutum vel circum*flexum et accipit gravem, id est non ipsa sonat, sed illa pars orationis cui iungitur.

517, 11 Diximus unum accidere tantum praepositioni, id est casum, casum autem aut accusativum aut ablativum. de numero praepositionum varie habemus in arte. constat autem praepositiones esse istas: habetis eas in Probo bene enumeratas; triginta habes accusativas, quindecim habes ablativas, et quattuor habes communes, et septem habes loquellares. iste et in accusativis | minus posuit [Donatus], et in ablativis minus posuit. plus ergo non habes ab istis triginta. vos, qui rationem metrorum sequimini, in istis loquellaribus hoc animadvertere debetis: cum naturaliter ipsae praepositiones longae sint, plerumque sic cohaerent, ut perdant naturam suam. puta sero, hoc est sine dubio loquor,

illi inter sese vario sermone serebant,

id est loquebantur. et puta si dicas duco, id est puta illum traho, conpone illud, diduco; ecce conposuisti, addidisti di. ecce et illic ab eo quod est sero sertus disertus, id est eandem praepositionem accipit, quam praepositionem accipit et ista pars orationis. ergo debemus cauti esse ad has partes orationis, id est praepositiones, quae fiunt de istis conpositionibus. plerumque ipsae praepositiones aut longae sunt aut breves, et non debes sic passim dicere, sed pro qualitate exemplorum, puta quoniam invenisti illam brevem, sic illam profer; debes sollicitus esse propter has res. similiter etiam omittit est dimittit [omittit similiter dimittit est], et tamen habemus apud Horatium exemplum omittit; non dixit o, mittit: per conpositionem invenimus omittit, 'praesens sua culpa ire deceptus omittit etueri' ergo scire debemus omnes istas prae|positiones loquellares, con di dis re se am o (nam addiderunt plerique o,

---

3 accepit *ABC* illam *A* 5 ui habuit *ABC* omnis praepositio siue non habeat acutum siue grauem siue non acutum sed circumflexum *A* omnis praepositio siue non habeat acutum sed circumflexum *BCa* 6 tantum si cohaereat *Ba* tantum sic cohaereat *A* tantum cohaereat *C* 8 perdit accentum flexum et *ABC* 12 in Probo] *instit. art. p.* 147, 4: *cf. Cledon. p.* 1933 14 iste *A*(?)*BC* donatus .sc. iste *a* et accusatiuis *C* 15 Donatus *om. BC, expunctum est in A* plus *om. A, add. a* 19 loquor ut illi *C: Verg. Aen.* VI 160 22 ab eo quod est *Ca* habeo quod est *B* habeo quid est *A* 24 cauti] certi *ABC* 26 ipsae praepositiones *Lindemannus* ipsae conpositiones *ABC* 31 praesens sua culpa] *Horat. epist.* I 18, 79. quem sua culpa premet, deceptus omitte tueri. *exemplo Horatii hoc videtur probare voluisse grammaticus*, omitte *similiter dici ac* dimitte, *et correptam esse praepositionem* o: *cf. Cledon. p.* 1935

p. 411—13 L.

idcirco septem esse voluerunt, propter hoc verbum omittit), scire debemus istas praepositiones loquellares non servare suam naturam, sed aliquando produci, aliquando corripi.

DE INTERIECTIONE

Interiectio est pars orationis quae significat mentis affectum voce incondita. si velis dicere o, vox est quaedam confusa, tamen significans dolorem; va vox est quaedam confusa, tamen significans laetitiam. ergo sunt aliquae voces inconditae quae, si aliquid significent, interiectiones faciunt. ergo bene definiit, 'interiectio est pars orationis quae voce incondita significat mentis affectum'. plane illud scire debes, quod plerumque non solum integra pars orationis, sed elocutio omnis pro interiectione est. si dicas 'pro hoc contigisse', 'nefas hoc contigisse', ecce pro et nefas interiectiones sunt. iunge utrumque, et unam interiectionem facit, 'pro nefas hoc contigisse': iam et pro et nefas tale est, ac si dicas 'o hoc contigisse'. iunge item aliqua plura, 'pro Iuppiter optime nefas hoc contigisse', omnis ista elocutio pro una interiectione est. nam interiectio est res quae exprimit animi motum. quidquid potest animi motum exprimere, sive in una re fuerit sive in multis, interiectio dicenda est. 420, 19 443, 21 518, 27

Et hoc habes in Donato. perstrinxit modicum aliquid, sed noluit addere etiam causas. periodos dicitur continuatio; huius partes sunt cola et commata. et non dixit quem ad modum fiant, aut quare quaerantur periodi, aut qui sint periodi, vel quae periodi: nam feminino genere dicimus hoc nomen [vel quae sint vel quare]. commemoravit cola et commata; noluit hanc rem ostendere. hoc tamen scire debes, pertinere ad oratores, non ad grammaticos. re vera ars ista scripta est, ut materiam potius dederit tractandi, quam ipse tractaverit. noluit dilatare, ut doceret aperte. ergo hoc tu scire debes, ista res inventa est propter conpositionem; *ut sciamus* quo modo debeamus elocutiones conponere, ob hanc causam inventa est ista res; periodi et commata et cola propter ipsam causam inventa sunt. quaesitum est apud plurimos, quibus locis debeamus conponere, utrum in periodo. peritiores | dicunt in colis et in commatibus. interim quid sit colon vel comma, audi. colon dicitur, quotienscumque integri pedes determinant sensum; comma dicitur, quo- 484, 30

---

4 INCIP̄ DE INTERIECTIONE (ET PERIODIS *add. a**) sequitur interiectio hoc breue est et nihil de interiectione *add. a*) Interiectio pars est *A* INC. DE INTERIECTIONE SEQ̄R. INT̄. IECT̄. HOC BREVE. Ē. SED NIHIL DE INTERIECTIONE Interiectio est pars *C* 8 aliquae uoces inconditae quae illae uoces inconditae si aliquid *BCa* aliquae uoces inconditae si aliquid *A* 9 quae in uoce *C* 14 facit *AB* facis *Cb* 16 hoc nefas *ABC* 21 *rubricam* incipit de periodis *in marg. adscriptam habet A. pertinent autem haec, quae in libris cum expositione interiectionis perperam coniuncta sunt, ad commentarium de posituris, de quibus ante eam partem quae est de octo partibus orationis supra p.* 133 *similiter tractatum est* 23 qui sunt periodi *ABC* 29 ut sciamus *om. ABC* 33 audi colon dicitur *B* aut dicolon dicetur *C* aut dicolon dicitur *A* aut dicunt colon dicitur *a**

p. 413. 14 L.

tienscumque post integros pedes superest syllaba, quae determinat sensum. puta si dicas ‘optimus omnium’, optimus omnium duo dactyli sunt; ergo colon est. ‘arma virumque cano’, arma virumque ca, no superest syllaba, quae partem terminat orationis; hoc comma vocaverunt. ergo sic colon dicunt, quotienscumque pedes integri determinant partem orationis; commata dicunt, quotienscumque super pedes integros aliquid superfluit; ex istis colis et commatibus dicimus periodon. et dixerunt quattuor esse necessaria cola. ergo plerique in periodo dixerunt conponendum esse; alii periti dixerunt et in colo et in commate conponere nos debere. et dixerunt quattuor esse necessaria cola. sed quid ad rem? potes et viginti facere cola et decem et quindecim et duodecim, ut habemus in Cicerone ‘nihilne te nocturnum praesidium Palati, nihil urbis vigiliae, nihil timor populi, nihil concursus bonorum omnium, nihil hic munitissimus habendi senatus locus?’ quam diu voluerit orator praemittere partes, potest fieri ut admittatur ista lex, dummodo omnis illa praemissio fine claudatur, id est extremo aliquo fine colligatur totum illud quod dissidebat; quod per partes dictum est superius, colligatur a fine et colligetur. ergo quaeritur, quo in loco conponere debeamus, utrum hoc loco, ‘nihilne te nocturnum praesidium Palati’, ut conponam ‘nihil urbis vigiliae’, ut conponam et hoc, ‘nihil timor populi’, et iterum hoc loco, ‘nihil concursus bonorum omnium’; an in isto loco tantum modo, ‘nihil horum ora vultusque moverunt’, id est an in isto extremo quasi commate, an per omnia debeamus. et plerique dixerunt in extremo, plerique per omnia ista loca, ut, ubiubi finitur sensus, illic etiam clausulam ponas, licet non sit conpletus sensus, sed per partes sumat declamationem. nam qui dicit ‘nihilne te nocturnum praesidium Palati’, videtur quasi conposuisse iam; ‘nihil urbis vigiliae’, videtur quasi finisse comma; ‘nihil timor populi’, videtur quasi conposuisse iam. ergo quaeritur, utrum per singula debeamus, an in extremo. et plerique dicunt in fine capitis, plerique per singula. melius tamen est ut nos in omnibus servemus. qua ratione? quoniam in utroque habebimus parere: qui dicit ‘in fine’, negat ‘in superioribus’; qui autem dicit ‘in omnibus’, et in fine. et hoc melius est: et illius cavillationem vitas et illius cavillationem. quae autem serventur conpositiones vel quo modo, ab oratore potest disci.

---

5 sic colon *Lindemannus* si colon *ABC* 7 dicemus periodon *BC* 10 potest *ABC* 11 in Cicerone] *in Catil.* 1 1, 1 12 palatii *A* 13 concorsus *B* 14 hic *om. B, add. b* minitissimus *A* 17 dissidebat *a** desidebat *BC* discedebat *A?* superius colligatur a fine et colligator *B* superius est colligatur a fine et colligatur *A* superius colligator a fine et colligator *a** superius a fine et colligatur *C* 19 palatii *a** palati. *A* 26 sumit declamationem *BCa** sumit declinationem *A* 27 palatii *a** palati. *A* 33 et illius cauillationem (gauillationem *Cb*) multas et illius cauillationem (gauillationem *Cb*) *BC* et illius cauillationem (*corr.* -ne) multas et illius cauillatione *A* 34 praepositiones *ABC* 35 dici *A* dici EXPLICIT DE INTERIECTIONE *B* dici DE INTERIECTIONE EXPL. INCP DE BARBARISMO FELICITER *C*

DE BARBARISMO

Barbarismus est: et definit, quid est barbarismus. plerumque volu- 444, 1
mus aliquem reprehendere, et ipsa reprehensio ostendit nos inperitiores. facit nescio qui vitium, et dico illi 'soloecismum fecisti', et forte non fecit soloecismum, sed barbarismum; aut barbarismum facit, et dico illi quia acyrologiam fecit. dum volumus nos illum reprehendere, nos confitemur esse vitiosos. ergo debemus singula vitia, quae habent propria nomina, propriis nominibus vituperare, ne nos in vitia trahamur. ut puta quid est barbarismus? ita definit, 'barbarismus est vitium factum in una parte orationis, soloecismus est vitium factum in contextu partium oratio-| nis'. ut puta quando dico columa pro eo quod est columna, quoniam una pars est orationis, et in ipsa una parte orationis iam vitium est, dicitur barbarismus; quando dico mamor pro eo quod est marmor, quoniam una pars est orationis et vitiosa est; et ut puta si dicas relliquias pro eo quod est reliquias. ergo vitium factum in una parte orationis barbarismus est. quid si in conexione fiat? non dicitur barbarismus, sed soloecismus, ut illud, 'multi mihi homines iniuriam fecit'. ecce ipsa conexio habet vitium. et vide quem ad modum expressit Plinius, quam bene et integre dicit. quid est barbarismus? quod non dicitur per naturam. quid est soloecismus? quod male per artem dicitur. nam re vera barbarismus per naturam non potest dici. qui enim dicat mamor aut columam? per naturam non potest dici. quando autem dico 'multi mihi homines iniuriam fecit', non per naturam non potest dici, sed per artem non potest dici. ut tamen huc animus referat, quotienscumque barbarismum dicimus, invenimus ipsam unam partem orationis vitiosam esse; quotienscumque soloecismum dicimus, singulas quidem partes esse integras, sed conexionem non esse integram. nam re vera singulae partes integrae sunt: et multi latinum est, et mihi latinum est, et homines latinum est, et iniuriam latinum est, et fecit | latinum est. sed quoniam non sibi respondent ipsae partes, ideo dicimus esse soloecismum. ergo quotienscumque singulae partes integrae sunt, sed conexio non est integra, soloecismus est; quotiens fit una pars vitiosa, barbarismum facit. ecce habes rationem, qua deprehendas, quando est illud vitium, quando illud.

Praeterea barbarismus dicitur, si fiat in soluta oratione; si autem 444, 8
fiat in metro, metaplasmus dicitur. puta si ego in soluta oratione velim dicere relliquias Catilinna, facio barbarismum; si autem causa metri hoc faciam, facio metaplasmum [relliquias, si in versu dicam]. sed plerumque contingit ut etiam in versibus deprehendamus barbarismos. et dico tibi

---

1 DE BARBARISMO *B* De barbarismo iuxta Pompeium *S* 3 aliquod reprehendere *C* 10 in contextu *Cb* in conexione *BS* in contextione *P* 18 plenius *BCS* 23 quod (*corr.* quam *c*) bene *C* non solum per naturam non potest dici sed nec per artem non potest dici *C* 26 singulae quidem partes integrae sed conexio non est integra *C* 36 catilinna *B* catillina *S* catillena *C* cantillina *c*

p. 419—21 L.

'in versu barbarismus est'. tu dicis mihi 'quo modo mihi dixisti in soluta oratione esse barbarismum, in versu esse metaplasmum, et plerumque dicis mihi in versu esse barbarismum? quo modo?' si ille ipse barbarismus, qui factus est in prosa, cum coeperit transferri, pro necessitate ponitur, apparet metaplasmum esse; si autem sine ipsa necessitate est positus, apparet barbarismum esse. puta

reliquias Danaum atque inmitis Achillis.

posset stare iste versus? non. re enim naturaliter brevis est. ergo quod adiecit unam litteram Vergilius et dixit relliquias, ideo adiecit; non quoniam inperitus fuerat, voluit addere, sed | quoniam voluerat occurrere necessitati metri. ergo quoniam artem contempsit necessitate metri, metaplasmus est. si autem nulla necessitate extante faceret, diceretur barbarismus. puta dico quo modo: Catilinna siqui dicat, barbarismum facit in hoc versu. qua ratione? quia li naturaliter longa est. ergo si naturaliter longa est, quid opus est ut addat illi li n illam litteram? quo modo enim possum dicere ita et in metro, cum etiam sine ipsa stare potuisset? non. ergo habuit reprehensionem, quia etiam in versu posset esse, si non interponeretur alia illa littera.

Praeterea quaeritur, quem ad modum fiat in peregrinis verbis. si enim latinus fuerit sermo, appellatur barbarismus; si peregrinus fuerit, appellatur barbarolexis, ut puta siqui dicat mastruga magalia et cateia. mastruga sagum dicitur lingua Sardorum; magalia dicuntur casae lingua Afrorum; | cateia telum dicimus lingua Persarum; acinaces dicimus lingua Medorum gladium. in istis verbis siqui peccaverit, non dicitur fecisse barbarismum, non dicitur fecisse metaplasmum, sed dicitur fecisse barbarolexin. siqui velit dicere mastruga aut cateia aut magalia, si peccaverit in istis ipsis verbis, non dicitur barbarismus aut metaplasmus, sed barbarolexis.

444, 12 Omnis barbarismus fit modis duobus, aut pronuntiatu aut scriptu: pronuntiatu, si addas litteram vel detrahas; addas, si dicas relliquias pro reliquias; detrahas, si dicas Porsena pro eo quod est Porsenna [nec non et Tarquinius], 'hanc spectare manum Porsena non potuit'.

---

7 relliquias *B: Verg. Aen.* I 30 8 non enim re naturaliter breuis est *B* non est enim naturaliter breuis est *C* non est enim naturaliter breuis *S* non re naturaliter breuis est *P* 10 noluerit occurrere *BSc* noluerit occurre *C* occurrerit *P* necessitati *utroque loco S* necessitate *BCP* 13 in hoc verbo *Lindemannus* 15 n *om. CS* 17 quia *Lindemannus* quae *BCS* 21 barbarolexis *B* barbaros lexis *C* barbarus lexis *SP* mastruca *P* 22 mastruca fuga dicitur *P* 25 barbarolexin *BPs* barbaron lexin *CS* 26 mastruga *Bs* mastrugga *b* mastruga (*corr.* mastrugga) aut mastruga *C* 28 barbaros lexis *C* 31 si dicas porsena pro porsenta *P* nec non] *Verg. Aen.* VIII 646 nec non Tarquinium eiectum Porsenna iubebat. *exemplum Vergilii additum esse videtur ab aliquo, qui* n *litteram metri causa additam putabat, cum proprie diceretur* Porsena: *cf. Serv. in Verg. l. c. eodem pertinere videtur* 286, 4 ille addidit 32 tarquinnus (*corr.* tarquinius) prishan hanc *B* tarquinius priscus hanc *S* hanc] *Martial. epigr.* I 21 (22), 5 urere quam potuit contempto Mucius igne, Hanc spectare manum Porsena non potuit

non stat aliter versus: ita enim est,

urere quam potuit Mucius contento
hanc spectare manum Porsena non potuit.

[ille addidit]. ergo fit barbarismus scriptu [fit in scriptu], quoniam littera solvi potest, vel addi vel detrahi. est | alter, qui fit in pronuntiatu. plerumque male pronuntiamus et facimus vitium, ut brevis syllaba longo tractu sonet aut iterum longa breviore sono: siqui velit dicere Ruoma, aut si velit dicere aequus pro eo quod est equus, in pronuntiatione hoc fit. ergo omnis barbarismus fit aut pronuntiatione aut scriptu. fit autem scriptu quattuor modis, adiectione detractione inmutatione transmutatione: adiectione, si addas, puta relliquias; detractione, si minuas, ut Porsena; inmutatione, si alteram litteram pro altera ponas; per transmutationem, si non alteram litteram pro altera ponas, sed ipsarum litterarum ordinem convertas, si dicas Thymbre pro eo quod est Thymber, si dicas Euandre pro Euander, non altera littera pro altera adhibetur, sed ipse ordo litterarum convertitur. ecce habes, quattuor modis quem ad modum fiat barbarismus. fit autem quinque rebus, per litteram, per syllabam, per tonos, per tempora, per aspirationem: has quinque res aut addimus aut detrahimus aut inmutamus aut transmutamus. addimus litteram, addimus syllabam, addimus accentum, addimus tempus, addimus aspirationem. quo modo addis | syllabam? induperator pro eo quod est imperator. quo modo addis tempus? 'Italiam fato profugus': Italiam naturaliter brevis est, sed ubique tamen additum habet tempus metri necessitate. quo modo addis accentum? si velis dicere àrma *pro eo quod est árma* [numquid possumus dicere cursim, quoniam naturaliter illa producitur?]: plus aliquid ab acuto habet. aut certe quo modo addis aspirationem? si velis dicere homnia pro eo quod est omnia. ecce quem ad modum adicimus, sic et detrahimus. detrahimus litteram, ut dixi, Porsena; detrahimus syllabam, ut vixet pro eo quod est vixisset; detrahimus tempus, 'steteruntque comae' pro eo quod est steterunt; detrahimus accentum, si velis dicere Róma, cum tractim debeas dicere: longiorem enim illum accentum ad brevem traxisti; detrahimus aspirationem, *omo pro* homo. similiter etiam ipsas res commutare potes et transmutare, potes mutare litteram syllabam tempus accentum aspirationem vel transmutare.

---

2 quam] quod *S* minucius *S* 4 ille addidit hic detraxit *Lindemannus* 5 alter *S* aliter *BCP* 6 ut *Lindemannus* aut *BCSP* 7 ruoma *Cb* rouma *S* roma *BP* 10 adiectione *utroque loco S* additione *BCP* 16 habes quattuor modos quibus fit barbarismus *P* 17 rebus] modis *BCSP* 20 tempus] tonum *BCS* 22 Italiam] *Verg. Aen.* I 2 24 addis accentum si uelis dicere moeta. non potest dicere cursim quoniam naturaliter producitur. addis adspirationem *P.* arma *et* meta *in regulis accentuum posita sunt supra p.* 126, 7. *ed. Lind. sed alterum vitium, quod fit in v.* meta, *ab hoc loco alienum est. ad illud autem pertinent ea quae sequuntur,* numquid — producitur dicere arma numquid *BCS* 30 steterunt comae *BCS*: *Verg. Aen.* II 774. III 48 31 roma *BP* ruma *b* ruoma *C* rouma *S* longiorem (longiore *S*) enim illud accentu *CS* longiore (*corr.* -em) enim illo accentu *corr.* -um *B* longum accentum *P* 32 aspirationem homo (*corr.* omo *c*) similiter *BCS* adspirationem o homo *P*

p. 423—26 L.

interim illud quaeritur, quotienscumque per h facimus barbarismum, cui rei dabitur hic barbarismus, scriptu aut pronuntiatu, sic quo modo illud legimus, h litteram esse aut aspirationem. si littera est, scriptu dabitur; si aspiratio est, pronuntiatu. [qua ratione quoniam de barbarismo dixit, adiecit litteram].

445, 6 Sunt aliqua vitia, quae vitare debemus. istas quinque res debes vitare, iotacismos labdacismos myotacismos conlisiones hiatus. iotacismi sunt, qui fiunt per i litteram, siqui ita dicat, Titius pro eo quod est Titius, Aventius pro eo quod est Aventius, Amantius pro eo quod est Amantius. quo modo ergo hoc fit vitium? definiamus illud, et videbimus postea, quo modo cavere debemus. fit hoc vitium, quotiens post ti vel di syllabam sequitur vocalis, si non sibilus sit. quotienscumque enim post ti vel di syllabam sequitur vocalis, illud ti vel di in sibilum vertendum est. non debemus dicere ita, quem ad modum scribitur Titius, sed Titius; media illa syllaba mutatur in sibilum. ergo si volueris dicere ti vel di, noli, quem ad modum scribitur, sic proferre, sed sibilo profer. [sed ita exprimere debes, vitandum est ut syllaba illa vertatur in sibilum] sed illud scire debes, quia tunc hoc facere debes, si media | sit. si autem prima fuerit [in prima parte orationis], etiamsi sequatur vocalis, non illam vertit in sibilum. ecce dies habet post se vocalem; debemus dicere dies, sed non dicimus. adde illi partem priorem, ut istam mediam facias, et dicis meridies: non possumus dicere meridies, ut scias quoniam tunc contingit hoc huic syllabae, quotiens media est, non quotiens prior est. sed hoc servare debemus, etiam quando praecedunt duae consonantes, castius. nihil castius si dicamus, quaesitum est. et hoc ecce media syllaba est, et nihilo minus in sibilum non vertit, quamquam diximus medias debere nos in sibilum vertere. sed castius nemo dicit, nec potest. iam et reddita est ratio, quare non possit illud dici. quae est ratio? ubi s littera est, ibi non possumus sibilum in ipsa i littera facere, quoniam ipsa syllaba a litteris accepit sibilum. ergo quoniam iam ipsa syllaba a litteris accepit sibilum, non debet et a pronuntiatione accipere, id est syllaba non potest consentire ad sibilum, si praecedat s littera, quoniam iam s ipsa sibilum habet. |

445, 12 Labdacismus est ille, qui aut per unum l fit aut per duo; sed per

---

2 sic] si *BCSP. fortasse* scilicet quoniam illud 7 meotacismos *BC* 8 quod est titius *S* quod est citius *C* quod tytius *B:* Titius pro eo quod est Titsius *'et sic in reliquis' coniecit Lindemannus. sed grammaticus sibilum, qui fit pronuntiatione, scribendo non videtur expressisse. rem, de qua agitur, tractavit E. Huebnerus annal. philol. nov. v.* LXXVII (*a.* 1858) *p.* 341 *sqq.* 9 Amantius] amantus *priore loco C* 11 cauere *S* carere *BC* quotiens — sibilus sit *om. S*: quotienscumque *B* quomodo *C* 15 media syllaba mittatur *C* 23 tunc contingit *P* nunc contingit *BS* non contingit *C* 26 quamquam] quia *BCS* 27 conuertere *C* 28 quae] quare *BCS* 29 non possum in ipsa i litteram sibilum facere *C* 30 quoniam ipsa *Cb* quoniam in ipsa *BSc* 31 et in pronuntiatione *C* 32 id est sibilus non potest *S* id ē sibilum non potest *B corr.* ob hanc causam non potest *C*

p. 426. 27 L.

unum, si tenuius sonet, per duo, si pinguius sonet. puta llargus; debemus dicere largus. ut pingue sonet; et si dicas llex, non lex: vitiosa sunt per labdacismum. item in gemino l [quando fuerint duo l], si volueris pinguius sonare, si dicamus Metelus Catulus. in his etiam agnoscimus gentium vitia; labdacismis scatent Afri, raro est ut aliquis dicat l: per geminum l sic locuntur Romani, omnes Latini sic locuntur, Catullus Metellus.

Myotacismus est, quotiens inter duas vocales m positum exprimitur, ut si dicas 'hominem amicum', 'oratorem optimum'. non enim videris 445, 14
dicere 'hominem amicum', sed homine mamicum, quod est incongruum et inconsonans. similiter 'oratorem optimum', videris dicere 'oratore moptimum'. bonam rationem dixit Melissus, quo modo vitandum est hoc vitium, ne incurramus in aliud vitium. plerumque enim aut suspensione pronuntiatur aut exclusione: suspensione pronuntiatur, si dicas 'hominem amicum', [interponas aliquid puta] 'oratorem optimum'; aut certe, | si velis excludere, 'homine amicum', 'oratore optimum'. nos quid sequi debemus? quid? per suspensionem tantum modo. qua ratione? quia si dixeris per suspensionem 'hominem amicum', et hoc vitium vitabis, myotacismum, et non cades in aliud vitium, id est in hiatum. nam si volueris dicere 'homine amicum', vitas quidem myotacismum, non tamen vitas hiatum. nam hiatus est, quando vocalem alia vocalis sequitur, id est quotiens post vocalem altera vocalis sequitur. tunc gravius tamen hoc fit vitium, si eadem vocalis sequatur. puta 'Musa amavit' peius est, quam 'Musa habuit', 'Musa edocuit'. ergo hiatus est, quotiens vocalem altera vocalis sequitur. quare si illud vitare debemus, ne in eandem vocalem cadat, melius est vitetur.

Conlisio est, quotiens altera pars in alteram similitudinem litterarum 445, 22
vel coeperit vel finierit, id est si ab ea parte inchoet alia pars orationis, in quam desiit illa, aut certe si ab ipsis syllabis inchoent multae partes, ut

o Tite tute Tati tibi tanta tyranne tulisti,

---

1 tenuis sonet *BCS* pinguis sonet *BCS* puta l largus debemus dicere largus (llargus *B*) ut pinguis sonet si dicas lex non lex *BS* puta l largus debemus dicere l ut pinguis sonet largus si dicas lex non lex *C* 3 pinguis sonare *BCS* 4 metellus catullus *CS* metellus catellus *B* 5 uitia iotacismis (iotacismis *om. C* iotacissimi *add. c*) scatent afri raro est ut aliquis dicat l labdacismis per geminum l *BCS*. *labdacismorum vitia Afris tribuit Isidorus orig.* I 31, 8. *Pompeius autem hoc reprehendere videtur, quod pro uno* l *duo pronuntient* 8 meotacismus *BCP* moetacismus *S* 9 sed homine ma amicum *S* 11 mellissus *S* 13 exclusione] ex solutione *BCS* 14 interpones *B: ad aliud myotacismi vitandi genus hoc pertinere videtur, de quo dixit Consentius p.* 19 *ed. Buttm.*, huius vitii remedium est primum, ut, quoties sic sonat, pars orationis aliqua interponatur non a vocali incipiens puta *om. C*, *add. c* 16 per *om. C* 17 si *om. C* 18 miotacismum *P* meotacismi *BC* moetacismi *P* 19 in hiatus *BCSP* 20 miotacismum *P* meotacismum *BC* moetacismum *S* non tamen] sed non *C* 23 quam quod musa habuit *BCS* quam quod musa abiit *P* 24 quasi illud (quia si illud *B*) uitare debemus melius est ne in eadem uocalem cadat uitetur *BCS* quia illud uitare debemus melius est, ne in eandem vocalem cadat, totum vitetur *Lindemannus* 29 o tite tute tati tibi *S* o tite tati tute tibi *B* o.tu. tete (tite *c*) tibi *C*: o tite tate tibi tota tanta tyranne tulisti *P*. *Enn. annal.* I 113 *ed. Vahl.*

p. 427—30 L.

'Lucius Senius senator in senatu litteras recitavit'. | non quidem ipsa pars orationis ab ipsa inchoavit in quam desiit prior, sed tamen omnes quasi in syllabis singulis quandam similitudinem habent. ergo bis fit hoc vitium, sive ab ipsa inchoet, in quam desiit, sive similitudo sit in initio verborum.

445, 24 Ait Donatus, 'nos quidem haec vitia docuimus'. quo modo dicamus ista ipsa vitia, reliquit aliis quaerendum et abstinuit se. sed nihil difficile est. potes enim ex definitione illa superiore colligere hoc ipsum. quid diximus esse barbarismum? vitium factum in una parte orationis. quid diximus esse soloecismum? vitium factum in contextu partium orationis. ergo iotacismus in barbarismo erit: nam Titius in una parte orationis est factum vitium. ergo labdacismus in barbarismo erit: nam Catullus vel Lucius in una parte est orationis. quando autem dico 'hominem amicum', non est una pars orationis, sed duae; ergo soloecismus est. quando dico 'Musa amavit', non est una pars orationis; ergo soloecismus est. 'mater terra' tam hoc vitium est quam illa [conlisio]; sed soloecismi sunt. ergo vitia ista, quae in singulis partibus facimus, inputabimus barbarismis, reliquas soloecismis. isti sunt barbarismi grammaticorum. sunt aliqui quos dicunt esse oratorum; hos ego nec legi nec scio esse barbarismos, scilicet propter longas et propter bre|ves. sed aliter dicuntur; non dicuntur barbarismi, sed malae structurae.

DE SOLOECISMO

Diximus soloecismum esse vitium factum in contextu partium orationis. nam si in uno verbo faciat vitium, barbarismum facit; si multa verba ponat, integra quidem singula, in conexione autem peccantia, facit soloecismum. ut siquis dicat 'plurimi homines venit', singula ista habent rationem suam, nam latina sunt omnia, sed ipsa conexio non se respicit.

445, 36 ergo vitium hoc sic dicimus, soloecismum. soloecismus dictus est hac causa: Soloe quidam populi sunt circa Ciliciam; hi venerunt Athenas, dum pessime loquerentur; exinde tractum est ut dicerentur vitia ipsa male loquentium soloecismi, quasi quae sic sonarent, quem ad modum illi male loquebantur, id est quae vitia talia essent, qualia illorum. hoc dixerunt; est tamen alia vera ratio. ex re factum est hoc nomen, ex graeca etymologia est. nam etiam hoc ipsum verbum graecum est, soloecismus quasi σῴου λόγου αἰκισμός, id est sani verbi corruptela. proprie sic definitur: quid est soloecis|mus? soloecismus est sanae elocutionis corruptela. proprie ergo soloecismus ubi dicitur? in soluta oratione, quem

---

7 quaerenda *BCSP* 8 potest enim *BCP* possunt enim *S* 19 hos ego *Lindemannus*: hos ergo nec legi nec scio *CS* hos ergo neglegi nescio *B* hoc non legi nec scio *P* 29 solo quidam *C* 31 sonant *BS* sonent *C* 32 id est quia uitia *Lindemannus*: id est quod uitia ipsa talia essent *P* 35 quasi suo locoegismus *P* quasi soloegoecismus *BS* quasi sylogismus *C*

p. 430–32 L.

ad modum in soluta oratione dicitur barbarismus. quid si in poemate fiat? iam non dicitur soloecismus, sed dicitur schema. quo modo autem fiat soloecismus, quo modo fiat schema, ex affectu scribentis debemus agnoscere. si necessitas metri cogit ut ita faciat, schema est; si autem etiam sine necessitate metri potest illa res dici, apparet esse soloecismum etiam in versu. quot modis, ait, fiunt soloecismi? Donatus redegit se ad sum- 446, 19
mam brevitatem et dixit 'duobus tantum'. Lucilius autem dixit 'centum' et enumeravit omnes: extat liber ipsius, dicit illud et illud. nam ait sic,

adde soloecismum genera atque vocabula centum,

et currunt ipsa vocabula versibus scriptis arte, et ibi enumeravit illa omnia. interim iste breviter strinxit, 'omnis soloecismus fit duobus modis, aut per partes orationis aut per accidentia partium orationis', id est *duobus* tantum. interim antequam tractemus de istis duabus partibus, vide, quid in principio tractat.

Ergo soloecismus est vitium factum in contextu partium orationis. 446, 5
quid ergo? non fit soloecismus etiam | in una parte orationis? dicit, non. sed dabo elocutiones, quae elocutiones etiam in singulis constant verbis et nihilo minus soloecismos faciunt. quo modo ergo dicis quoniam in singulis verbis non sunt soloecismi? cum inveniamus tale aliquid, puta videt nescio qui masculum hominem et dicit hanc; ecce hanc una pars orationis est et nihilo minus soloecismus est. quid dicis ergo? vis vitium soloecismum esse aut barbarismum? interrogat te nescio qui 'quo vadis?', et tu dicis 'intus' pro eo quod est 'intro', ecce una pars est orationis vitiosa. puta 'quo vadis?' 'Roma' pro eo quod est Romam, ecce una pars est orationis vitiosa. aut puta salutavit te unus, et dicas illi 'valete', ecce una pars est orationis vitiosa. quid ergo dicemus de istis vitiis? numquid, quoniam in singulis partibus orationis sunt, non erunt soloecismi? dixit iste rem optimam: soloecismi sunt, si iungas interrogantis et respondentis verba; ex coniunctione interrogationis et responsionis iam incipit non unus esse sermo, sed quasi contextus sermo. quando similiter dicitur 'quo vadis?', et tu dicas 'Romae', totum hoc iunge, et iam non est una pars orationis, sed | multae sunt partes, et in ipsis multis vitium factum est; ergo soloecismus est. dicit enim 'soloecismus est vitium factum in contextu partium orationis'. adde etiam tu aliquid validius. intus latinum est, an non? Romae latinum est, an non? salvete

2 quomodo autem fiat soloecismus quomodo fiat schema *S* quomodo autem faciat soloecismus quomodo faciat (faciat *om. c*) schema *Bc*, *om. C* quomodo autem fiet soloecismus quomodo scema *P* 6 redigit *BCS* 7 lucilius *Cb* lutilius *B* lucius *S*: lucius aũ d' (*h. e.* dixit) et numerat omnes extans liber ipsius dicit illud nam ait sic adde soloecismum genera atque uocabula et currunt *P* 8 enumeraũ *B* enumerat *CS* 10 adde soloecismo *CS* adde soloecismos *B* 11 currunt *Cb* currit *BS* 14 duobus *om. BCS* 26 salutabit te unus *BCS* salutas unum *P* 31 similiter] simul *BCS* 36 aut non romae latinum est aut non saluete latinum est aut non *S* at non romae latinum est at non saluete latinum est at non *BC*

p. 432—34 L.

latinum est, an non? ista singula latina sunt. quare ergo vitiosa sunt? quoniam non respiciunt elocutionem interrogantis. si ergo vitiosa sunt ideo, quoniam non respiciunt elocutionem interrogantis, iam iungenda est ista res et illa res, ut vitium ostendat. si iungitur illa pars et ista pars, sine dubio in iunctione est vitium, non in singulis. quid, quando dicimus quadriga scopa scala? dicit, apertissime ista vitia barbarismi sunt, ea ratione, quoniam quadriga omnino non dicitur, sed quadrigae; scala omnino non dicitur, sed scalae; scopa omnino non dicitur, sed scopae. ergo diximus superius quia quod per naturam non dicitur barbarismus est; quod autem per naturam dicitur, sed in elocutione non stat, soloecismus est. ergo cum per naturam nemo dicat scalam, nemo dicat quadrigam, sine dubio barbarismi sunt.

446, 22 Ergo quo modo fiunt soloecismi? aut per partes orationis aut per accidentia partium orationis. quot modis fiunt soloecismi? duobus. quasi | generalis est ista divisio. prima divisio soloecismorum ita se habet, fiunt soloecismi per partes orationis aut per accidentia partium orationis. per partes orationis fiunt duobus modis, si aut altera pro altera ponatur, aut ipsa pro se malo ordine ponatur. altera pro altera ponitur, quo modo si dicas 'torvumque repente clamat' pro eo quod est torve: ecce torvum nomen est, torve adverbium est; si tu ponas nomen pro adverbio, alteram pro altera posuisti. hoc vitium est, et modo hoc vitium converterunt ad figuras, honestum loquitur, doctum dicit, nobile effatur; sine dubio soloecismus est. hoc conceditur poetis propter levigationem versuum. ceterum ita dicimus elocutionem debere propriis partibus constare, pulchre dicit, non pulchrum, docte loquitur, non doctum loquitur, honeste fabulatur, non honestum fabulatur. ergo si alteram partem orationis pro altera ponas, soloecismum facis per partem orationis. item si ipsam volueris ponere pro ipsa, sed non recto ordine, puta 'quo vadis?' intus pro intro; 'ubi est?' intro pro intus: utraque pars adverbium est; si dicas aut intus pro intro aut intro pro intus, ecce ipsa quidem est pars orationis, sed non suo loco posita, non rationabiliter dicta. ergo ecce quem | ad modum fiunt duobus modis per partes orationis, si alteram partem orationis pro altera ponas, item si ipsa pro se non suo loco ponatur, neque ut convenit.

446, 30 Quid per accidentia partium orationis quem ad modum fiunt soloecismi? dicit tot modis, quot sunt ipsa accidentia. quot sunt accidentia nominis? sex. quot sunt accidentia pronominis? quot accidunt verbo? quot accidunt adverbio? ergo quot sunt accidentia, tot sunt etiam vitia per accidentia partium orationis. per qualitatem nominis: qualitas nomi-

17 si altera pro altera ponas aut ipsa per se malo ordine ponatur *P:* pro altera *om. BCS* 19 torvumque] *Verg. Aen.* VII 399 30 aut intus aut (pro *C*) intro ecce *BCS* 32 duobus modis aut per partes orationis si alteram partem orationis pro altera ponas aut item (idem *B*) per accedentia partium orationis si ipsa *BCS*

p. 434—36 L.

nis dividitur in duas partes; aut enim proprium est aut appellativum. si autem volueris aut proprium pro appellativo ponere aut appellativum pro proprio, soloecismus est, puta si dicas

hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto
Dardanus

pro eo quod est Dardanius. ecce proprio usus est pro appellativo, ecce habes vitium per qualitatem. per genera, si dicas validi silices, cum validas legerimus apud Vergilium. nihil quidem dicit iam quod legimus apud omnes genere masculino, sed quod plerumque in usu est, hoc vult dicere. | nam silices habemus in usu genere feminino, cortices in usu genere masculino; tamen legimus in Vergilio genere feminino cortices. ergo per qualitatem, ut

hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto
Dardanus;

per genera, ut 'validi silices' aut 'amarae cortices'. per comparationem,

respondit Iuno Saturnia sancta dearum:

novimus quod genetivo plurali non iungitur nisi superlativus; si tu iunxeris positivum, vitium fecisti, Saturnia sancta pro eo quod est sanctissima. per numeros, 'pars in frusta secant' pro eo quod est 'pars secat'. per casus, 'urbem quam statuo vestra est' pro eo quod est 'urbs quam statuo vestra est'. similiter per genera verborum, per qualitates verborum, per numeros, per modos. puta per genera verborum, si utaris passiva declinatione pro activa, ut

spoliantur eos et corpora nuda relinquunt

pro eo quod est spoliant; per modos, si velis dicere

itis, paratis arma quam primum, viri |

pro eo quod est 'ite parate'; per personas

Danai, qui parent Atridis, quam primum arma sumite,

'Danai qui parent sumite' pro eo quod est 'Danai qui paretis sumite'. similiter per adverbia, si aliud adverbium pro alio ponas, si velis dicere 'intus eo' pro eo quod est 'intro eo', si velis dicere 'intro sum', aut si iungas praepositiones nominibus civitatum vel detrahas provinciis, si velis dicere 'ad Romam vado', 'Siciliae sum'. nam neque Romae additur praepositio, quoniam nomen est proprium civitatis, et nomen proprium civitatis non accipit praepositionem secundum artem; neque iterum Siciliae [sum] detrahitur prae-

4 hauriat] *Verg. Aen.* IIII 661 7 silex *feminino genere saepius legitur apud Vergilium, sed non* valida silex 9 sed quod plerumque *P* sed quid plerumque *BCS* 15 amari cortices *B*: *Verg. bucol.* 6, 62 amarae corticis 17 respondit *corr.* -et *C*: *Enn. anal.* I 65 *ed. Vahl.* 20 pars] *Verg. Aen.* I 212 21 urbem] *Verg. Aen.* I 573 24 pro actiua ut spoliantur *P* de actiua ut spoliantur *Cb* de actiua spoliantur *BS*: *Enn. annal. v.* 600 *ed. Vahl.* 25 reliquunt *C* 27 quam primum *BCP* quod primum *S* 29 atridi quam primum arma *CP* atridi quod primum in arma *S* atridis quam arma *B*

p. 436—38 L.

positio, quoniam nomen est provinciae: nominibus civitatum non additur praepositio, ut 'Romam vado'; nominibus provinciarum semper additur praepositio, ut 'in Sicilia sum'. item per praepositionem, si aut ipsam pro altera ponas, aut ipsam detrahas. hoc totum secundum artem. alteram pro altera ponas, 'sub lucem densa inter nubila sese', sub lucem pro eo quod est ante lucem; aut si ipsam detrahas praepositionem, ut

silvis te, Tyrrene, feras agitare putasti

pro eo quod est in silvis, detraxisti praepositionem. sunt etiam aliae species innumerabiles; sed melius est, ait, uti brevitate, ne videamur non cavere, quem ad modum fiant soloecismi. ergo melius est breviter dicere: plane soloecismus dici|tur in soluta oratione; in poemate schema nominatur.

Plinius sic dicit, 'quando sit soloecismus, quando sit schema, sola in-
447, 5 tellegentia discernit'. noli te referre ad illud, quod diximus de metaplasmis. nam et in soloecismo hoc quaeritur, utrum sciens hoc fecerit, an nesciens: si sciens fecerit, erit schema; si nesciens fecerit, erit soloecismus. qua ratione? puta 'pars in frusta secant': diximus in metaplasmis et barbarismis quod haec sit discretio, ut, si stat versus etiam sine illa necessitate, ut barbarismus sit; si autem non stat, nisi vitium feceris, metaplasmus est. in hoc loco quid dicemus? pars in frusta secant et pars in frusta secat, et ita et ita stat versus. unde apparet quoniam adfectavit novitatem. nefas est autem de isto tanto viro credere per inperitiam hoc fecisse, non per scientiam adfectasse novitatem. ergo sola discretio inter vitium et virtutem scientia erit: nam sic appellat figuras, virtutes: sola ergo discretio erit scientia. ceterum si nesciens quis fecerit, sine dubio dicetur soloecismus; si sciens fecerit, dicetur schema. hoc quidem dixit; tamen quivis potest facere soloecismum et dicere 'figuram feci'. si noluerit rationem reddere, nihil est hoc, licentia est prava. non sufficit scire quae vitanda sunt, sed etiam addit ornatum. vide, quanto ordine tractavit, | et quem ad modum disposuit. primo docuit nos, quae essent partes orationis, et quem ad modum tractarentur. postquam explicuit istum tractatum, pervenit ad illum locum, ubi quasi ad scientem hominem, qui deberet de sermonis ornatu * primo aequum est ut vitiis careamus, postea accipiamus ornatum. ergo docuit vitandum esse barbarismum, vitandum esse soloecismum. dicit adhuc vitanda esse aliqua decem vitia, brevia quidem; tamen et ipsa vitanda sunt. his duodecim vitiis siqui caruerit, eloquens erit, id est disertus; non quidem facundus, sed disertus. ergo in vitium ne incurras, haec teneto. quae sunt autem ista? ista sunt duo et alia decem.

3 item per praepositionem *P* item in praepositionem *BCS* 5 sub lucem] *Verg. georg.* I 445 inter nebula *B* 7 silvis] *Verg. Aen.* XI 686 Tyrrene] tyranne *C* 11 in soluta parte orationis *BCSP* 13 plinius *Sb* plenius *BCP* 14 illud] aliud *C* 23 ergo sola discretio scientia erit inter uitium et uirtutem *BCSP* 33 ornatu — accipiamus *om. S*

p. 438—40 L.

DE CETERIS VITIIS

Acyrologia cacenphaton pleonasmos perissologia macrologia tautologia eclipsis tapinosis cacosyntheton amphibolia: diximus barbarismum, diximus soloecismum; veniamus | ad illa decem vitia. acyrologia est inpropria dictio, siqui inproprie loqui voluerint, ut si dicas ‘dentes meos pugno fudit’, non est proprium, sed ‘dentes meos pugno fregit’: nam ossa frangi possunt, non fundi; ista acyrologia est. et ut puta si dicas ‘fuste crura eius pertudit’, nec hoc proprium est, sed ‘fuste crura eius fregit’. ista est inproprietas dictionum. habes in Vergilio

hunc ego si potui tantum sperare dolorem.

speramus bona, timemus mala. ergo ista non proprie locutus est dicendo dolorem sperare, cum debuisset dicere dolorem timere, ‘hunc ego si potui tantum sperare’ pro eo quod est timere.

Cacenphaton dicitur obscena enuntiatio. fit autem aut in una parte 447, 15
orationis aut in contextu partium orationis aut in sensu, quod est re vera vitandum. fit autem in una parte orationis, ut est illud apud Terentium, ‘arrige aures Pamphile’; potest et obscenam rem sonare: aut in contextu partium orationis, ‘numerum cum navibus aequet’; | collidunt ipsae partes et obscenum aliquid sonant. ista in sensu vitanda sunt re vera. illa enim etiam pueri possunt scire, in una parte orationis quod fit aut in contextu partium orationis. cacenphaton quoque fit in sensu, quod re vera vitandum est, ut est illud apud Sallustium, quod notaverunt omnes, ‘profectus quidam Ligus ad requisita naturae’. voluit dicere obscenam rem. quae necessitas fuerat, ut ad tam humilem et vilem descriptionem historiographus descenderet? ecce cacenphaton est modo, sed in sensu. nam quantum ad verba pertinet, honesta elocutio. ergo ista vitanda sunt, quae turpia videntur esse in sensu. habetis etiam apud Horatium ‘et tuos rubros obstetrix pannos lavit’. rem turpissimam dixit, verba integra sunt et sana, sensus ipse pessimus et obscenus. ergo ista vitanda sunt graviter, non concessa sunt ista penitus nisi satiricis.

fr. inc. 3 p. 201 M
Quint. 8, 6, 59

Pomp. citiert ungenau u. lückenhaft, ohne Absicht. Viell. liegt ein Fehler der Ueberl. vor im Text des Pomp.

---

10 hunc] *Verg. Aen.* IIII 419 14 aut *primo loco om. BCS* 16 apud Terentium] *Andr.* V 4, 30 17 auris phamphile *B* 18 numerum] *Verg. Aen.* I 193 aequat *P* coulidunt ipsae *b* callidum ipsae *B* callide ipsas *C* calidet ipsas *S*: callidae ipsae partes obscenum aliquid sonant reuera *P* 19 sonant aut ista *B* sonat aut ista *C* sonet aut ista *S* 21 quoque] quod *BCSP* 23 perfectus quidam ligus ad requisitam naturam *P. Sallustii fragmentum edidit Ludovicus Carrio ex Flodegarii commentario in Donatum, de quo ita scripsit schol. in Sallust. histor. p.* 234 (*ed. Antv. a.* 1579) ‘*Flodegarius, de quo alibi nihil legere memini, in Commentario ad Barbarismos Donati, qui in bibliotheca Elnonensi caldmo exaratus exstat*, fit, *inquit* cacophaton in sensu, cum aliquid turpitudinis, quod non conuenit nisi histrionibus vel Satyricis, ab historiographo vel prudenti narratur. unde Sallustius: profectus quidam Ligus ad requisita naturae. item Horatius, et tuos rubros obstetrix pannos lauit. in quibus quod ad verba attinet, honesta est elocutio, de re tamen turpissima’ 24 quae necessitas *BSP* sed quae necessitas *Cb* 28 apud Horatium] *epod.* 17, 50 et tuo cruore rubros obstetrix pannos lavit

p. 440—42 L.

Pleonasmos perissologia macrologia et tautologia, paene una ratio est in omnibus: pleonasmos perissologia macrologia et tautologia, isti tropi de se pendent. pleonasmos est in verbo, perissologia in sensu, macrologia in utroque. pleonasmos est, quando dicis ‘oculis vidi’; superfluum est *oculis:* abundabat enim vidi: aliter enim videre non poterat. ‘vocemque his auribus hausi’: aliter enim non potuit. hoc vitium dicitur pleonasmos. perissologia dicitur in sensu, puta

ibant qua poterant, qua non poterant non ibant:

hoc manifestum est: nam si illa parte, qua non poterant, non ibant, utique altera pars vacat. ‘occidit illum quem potuit, non occidit illum quem non potuit’: hoc habet rationem suam per unam partem, per aliam stultum est. habes etiam in Cicerone ‘res erat praetoribus solis nota’; illa pars superflua est, ‘ignorabatur a ceteris’. macrologia est, quotiens et verba superfluunt et sensus, ‘legati non inpetrata pace retro, unde venerant, domum regressi sunt’. abundabat enim dicere ‘legati non inpetrata pace regressi sunt’. quid opus fuerat dicere ‘regressi unde venerant’? quo regressi sunt? domum. unde venerant? domo. abundabat dicere regressi sunt. in eo quod dixerat regressi sunt iam totum illud tenebatur. ista macrologia dicitur. tautologia est eiusdem verbi iteratio. plerumque propter clausulas faciunt hoc scholastici, puta ‘ego perfeci’ mala clausula est; illi addunt et dicunt ‘egomet ipse perfeci’. quid opus fuerat ut adderes illud, ut etiam metrum faceret? ista dicuntur propter clausulam. ceterum quantum ad rationem pertinet, nihil significant; ergo adiectio est ex superfluo posita.

Eclipsis est defectus quidam, puta si dicas ‘haec secum’: subaudimus enim aliquid, loquebatur, cogitabat, tractabat.

Tapinosis est rei magnae humilis expositio, si dicas ‘iactabantur classes maxime per gurgitem’. hoc non est verum: gurgitem dicimus in fluvio locum altum aliquem: tapinosis est. aut certe

penitusque cavernas
ingentes uterumque armato milite conplent:

armato milite, id est multa legione, inpleverunt cavernas. res ista magna quidem est, sed humiliter expressa. plane quem ad modum diximus in Vergilio, sic ponenda sunt ista, ut accipiant epitheta maiora, ut sic ele-

---

4 oculis meis uidi *C* 5 oculis *om. BCS* abundat *B* vocemque] *Verg. Aen.* IIII 359 6 aliter enim non potuit *S* aliter enim poterat *C* aliter enim (audire *add. b*) potuit *B* numquid aliter potuit *P* 8 ibant] *cf. Charis. p.* 271, 10 12 res erat praetoribus solis nota fuerat *P: Cic. in Catil.* III 2, 6 14 ut legati *C: cf. Charis. p.* 271, 13. *Serg. explan. in Don. p.* 564 15 retro — domum *om. C, add. c* uenerant *P* uenerunt *BSc* reuersi sunt *B* abundabat — pace regressi sunt *om. C* enim] hoc *BS, om. P* 17 uenerunt *priore loco S* domo] domum *BCS* 24 est sed ex superfluo *CP* 27 iactabant classes maximam per gurgitem *P* 30 penitusque] *Verg. Aen.* II 19 31 utrorumque *C* conplent id est multam legionem armato milite conplent cauernas *P* complent id est multa legione armato milite complent id est multa legione armato (armatorum *B*) milite impleuerunt cauernas *BC*

ventur: cavernas quidem, sed grandes; in gurgite quidem, sed vasto. sic relevatur hoc vitium.

Cacosyntheton est * et hoc propter clausulas facimus. plerumque verba non stant in clausulis; si ipsa convertas, poterunt stare, ut 'versaque iuvencum terga fatigamus hasta'. naturalis sermo non poterat per versum currere, versa hasta iuvencum terga fatigamus, id est iuvencorum terga fatigamus: ut possit | stare ille versus, naturalem sermonem convertit. unde etiam plerique notaverunt illud apud Ciceronem, 'ad omnes meos impetus quasi murus quidam boni nomen imperatoris opponitur'. naturalis sermo erat boni imperatoris nomen opponitur; adfectavit tamen affluentiam et absolutam elocutionem et sermonem naturalem convertit. haec cacosyntheton est, quae non per naturam scribuntur, sed per quandam adfectationem praepostere scribuntur.

Amphibolia est dubitatio in sensu constituta. fit autem aut per distinctionem aut per commune verbum aut per accusativum. per distinctionem: puta si dicas 'vidi statuam auream hastam tenentem', prout distinxeris sensus, aut statuam habes auream dicere et qualemcumque hastam, argenteam ferream plumbeam, aut hastam auream et qualemcumque statuam, puta aëneam ferream. si ita dicas, 'vidi statuam auream, hastam tenentem', ostendis auream statuam esse et qualemcumque hastam; aut 'vidi statuam, auream hastam tenentem' ostendis qualemcumque statuam hastam auream habentem. item per accusativum casum, 'vidi secutorem retiarium occidisse', incertum est quis quem occiderit, utrum retiarius secutorem occiderit, aut retiarium secutor, incertum est. | item per commune verbum: si dicas 'vadatur Cicero', incertum est, utrum ipse ad vadimonium trahatur; 'criminatur Cato' utrum ipse criminetur aliquem, an ab altero ad crimen trahatur. deinde sunt etiam plurimae species, quas vitare debemus.

Ergo ista sunt duodecim vitia, quae tantum vitanda sunt, barbarismus soloecismus acyrologia cacenphaton pleonasmos perissologia macrologia tautologia eclipsis tapinosis cacosyntheton amphibolia; ista sunt duodecim. et postquam docuit vitia, quae vitanda sunt, incipit iam transire in ornatum, et ipsum ornatum tripliciter dividit, in metaplasmos, in tropos et in schemata. in omnibus quidem artibus habetis istas tres divisiones. istas non habetis: quid interest inter metaplasmum, quid interest inter tropos et inter schemata, hoc nullus artigraphus potuit dicere; habetis

---

1 in gurgite] *cf. Serv. in Verg. Aen.* I 118. III 197 3 *lacuna quam indicavi definitio cacosyntheti excidit* 4 non stant *C* non constant *BSP* versaque] *Verg. Aen.* VIIII 609 8 apud Ciceronem] *in Verr. act. sec.* V 1, 2 10 inponitur *posteriore loco B* 12 haec cacosyntheton est quae per naturam scribuntur per quandam adfectationem propostere scribuntur *C* haec cacosintheton est quae non per naturam scribitur sed per ..... praeposteres scribunt *P. fortasse* ergo cacosyntheton est vitiosa compositio dictionum quae *sqq.* est *om. BS* 13 adfectionem *BS* 19 aëneam] aeream *CP* auream *BS* 26 criminetur aliquem *S:* aliquem *om. BCP*

p. 444—46 L.

tamen in graecis, quid est metaplasmus, quid est tropus, quid est schemà, vel quem ad modum discernantur istae res.

DE METAPLASMO

447, 22 Inter tropum et metaplasmum et figuram hoc interest: metaplasmi dicuntur qui fiunt causa necessitatis, figurae fiunt | causa ornatus, tropi fiunt causa utriusque rei, id est et necessitatis et ornatus. puta

tetulit senilis Poeas ad caelum manus,

tetulit pro eo quod est tulit. stabat ille versus, an non? si potuit stare versus, puta tulit senilis Poeas ad caelum manus, et ille maluit dicere tetulit pro eo quod est tulit, figuram fecit, id est schema. si autem non potuit aliter stare, non fecit figuram, sed metaplasmum. nam in figura ornatus est, in metaplasmo necessitas est, id est ideo convertitur de consueto sermone ad novam elocutionem, ut succurrat necessitati. si est necessitas, metaplasmum facit; si non est necessitatis causa, sed ornatus, figuram facit; tropus vero ad utrumque pertinet, id est et ad ornatum et ad necessitatem. potuit et sic stare et aliter. item voluit iste addere figuram, ut est illud Vergilianum, 'pars in frusta secant': etiam si dicas simpliciter pars in frusta secat, stat versus. ergo quoniam maluit ille secant dicere, cum possit etiam secat stare in versu, apparet quoniam figuram fecit: hoc enim loco nulla est necessitas. e contrario alio loco, ubi aliter ponit, quod, si secundum usum communem loqueretur, non staret, ibi metaplasmus est. ergo ita definivit, 'metaplasmus est [de concurren|tium consonantium], si sermo commutetur [nova quadam commutatione] causa necessitatis'. sunt autem metaplasmi isti quattuordecim, prothesis epenthesis paragoge aphaeresis syncope apocope ectasis systole diaeresis synaeresis ecthlipsis synaliphe antithesis et metathesis. sed hi quattuordecim septem sunt: nam omnis metaplasmus habet contrarietatem; puta ille fit per productionem, ille fit per correptionem, iste fit per additionem, ille fit per contractionem. septem sunt illi alterius modi et septem contrarii.

Ecce tres metaplasmi sunt isti, prothesis epenthesis paragoge. prothesis est, quotiens ad principium dictionis aliquid additur; est epenthesis, quotiens ad medium dictionis additur aliquid; paragoge dicitur, quotiens ad finem aliquid additur. ut puta prothesis est, si dicas tetulit pro eo quod est tulit; ecce ad principium addidisti: epenthesis est, si ad me-

3 DE METAPLASMIS *B* EXPL. DE SOLOECISMO INC. DE METAPLASMO *C* 7 senilis *BP* senili *C* sinili *S* Poeas *Lindemannus* poetas *CS* poeta *BP* 8 si potuit *C* si possit *BS*: si posset stare ille male diceret tetulit figuram fecit *P* 9 seniles *S* poetas *BCS* mallit *S* mallet *BC* 12 in metaplasmo necessitas id est ideo *SP* in metaplasmo (-mon *C*) non nam in figura ornatus est in metaplasmo (-mon *C*) necessitas est id est ideo *BC* conuertitur de consuetudine sermo ad nouam elocutionem *P* 17 pars] *Verg. Aen.* I 212 secat *C* 22 definiuit *S* definiunt *C* definit *BP* 26 diheresis synheresys eclypsis synaliphe *B* diheresis ecthlypsis synaliphe *C* diaeresis episynaliphe synaliphe ecthlipsis *S*

p. 446—49 L.

dium addas, ut induperator pro eo quod est imperator: paragoge est, si ad finem addas, 'magna fieri ratione potestur' pro eo quod est potest. ergo ille metaplasmus prothesis dicitur qui ad principium addit, qui ad medium addit epenthesis, qui ad finem addit | paragoge. iam e contrario habes requirere, id est qui tollit de initio, qui tollit de medio, qui tollit de fine, ut sint contrarii ipsi metaplasmi. quando de initio tollis, appellatur aphaeresis; de medio quando tollis, syncope; de fine, apocope. puta de initio si tollas, talis erit metaplasmus, mittit pro eo quod est omittit, temnere pro eo quod est contemnere; ista aphaeresis est: syncope, quando de medio tollis, puta vixet pro vixisset, exstinxti pro eo quod est exstinxisti: de fine tollis, si dicas Achilli pro eo quod est Achillis, Vlixi pro eo quod est Vlixis. quem ad modum illi tres addiderunt, sic isti tres detraxerunt. ecce habes sex.

Sunt alii duo inter se contrarii, ectasis et systole. ectasis dicitur, quotiens naturaliter brevis syllaba est, et nos illam longam facimus. e contrario systole est, quotiens naturaliter longa syllaba est, et nos eam brevem facimus. ectasis est in illa syllaba, 'Italiam fato profugu|s': i naturaliter brevis est, sed ubique producitur, et fit ectasis, id est productio. systole est 'fervĕre Leucaten' | pro eo quod est fervēre. sed ne in quaestionem caderet, tunc fervere patitur systolen, si nolueris tertiae coniugationis esse. plerique enim sic declinant, fervo fervis fervit; si autem sic declines, fervo fervis, facit fervĕre, quem ad modum dicimus lego legis legere. si autem volueris esse secundae declinationis, erit fervēre, et sic declinabitur, ferveo ferves fervēre, quem ad modum doceo doces docere; ergo tunc erit haec figura. sed dimitte hoc verbum, quod in ambiguitatem venit, et illud dicamus, 'steteruntque comae et vox faucibus haesit'. ergo illa ectasis est, ista systole. ecce habes octo.

Item duo contrarii sibi metaplasmi, diaeresis et synaeresis. diaeresis est, quotiens una syllaba in duas dividitur; synaeresis est e contrario, quotiens duae syllabae in unam contrahuntur. nam diaeresis est 'Albai longai' pro eo quod est Albae longae, ut est illud apud Vergilium, 'dives pictai vestis et auri',

aulai medio libabant pocula Bacchi:

| una syllaba in duas divisa est. legite Verrium Flaccum et Catonem, et ibi invenietis. ita enim scribebant maiores nostri, aulai, la et i. graeca

---

2 ut magna *C: Lucret.* III 1010 quod tamen expleri nulla ratione potestur potestur *B C* potestor *S P* 17 Italiam] *Verg. Aen.* I 2 19 fervere] *Verg. Aen.* VIII 677 20 systolen *om. B* nolnerit *C* 21 esse *om. S* declinabant *C* 22 declines *P* declinet *B C S* 26 steteruntque] *Verg. Aen.* II 774 III 48 27 ecce octo habes item duos contrarios sibi metaplasmos *B S* ecce habes octo habes item duos contrarios sibi metaplasmos *C* ecce VII. Item duo contrarii sibi metaplasmi *P* 30 albai logai *C: Enn. annal.* I 34 *ed. Vahl.* 32 dives] *Verg. Aen.* VIIII 26 33 aulai] *Verg. Aen.* III 354 libabant *B S* libant *C P* 35 ista enim *P*

p. 449–51 L.

enim diphthongus est ai. sic dicebant, aulai. ergo scribe graece, et vides quoniam poteris invenire illam diaeresin: aulai, solve a et i, et facis diaeresin et invenis aulai; secundum ipsam consuetudinem solverunt. sic et Musai. ergo ista est diaeresis, quotiens una syllaba in duas dividitur. synaeresis est, quotiens duae syllabae in unam contrahuntur, ut est illud, 'fixerit aeripedem cervam' pro eo quod est aëripedem. duae syllabae in unam contractae sunt, ut est Phaeton Neri pro eo quod est Phaëton Nereï.

Sunt item alii duo metaplasmi inter se contrarii, ecthlipsis et synaliphe. magnifice locutus est, non stricte, non quasi grammaticus, sed soluta oratione et affluenti voluit exprimere rem difficiliorem. ecthlipsis est * quotiens vocalis vocalem excludit. ut puta si vocalis vocalem excludat, synaliphe est, ut

ille ego, qui quondam gracili modulatus avena.

| ille ego, e et e duae istae vocales sunt, altera tamen alteram exclusit, et non fecit ille ego, sed fecit illego. dicitur synaliphe duarum concurrentium voçalium lubrica lenisque conlisio, quotiens duae sunt vocales et excludunt se leniter et lubrice. haec synaliphe est. illa vero non de vocalibus fit, sed de consonantibus. non enim ante potest excludi consonans, nisi pariter sit vocalis, quae excludat m litteram. ut puta hominem amicum: ubi sustuleris myotacismum, excluditur vocalis. num vis scire? quotiens myotacismi ratio est, ut excludatur myotacismus, et vocalis excluditur. exclusa est consonans, ne sit myotacismus: cum exclusus fuerit myotacismus, incipit vocalis excludi, ne sit hiatus. necesse est ergo ita ut fiat, ut m excludas propter vitium, vocalem excludas propter illam litteram. si enim non exclusa fuerit, incipit hiatus esse. ergo tale erit illud, 'multille et terris': ita scandere habes. ecce quae causa est ut non tantum m, sed et u excludas, quae u cum m littera est, et appellatur ecthlipsis, id est consonantium aspere cum vocalibus concurrentium dura difficilisque conlisio.

Sunt alii duo contrarii, antithesis et metathesis. antithesis est litterae pro littera positio. hoc in latinis [antithesis] in metaplasmo non invenis [in latino], sed invenis in ornatu. hoc est enim apud Latinos olli, quod est illi. et quid mihi praestat? nihil. nam sive dixero olli,

---

i

1 dicebant aula . i . *P* dicebant aulai *B* dicebant aliai *C* dicebant alii ai *S* 3 et inuenis *BP* et inuenies *CS* ipsam] illam *C* 6 fixerit] *Verg. Aen.* VI 803 7 ut est phaeton (pheton *S*) neri pro eo quod est phaeton (pheton *CS*) nerei *BCS* ut phaeton nerei pro pheton nerei *P*: *cf. Donat. p.* 396, 21 9 ecthlypsis *constanter C* eclypsis *B* 11 eclipsis est quotiens uocalis uocalem excludit ut ille ego *P:* ecthlipsis est quotiens vocalis consonantem excludit *Lindemannus. ante uberiorem synaliphae et ecthlipsis expositionem brevis utriusque metaplasmi definitio excidit, ex qua haec quae ad synalipham pertinent*, quotiens vocalis vocalem excludit, *relicta sunt* 17 quotiens duae uocales excludunt *C* 21 ubi tuleris *BCSP* moetacismum *S* moeotacismum *B* meotacismum *C, item postea* num] nam *BCS:* nam quotiens *P* 26 ergo et tale *C* 28 non tantum m quam et (et *om. C*) u *BCSP*

positione habet stare, sive dixero illi, positione habet stare. ergo nihil praestat nisi novitatem elocutionis. antithesis apud Latinos nihil praestat. e contrario apud Graecos praestat [ornatum]: o longa est, u brevis est; ubi necessitas est metri, illam o pro u accipimus. ecce re vera antithesis est, ubi littera pro littera posita praestitit metrum; hic autem nihil praestat metro. sed ecce habes apud Latinos antithesin, sed in verbo graeco; non est latinum, sed verbum graecum est, 'aquosus Orion'. o dicimus, sed iam antithesis erit in temporibus tantum modo, non in syllabis. neque enim aliter scribis Ōrion, et aliter scribis Ŏrion: ideo non praestat Latinis aliquid: eaedem enim vocales sunt, sed temporibus differunt. metathesis: re vera ista differunt apud Latinos; hic transversio est, non mutatio, ut non alteram pro altera ponas, sed ipsas convertas, ut est Thymbre, |

nam tibi Thymbre caput Euandrius abstulit ensis.

dic naturaliter, quem ad modum est ordo litterarum, et non stat versus, nam tibi Thymber caput Euandrius abstulit ensis. ergo metathesis dicitur, quotiens convertitur ordo litterarum causa necessitatis, ut possit metrum stare.

Hi sunt metaplasmi XIIII. schemata vero aut lexeos sunt aut dianoeas. lexeos dicuntur quae ad grammaticos pertinent, dianoeas quae ad oratores pertinent. schema lexeos dicitur, quotiens fit in uno verbo; schema dianoeas dicitur, quotiens integris verbis in sensu fit schema. ut puta si dicas 'hic illius arma, hic currus fuit', 'hic arma fuit' nemo dicit, sed 'currus fuit'; ecce uno verbo occurristi duobus sermonibus dissimiliter positis, id est dissimili numero constitutis. hoc schema in uno verbo fit: tolle enim illud verbum, et nihil stat, hic currus [fuerunt, hic arma fuerunt]. ergo in uno verbo fit. schema autem dianoeas non in uno verbo efficitur, sed in contextu partium orationis. ut puta quando fingimus nos nihil dicere et dicimus, ut 'nam illa nimis ego antiqua praetereo, quod Servilius Ahala Spurium Maelium novis rebus studentem manu sua occidit': dixit praetereo, et dicit illa nihilo minus. ista dianoeae sunt. ergo illae figurae, quae fiunt in sensibus, pertinent ad ora|tores; quae fiunt in sermonibus, ad grammaticos pertinent.

---

1 nihil praestat nisi *P* nihil praestant nisi *BCS* 3 *fortasse* apud Graecos praestat metrum 5 praestitit metro *P* 7 aquosus] *Verg. Aen.* IIII 52: *cf. Serv. in Verg. Aen.* I 535 11 transuersu est *P* transuersum est *BCS* 14 nam] *Verg. Aen.* X 394 23 hic illius] *Verg. Aen.* I 16 26 hic currus fuerunt hic arma fuerunt *S* hic currus hic arma fuerunt *B* hic currus fuerunt hic arma fuerunt hic schema fuerunt *C* 29 nam illa] *Cic. in Catil.* I 1, 2 30 quaeque seruilius halas spurius melium nouis *S* quaequae seruilius halas spurius milium nouis *C* quaeque serui illius hilas superius (*corr.* spurius) melium (*corr.* milium) nouis *B* quaeq, seruilium alas purimaelium nobis *P* 31 occidit *P* occiderit *BCS*

p. 453. 54 L.

DE SCHEMATIBVS

Schema dicitur figura. hoc autem schema fit aut in sensu aut in verbis. schemata quae fiunt in sensibus ad oratores pertinent, quae fiunt in verbis ad grammaticos pertinent. schema autem quod fit in sensu vel in verbis hac ratione discernitur. habes in Vergilio utrumque, et in sensu factum schema et in verbis. in sensu habes illo loco,

quid memorem infandas caedes, quid facta tyranni
effera?
mortua quin etiam iungebat corpora vivis,
conponens manibusque manus atque oribus ora.

[conponens] hoc schema in sensibus constituitur. quid est enim schema sensus? id est, quando dicimus nos nolle aliquid dicere et tamen dicimus, [quid memorem infandas caedes, quid facta tyranni effera?] ut quid commemorem illius caedes, quid facta effera? namque iungebat mortua corpora vivis hominibus. negaverat se dicere et dixit tamen. ecce hoc schema in sensu est, 'nam illa nimis antiqua praetereo, quod Servilius Ahala | Spurium Maelium novis rebus studentem manu sua occidit': illa quidem antiqua praetereo, et nihilo minus dixit. hoc schema in sensu est, hoc ad oratores pertinet. quod autem ad grammaticos pertinet, hoc est,

Troiugena interpres divum, qui numina Phoebi,
qui tripodas, Clari laurus, qui sidera sentis.

ecce uno verbo sentis conclusit illa omnia superiora, qui numina Phoebi sentis, qui tripodas, Clari laurus; en uno verbo ad cuncta respondit. ecce hoc loco non est sensus, sed verbi significatio, quod verbum refertur ad clausulam, ad superiora commata. ergo omne schema aut in sensu fit aut in verbis; sed quae fiunt in sensibus ad oratores pertinent, quae fiunt in verbis ad grammaticos pertinent. illa quae fiunt in sensibus dianoeae dicuntur, quae fiunt in verbis dicuntur lexeos. quae cum multa sint, et re vera tres libri sunt ingentissimi de hac re, interim exempli causa haec frequentissima sunt, quae dicemus. sunt autem haec ipsa decem et septem, prolempsis zeugma hypozeuxis syllempsis anadiplosis anaphora epanalempsis epizeuxis paronomasia, schesis onomaton, paromoeon homoeoteleuton homoeoptoton polyptoton hirmos polysyndeton dialyton.

---

7 quid memorem] *Verg. Aen.* VIII 483 facti *C* 13 quid facti *C* commemorem illius *P* commemoro illius *BCS* 14 namque iungebat corpora *c* iamque iungebat corpora *BC* iamque mortua iungebat corpora *S* nam iungebat corpora *P* 16 nam illa nimis *BSP* nam nimis illa *C*: *Cic. in Catil.* I 1, 2 quaeque seruilius hala spurium maelium *B* quaequae seruilius halas spurius milium (melium *c*) *C* quaeque seruilius halas purium melium *S* quaeq, seruilium alas. purium. aelium *P* 21 Troiugena] *Verg. Aen.* III 359 22 laurus *BSP* lauros *C* sedera *CP* 24 sentis *posteriore loco om. C* laurus *BS* lauros *CP* 28 illa quae *c* illae quae *BCS* illa scemata quae *P* 29 quae cum multa sint (sunt *corr.* sint *C*) schemata et reuera *BCS* quae cum multa et re uera *P*

p. 454—57 L.

Prolempsis est praeoccupatio: sic potest latine dici, prolempsis est praeoccupatio rei futurae. pleraque quae postea fiunt sic dicimus | nos, quasi ante facta sint, et incipit esse hic tropus, 'Lavinaque venit litora'. illo tempore, quo venit Aeneas ad Italiam, adhuc non fuerat Lavinum oppidum nec Lavina litora. ergo illo loco erit prolempsis, id est praeoccupatio, quem ad modum item alio loco,

tunc se ad Caietae recto fert litore portum.

Caietae portus illo tempore non fuerat, sed postea mortua Caieta sic appellatus est. ergo prolempsis dicitur praeoccupatio rei futurae.

Pleraeque etiam figurae contrariae sunt, quo modo sunt etiam metaplasmi. zeugma et hypozeuxis, ecce ista duo contraria sunt. nam zeugma dicitur, quotiens uno verbo multas res claudimus; hypozeuxis est, quotiens singulas res singulis claudimus verbis. zeugma est, quando illa omnia quae praemissa sunt clauduntur verbo, quale est illud quod dixi modo, 'qui numina Phoebi, qui tripodas, Clari laurus, qui sidera sentis'. interim, quoniam venit iste versus ad animum, non stantem illum legunt omnes, 'qui numina Phoebi qui tripodas Clari': non stat versus. iam si sic dicis, non stat versus; sed dicemus 'qui tripodas Clarii', quia cla brevis est: 'qui tripodas Clari' si dicas, ut sit spondeus, non stat, sed erit dactylus, brevis est enim cla, | et omnes tamen sic legunt penitus. ergo quotiens uno verbo diversas clausulas conponimus, zeugma est. hypozeuxis est autem, quotiens singulas res singulis claudimus verbis, ut

regem adit et regi memorat nomenque genusque:

'regem adit' sensus est, 'regi memorat' sensus est, 'quidve petat' sensus est, 'quidve memoret' sensus est, 'arma quae sibi conponit' sensus est, 'humanis quae sit rebus' sensus est; singulae res singulis verbis completae sunt.

Syllempsis est dissimilium rerum una conclusio, puta si ponas duos numeros diversos et uni respondeas, alterum relinquas; si ponas duo genera diversa et uno generi respondeas, alterum relinquas. puta 'hic illius arma, hic currus fuit': 'hic illius currus fuit' bene dicimus, 'arma fuit' non bene dicimus. ergo syllempsis est, quotiens uno verbo respondemus duabus rebus dissimilibus, ita ut una pars pertineat ad simplicem elocutionem, altera ad figuratam. nam quando dici|mus 'hic currus fuit', simplex est elocutio; quando dicimus 'arma fuit', non est simplex elocutio, sed figurata. ergo syllempsis dicitur singularum clausularum una conclusio. haec autem syllempsis non tantum in verbis fit, sed etiam in sensibus. quotienscumque res narrantur dissimiles, quae

---

3 lauiniaque uenit *P*: *Verg. Aen.* I 2 7 tunc] *Verg. Aen.* VI 901 14 promissa *BCSP* 15 laurus *P* lauros *BS* lauri *C* 17 clari laurus non stat *B* 18 dicemus *P* dicimus *BCS* 23 regem] *Verg. Aen.* X 149 adit et regi *P* adiit et regi *S* adit regi *BC* 24 adiit *S* 25 componet *P* 30 hic] *Verg. Aen.* I 16 33 duobus uerbis *BCSP* 38 narrantur *C* nascantur *c* nascuntur *BS* noscuntur *P*

p. 457—59 L.

unum exitum faciunt, syllempsis est. idcirco habes apud Terentium milies factam istam figuram et in casibus et in numeris. hoc volo ostendere, quoniam iste ait 'syllempsis fit generaliter et per partes orationis et per accidentia partium orationis'. noluit dare exempla; tamen invenimus exempla apud Terentium illo loco,

poeta cum primum animum ad scribendum appulit,
id sibi negotii credidit solum dari,
populo ut placerent quas fecisset fabulas:

'ut populo placerent fabulas' nemo dicit, sed 'ut populo placerent fabulae'. item alio loco paulo post,

quas faciet de integro comoedias
spectandae, an exigendae sint vobis prius:

comoedias spectandae; iterum syllempsis est per mu|tationem casuum. ecce in casibus. in numeris habes in Eunucho,

si quisquam est, qui placere se studeat bonis
quam plurimis,
in his poeta hic nomen profitetur suum.

si quisquam est in his: ita possumus dicere, 'siqui sunt qui volunt populo placere, in his se vult Terentius numerari'; iste autem dixit 'siquis est qui vult populo placere, inter ipsos est Terentius qui vult se numerari'. item alio loco in ipso argumento,

habeo alia multa, quae nunc condonabitur:

'habeo alia multa, quae nunc condonabuntur' debuit dicere· ergo vides saepe istam figuram diversis modis fieri, id est per genera, per casus, per numeros.

Anadiplosis anaphora epanalempsis et epizeuxis, hae figurae in unum genus rediguntur, specie tantum modo differunt. anadiplosis est, quotiens illo verbo inchoamus versum sequentem, quo verbo clausimus priorem, ut puta

sequitur pulcherrimus Astur,
Astur fidens:

quo verbo clausus est prior versus, eo verbo inchoatus est sequens. anaphora est, quotienscum|que per multos versus uno uteris verbo, in initio tamen, ut

nate, meae vires, mea magna potentia solus,
nate, patris summi qui tela Typhoëa temnis.

---

1 apud terentianum *P* 4 inuenimus nos exempla *B* 5 apud terentianum *P* illo loco sit a poeta *SP* illo loco si ita poeta *C* illo loco ista ita poeta *B*: *Terent. Andr. prol.* 1 7 dari *CP* dare *BS* 8 ut *om. P* 11 quas faciet *C* quam faciet *S* quas fecit et *P* quas fecisset *B*: *Terent. Andr. prol.* 26 comoedias] medias *P* 12 expectandae an *P* 13 comedia expectandae *P* 14 in Eunucho] *prol.* 1 15 quid placeret studeat bonus *P* se *om. C* 16 quam *BSP* quod *C* cum *c* 22 habeo] *Terent. Eunuch. prol.* 17 condemnabitur *P* 30 sequitur] *Verg. Aen.* X 180 35 nate] *Verg. Aen.* I 664 uiris *CS* mea] meae *B*

p. 459—61 L.

si iterum velis tu conponere quattuor aut quinque versus tamen ab ipso sermone inchoantes, anaphora est. epanalempsis est, quotiens in uno versu unum est verbum in initio et in fine, ut puta quo verbo inchoas, ipso verbo etiam claudis, ut

ante etiam sceptrum Dictaei regis et ante:

ante et ante, ipso verbo inchoavit, ipso verbo etiam clausit. epizeuxis est iteratio ipsius verbi, sed sine dilatione. hoc interest inter epanalempsin et epizeuxin, quod epanalempsis habet multa verba in medio,

ante etiam sceptrum Dictaei regis et ante;

epizeuxis nullum verbum in medio habet, ut 'me, me, adsum qui feci': iteravit quidem sermonem ipsum, sed sine intercapedine.

Paronomasia dicitur, quotienscumque de nomine aliud efficitur nomen sono simile, sensu dissimile,

nam inceptio est amentium, haut amantium: |

id est sic sonat amens, sicut amans; sono simile est, sensu tamen dissimile.

Schesis onomaton est: habebant hanc consuetudinem antiqui, modo nemo facit hoc. schesis onomaton est coacervatio nominum. difficile est ut aut nomina sint omnia aut pronomina sint omnia aut participia omnia; hoc pro ingenti adfectatione faciebant maiores nostri. faciebant versum, in quo versu non invenies nisi omnia nomina, ut

magna manus, Peligna cohors, Vestina virum vis.

magna nomen est, manus nomen est, Peligna cohors Vestina virum vis, omnia ista nomina sunt; nullam aliam partem orationis habes in istis. hoc est schesis onomaton [Peligna, id est de Peligno, unde fuit Ovidius]. quodam habitu copulandi: hoc est enim totum. quae est magna manus? Peligna. quae fuerat illa Peligna cohors? Vestina. iterationem sensus fecit multitudine nominum. |

Paromoeon est, quotiens ab isdem litteris diversa verba sequuntur, quo modo illud habes apud Vergilium,

sola mihi tales casus Cassandra canebat:

ab ipsa littera inchoavit plurimas partes orationis. quale est illud, 'longo sale saxa sonabant'. antiqui integros versus ita faciebant, ut

o Tite tute Tati tibi tanta tyranne tulisti:

versus est Ennianus.

---

1 conponere *Cb* contemnere *BSP* 3 quo uerbo inchoas ipso uerbo (*corr.* ipsum uersum *b*) etiam *BS* quo uerbo inchoas ipsum uersum ipso uerbo etiam *C* quo uerbo inchoas ipso etiam *P* 5 ante] *Verg. georg.* II 536 10 memet adsum quid feci *P: Verg. Aen.* VIII 427 feci in me conuertite *B* 14 nam inceptium est *B: Terent. Andr.* I 3, 13 haut] aut *BCP* 15 amens sicut amans *C* amens et sic amans *B* amens et amans *SP* 21 magna] Marsa *Donatus p.* 398, 19 *Charisius p.* 282, 6 *Diomedes p.* 446, 26 choors *C* festina *BCSP, item postea* 22 magna — virum vis *om. B* cohoors *C* 25 hoc est enim *C* haec est enim *P* hoc enim est *BS*: *fortasse* antiquum est hoc totum 26 cohoors *C* 30 sola] *Verg. Aen.* III 182 causas *P* 31 longo] *Verg. Aen.* V 866 32 ut o tite tute tate tibi tanta *B* ut o tu tite (ut tite *c*) tibi tanta *C* ut tite tate tibi toto tanta *S* uti . te . tate . tibi . tota . tanta *P: Enn. annal.* I 113 *ed. Vahl.*

p. 461—63 L.

Sunt item duae figurae, homoeoptoton et homoeoteleuton. inter homoeoptoton et homoeoteleuton hoc interest, quod homoeoptoton de casibus fit, homoeoteleuton de verbis fit. homoeoptoton est, si ita dicas,

merentes flentes lacrimantes commiserantes:

hos merentes, hos flentes, hos lacrimantes, hos commiserantes; ecce omnes casus accusativi sunt. inde dictum est homoeoptoton: Graeci enim ptosis dicunt casus. homoeoteleuton est, quotiens in verba exitus est unius soni. puta habemus apud Ci|ceronem apertissime positum, 'itaque in illum non animadvertisti, sed hospitem reliquisti'; paene unus est exitus rerum omnium. antiquum est hoc totum, hodie nemo facit; siqui fecerit, ridetur.

Polyptoton est multitudo casuum, sed diverso modo posita, ut est illud,

litora litoribus contraria, fluctibus undas.

[collige et invenies omnes casus: est nominativus genetivus ablativus] litora litoribus fluctibus undas, multitudo est casuum in uno loco, sed vario modo constituta. hirmos est continuatio quaedam (vide ne putes hoc esse hirmon, quod est etiam zeugma: satis enim simile est zeugma ei), id est continuatio sensus per plurimos versus. hirmos est puta

principio caelum ac terras camposque liquentes,

usque ad illum locum, 'nunc age'. omnis ille locus quadraginta versuum unus sensus est, animas inmortales posse ad corpora remeare.

Sunt item duae figurae, polysyndeton et asyndeton. polysyndeton dicitur, ubi sunt mul|tae conexiones; asyndeton, ubi nulla conexio est. polysyndeton est

Acamasque Thoasque
Pelidesque Neoptolemusque primusque Machaon:

que quinquies dixit. sunt aliquae partes, id est sunt alia loca, ubi nulla conexio est, ut est illud,

ite,
ferte citi flammas, date tela, inpellite remos.

poterat aliter dicere, ite et ferte citi flammas et date tela et inpellite remos; sed maluit inconexam orationem ponere.

---

3 ita *om. B* 4 merentes] *Enn. annal.* I 107 *ed. Vahl.* lacrimantes commiserantes *BSPc* lacrimantes hos commiserantes *C* 5 hos — commiserantes *om. C, add. c* 6 Graeci enim *om. PS*: enim *om. B* 7 exitus unius soni uerba tamen *S* 12 Poliptoton est ornatus aschronem hodieque hoc fit Poliptoton est *P* Polyptoton est hoc ornatur ascronem hodie quae hoc fecit polyptoton est *S*: *litura unius fere versus ante* polyptoton *est in B* 13 litora] *Verg. Aen.* IIII 628 14 collige — ablativus *ex generali definitione polyptoti, quae non ad Vergilii exemplum, sed ad omnes casus pertinebat, petita et alieno loco interposita sunt* 15 undas collige et inuenies omnes casus suum in uno loco *S* 19 principio] *Verg. Aen.* VI 724 20 nunc age] *ib. v.* 756 21 inmortales posse *SP* inmortales et posse *BC* 25 Acamasque] *Verg. Aen.* II 262 26 neoptolemus primusque *CP* machaonque queque quinquies *C* machaon queque quinquagiens *S* machaonque quaeque quinquagies *P* 28 ut est illud ite ferte citi flammas *S* ut est illud ite citi ferte flammas *BC* uti te citi ferte flammas *P*: *Verg. Aen.* IIII 593 31 ite adferte citi *S* ite ferte citi *B* ite citi ferte *C* flammas date *C*

p. 463—65 L.

DE TROPIS

Tractat etiam de tropis. diximus quod metaplasmi tantum modo necessitatis sunt, schemata tantum modo ornatus, tropi utriusque partis. nam idcirco et causa necessitatis fiunt, ubi exigit sensus, et causa utilitatis, ubi est ornatus. varii sunt tractatus isti, sed de ipsis multis sunt quattuordecim; sed eligo pauca quae dicam.

Metaphora est translatio: Latini ista quasi barbara sic audiunt. legite Ciceronem et videte, | quem ad modum tractat; de ipsis rebus duos libros integros scripsit [plenos]; nihil loquitur in ipsis libris nisi hoc solum, de istis rebus, et dat exempla pleraque translata a Demosthene, pleraque sua. Sexti liber [qui habent] nihil loquitur in fine nisi de figuris. metaphora quattuor modis fit. transferimus a re quae animam habet ad rem quae animam habet, aut a re quae animam non habet ad rem quae animam non habet; aut misce hoc ipsum, id est aut a re quae animam habet ad rem quae animam non habet, aut a re quae animam non habet ad rem quae animam habet. puta inter duo animalia, id est a re animali ad rem animalem, ut est illud,

Tiphyn aurigam celeres fecere carinae.

Tiphys gubernator fuerat navis Argus. iste gubernatorem aurigam dixit, quia, quem ad modum ille auriga regit equos, sic iste gubernator regit navem: ecce a re animali transtulit ad rem animalem; et auriga et gubernator animam habent. a re inanimali ad rem inanimalem, ut est illud, 'ut pelago misere rates'. | rates proprie dicimus conexiones trabium, per quas descendimus ad fluvium; iste autem idem transtulit ad navem; ecce a re inanimali ad rem inanimalem transtulit similiter. aut certe a re animali ad rem inanimalem, ut est illud in quarto,

Atlantis, cinctum adsidue cui nubibus atris
piniferum caput vento quassatur et imbri.

mentum caput humerus brachia et reliqua omnia hominis sunt, et ista, quae hominis fuerant, ad montem transtulit. aut a re inanimali ad rem animalem, ut 'si tantum pectore robur concipis'. robur proprie dicimus illud lignum, sed robur appellavit modo fortitudinem; a re inanimali transtulit ad animalem. ita se habent quattuor partes istae. adiecit aliquid et noluit tractare plenius, noluit aperte demonstrare: scire debetis tamen non *semper* has translationes reciprocas esse. reciprocae sunt, quotiens inter se recurrunt. ut puta si conparationem facias a volatu ad

---

4 ubi exegit sensus *P* ut exigit sensus *BCS* 5 multi sunt *SP* 9 plenos *om. BS, add. CPb* 11 sexti librum qui habent *B* sextus liber quem habet *Cb* sextū lib' qui habent *c* exti librum qui habent *S*: sexti liber nihil loquitur *P. fortasse* extant libri 18 typhyn *B* thyphin *P: cf. Charis. p.* 272, 13 *Don. p.* 399, 20 19 typhis *P* 22 inanimalem ut est a pelago *P*: *Verg. Aen.* V 8 ut pelagus tenuere rates 27 Atlantis] *Verg. Aen.* IIII 248 28 pinniferum *BCSP* uentus quassauit et imbri *P* 29 humeros *CP* ista quae *CS* ista haec quae *Bc* 31 si tantum] *Verg. Aen.* XI 368 35 tamen non has *C* tamen has *BSP*

p. 465—67 L.

navem | aut a navi ad volatum, istae reciprocae sunt. habes in Vergilio utramque translationem ipsius thematis. volare proprie avium est, et transtulit ad vela; ecce ad naves fecit conparationem ab avibus. alio loco item a navibus transtulit ad aves, 'nare per aestatem liquidam', cum de apibus volantibus loqueretur. nare est natare, quod vero est navis. istae reciprocae sunt, quotiens se respiciunt. partis unius sunt, quotiens ab una parte transferimus, ab una vero non possumus. habemus in Miloniana 'quidem ceteras tempestates et procellas in illis dumtaxat fluctibus contionum semper putavi Miloni esse subeundas'. tempestates procellas fluctus, totum hoc maris est, et transtulit ad vim populi et seditiones. e contrario non possumus ponere a populo ad pelagus. numquid enim possumus dicere 'talis tempestas populi fuit, qualis seditio maris'? tamen Statius demens dixit seditionem [rogi] maris.

Catachresis est usurpatio alieni nominis; ita definita est. puta nescio qui filium suum occidit, dicitur parricida; nescio qui matrem suam occidit, dicitur parricida; sororem, dicitur parricida [usurpatio est alieni nominis]. quamquam voluerit Cicero facere discretionem: habetis in illa oratione de domo sua 'matricida fratricida sororicida'. quamquam et maiores nostri voluerunt aliud esse parricidam. [parricida est qui parentem occidit. nam idcirco dictum est ita addita una littera r, parricida, quod parentem interimat.] apud maiores enim nostros homicidas raro legistis, parricidas autem semper. idcirco etiam parricidas patriae vocamus qui cives interimunt. piscinam dicimus, ubi pisces non sunt. usurpatio est alieni nominis. haec enim res alienum nomen habet, suum non habet.

Metalempsis est ⁂. iste tropus frequentabatur apud poetas. metalempsis dicitur accessus quidam gradatim perveniens ad finem, sed longo ordine, ut si dicas

post aliquot mea regna videns mirabor aristas.

per aristas segetes significat, per segetes aestates, per aestates annos; ergo post aliquot aristas, id est post aliquot annos. metalempsis dicitur, quod gradatim pervenimus ad aliquid, quem ad modum item habes alio loco 'speluncis abdidit atris'. per atras speluncas tenebricosas, id

---

2 volare] *cf. Serv. in Verg. Aen.* I 224 mare velivolum 4 ad aues natare per aera natare est naturae quae uero est nauis *P* nare] *Verg. georg.* IIII 59 5 nare et natare *BS* 6 se recipiunt *P* 7 in Miloniana] 2, 5 8 quidem *om. P* 13 Statius] *Theb.* VIIII 142 seditione maris rogi *om. B*, *add. b* 14 catachresis est usurpatio *P* catachresis dicitur usurpatio *C* catachresis usurpatio *BS* 15 paricida *constanter C* 18 orationis *BS:* oratione domus *P: Cic. de domo sua* 10, 26 19 maiores nostri *P*: nostri *om. BCS* aliud esse parricidam *Cb* aliud esse parricida *P* aliud esse parricidium *BS* qui parentem occidit nam *P* qui patrem occidit iam *BCS* 20 idcirco dicitur paricida ita addita una littera r quod *C* 21 homicidas *BP* homocidas *CS* 24 nomen habet (et *add. C*) suum non habet *Cb* nomen habuit suum non habuit *BS* nomen habuit suum non habet *P* 29 post] *Verg. bucol.* 1, 70 33 speluncis] *Verg. Aen.* I 60

est umbrosas, significat. metonymia est quaedam denominatio. ut puta plerumque a rebus continentibus id quod continetur demonstramus, aut ab inventore id | quod inventum est demonstramus. ut puta 'et vina coronant' pro eo quod est pateras coronant: quae continent id quod continetur ostendit. e contrario alio loco posuit 'nunc pateras libate deis': vinum libamus, non pateras; sed ab eo quod continet id quod continetur ostendit. aut ab inventore id quod inventum est, ut 'sine Cerere et Libero friget Venus', id est sine pane et vino: aut e contrario, id est

vinum precemur, nam hic deus praesens adest:

vinum, id est Liberum.

Antonomasia et epitheton tropi sunt sibi vicini. nam et antonomasia a tribus rebus trahitur, et epitheton a tribus rebus trahitur, id est ab animo, a corpore, extrinsecus. puta 'felix Aeneas' antonomasia est a fortuna; si dicas 'magnanimus Aeneas', antonomasia est ab animo; si dicas 'fortis Aeneas', antonomasia est a corpore. ergo antonomasia a tribus rebus trahitur, ab animo, a corpore, extrinsecus. epitheton similiter. quid ergo erit inter antonomasian et epitheton? dicit quod antonomasia vice no|minis ponitur, epitheton cum nomine ponitur. puta siqui dicat verbi causa 'ecce pius venit iuvenis', et velit significare Aenean dicendo 'ecce pius venit iuvenis', modo antonomasia est; si dicat 'ecce pius venit Aeneas', iam non est antonomasia, sed epitheton. nihil est enim epitheton nisi antonomasia iuncta nomini. hoc interest inter antonomasian et epitheton, quod antonomasia vice nominis fungitur, epitheton vero cum ipso nomine ponitur. vice nominis posita, id est sola, 'ipse arduus altaque pulsat sidera' * ut 'dira Celaeno': ecce si diceret dira tantum modo, antonomasian faceret; dicendo Celaeno fecit epitheton. 'dia Camilla': si hoc solum diceret dia, esset antonomasia. ex his duobus tropis vel laudamus aliquem vel vituperamus. nihil verius. tribus rebus aliquem laudamus, ab animo, a corpore, extrinsecus. quando Achillem laudamus, necesse habemus laudare animum ipsius, laudare corpus, laudare fortunam. ergo his tropis tribus aut laudamus aliquem aut vitu|peramus vel ostendimus vel ornamus [sed substantis illis].

Synecdoche dicitur significatio quaedam, quae aut minus dicit et plus significat aut plus dicit et minus significat. hoc habet synecdoche, puta 'puppesque tuae pubesque tuorum'. ecce minus dixit et plus

3 et vina] *Verg. Aen.* I 724. VII 147 5 nunc] *Verg. Aen.* VII 133 7 sine cirere *C: Terent. Eunuch.* IIII 5, 6 8 frigit *P* 10 uinum precamur *P: cf. Diom. p.* 458, 25. *Donat. p.* 400, 13 25 id est] potest *BS* potes *C* ipse] *Verg. Aen.* III 619 26 ut *om. C, add. c:* et dira celeno dira camilla si hoc solum diceret dira esset antonomasia *P. inter duos Vergilii versus definitio epitheti excidisse videtur* dira celeno *BS* dira celeno dia *Cb: Verg. Aen.* III 211 27 celeno fecit *BSc* celeno dia fecit *Cb* 28 dia camilla *c* diua camilla *BCS: Verg. Aen.* XI 657 dia *c* diua *BCS* 33 sed substantis illis *om. CP, add. c, expuncta sunt in B* 36 puppesque] *Verg. Aen.* I 399

p. 470–72 L.

significavit nam a puppibus naves, a pubibus iuvenes intellegimus; ecce minus dixit et plus significavit. e contrario ubi plus dicit et minus significat, ut est illud, 'ingens a vertice pontus in puppim ferit': venit, ait, ingens pontus et percussit navem. numquid mare potuerat navem percutere et non fluctus? 'fontemque ignemque ferebant': quaerebant ad sacrificium fontem, id est aquam; plus dixit et minus significavit. ergo haec significatio est huius tropi, ut aut plus dicat et minus significet, ut 'fontemque ignemque ferebant', aut minus dicat et plus significet, ut 'puppesque tuae pubesque tuorum'. |

Onomatopoeia dicitur nomen de sono factum. habemus apud Vergilium milies et apud alios poetas: 'tinnitu galeae': non hoc ipsum verbum exprimit etiam sonum ipsius aeris? tinnitus sic sonat, quem ad modum ipsa res sonat. si dicas 'clangor tubarum', clangor sic paene resonat. onomatopoeia est ista, quotiens ipse sermo exprimit sensum suum.

Periphrasis dicitur circumlocutio. haec autem fit aut cohonestandae alicuius rei aut vitandae turpissimae. puta honesta res est; si vis eam magis honestam facere, periphrasin facis: res turpis est; honestam si vis facere, periphrasin facis. ecce res illa quae cohonestatur [per periphrasin] per tropum istum: potuerat Vergilius dicere 'mane fuit', sed voluit circumlocutione hoc ipsum honestius dicere et ait

Tithoni croceum linquens Aurora cubile

* extulerat; ecce rem honestam honestius dixit per istum tropum. e contrario rem turpissimam vitamus: voluit coitum ostendere, et per circumlocutionem vitavit ita, |

nimio ne luxu obtunsior usus
sit genitali arvo et sulcos oblimet inertes;

omnia obscena dixit, sed tamen verbis honestioribus. ergo periphrasis aut res simplices honestat aut res turpes vitat [nimio ne luxu obtunsior usus sit genitali arvo, ut vitaret turpe].

* Plerumque invenimus grammaticos sic dicere et oratores; et plurimi, qui nesciunt istam rationem, simul atque invenerint perturbatum ordinem in verbis, statim dicunt 'hyperbaton est'. puta si verbum hoc respondet ad quintum locum, et iterum alter sermo respondet ad quartum locum et confusa est elocutio, dicunt 'hyperbaton est'. non est

---

3 ingens] *Verg. Aen.* I 114 5 fontemque] *Verg. Aen.* XII 119 11 tinnitu *BS* tinnitum *C* tinnitus *P*: *Verg. Aen.* VIIII 809 12 tinnitum sic *C* 13 clangor tubarum clangor sic *P* clangor tubarum clange sic *BCS*: *Verg. Aen.* II 313. XI 192 clangorque tubarum 16 alicui rei *B* 18 per perifrasin tropum *C* 21 Tithoni] *Verg. georg.* I 447. *Aen.* IIII 585. VIIII 460 22 extulerat] *Verg. Aen.* XI 183 Aurora interea miseris mortalibus almam extulerat lucem 23 rem turpissimam istam (ista *BS*) uitamus *BSC* rem turpissimam istam rem uitamus *P* 25 nimio ex luxu *P*: *Verg. georg.* III 135 obtensior *corr.* obtunsior *C* 26 et sulcos oblimet *Sbc* et sulco sublimet *C* oblimet *B* et sulcus oblimit *P* 28 nimio ex luxu *P* 29 ut uitaret *P* ubi uitaret *BCS* 30 *lacuna quam indicavi definitio generalis hyperbati periit* 31 simul atque *BSP* simulque *Cb* 33 respondit *utroque loco BCSP*

hoc. nam hyperbaton est figura; non autem dicit, quae est figura, sed generaliter hyperbaton tale est, *ut* si dicas tropum generalem. puta si videas hominem et dicas animal, numquid, quia dixisti animal esse, idcirco non potest animal esse et caballus, animal esse et asinus? non dixisti rem specialem. sed rem generalem. sic qui dicit 'hyperbaton est'. nam hyperbaton habet species plurimas, et has species debemus potius scire, ut significationem dicamus. dicit quo modo. est una species quae ita dicitur, hysterologia vel hysteroproteron. | quotiens hoc habet? quotienscumque et verba et sensus mutantur, tunc est hoc intellegendum. ut puta protulerunt, ait, triticum; primo, ait, torrere coeperunt,

et torrere parant flammis et frangere saxo:

ecce prius dixit coquere panem, postea molendare triticum. hoc dicit, hysterologia est, quando et verba mutata sunt et sensus mutatur. puta proferunt canistris panem 'tonsisque ferunt mantelia villis': prius est ut adferant mantelia, postea panem; ecce hoc loco et sensus mutatus est et ordo verborum. ergo dicitur hysterologia haec species. anastrophe autem dicitur, quotienscumque verba tantum mutantur, sensus autem integer permanet, ut si dicas 'transtra per et remos': sive dicas per transtra *et remos, sive dicas transtra* per et remos, idem sensus est, tantum modo verba mutata sunt: ut 'Italiam contra', hoc est contra Italiam. parenthesis est interpositio divisae sententiae: puta 'Aeneas', et interponit 'neque enim patrius consistere mentem passus amor'. | ordo est, Aeneas rapidum ad naves praemittit Achaten, et interposuit sententiam, 'neque enim patrius consistere mentem passus amor.' 'tunc socios', et interponit 'namque omnis eum stipata tegebat turba ducum'. parenthesis dicitur iste tropus [ridiculus est]. tmesis dicitur sectio unius verbi. fit sectio, quando aut unum verbum interponimus aut unam syllabam, aut plerumque sensum interponimus, qui sensus fit de plurimis verbis; puta unum verbum ut dicas. fuit imperator quidam Eliogabalus: si sic poneret, non poterat stare versus; sed sectionem fecit et interposuit nam, elio nam gabalus [interposuit nam, tmesis dicitur]. habes apud Vergilium 'septem subiecta trioni', hoc est septem trioni, interposuit subiecta. ergo tmesis fit aut per unam syllabam nam,

---

1 hyperbaton et figura *BS* yperbaton figura est *P* sed *om. P* 2 ut *om. BCSP* 5 siquis dicit yperbaton est *P* 7 ut significationem (generalem *add. c*) dicamus dicit *C* ut significationem dicit *b* ut significationem generalem dicit *BSP* quae ita dicitur *om. C, expuncta sunt in B* 11 et torrere] *Verg. Aen.* I 179 12 hoc dixit *C* 14 tonsisque] *Verg. Aen.* I 702 mantelia *Pc* mantilia *BCS* 15 mantelia *P* mantilia *BCS* 18 transtra] *Verg. Aen.* V 663 siue dicas per transtra per et (et per *BC*) remos idem *BCS* 20 Italiam] *Verg. Aen.* I 13 21 Aeneas] *Verg. Aen.* I 643 et interponat *BCS* et interponas *P* 22 passus amor *SP* passus est amor *utroque loco BC* 24 tunc] *Verg. Aen.* XI 12 26 ridiculus est *SP* ridiculosus est *Bc* et ridiculosus est *C* 28 aut plerumque sensum interponimus ut puta syll' unam si dicas fuit quidam elionamgabalus si aliter ponere non poterat stare uersus *P* qui sensum si de *S* quem sensum si de *BC* 31 interposuit nam *posteriore loco om. B, add. b* 32 septem] *Verg. georg.* III 381

p. 474—77 L.

aut | certe per unum sermonem, ut septem subiecta trioni: plerumque per verba plurima interposita, si dicas hoc,

Massili portabant iuvenes ad litora tanas,

id est Massilitanas lagonas portabant iuvenes ad litora. aliud etiam 'saxo cere comminuit brum', hoc est cerebrum, id est saxo cerebrum eius comminuit; sed non potuit sic stare ex ordine, ideo conposuit. synchysis est autem, quotienscumque omni parte confusum est hyperbaton. quid est omni parte confusum? id est et verbis et sensibus et ordine et sectione, ex omni parte. habes tale aliquid in primo,

tris Notus abreptas in saxa latentia torquet,
saxa vocant Itali mediis quae in fluctibus aras.

omnia illa superiora conexisti hoc uno tropo: est enim ordo, tres Notus abreptas in saxa torquet, quae saxa in mediis fluctibus latentia Itali aras vocant; ex omni parte confusum est.

Hyperbole est dictio fidem excedens aut augentis aut | minuentis. aliquando hyperbole est, et augemus; aliquando hyperbole est, et minuimus. augemus, si dicas 'nive candidior', 'Euro velocior'. ad augmentum data est hyperbole aliquando; aliquando ad minuendum, si dicas 'tardior testudine'. qui potest tardior esse testudine?

Item ecce quo modo diximus de hyperbato, sic de allegoria. quivis ita dicit, statim ut viderit oblique dictum, dicit 'allegoria est'; nec tamen rationabiliter, sed nec latine, ea ratione, quoniam allegoria generalis est et species habet plurimas. quid est autem allegoria? quotiens aliud dicimus et aliud significamus; verba nostra aliud sonant et res aliud habet.

et iam tempus equum fumantia solvere colla:

numquid re vera hoc vult dicere, equum re vera iugo esse liberandum? non, sed carmen esse finiendum. ergo huius allegoriae species septem sunt. dicit quo modo. ironia est, quotienscumque re vera aliud loquimur et aliud significamus in verbis; non ita, ut diximus de allegoria, quando aliud dicimus et aliud significamus, non, sed isdem verbis potes et negare et confirmare; sola autem pronuntiatione discernitur. 'egregiam vero laudem': hunc tropum nisi gravitas adiuvet pronuntiationis, videris confirmare quod negas. nam ita pronuntia,

egregiam vero laudem et spolia ampla refertis
tuque puerque tuus:

si ita pronunties, videberis confirmare. aliter vero pronunties, |

egregiam vero laudem et spolia ampla refertis
tuque puerque tuus.

---

3 massili *CS* massilli *B* massali *P*: *cf. Donat. p.* 401, 17 4 massalitanas *P* laconas *P corr.* lagonas *S* lagunas *B* laguenas *vel* lagunonas *C* saxo] *cf. Donat. p.* 401, 16 10 tres notus *P* tris notus *S* tres notos *BC*, *item postea: Verg. Aen.* I 108 12 conexisti *BSP* conexuisti *C* 13 saxa mediis *CSP* 20 quidam ut uiderint aliquid oblique dictum dicunt allegoria est *P* 25 et iam] *Verg. georg.* II 542 29 ut diximus sic de allegoria *C* 31 egregiam] *Verg. Aen.* IIII 93

p. 477—79 L.

ergo omnino tunc est ironia, quotienscumque sola pronuntiatio facit discretionem vel confirmantis vel negantis. antiphrasis est unius verbi ironia, si dicas bellum, quod non est bellum, lucum, quod non luceat, Parcae, quod non parcant. Aquilo ventus ab hac ratione dictus est, quod aquam non facit, serenitatem enim facit, e contrario. aenigma est, quo ludunt etiam parvuli inter se, quando sibi proponunt quaestiunculas, quas nullus intellegit. dic mihi, quid est hoc, est quaedam filia matris et mater filia est filiae suae? hoc qui potest intellegere,

mater me genuit, eadem mox gignitur ex me?

aenigma est; hoc autem significat, aquam soluta glacie posse procreari, iterum ipsam aquam coactam glaciem posse facere. ergo et de aqua fit glacies, et de ipsa glacie fit aqua. aenigma est hoc. charientismos dicitur tropus qui versatur etiam apud scholasticos frequentissime. dicit aliquis ‘da vinum’, et dicit illi servus suus ‘abundat’, hoc est nihil habet. aut puta dicit ‘da acetum’; quod, quia amarum sit, non dicit, sed ‘da dulce’. charientismos est, quotiens e contrario dicimus. habemus etiam apud auctores hoc: ecce habemus in Afranio, interrogat servum adulescens | ‘numquis me quaesivit?’ et ille servus respondet ‘bona fortuna’, id est nullus; quasi rem duram dictu mitius dixit. quo modo dicunt Romani ‘ignoscente calciavi me’. charientismos est et in aliis rebus, quem ad modum loquuntur plane quoniam de ista re debili invenimus apud auctores tale aliquid positum et alia elocutione positum, qua loquimur: ut puta quo modo dicunt honestiores isti ‘ignoscente’. quin immo quod vulgo dicunt, non est enim latinum: sed quo modo dicunt, ‘venia aurium’, an ‘veniam aurium’, utrum per ablativum, an per accusativum? invenimus enim in usu ita dicere omnes homines honestiores, qui sciunt litteras: venit nescio qui homo turpis puta, ‘veniam aurium tuarum, leno erat’. apud disertiores homines ubique per accusativum legimus: venit nescio qui turpis, ‘veniam aurium tuarum’, ut subaudiamus ‘inploro’, ut subaudiamus aliquid per accusativum. illa autem simplex est. paroemia proverbium latine dicitur. puta de nescio quo loquebaris, et subito venit is, dicis tu ‘lupus in fabula’: nescio qui voluit molestus esse et caesus est, dicis tu ‘adversus stimulum calces’: et omnia quae legimus. nescio qui puta fur rapuit nescio quid et fugit ante domum eius cui rapuerat, tu dicis illud quod legimus in Terentio, ‘ita fugias ne praeter casam’. ergo quotienscumque utimur proverbiis, accommodatum rebus et tempo-

---

5 quod ludunt etiam paruuli inter se quando disponunt questiunculas *P* 6 parvuli] passiui *BCS* proponuntur *BS* 11 coactam *superscripto* coagulatam *B* 15 quod quasi amarum sit *BCS* quod cum sit amarum *P* 17 ecce in aufranio interrogat seruum aduliscens Nunc quis me quaesiit ille seruus bona fortuna *P* seruum suum adolescens *C* 18 quaesiit *S* respondit *C*, *om. BS* 20 ignoscente *BSPc* ignoscite *C* ignoscente te *Lindemannus* salciaui *corr.* calciaui *P* et *om. B* 21 plana *P*. *fortasse* plane, quoniam de ista re dubitatur, invenimus apud auctores tale aliquid positum, et alia elocutione positum quam loquimur 23 quin immo quoniam uulgo dicunt non est latinum *P* 35 in Terentio] *Phorm.* V 2, 3

p. 479. 80 L.

ribus facimus hunc tropum. sarcasmos dicitur ironia cum inrisione hostili: omnino hoc habet sarcasmos. habes in Vergilio

en agros et quam bello, Troiane, petebas
Hesperiam metire iacens:

insultat ei, sed cum summa inrisione. astismos dicitur urbanitas quaedam in sensu. habes apud Ciceronem frequentissime, ubiubi iocatur, 'ius tam nequam esse verrinum'. habes apud Vergilium

qui Bavium non odit amet tua carmina, Maevi.

nihil suavius, nihil urbanius. duo fuerunt pessimi poetae: dicit, qui istum amat, illud pro poena contingat, ut et illum amet: alia enim poena illi nulla talis erit. et aliud quod sequitur, |

atque idem iungat vulpes et mulgeat hircos.

et omnino quicquid urbanitate plenum est et caret rusticitate, astismos est. homoeosis dicitur: et iste tropus generalis est, habet species tres. homoeosis est similitudo quaedam; sed haec similitudo fit aut a rebus ignotis aut a rebus incongruis, aut a rebus paribus.

---

3 en] *Verg. Aen.* XII 359 6 ius] *Cic. in Verr. act. sec.* I 46, 121 7 nequam] necum *CSP* netum *B* 8 qui uabium *B* qui uapium *P*: *Verg. bucol.* 3, 90 10 alia] aliena *BCSP* 16 paribus finit liber pompei grammatici feliciter *B* explicit de tropis *C*

EXCERPTA

EX COMMENTARIIS IN DONATVM

Commentarius in Donatum nomine Iuliani Toletani inscriptus legitur in codice Vaticano bibliothecae Palatinae 1746, ex quo liber editus est Romae a. 1797 fol., *Sancti Iuliani episcopi Toletani ars grammatica poetica et rhetorica e membranis antiquis bibliothecae Vaticano-Palatinae nunc primum in lucem edita. auctarium voluminis II. patrum Toletanorum. opera auctoritate et expensis eminentissimi domini Francisci cardinalis de Lorenzana archiepiscopi Toletani Hispaniarum primatis et generalis inquisitoris. apud Antonium Fulgonium praesidum facultate.* codicem, qui olim fuit monasterii S. Nazarii Laureshamensis et in vetere indice codicum Laureshamensium ab A. Maio spicileg. Rom. vol. V p. 161 sqq. edito indicatus est l. c. p. 190, descripsit Arevalus in Isid. vol. II p. 370 sqq. mihi eam partem codicis, in qua Iuliani liber scriptus est, accuratius indicavit Detlefsenus. scriptus autem est codex in membranis formae maximae saeculo, ut Detlefseno visum est, undecimo, ut Arevalus dixit, nono vel decimo. continet varios libros latinorum grammaticorum inferioris aetatis, quorum index in initio codicis saeculo quarto decimo vel quinto decimo scriptus est ita, *codex sci nazarii in laurissa. primo artes sancti augustini. Regula augustini de nomine et partibus orationis. Ars donati quam paulus diaconus exponit. Sancti ysidori episcopi de grammatica et partibus eius. Dynamius grammaticus ad discipulum suum. Grammatica iuliani episcopi toletani. Grammatica et ars tatuini. Alia ars siue grammatica Iuliani Toletani. Ars asperi de octo partibus oracionis. Ars domini bonifacii archiepiscopi et martiris.* ad Iulianum igitur pertinent folia membranarum quinquaginta quattuor, in quibus ita scriptus est liber: nam in codice membranae perverso loco positae sunt, neque in edito exemplari pristinus ordo restitutus est, f. 126* — f. 152 *ARS IULIANI TOLOTANI EPI. Partes orationis quot sunt? octo. quae? nomen pronomen uerbum aduerbium participium coniunctio praepositio interiectio. quomodo partes orationis? partes locutionis. oratio dicitur*

elocutio, id est oris ratio, quia quidquid loquimur per istas octo partes loquimur, et omne quod loquimur erit aut nomen aut pronomen aut uerbum uel quaelibet de istis octo partibus — (de interiectione) *et quae sunt similia? multa, quae ad significationem partis istius pertinent:* tractatus de octo partibus orationis. f. 87 — f. 94* et f. 72 — f. 76* *ITEM IULIANI EPI TOLETANI DE LITTERA. PARTES GRAMMATICAE ARTIS QUOT SUNT. prima pars est quae scribitur per metaphoram et antiphoram* — (de posituris) *periodi partes quattuor* (l. *quot*) *sunt? duae? quae? cola et comma, id est membra et caesa. quo modo? puta si dicam 'aspera conditio et sors irrevocabilis horae, quam generi humano tristis origo dedit', ecce una periodos, duo cola, multas caesas. nam cola dicitur membrum ipsius uersus et comma id est caesa. quibus pedibus caeditur? multis. nam et quod dicimus commicum librum, non debemus dicere commicum, sed commatum, quia de multis libris abscisae sententiae ibi sunt positae. EXPLICIT TRACTATUS PRIMUS:* tractatus de littera, de syllaba, de pedibus, de tonis, de posituris. f. 77 — f. 86* et f. 95 — f. 98 *DE BARBARISMO. Barbarismus est una pars orationis uitiosa in communi sermone, id est in soluta oratione in poemate autem vel in carmine metaplasmus vocatur* — (de tropis) *a minore ad maius, 'potuit manes arcessere coniugis Orpheus Threicia fretus cythara fidibusque canoris', quasi dicat de re parua et breuis pretii, cythara et fidibus. et est figura, si ille cythara fretus, ego pietate. INCIPIT COLLATIO DE PARTIONE METRORUM. Quot sunt genera metrorum principalia? octo. quae? dactylicum iambicum trochaicum anapaesticum choriambicum antispasticum ionicum a maiore et ionicum a minore* — (de metro antispastico) *da eius exemplum. uolans ecce gerens arma ruitque laetus:* tractatus de barbarismo, de soloecismo, de ceteris vitiis, de metaplasmo, de schematibus, de tropis, de metris*).

Iulianum, cuius nomen bis in codice scriptum est, episcopum Toletanum fuisse ab anno 680 usque ad annum 690 constat: cf. N. Antonius, biblioth. Hisp. vet. vol. I p. 413 sqq. eodem tempore librum de arte grammatica ab eo scriptum esse docet nomen regis Ervigii,

*) Ex iis quae supra scripta sunt adparet tres esse universae artis partes, unam de octo partibus orationis, alteram de litteris syllabis pedibus accentibus posituris, tertiam de vitiis et virtutibus orationis et de metris. e quibus partibus ei quam tertiam dixi hunc locum deberi certum est; de reliquis duabus dubitari potest, utram priorem esse voluerit scriptor. sed quoniam ea pars quae est de octo partibus orationis minorem Donati artem, non maiorem, sequitur, hanc in primo loco posui, ut in Iuliano quoque idem ordo, quem reliqui Donati interpretes secuti sunt, teneretur. neque repugnat huic ordini subscriptio post tractatum de posituris addita, *explicit tractatus primus*, quandoquidem haec ad primam partem artis maioris referenda est. fieri tamen potuit ut Iulianus, cum maiorem artem de octo partibus non tractavisset, pro ea commentarium minoris artis poneret.

cuius bis facta est mentio, in tractatu de nomine, *puta si interroges me 'cuius equus?' respondeo tibi per genetivum casum domni Ervigii regis*, et de pronomine, *item quare dicitur minus quam finitum? eo quod de cognita et absente persona loquor, ut puta 'scis domnum Ervigium?' 'ipse est princeps Hispaniae'*. is enim ab anno 680 usque ad annum 687 regnum Gothorum obtinebat. in arte tractanda autem Iulianus ita secutus est Donatum, ut integra eius verba repeteret iisque suam adnotationem interponeret. et in ea quidem parte quae est de octo partibus orationis omnia praeter declinationes nominum et verborum sic ut in minore arte scripta erant repetita et subiecta adnotatione illustrata sunt. longius a Donato recedit secunda pars de litteris et reliquis artis grammaticae elementis, in qua non solum Donati verba plerumque in interrogationis et responsionis formam redacta, sed plura etiam quam in reliquis partibus aliunde addita sunt. nam post commentarium de syllabis adiectus est tractatus de finalibus syllabis, in quo commentarius Maximi Victorini qui fertur partim in conpendium redactus, partim additamentis Iuliani explicatus est. in quo prorsus eandem rationem, qua in arte Donati explicanda usus est, sequitur atque etiam Donatum tamquam auctorem illius commentarii appellat. praeterea de pedibus, quamquam haec quoque pars sicut reliqua Donatum sequitur, tamen multo uberius tractatum et maxime de nominibus pedum disyllaborum et trisyllaborum copiosius expositum est. in tertia parte operis regulis Donati de vitiis et virtutibus orationis aliorum grammaticorum, in primis Isidori, de iisdem rebus praecepta et exempla ex libris sacris vel ex carminibus poetarum christianorum petita addita sunt. denique ea quae in fine libri de metris scripta sunt partim ex Maximi Victorini libro de metris, quem maxime infimae aetatis scriptores in metrica arte sequebantur, partim a Mallio Theodoro petita sunt.

Totum librum edere inutile esse visum est. pleraque enim quae Iulianus ad artem Donati attulit aut in exemplis sacrorum librorum vel recentium scriptorum ad regulas Donati exigendis versantur aut ex iis libris antiquiorum grammaticorum quos nunc etiam habemus petita sunt. praeter eos auctores autem quos supra dixi, Isidorum, Maximum Victorinum, Mallium Theodorum, in primis adhibuit Pompeium, quem bis nominavit, saepius non adposito nomine exscripsit. unum praeterea appellatum inveni grammaticum aetate, ut videtur, non multo superiorem Audacem, cuius liber ipse quoque in codicibus manu scriptis extat. sed quamquam maxima libri pars non maiorem utilitatem habet, quam alii eius generis commentarii satis multi vel eadem fere aetate vel posterioribus etiam temporibus a grammaticis congesti, pauca tamen insunt, propter quae prorsus neglegi hic scriptor non potuerit. nam primum inter paucos

antiquorum scriptorum locos, quos ille non ex ipsis quidem auctoribus, sed ex grammaticis quibus utebatur citavit, duo Varronis fragmenta posuit, quorum alterum de generibus ex libris de lingua latina minus accurate a reliquis interpretibus Donati citatum, alterum ex saturis Menippeis ab hoc uno exhibitum est. deinde in ea parte, quam uberius quam reliquas tractavit, de pedibus quaedam scripsit, quae ab aliis tradita esse non inveni, quamquam plurima ex iis potius errori grammatici tribuenda quam ex antiquo fonte repetenda esse adparet. denique ii loci in quibus priorum grammaticorum nomina adscripta sunt propter hos ipsos alicuius momenti esse visi sunt. haec igitur et praeterea pauca quaedam, quae memoria non indigna erant, ex universo opere excerpta exhibere placuit.

Finita iam prope editione et typis expressa partem libri non addito nomine auctoris scriptam esse vidi in codice Bernensi 123 saec. X f. 117 *Partes orationis quot sunt? octo* — f. 128* *da accentu tercie coniugationis correpte quia inperatiuo modo in e mutatur et facit feruescere inde agnusco quia tercia correpta est et infinitiuo mo ante pe* |. sed scripturam codicis, quam in iis quae ex hac parte edidi me rogante mecum communicavit Hermannus Hagenus, tam corruptam esse intellexi, ut pauca quae inde expromenda esse viderentur invenirem, quae *B* littera significavi.

Excerptis Iuliani pauca, quae ex aliis commentariis in Donatum descripta habebam, subieci, de quibus suo loco adnotatum est. quamquam autem facile augeri horum excerptorum numerus potuit, tamen plura ex istis commentariis infima aetate scriptis exhibere parum utilitatis habere visum est. nam siquid in illis praeter vulgarem expositionem regularum Donati vel recentium scriptorum exempla ex antiquiorum grammaticorum doctrina receptum est, haec omnia fere ex iis libris qui nunc etiam extant, maxime ex commento Pompeii diligenter ab iis qui post eum in Donati arte exponenda versati sunt tractato, petita esse inveni.

EXCERPTA EX IVLIANI COMMENTARIO IN DONATVM

DE NOMINE

p. 61. 62 ed. Rom.

Quare inchoavit Donatus a nomine et non a littera, cum alii a littera inchoassent? Sciens Donatus quia et ipsa littera nomen erat, ideo inchoavit a nomine et non a littera. Quo modo? Puta si assumam unum nomen, divido illud per syllabas; ultima syllaba quae remanserit, divido illam per litteras, littera quae remanserit dividi non potest et nomen est. ideo a nomine inchoavit et non a littera. — Nomen quid est? Pars orationis cum casu: Quo modo pars orationis cum casu? Pars locutionis cum casu. Quo modo? Quia quamvis defectivum sit nomen, sine casu esse non potest. habet enim aut unum aut duos aut quantoslibet de istis sex casibus. Quare dixit ‘pars orationis cum casu’? Quia puer inde ambiguitatem habet, eo quod pronomini et participio casus accidunt, sicut et nomini. dicit Pompeius ‘plane scire debes quia qui aliquam rem definit ita debet definire, ut et ipsam rem exprimat, et a ceteris rebus seiungat, ita ut prius dicat quod commune est, et postea quod proprium est’. et Donatus hanc regulam servans prius dixit quod commune est, et postea quod proprium est. dum dixit ‘cum casu’, communem rem dixit, quia pronomini et participio casus accidunt, sicut et nomini. sed ut illam ad proprietatem perduceret, dixit ‘corpus aut rem’, quae tantum modo nomini accidunt, non aliis rebus. unde Audax, ‘definitio quid est? oratio quae id de quo quaeritur aperte describit et determinat, ut puta si quaeras a me, quid sit homo, respondebo, ‘animal rationale mortale risus capax’. dum dixit ‘animal’, communem rem dixit, quia omne quod vivit et per se movetur super terram animal dicitur: nam arbores et cetera inanimalia moventur, sed non ex se, nisi a tactu aut impulsu cuiuslibet rei. dum dixit ‘rationale’, segregavit ab animalibus brutis, et hoc dixit, quod commune habet homo cum angelis, quia angeli

---

R editio Romana a. 1797 *e codice Palatino* 1746 *expressa*

6 per syllabas — illam *om. R, add. B* 11 habet] habuit *R* 14 Pompeius] *p.* 90 *ed. Lind.* debes] debet *R* 21 definitio — 23 risus capax *ex Audacis de arte grammatica libro, qui est in codice Bernensi* 336 *et Frisingensi* 234 *petita sunt* 24 rationale] rationabile *R* 26 mouentur *B* mouebuntur *R* nisi adactu *B*

rationis capaces sunt, sicut et homines. dum dixit 'mortale', segregavit ab angelis, et hoc dixit, quod commune habet homo cum animalibus brutis, quia animalia bruta moriuntur, sicut et homines. dum dixit 'risus capax', segregavit ab angelis et ab animalibus brutis, et hoc dixit, quod tantum modo homini accidit, non aliis rebus, quia solus homo ridet, non alia res.

* * *

p. 65 R.

Da nomen quod qualitatem significet et comparetur. Sanctus sanctior sanctissimus. Da quod quantitatem significet et comparetur. Grandis grandior grandissimus. Da quod qualitatem et quantitatem significet et non comparetur. Perfectus. Quare non comparatur? Ille dicitur perfectus, qui nihil de suo artificio indiget. iam si dixero perfectior, mentivi de illo priore, quia adhuc minus habet de artificio suo. Quo modo significat qualitatem et quantitatem? Vt puta si dicas mihi 'quid scit Audax?', dico 'grammaticus est'. dicis mihi 'quo modo illud scit?' dico 'perfectus est'. ecce qualitas. item interrogat me dicens 'scis tu illum?' 'scio'. dicit mihi 'quam magnus est aetate?' dico 'perfectus homo est'. ecce quantitas.

* * *

p. 66. 67 R.

Genera quare dicta? A gignendo, eo quod de masculino et feminino oriuntur ista alia genera. Si genera a gignendo dicta, neutrum et commune, quod nec gignit nec gignitur, cur dictum est genus? Quantum ad rationem pertinet, illa debent dici genera, quae et gignunt et gignuntur; ista vero, quae nec gignunt nec gignuntur, usurpative dicta sunt genera, non proprie. Quae sunt genera principalia? Masculinum et femininum. Quare dicta principalia? Quia ex ipsis oriuntur ista alia genera et ipsa sola sunt. Quare dicta principalia vel sola genera? Principalia dicta, quia neutrum et commune ex ipsis oriuntur; sola, quia ipsa tantum gignunt et gignuntur. Tota genera naturalia sunt, an sunt ex arte descendentia? Sunt naturalia, sunt ex arte descendentia. Quae sunt naturalia? Cuius personam considerare possumus, ut aut masculinum sit aut femininum. Quae sunt ex arte descendentia? Cuius naturam considerare non possumus, ut est petra terra lignum et cetera. Quid ibidem faciendum est? Auctoritas maiorum quaerenda est. Et ubi auctoritas maiorum genus tibi non demonstraverit, quid ibi faciendum est? Scripsit Varro ad Ciceronem 'potestatis nostrae est illis rebus dare genera, quae a natura genus non habent'. Vbi discernis ista genera? In articulis. Quo modo? Quando dico hic, pro masculino dico; quando dico haec, pro feminino dico; quando dico hoc, pro neutro dico; quando dico hic et

---

14 dicis] dicit *R* 21 usurpativa *RB* proprie *B* propria *R* 32 *Varronis doctrinam de generibus nominum, quam ex Plinii libris dubii sermonis acceperunt interpretes Donati (cf. Pompei. p.* 154 *ed. Lind.), minus accurate retulerunt Pompeius p.* 143 *ed. Lind. Servius in Don. p.* 407, 39. 492, 37 *Priscianus l.* V *p.* 141, 4 *Consentius p.* 2023 *Isidorus orig.* I 6, 33. *in undecimo libro de l. l. Varronis fragmenta ea de re posuit Wilmannsius de Varr. lib. gramm. p.* 32 *et* 151 34 a] ex *B*

haec, pro communi dico; quando dico hic et haec et hoc, pro omni genere dico.

* * *

DE PRONOMINE

p. 72. 73 R.

Quid est pronomen? Pars orationis quae pro nomine posita tantundem paene significat personamque interdum recipit. Quo modo 'pars orationis'? Pars locutionis. quo modo 'quae pro nomine posita'? Quae vice nominis posita. Quo modo 'tantundem paene significat'? Quia ipsum paene significat, quod et nomen, sed non plene. Quo modo? Vt puta si dicat mihi quilibet 'quis scripsit bucolica?', dico Virgilius. georgica quis? Virgilius. Aeneida? Virgilius. ecce saepe repetita locutio proprii nominis fastidium generat. sed ut fastidium auferatur et ornatus locutionis inducatur, ablato nomine ponimus pronomen, quod paene ipsum significat, quod et nomen. ut puta 'quis scripsit bucolica?' ipse. Aeneida? idem. dum dico nomen, et res quae factae sunt et quis fecisset ostendo. tultum nomen, positum pronomen, res quae factae sunt ostendo: nam quis eas fecit non ostendo. sicut si dicas mihi 'quis scripsit etymologias?' dico 'Isidorus'. ecce dictum nomen Isidori, et res quae factae sunt et quis fecisset ostendo; item dicis mihi 'synonyma quis?' dico 'ipse'; ecce tultum nomen Isidori, positum pronomen ipse, res quae factae sunt ostendo: nam qui eas fecisset, non ostendo.

* * * p. 74 R.

In quibus qualitatibus dividuntur pronomina? Donatus definivit in duas, id est in finitum et in infinitum; Probus in quattuor, finitum infinitum articulare et possessivum; Pompeius in viginti unam, id est finita tria, ego tu ille, minus quam finita sex, ipse iste hic is idem et sui, infinita septem, quis, qualis talis quantus tantus quotus et totus; possessiva quinque, meus tuus suus noster vester.

* * * p. 80 R.

Quisquis: quis pronomen, quis similiter; ex duobus pronominibus unum est pronomen compositum. Quisnam: quis pronomen est, nam coniunctio est; et est compositum pronomen ex duobus integris. Quisnam masculini generis est aut feminini? Apud veteres commune genus habebatur. Da eius exemplum.

Quisnam es tu mulier, quae tam inconsueto nuncupas nomine.

Quispiam: quis pronomen est, piam corruptum est; et est ex integro et corrupto unum pronomen compositum. Cuius generis est? Communis, quispiam vir, quispiam mulier, aliquid et cetera.

* * *

---

14 fecisset] fuisset *R* tultum] ablatum *utroque loco correxit editor Romanus* 17 esidorus *RB* esidori *RB* 19 esidori *RB* 23 Pompeius] *p.* 235. 239 *ed. Lind.* 29 ex duobus integris] ex integro et corrupto *RB* quisnam *B* quis *R* 31 quisnam] *Pacuv. Med. fragm.* 20 *ed. Ribb.* quem etam inconsuetu *B* 34 piam — corrupto] nam coniunctio est et est ex duobus integris *RB*

p. 109 R.

Item interiectioni quot accidunt? Tantum significatio. Significatio interiectionis in quo est? Quia aut laetitiam significamus, ut evax, quod est interiectio gaudentis; aut dolorem, ut heu, id est interiectio lugentis; aut admirationem, ut papae, sicut quidam scribit 'papae, vivere non licet, et fornicari libet?'; aut metum, sicut atat, sicut solitum est parvulo dici totto, quando prohibetur comedere terram. — Et siqua sunt similia: et quae sunt similia? Multa, quae ad significationem partis istius pertinent.

p. 5 R.

DE LITTERA

Partes grammaticae artis quot sunt? Prima pars est quae scribitur per metaphoram et antiphoram, id est per interrogationem et responsionem, quae data est parvulis, quo modo debeant intellegere et respondere, nihil habens difficultatis. secunda est uberior et utilis, quae data est maioribus et minoribus, modicum habens difficultatis, quo modo interrogare et respondere possint, et incipit a littera.

* * *

p. 14. 15 R.

DE FINALIBVS SYLLABIS

Quando nominativus singularis m terminatur, longus est an brevis? Brevis est; dicit tamen Donatus 'arduum est huius rei exempla reperire, eo quod haec littera saepe inter vocales posita deficit'. quo modo? Quia difficile est ut exemplum certum inveniatur, exinde utrum longus sit nominativus an brevis [quare m inter vocales posita deficit?], incertum est.

An finitus nominativus singularis qualis est? Longus, ut Titan. Qualis sermo est Titan? Graecus. Quid sonat in latino? Sol est apud Latinos. dicit Donatus 'latinum vero in hac syllaba non potest nomen inveniri'.

Quando en terminatur, longus est an brevis? In neutris generibus brevis est, ut carmen; in aliis autem generibus apud Latinos longus est, apud Graecos brevis est, ut pecten flamen lien pollen, quia pecten pectinem dicitur, flamen flaminem, lien lienem, pollen pollinem.

Quando on terminatur, longus est an brevis? Semper longus est, ut Memnon.

Quando nominativus singularis terminatur ar, longus est an brevis? In monosyllabis longus est, ut nar far. Quid nar? Id est naris, far pro farina. In polysyllabis qualis est? Donatus dicit 'licet in his longus sit, quae a in genetivo ante ultimam producunt, tamen auctoritate corripitur'. Quo modo? Quamvis dicas, in genetivo casu paenultimo loco habet accentum, qui est ultimus in nominativo, ut sit ipse nominativus longus, tamen

---

4 papae] *Hieronym. epist. ad Rusticum monachum ep.* 125, 13 *vol.* I 1 *p.* 941 *ed. Vallars.* 19 arduum] *Max. Victor. de final. p.* 459 *ed. Vindob.* 25 latinum] *cf. Max. Victor. l. c.* 28 pecten pectine dicitur flamen flamine lien liene pollen pro polline *R. accusativum adscripsisse videtur grammaticus ad genus nominum probandum: cf. Charis. p.* 87, 15 34 licet] ut *R: cf. Max. Victor. l. c.*

Iuvenalis hoc breve posuit. Da eius exemplum. Iuvenalis 'thyrsumque tenent et subligar Acci'.

* * *

DE PEDIBVS

p. 19. 20 R.

Pes quid est? Syllabarum et temporum certa dinumeratio. Quo modo? Quia unus quisque pes certum numerum syllabarum et temporum habet. Quo modo? Vt puta si dicam spondeus, et certas syllabas habet duas longas et certa quattuor tempora; sic unus quisque pes. Pes quare dictus? Quia quem ad modum nos iter pedibus gradimur, ita et metra per pedes gradi videntur. ideo pes ipse dictus, eo quod ipsis nitamur et ipsis incedamus per metra.

Quae accidunt uni cuique pedi? Arsis et thesis, numerus syllabarum, tempus, resolutio, figura, metrum. Quid est arsis? Elevatio, id est inchoatio partis. Quid est thesis? Positio, id est finis partis. Quo modo? Puta si dicam prudens, illud pru elevatio est, illud dens positio. In trisyllabis et tetrasyllabis pedibus quot syllabas sibi vindicat arsis et quot thesis? In trisyllabis, si in prima habuerit accentum, ut puta dominus, duas syllabas vindicat arsis et unam thesis. nam si paenultimo loco habuerit accentum, ut puta beatus, arsis vindicat unam syllabam et thesis duas. sic et tempora secundum quantitatem syllabarum sibi vindicabunt. Quo modo numerus syllabarum? Si ex duabus tribus aut quattuor syllabis constat ipse pes. Quo modo tempus? Quot tempora habeat unus quisque pes: si pyrrichius fuerit, duo tempora habet; si spondeus quattuor; sic et unus quisque pes. Quo modo resolutio? Si accidit uni cuique pedi resolutio, si non. Quo modo? Puta si dicam 'Saulus Paulus Christi cum facta negaret', in his sermonibus trochaeus pes est: si resolvo priorem syllabam, fit inde antibacchius. huius exemplum, 'Saulus Paulus Christi cum facta negaret'. iam hic de solidis scissio fit. Sicut solida scinduntur, possunt solidari scissa, an non? Dicit Terentianus 'solida scindi possunt, scissa solidari non possunt'. sed invenimus, ubi et scissa solidentur. Da eius exemplum.

Tenuia nec lanae per caelum vellera ferri.

nam in isto versu et scissa solidantur et solida scinduntur. Quo modo? Tenuia et scinditur et solidatur, quia te una syllaba est, nu altera, i tertia, a quarta: nu secunda syllaba scinditur, et ipsius syllabae prima littera n priori syllabae solidatur; secunda vero littera u solidatur tertiae syllabae; et quarta syllaba scinditur de loci sui ordine et solidatur alterius parti et facit tenvia, ut sit pes dactylus: et ecce scissio et solidatio. Quo modo figura? Qua figura unus quisque pes notetur. si pyrrichius pes fuerit, ex duabus brevibus constat, per duo ⏑ notandus est ⏑ ⏑; et

1 Iuvenalis] *sat.* 6, 70 28 Terentianus] *v.* 2226: *cf. Pompei. p.* 57 *ed. Lind.*
31 tenuia] *Verg. georg.* I 397

p. 20. 21 K.

sic similiter. Metrum quo modo? Quale metrum efficiat unus quisque pes, si dactylus, dactylicum; si iambus, iambicum; sic et ceteri.

Pedes dissyllabi quot sunt? Quattuor. Qui sunt? Pyrrhichius spondeus iambus et trochaeus. Trisyllabi quot sunt? Octo, id est tribrachus molossus anapaestus dactylus amphibrachus amphimacrus bacchius et antibacchius. Tetrasyllabi quot sunt? Sedecim. Qui? proceleumaticus dispondeus diiambus ditrochaeus antispastus choriambus ionicus a maiore et ionicus a minore, quattuor paeones et quattuor epitriti. Qui sunt pedes simplices? Dissyllabi et trisyllabi. Qui sunt pedes duplices? Tetrasyllabi.

Pyrrhichius pes ex quibus syllabis constat? Ex duabus brevibus, ut pater. Quot tempora habet? Duo. Quot tempora vindicat sibi arsis et quot thesis? Arsis unum, thesis unum. Cuius divisionis est? Aequae. Quo modo? Quia unum tempus habet arsis et unum thesis. Vnde habet etymologiam? A Pyrrho, filio Achillis, eo quod ad funus patris armatus eodem metro luserit; sive quia interempto Euripide eodem metro saltavit armatus, mentis gaudia corporis exultatione confirmans. unde et pyrrhichia inventa saltatio dicitur apud Graecos, et pes ipse pyrrhichius nomen accepit ab actu et cantione Pyrrhi Quis est illi contrarius? Spondeus. Quo modo? Quia quo modo ille ex duabus brevibus constat, iste ex duabus longis. Quot tempora habet? Quattuor. Cuius divisionis est? Aequae. Quo modo? Quia tanta tempora habet arsis, quanta et thesis. Spondeus unde dictus? *Ἀπὸ τῆς σπονδῆς*, id est tractu, quod pes ipse tractum sonet. *σπονδή* enim graece tractus vocatur; unde et ii qui tibiis canunt in sacris spondiales vocantur. Iambus ex quibus syllabis constat? Ex brevi et longa. Quot tempora habet? Tria. Quot tempora vindicat sibi arsis et quot thesis? Arsis unum, thesis duo. Cuius divisionis est? Duplae. Quo modo? Quia pars partem duplo vincit. Vnde habet etymologiam? *Ἀπὸ τοῦ ἰαμβιάζειν*, id est a maledicto, non quod hoc carmen sit maledicum, sed quod maledica eodem sunt metro composita. non nulli ferunt ab Iamba muliere, quam dicunt in maledicto exercitatam isto pede usam. unde et iocos maledicos apud Graecos iambos vocant. Qui pes est isti contrarius? Trochaeus. Ex quibus syllabis constat? Ex duabus, id est longa et brevi. Quot tempora habet? Tria, arsis vindicat duo, thesis unum. Vnde habet etymologiam. Eo quod e longa in brevem descendens rotatile carmen efficiat. *τροχός* enim graece rota dicitur.

Quales pedes trisyllabi? Qui sequuntur. Tribrachus ex quibus syllabis constat? ex tribus brevibus, ut dominus. Quot tempora habet? Tria, arsis vindicat duo, thesis unum. Cuius divisionis est? Duplae. Quo modo?

---

4 tribracchus] tribacchius *R* 15 sive quia] *ad inventa Cinesiae, quae commemoravit Diomedes p.* 475, 22 *haec pertinere videntur* 21 quanta] quomodo *R* 22 dictus apo tu sponda *R* 23 *σπονδή*] sponda *R* 28 apo tu iambiazin *R* 29 maledicum] maledictum *R* 30 ferunt adiambatassem mulierem quam *R* 35 *τροχός*] trochos *R*

p. 22 R.

Quia pars partem duplo vincit. Vnde habet etymologiam? Tribrachus, qui et choreus, appellatur tribrachus, quasi ex tribus brevibus: *βραχύ* enim graece breve dicitur. Qui pes est ei contrarius? Molossus. Quibus syllabis constat? Ex tribus longis, ut Aeneas. Quot tempora habet? Sex. Cuius divisionis est? Duplae. Quo modo? Quia arsis habet duo tempora et thesis quattuor. Vnde habet etymologiam? A Molossorum saltatione, quam exercuerunt armati. ipsi vero dicti Molossi a Molosso, filio Neoptolemi et Andromaches. Qui pes sequitur? Anapaestus. Ex quibus syllabis constat? Ex duabus brevibus et longa, ut bonitas. Quot tempora habet? Quattuor. Cuius divisionis est? Aequae, quia arsis duo tempora habet et thesis duo. * Vnde habet etymologiam? *Ἀπὸ τῶν ἰδίων δακτύλων*, eo quod vagitum Iovis huius cantu mater eius Saturno patri celaverit, et omnis musica propriis digitis percussa fuisset, ideo pes ipse dactylus dicitur, quia Graeci digitum dactylum appellant. dactylus a digito dictus, quod a longiori nodo inchoans in duas desinit breves; sic et ipse pes iuncturam unam habet longam et duas breves. unde et manus oppansa palma dicitur, et pendentes digiti dactyli. hic etiam herous appellatur, eo quod heroum res et facta isto metro narrentur. Amphibrachus pes ex quibus syllabis constat? Ex tribus, id est ex brevi longa et brevi, ut bonellus. Quot tempora habet? Quattuor. Cuius divisionis est? Nullius, quia Donato informis et inconditus iudicatur. Vnde habet etymologiam? Eo quod ex utraque parte brevem habeat syllabam una longa in medio consistente. Amphimacrus ex quibus syllabis constat? Ex longa brevi et longa, ut optime. Quot tempora habet? Quinque. Cuius divisionis est? Sescuplae. Quo modo? Quia arsis habet tria tempora, thesis duo. Sescupla qualis est sermo? Graecus. Quid sonat in latino? *Vnum et* dimidium. Quo modo? Quia duplo unum superhabet, ab aequo unum minus habet. Vnde habet etymologiam? Eo quod hinc inde longam habet syllabam una brevi in medio interiacente. Bacchius pes ex quibus syllabis constat? Ex brevi et duabus longis, ut beati. Quot tempora habet? Quinque. Cuius divisionis est? Sescuplae; arsis habet duo tempora et thesis tria. Vnde habet etymologiam? Bacchius, qui et palimbacchius dictus, eo quod bacchicis maxime conveniat cantibus, vel quia ipso pede Bacchia, id est Liberi sacra, celebrantur. Quis est isti contrarius? Antibacchius. Ex quibus syllabis constat? Ex duabus longis et brevi, ut barbatus. Quot tempora habet? Quinque. Cuius divisionis est? Sescuplae. Vnde habet etymologiam? Eo quod contrarius sit bacchio: *ἀντί* enim graece contra dicitur.

* * *

DE BARBARISMO

Item barbarismus, qui bipartito modo fit, id est scripto et pronun-

2 *βραχύ*] braxim *R* 11 apo tu nignidion dactylon *R* 15 duas *R* 17 hic] hinc *R* 21 Donato] *p.* 370, 31 26 unum et *om. R* 37 anti enim *R*

tiatione, quattuor species habet, per quas barbarismus efficitur, id est adiectione detractione immutatione et transmutatione: adiectio litterae syllabae temporis toni aspirationis, detractio litterae syllabae temporis toni aspirationis. adiectio litterae, sicut 'relliquias Danaum', cum reliquias per unum l dicere debeamus, et audiveram pro audieram, et legites pro legite. per adiectionem syllabae, ut 'nos abiisse rati' pro abisse. per adiectionem temporis, ut 'Italiam fato profugus', cum Italia correpta prima littera dicere debeamus. item per detractionem litterae, sicut infatibus pro infantibus, et nutriram pro nutrieram; syllabae, ut salmentum pro salsamento vel paumentum pro pavimento; per detractionem temporis, ut 'unius ob noxam' pro unius: ni enim syllaba naturaliter longa est et loco brevis est posita. item immutatione litterae, sicut olli pro illi; syllabae, ut permicies pro pernicies; per immutationem temporis, ut 'fervere Leucaten', cum fervere, si secundae coniugationis est, producte dici debeat: ve enim syllaba longa est et loco brevis est posita. Leucaten vero montem dicit Apuliae, ubi bellum gessit Augustus cum Antonio et Cleopatra. item per transmutationem litterae, sicut Euandre pro Euander vel intrepella pro interpella; per transmutationem syllabae, sicut displicina pro disciplina; temporis, ut siquis deos producta priore syllaba et correpta posteriore pronuntiet.

* * *

p. 39 R.

DE TROPIS

Metalepsis est dictio gradatim pergens ad id quod ostendit, ut 'speluncis abdidit atris' et

post aliquot mea regna videns mirabor aristas.

per aristas annos ex fructibus computat: nam per aristas grana, per grana anni significati sunt, pro eo quod singulis annis a terra colliguntur. dicta autem metalepsis ab eo quod praecedit id quod sequitur, ut 'scelus expendisse merentem': scelus enim posuit pro poena. item Persius

inque manus chartae nodosaque venit arundo:

nam per manum verba, per arundinem litterae significatae sunt. item Varro 'ponam bisulcam et crebrinodosam arundinem'.

---

4 relliquias] *Verg. Aen.* I 30 6 nos] *Verg. Aen.* II 25 7 Italiam] *Verg. Aen.* I 2 11 unius] *Verg. Aen.* I 40 14 fervere] *Verg. Aen.* VIII 677 22 speluncis] *Verg. Aen.* I 60 24 post] *Verg. bucol.* 1, 70 26 singulos annos *R* 27 scelus] *Verg. Aen.* II 229 28 item Persius inque *editor Romanus* item pros usque *codex: Pers. sat.* 3, 11 31 *Varronis verba saturis tribuit Alexander Riese mus. Rhen. noviss. v.* XXI (*a.* 1866) *p.* 112, *choliambo versu ita restituto,* ponám bisulcam et ipse crebrinódósam Arúndinem

Ex codice Leidensi 122

Artium Donati liber ita a plerisque vitiatus est et corruptus, dum unus quisque pro libitu suo sive ex aliis auctoribus quod ei visum est addidit, sive declinationes aut coniugationes et cetera huius modi inseruit, ut nisi in antiquis codicibus vix purus et integer, ut ab eo est editus, reperiatur. quod ne nos quoque fecisse videamur, qua ex causa praesens digesserimus opusculum, breviter in eius liminari paginola exponendum esse censuimus. noverunt omnes qui artis huius ampliorem quam nos scientiam assecuti sunt quod priorem artem praedictus artigrafus ob instructionem puerorum sub interrogationis et responsionis specie descripserit, prout scilicet ingeniis et studiis sui temporis sufficere iudicavit. verum quia nos nostrique similes adeo obtunsi sumus et hebetes, ut plerumque quod regulariter vel interrogare vel respondere possimus ignoremus, libellum hunc iuxta parvitatem sensus nostri collegimus acutioribus quidem et capacioribus minime necessarium, simplicioribus vero et minus promptis, quantum existimamus, utilem. in quo et ordinem praefati artigrafi tam in interrogando quam in respondendo tenuimus, et probationes quasdam parvulis et incipientibus necessarias ex latere copulavimus, et cetera quae huius modi instructio expetere videbatur, quatinus parvuli bonae indolis ad istius artis se studium conferentes ea de quibus interrogaturi essent et responsuri ipsi sibi aliquatenus probare et probando facilius invenire possent, et hoc quasi ludo exercitati et exercitio excitati ad maiora et pleniora capienda fierent promptiores.

Ex codice Lavantino 24

Sed Valerius ait consuetudinem antiquitatis etiam fuisse, ut paene

---

1 *Codex Leidensis bibl. publ.* 122 *saec.* X: *cf. praef. gramm. v.* IV *p.* XXXI. *f.* 98 Artium Donati liber — fierent promptiores. | CUNABULA GRAMMATICAE ARTIS | Partes orationis quot sunt? octo. quae? nomen pronomen uerbum aduerbium participium coniunctio praepositio interiectio. Donatus quae pars orationis est? nomen. nomen quid est — *f.* 107 sunt et aliae plurimae interiectionum significationes quae tamen ex his quattuor ueluti quibusdam perturbationum fontibus dimanare noscuntur. *commentarius in Donati artem minorem*

24 *Codex Lavantinus* 24 (*L*) *saec.* IX: *cf. praef. gramm. v.* IV *p.* XLIX *f.* 21* In nomine sanctae trinitatis incipit expositio latinitatis | tertia inciꝑ expōs in donato (?) | Domine Iesu christe, qui nos octo tuas discipulis cum tuis beatitudines docere dignatus es, orationis partium totidem Donati grammatici mihi scientiam ad tuae ornamentum sapientiae et proximi profectum uolenti expossitiunculae meae stillulam infundere gratiae tuae per spiritum scire (*l.* sanctum) prestes — *f.* 42 nolitis quesso post quorumdam eloquentiae eximia et scientiae flumina meam stillulam in Donati artes deciduam habere contemptui. quicumque enim lectioni deditus haec eadem eodemque possui sensui intellexerint (*l.* eodem quo posui sensu intellexerit), quaerendi alia ad Donati editionem explanandam grammatici secundam securus esset (? *l.* erit). nisi forte sunt quidam indigentes corde, qui prius finem uitae inueniunt quam quaestionum. quorum unus . . . . . ait, pro dolor quando incipi (*l.* incipio) scire tunc incipio mori. finit. *Prius fragmentum e praefatione commentarii de latinitate petitum e codice descripsit Martinus Hertzius; alterum editum est anal. gramm. Vindob. p.* 514 25 Valerius]

alios sermones tunc dicat fuisse aliosque nunc. sed per fisicam similitudinem attulit dicens, ‘postera’ inquit ‘aetas mundi ut disciplinam pristini saeculi ita et sermones fastidire coepit et nova parturire verba, quae iuvenum ritu ipsa modo florent et vigent’. qui etiam Horatium dixisse ait ‘ut silvae flores pronos mutantur in annos et prima cadunt, ita verborum vetus interit aetas, et nova iuvenum ritu florent modo nata vigentque’ et rel.

* * *

De editione secunda. incipit editio secunda Donati grammatici de partibus orationis. scripsit enim artem duplicem, id est octo partes, quas minores vocant artes, a quibus secunda haec est editio. sed notandum est, quibus personis primam, quibusque scripsit secundam, et interrogandum, quot et quibus causis artes minores scripsit. hoc est personis puerorum et causis tribus. prima, ut scirent, quibus modis esset ars; secunda, ut discerent interrogare, ut est ‘partes orationis quot sunt?’; tertia causa, uti nossent solvere interrogata, ut est ‘octo’ et rel. in prima ad docendos pueros interrogationi satisfacit et solutioni; in secunda autem editione personas perfectas docet scientiam latinitatis. sed nos nunc dicere convenit, quibus modis sit interrogatio, id est tribus, quasi discere volens vel docere an quaestionis promendae gratia. sed in artibus minoribus quasi docere volens interrogat Donatus, cuius auctoritatem ostendit Pompeius dicendo ‘alii’ inquit ‘scripserunt artem, sed illos non putes intellegere, nisi a Donato sumpserint principium, ut est Probus et Caesar et alii, sed a Donato sumpserunt principium. de partibus artis satis in prologo promsi.

Ex codice Parisino 7570

Multi dixerunt quod lact dici deberet, ut apud Varronem, ea ratione quia, si lac esset nominativus, lacis esset genetivus, ut alec alecis. sed Caesar dixit rem valentissimam contra ipsum, id est nullum nomen duabus mutis terminari posse. c et t duae mutae sunt. Plautus namque lacte tulit si melius ait. Virgilius dicit, lac dicendum est. alec autem genus est piscis.

cf. praef. gramm. v. I *p.* LIV. *v.* IV *p.* XXIV *not. Diom. p.* 400, 8 1 per fissicam *L* 3 fastidiare *L* 4 et figent *L* Horatium] *de a. p.* 60 6 uetus . . rat' aetas *L* florent motat augentq: et rl' *L* 20 *Pompeii locum ex praefatione in libris manu scriptis mutilata petitum videri dixi supra p.* 86 *not.* 21 caessar *L*

24 *Codex Parisinus* 7570 (*P*) *saec.* XI *f.* 1 Qur partes orationis etiam partes latinitatis dicuntur, cum latinitas per ipsas partes narretur? ideo quia a Latino rege oratoribusque ornata atque directa est *etc.: commentarius in Donatum de octo partibus orationis maximam partem e Pompeii Prisciani Consentii libris collectus* 25 deberetur *P* apud Varronem] *Pompei. p.* 199, 13 26 lacis esse genet. *P* 28 *fortasse* Plautus namque lacte protulit. sed melius, ut Virgilius dicit, lac, *nisi potius pro exemplo Plautino a Pompeio posito illud quod Priscianus l.* VI *p.* 212, 6 *adscripsit, Menaechm.* V 9, 30 neque aqua aquae neque lacte lactis, mihi crede, usquam similius *scriptum erat*

Ex codice Monacensi Emm. G. 121

Barbarismus est una pars orationis vitiosa in communi sermone, in poemate metaplasmus: adtendendum quod Donatus strenuissime peritissimeque suam edidit artem. primum enim componens minorem ad instruendos pueros eam in exordio sui voluminis imposuit. secundam vero editionem a littera ceterisque particulis ad superficiem pertinentibus inchoavit, et postea octo partes; his autem positis ad complendam secundam editionem barbarismum et cetera vitia posuit, et sicut primitus partes, id est vocem litteram syllabam ceterasque, quae ad superficiem pertinent, posuerat, ita de vitiis disputans barbarismum in capite ponere studuit, qui corrumpit superficiem, in secundo loco soloecismum, quod vitium corrumpit sensum contextumque partium. exin posuit schemata et tropos, qui ornatum tribuunt praecedentibus partibus.

* * *

Quaerendum est, quo modo Donatus dicat barbarismum esse, siquis dicat salmentum pro salsamentum, cum Caper antiquissimus doctor dicat 'salmenta ne timeas proferre, quia latinum est'. ad quod dicendum quia et salmentum et salsamentum dici potest. salmentum autem est purgamentum maris, salsamentum vero salsugo dicitur, in qua liquescit sal, ut carnes condiantur. siquis igitur sciens, quid sit 'salsamentum et quid salmentum, dixerit salmentum pro eo quod est salsamentum, per detractionem syllabae barbarismum facit.

* * *

Per immutationem syllabae, ut pernities pro pernicies: non, ut plerique putant, ni mutatur in mi, sed potius ti in locum ci. quaerendum est autem, quare dixerit Donatus immutationem esse syllabae in hoc nomine, cum non tota syllaba, sed una tantum modo littera, id est t in locum c mutetur. nam post c vel post t semper i scribitur. ad quod respondendum immutationem esse syllabae veraciter, quia immutatur t cum suo i in locum c et i. alterum namque sonum habet i post t et alterum post c. nam post c habet pinguem sonum, post t gracilem. pernicies autem semper c habere debet.

Ex codice Vossiano 37

Soloecismus quid est? oratio latinis quidem verbis, verum vitiosa

---

1 *Codex Monacensis Emm. G.* 121 (*M*) *saec.* X *f.* 92 INCIPIT DE VOCE. Vox est aer ictus sensibilis auditu, quantum in ipso est. haec diffinitio hoc modo iungitur, est vox aer ictus, hoc est aer percussus. sed quaeritur a quo percutitur — *f.* 140* (*de tropis*) ita et Aeneas facturus foret, si ei daretur a Latino Lavinia coniunx. *commentarius in artem maiorem Donati* 12 scemata tropos *M* 15 pro salamentum *M* Caper] *p.* 2244 17 salsamentum] salamentum *M* 20 salmentum et dixerit *M* 22 pernicies] pernities *M* 30 pernities autem *M*

31 *Codex Leidensis Voss.* 37. 8 (*V*) *saec.* X: *cf. praef. gramm. v.* I *p.* XXIII *f.* 67* DE SOLOECISMO. Soloecismus quid est — *f.* 68 immutatione. adiectione quatinus

compositione prolata. unde dictus est soloecismus? a civibus, qui ex urbe Soloe, quae nunc Pompeiopolis dicitur, Atheniensibus auxilio profecti, cum apud eos commorantes suam et illorum linguam inconsequenter vitioseque confunderent, soloecismo nomen dederunt, ab urbe, ut diximus, Soloe et ἀπὸ τοῦ οἰκεῖν, quia ibi inhabitaverant. alii volunt soloecismum dictum a Solone, duce Atheniensium, quem peregrinando Atticam linguam dixerunt corrupisse. quod quidem de tantae industriae viro credi nefas est. soloecismum latine nostri dixerunt, ut ait Aurelius Opilius, stribligînem, cuius nominis etymologiam nondum invenio. soloecismus quot modis fit? quattuor, adiectione detractione transmutatione immutatione.

Ex codice Sangermanensi 291

Sinecdoche graece dicitur quasi continua susceptio, ut Porphirius interpretatur, quod dicto nomine totius conexa pars intellegitur, aut dicto nomine partis totum consequenter cognoscitur.

Isteroproteron quasi isteron proteron, hoc est in extremo primum. unde Castor graece quasi cacon isteron, id est malum extremum, nuncupatur, ut Fabius ostendit. aliter, ut in Porphirio legimus, isteron graece post latine sonat. ergo isterologia appellatur, hoc est post dictio vel sermo, subaudis positus. item isteroproteron post ante. nam proteron ante significat. lege Porphirium.

---

cum quellibet pars orationis. DE TROPIS. Tropus quid est *etc. commentarii de tropis et metaplasmis qui sequuntur ex Charisio maximam partem excerpti in huius editione olim adhibiti sunt* 1 soloecismus quę ex urbe *P: cf. Isidor. orig.* I 32 *Diom. p.* 453, 20 2 profecit *V* 5 solo CYAIIOTOYOIKEIN quę ibi *V* 6 asalone *V* quem] qui *V* 7 corripisse quā quidē *V* 8 latina *V* aurelius opill's rubiginem *V* 11 *Codex Parisinus olim Sangermanensis* 291 (*P*) *continet* 'Isychii presbyteri Hierosolymitani libros in Leviticum'; *adiecta sunt tria membranarum folia, in quibus commentarius in Donatum de barbarismo, de soloecismo, de tropis, de schematibus scriptus est saeculo decimo, eius maxima pars ex Isidoro et Diomede excerpta est* 12 forfirius *P* 13 conexe *P* 15 quasi eis. steron. proteron *P* 16 castor gr̄ quasi caconsteron *P* 17 in forphirio *P*

CONSENTII

ARS

DE NOMINE ET VERBO

DE BARBARISMIS ET METAPLASMIS

In duobus Consentii libris tres adhibiti sunt codices saeculo decimo scripti, Monacensis 14666, qui fuit olim Ratisbonensis Emmeramus G 50, formae quadratae minoris (M); Bernensis 432 ex Miciacensi monasterio prope Aurelianum sito olim sublatus, sicut probant haec quae in fine codicis antiqua manu scripta sunt, *hic est liber sancti maximini miciacemsis monasterii quem si quis de isto loco* ...., postea factus Bongarsii, cuius nomen in prima pagina scriptum est, formae quadratae (B); Leidensis qui est inter codices Vossianos formae minoris n. 37 (L). ex his unus Monacensis utrumque Consentii librum continet, f. 1 *incipit ars consentii.u.c. de partibus orationis* | *Partes orationis* — f. 39* *fontes. explicit* maiore parte paginae vacua relicta. f. 40 *incipit ars consentii .u.c. de barbarismis et metaplasmis* | *Barbarismi* — f. 55* *intuebimur. explicit.* prima pars codicis usque ad p. 2030 *hoc torale hoc soracte* alia manu ac reliqua scripta est. per totum codicem autem quaedam non multo post veterem scripturam, ut videtur, addita vel correcta sunt, quae ubi commemoranda esse videbantur *m* littera adscripta indicavi. codex Bernensis librum de nomine et verbo continet, f. 1 *incipit ars consentii uiri clari* | *uc̄ quinti consulis* [*quinq*: *ciuitatū*] | *de duab*: *partib*; *orationis nom̄ et uerbo* | *Partes orationis* — f. 30 *fontes.* pauca in vetere scriptura correcta sunt, in quibus plerumque non satis certo correctoris manus ab ipso librario discerni potest. post Consentium scripta sunt haec, f. 30*—35* Agroecii ars de orthographia, f. 35*—46 Prisciani institutio de nomine et pronomine et verbo, f. 46—49* Servii de ultimis syllabis liber p. 1809—1816 P (cf. vol. IV praef.

p. XLV), f. 49*—56* Sergii commentarius de littera etc. (cf. ib. p. XLVIII): sequuntur pauci versus ex commentario in Donatum relicti, *Sciendum est primo quia auctoritas scripturarum uel artium plerumque tribus commendatur modis.* codice Leidensi continentur haec, f. 1 *glosa ex primo libro prisciani constantinopoli scrips.* | *caesar. Caesaria ciuitas in graecia* — f. 30 *de tiara* (Prisc. l. XVIII p. 375, 15) *pilleo explicit.* interpositis paucis versibus et scholiis grammaticis f. 31 *incipit ars consentii ū. c̄. de partibus orationis* | *Partes orationis* — f. 60* *fontes. explic̄ de uerbo* | *De pronomine. Pronomina gentis cuias nostras ordinis quotus totus* — f. 61* *De interiectione letantis heu admirationem respondentis py animo metuentis atat nitentes haha et clamantis et coercentis hem aliquando admirantis hem finiunt hae partes.* nam commentario de verbo subiecti sunt breves tractatus de reliquis partibus orationis sine certo rerum ordine ex aliorum grammaticorum libris collecti et vitiosissime scripti. in ipso autem Consentii libro aliquot membranis amissis perierunt haec, p. 2027 *ut pleraque incerti generis* — p. 2036 *consistit atque perspicitur.* sequuntur deinde f. 62—67 Sergii commentarius de littera etc. (cf. vol. IV praef. p. XLVIII), f. 67*—71 excerpta de soloecismo, de tropis et metaplasmis (cf. vol. I praef. p. XXIII et vol. V p. 327), f. 71—75* fragmentum commentarii in Donatum, *Titulus sequentis uoluminis uarie in diuersis codicibus invenitur — ut martialis dicemus ficus quas scimus in arbore nasci,* f. 76—142 Pauli excerpta ex libris Pompeii Festi, f. 142* sqq. Servati Lupi de tribus quaestionibus liber.

Praeter hos libros unum Consentii codicem superesse novi, Neapolitanum bibliothecae regiae IV A 34, quem descripsit Ianellius catal. biblioth. mus. Borbon. p. 25 'codex membranaceus in folio saeculo XI vel XII nitide et distincte scriptus', ib. p. 27 'ars P. Consentii, quam habes in Sylloge Putschiana p. 2018. in nostro codice titulus huiusmodi *Incipit ars Consentii V. C. de duabus partibus orationis*'. olim autem codices Consentii fuisse in Bobiensi et in Laureshamensi monasterio testantur veteres indices codicum Bobiensium apud Muratorium antiq. Ital. vol. III p. 820 'librum Consentii I' p. 821 'item de libris quos Dungalus praecipuus Scottorum obtulit beatissimo Columbano — ... quo continetur Consentii lib ...' p. 822 'breve de libris Theodori presbyteri — liber Donati de maioribus et minoribus partibus et de glosis super ipsum et Consentii unus', et codicum Laureshamensium apud Maium spicil. Rom. vol. V p. 190 'liber Consentii de nomine et verbo'. diversus etiam ab iis libris quorum mihi copia facta est videtur fuisse is quo usus Ioannes Sichardus in disciplinarum liberalium orbe a. 1528 edito maiorem partem libri de nomine et verbo exhibuit, f. 3 *P. Consentii Romani viri clarissimi de re Grammatica breuissima institutio. Partes*

orationis — f. 24* *fontes. P. Consentii Grammatices finis.*) post hunc integrum librum primus edidit Putschius 'ex scripto Bongarsii', ut ait, 'plus dimidia parte auctiorem, quam a Sichardo olim vulgatus prodiit'. usus autem est Putschius codice Bernensi eo quem supra indicavi. ex Leidensi codice quaedam emendavit P. Bondamus var.

*) Libri a Sichardo editi hic est titulus, *Disciplinarum liberalium orbis, ex P. Consentio et Magno Aurelio Cassiodoro. cui adiecimus, adducti argumenti affinitate, libellos L. Apuleii Madaurensis de Syllogismo categorico. Censorini de Die natali. Recens a nobis publicis studiis asserti. excudebat Basileae Ioan. Bebelius, mense Augusto anno XXVIII. cum gratia et privilegio. — Basileae per Io. Bebel. mense Augusto an. MDXXVIII.* continet autem primum grammaticam Consentii, deinde compendia rhetoricae dialecticae arithmeticae musicae geometriae astronomiae ex Cassiodoro et interpositum compendio dialecticae librum Apuleii, quem superiore anno ex bibliotheca Heresfeldensi se descripsisse ait Sichardus, postremo Censorini librum de die natali. ex Consentii igitur libro in priore parte pluribus locis decurtato exhibita sunt haec, p. 2017 *Partes* — 2022 *ut novissimus*, interpositis paucis de genere et numeris et figura et casibus nominum p. 2033 *de ordine autem casuum* — 2035 *plures casus deficiant*, 2035 *nunc de analogia* — 2038 *puppe magister*, 2041 *ordiamur ergo* — 2042 *aliter eueniunt*, 2043 *diximus genitiuum* — *cura peculi*, 2047 *de incrementis syllabarum* — *horum doctorum*, 2048 *nunc quemadmodum* — *proximum est*, ib. *sed in his maior* — *ut est paean*, 2050 *De verbo* — 2073 *ut transeuntis abeuntis*, 2074 *restat nunc* — *fontes.* scriptura autem editionis plerumque vel cum Leidensi vel cum Bernensi codice consentit. nam cum Bernensi, ut leviora omittam, consentit de nomine Probi, quod non est in Monacensi et Leidensi, p. 2051 *item quaedam uerba sunt, ut ait Probus, quae eatenus.* Leidensem autem saepe sequitur dissentientibus reliquis, ut p. 2022 *nepos acies aries* LS (h. e. editio Sichardi), *aries* om. BM: 2037 *sed et haec eadem euphoniae ratio* LS *sed et hic eufoniae ratio* M *sed et hic etiam euphoniae ratio* B, 2043 *plerumque enim gemina i littera terminatur* LS *plerumque geminata i littera terminatur* M *plerumque enim geminat i litteram* B, 2053 *liqueor* LS *liceor* BM, 2068 *contingit mihi tibi illi euenit mihi tibi illi* LS, *euenit mihi tibi illi* om. BM. unde siquis colligat Sichardum apographum Leidensis codicis ex Bernensi correctum habuisse idque suis coniecturis emendavisse, maxima sane scripturarum pars ex hac origine deduci poterit. verum tamen ut alium codicem eumque Leidensis maxime similem ab eo expressum esse putem in primis vitia quaedam scripturae efficiunt, quae ex corrupto codice videntur repetenda esse, ut p. 2038 *uariat et intra hoc pugnat* S *uarie contra hoc pugnat* BML, 2055 *extat o quoque potest actiuum reputari* S *extat quomodo potest actiuum non putari* BML, ib. *utrumque utrius generis* S *utrumque neutrius* (*utriusque* corr. *neutriusque* B) *generis* BML, 2057 *ille ordo ubi actum tenentis signo* S *ille ordo uerbi actum tenentis* BML, 2060 *in eo quod pronuntiatiuus* S *indicatiuus qui et* (*quidem* L *qui quidem* M) *pronuntiatiuus* BML, 2063 *sumitur prout lego* S *sumitur semper ut lego* BML, 2066 *obruit pluit fluit* S *obruit pluit suit* BL *obruit fluit suit* M, 2068 *renouare nouos* S *renouare omnes* BML, 2072 *aut u pro uocali ut uacuo uacuas fluctuo fluctuas sinuo sinuas* om. SM. minus tribuendum est emendationibus Sichardi, quarum maxima pars ita conparata est, ut coniectura inveniri potuerit. quamquam in his quoque sunt quaedam quae propter ipsam librorum discrepantiam codici potius, quam ingenio editoris tribuenda esse videntur, ut p. 2054 *in alio atque alio intellectu* S *in alio intellectu* BM *in aliquo intellectu* L, 2059 *alterius modi quam forma uerbi exigit* S *alterius modi quam ut forma uerbi exigit* M *alicuius modi quam forma uerbi exigit* BL.

lect. p. 183. 204. 218. 219. librum de barbarismis et metaplasmis e codice Monacensi descriptum a Cramero edidit Buttmannus Berolini a. 1817.

Ante eam aetatem, qua codices quos nunc habemus scripti sunt, ii qui, ut commodis inferioris temporis et studiis scholarum servirent, de grammatica arte scripserunt Consentii libros tractaverunt et quaedam ex iis adscripto grammatici nomine in suos libros transtulerunt. e quibus scriptoribus nemo saepius hoc grammatico usus est, quam Clemens Scotus, qui primis saeculi noni annis de universa arte grammatica scripsit. extat autem eius liber plenius quam in aliis codicibus scriptus in codice Bambergensi M. V. 18; partes quaedam eiusdem libri scriptae sunt in codice Elnonensi vel Sanctamandino quem olim dixi, Bernensi 123, Leidensi Voss. 33. 4, Reginensi 1442, de quibus dictum est vol. I praef. p. XIX sqq., et in codice Leidensi bibl. publ. 135 decimo saeculo scripto. in hunc igitur Clementis librum cum aliorum grammaticorum excerpta tum Consentii et ex libro de nomine et verbo et ex eo qui est de barbarismis et metaplasmis recepta sunt. praeterea in 'eclogis de libris grammaticorum', quae in codice Sangermanensi 1188 scriptae sunt nono saeculo, in tractatu de verbo, qui in eodem codice scriptus est addita inscriptione 'ars malsachani', in alio tractatu de verbo, qui est in codice Parisino 7491 saec. X, in arte grammatica codicis Parisini 7570 saec. XI, in commentario in Donatum in codice Monacensi Em. G. 121 saec. X Consentii memoriam factam et quaedam ex eius libris descripta inveni. haec igitur omnia quae isti inferioris aetatis scriptores ex libris Consentii receperunt ab iis quae nunc in codicibus ipsius grammatici legimus diversa non sunt. plura tamen ab eo de grammatica arte scripta esse satis certa in ipsis libris produnt indicia, p. 2035 *nunc de analogia et de regulis, de quibus prima parte libri huius iura quaedam libauimus, quae sunt apta dicemus*, p. 2064 sq. *quidam tamen adnumerant praeteriti temporis et futuri verba ulteriora in passivis, quae in declinatione ponemus*, de barb. p. 28 ed. Buttm. *artificali ratione quot modis excusatio evenit, plene, cum de syllabis tractarem, comprehendisse me scio.* itaque et de syllabis communibus (nam in hac parte ea quae dicit tractari solebant) scripserat, et in principio eius disputationis quae est de partibus orationis de regulis et de analogia dixerat, et commentario de verbo declinationes verborum subiecerat. quorum nihil nunc legimus. denique ad extremam partem artis pertinent quae se de structuris scripturum esse dicit de barb. p. 18, *sed de hoc genere vitando longum est nunc disputare, cum sit mihi propositus proprius titulus de structurarum ratione* etc. ex his conicere licet duos libros quos nunc habemus non solos a scriptore editos, sed ex maiore opere, quo ille

universam artem conplexus erat, relictos esse. nam ea quidem quae in uno Leidensi codice de reliquis partibus orationis addita sunt tam exilia et tam aliena ab huius grammatici ratione sunt, ut ne pro excerptis quidem illius habenda sint, sed potius ad defectum supplendum aliunde videantur collecta esse. atqui in scriptura verborum quoque codices quos supra dixi et inter se et cum excerptis grammaticorum ita consentiunt, ut unum et communem omnium fontem esse adpareat. discrepantes enim codicum scripturae, quamvis numero frequentes sint, tamen omnes fere in eo versantur genere, quod non tam ex diversitate originis longius remota quam ex librariorum vel neglegentia vel licentia repetendum sit. nam in verbis diverso modo collocatis vel sine graviore detrimento sententiae mutatis et in exemplis regularum additis vel omissis, in quibus rebus multum in hoc genere litterarum sibi sumpserunt librarii, magna librorum varietas deprehenditur; in gravioribus rebus raro dissentiunt. quae cum ita sint, uno codice, in quo hae solae partes sive casu relictae sive consilio electae erant, ex antiquiore aetate ad posteriores grammaticos delato omnem Consentii memoriam contineri dicemus. et quoniam primum a Scotis grammaticis eius mentionem factam et codicem ad Bobienses transvectum esse invenimus, illorum studiis tribuendum putabimus, quod archetypum, ex quo ii codices quibus posterior aetas utebatur ducti sunt, servatum est.

Consentiorum familiam quinto saeculo apud Narbonenses laude litterarum floruisse carmine Sidonii Apollinaris vicesimo tertio et epistula VIII 4 ad Consentium Narbonensem, amicum Sidonii et poetam nobilem, scriptis constat. ex hac familia fuisse grammaticum cuius libros legimus, probabilis est coniectura Lachmanni in Terentian. Maur. praef. p. XIII. nam quod et olim Funccius de inert. ac decrep. lat. ling. sen. p. 322 suspicatus erat, et Osannus symb. ad hist. litt. v. II p. 344 sqq. demonstrare conatus est, eum ipsum esse ad quem Sidonius scripsisset, nullam commendationem habet ab iis quae apud illum scripta sunt, siquidem in reliquis litterarum laudibus quas praedicavit artis grammaticae scientia non est laudata. sed illud recte monuit Osannus, Galliam esse patriam grammatici indicari iis quae de nominibus urbium praecepit p. 2027 et 2030. neque enim casu factum videri, quod gallicarum potissimum urbium nomina, inque iis Narbonem et Baeterras, ubi Consentii habitabant, nominavisset. quin etiam dicendi genus exquisitum et artificiosum et a vulgari grammaticorum consuetudine diversum gallico homine studio rhetoricae artis, quod tum maxime apud Gallos florebat, exculto non indignum esse videtur. qua auctoritate autem Sichardus P. Consentium Romanum dixerit grammaticum, mihi non constat. neque plus tribuendum est iis quae in Bernensi

codice nomini grammatici addita sunt, *quinti consulis quinque civitatum*, quae vix aliam originem habent, quam quod in explicandis litteris *VC* quae praecedunt lusit librarius et recta interpretatione anteposita duas subiecit perversas.

Antiquiores grammaticos, quorum auctoritate usus est, raro nominavit Consentius. plerumque enim eos quorum doctrinam vel probavit vel inpugnavit generaliter significavit quosdam vel non nullos vel plerosque dicendo vel veteres praeceptores p. 2056, doctiores magistros p. 2061; in libro de barbarismis et metaplasmis eos qui ante eum de iisdem rebus scripserunt scriptores vel praeceptores dixit p. 12. 16. 17. 22. 34. nominatim autem appellavit hos, Varronem p. 2032, Probum p. 2051, Celsum p. 2061 et de barb. p. 10, Palaemonem p. 2061, Pansam p. 2066, Asperum de barb. p. 35. nam Servii Marii nomen in exemplis propriorum nominum positum p. 2019, *Ser. Servius Marius*, quamquam ad Marium Servium Honoratum pertinet, tamen non ab ipso grammatico profectum, sed, sicut reliqua quae praenominibus adscripta sunt, postea additum esse puto. sed ex iis nominibus quae dixi Varronis doctrinam non ex ipsius libris, sed ex eodem fonte, quo Diomedes p. 302, 5 usus est, petivit. Probi nomen ad commentarios de verbo, quibus et Diomedem et alios grammaticos usos esse dixi vol. IV praef. p. XXII sq., spectat. Celsum haud dubie dicit Arruntium Celsum saepius a Charisio in excerptis Iulii Romani et a Prisciano, semel a Diomede p. 321, 11 (nam ibi quoque Celsi nomen pro Arruntio Claudio, ut in codicibus est, videtur restituendum esse) citatum, artis grammaticae, ni fallor, scriptorem, de quo dixit Ribbeckius proll. in Verg. p. 25. Palaemonem saepe a Charisio, semel a Diomede p. 415, 16 commemoratum utrique materiam scribendi praebuisse dixi vol. I praef. p. XLIX, quod accurata disputatione persecutus est Alfredus Schottmuellerus de Plini libr. gramm. a. 1858 p. 8 sqq.*) ceterum

*) Palaemonem a Charisio citatum quarto fere saeculo in Gallia grammaticam et rhetoricam artem professum esse demonstrare studuit Schottmuellerus l. c. p. 30 testimonio usus Sidonii Apollinaris epist. V 10, *tua vero tam clara, tam spectabilis dictio est, ut illi divisio Palaemonis, gravitas Gallionis, abundantia Delphidii, Agroecii disciplina, fortitudo Alcimi, Adelphii teneritudo, rigor Magni, dulcedo Victorii non modo non superiora, sed vix aequiparabilia scribantur.* nam quia maxima pars eorum quos Sidonius nominavit inter professores Burdigalenses ab Ausonio celebraretur, ab his non separandum esse Palaemonem. sed quamvis facile concedamus rhetorem a Sidonio laudatum grammaticae quoque arti operam dedisse, tamen non sequitur aetatem illius ad tempora eorum quorum postea scripta sunt nomina detrudendam esse. nam ne dicam Gallionem, quem cum Palaemone Sidonius conponit, non diversum esse a Iunio Gallione, nobilissimo rhetore, quoniam illud ipsum incertum est, potuisse antiquiorum rhetorum nomina cum recentioribus coniungi vel ea probant, quae apud Sidonium sequuntur, *sane ne videar tibi sub hoc quasi hyperbolico rhetorum catalogo blanditus quip-*

eadem quae Consentius l. c. Palaemoni tribuit de temporibus optativi et coniunctivi antiquiores Donato artium scriptores docuisse scribit Priscianus l. XVIII p. 266, 10. de Pansa nihil constat. Aspri sententia de episynalipha in versu Vergilii Aen. I 3 facta ad Aemilii Aspri commentarium Vergilianum referri poterit. sed gravius quam haec nomina, quae singulis locis commemorata sunt, est illud, quod per totum librum de nomine et verbo plurima et cum Donato et cum Charisio et Diomede consentiunt. et Donatum quidem in ea parte quae est de nomine non solum ordine rerum quae tractantur et ratione disputandi servata, sed etiam verbis repetitis tam accurate sequitur Consentius, ut aut ipsum Donatum aut antiquiorem auctorem ab illo expressum ei ante oculos fuisse necesse sit. in ea parte autem quae est de verbo quamquam paulo longius a Donato recedit, tamen in hac quoque aperte ab illo pendet. huc accedit quod cum iis quoque qui commentarios in Donatum scripserunt conplura communia habet. quare quo facilius ille consensus intellegeretur, numeros paginarum et versuum ex mea editione Donati suis locis in marginibus adscripsi. Charisii vero et Diomedis consensus non solum ad ea quae illis cum Donato communia sunt pertinet, sed etiam ex iis quae praeceptis Donati a Consentio addita sunt multa cum iis quae apud illos leguntur plane consentiunt. cuius generis exempla maxime memorabilia sunt haec, quae adscriptis locis Charisii et Diomedis, ubi eadem praecepta sunt, indicavi, p. 2032 de casibus Diom. p. 301, 32. Charis. 154, 6; p. 2035 de nomine *alius* genetivo carente Charis. p. 159, 28. Diom. p. 333, 28; p. 2050 de significationibus verborum Diom. p. 336, 18; p. 2065 de verbo *soleo* futuro carente Charis. p. 248, 10; p. 2070 de duplici coniugatione verbi *lavo* Diom. p. 381, 12; p. 2071 sqq. observationes de quattuor coniugationibus verborum Charis. p. 176 sqq. Diom. p. 346 sqq.; p. 2073 de perfecto tempore verbi *salio* Diom. p. 374, 5; ib. de participio *iens* Charis. p. 173, 7 et 261, 13; de verbis praesenti vel perfecto tempore similibus Charis. p. 247, 22 et 256, 12. iam vero cum et Palaemonem a Charisio et Diomede usurpatum semel et Probum, cui plurima ex iis quae Diomedes de verbo commentatus est debentur, in eadem parte item semel vel bis appellaverit Con-

piam gratificatusque, solam tibi acrimoniam Quintiliani pompamque Palladii comparari non ambigo. itaque de Palaemone rhetore incerta sunt omnia. nam neque qua aetate vixerit scimus, neque de grammaticis eius studiis quidquam memoriae proditum est. de arte autem Palaemonis non constat, utrum librum Remmii Palaemonis nomine inscriptum et diuturno usu scholarum tractatum posteriores grammatici habuerint, an post hunc fuerit grammaticus nomine Palaemon, qui istum librum scripserit. illud tamen his quae Palaemone auctore a grammaticis relata sunt constare puto, aliquanto antiquiorem esse hunc grammaticum, quam eos qui sub finem quarti saeculi de arte scripserunt.

sentius, istum grammaticorum consensum inde ortum esse putabimus, ut Consentium non Charisii et Diomedis libris, sed auctoribus ab illis adhibitis usum esse dicamus. quod si recte ponimus, illis grammaticis quos dixi tertius addendus est Cominianus, cuius nomen apud Charisium p. 175, 29 praepositum est commentario de coniugationibus a Consentio quoque ex aliqua parte recepto. sunt praeterea alia vestigia quamvis minus certa, quibus ad eosdem auctores ducimur. nam quae de differentia activae et passivae declinationis verbi *tondere* praecepta sunt p. 2054 Probo tribuuntur a Servio in Verg. Aen. I 194. ad Palaemonem autem videntur revocanda esse non nulla quae similiter scripta extant in excerptis Bobiensibus post Diomedem editis. quae excerpta quoniam ita cum Charisio consentire videbam, ut hunc potissimum secutus videretur is qui ea confecit, 'ex Charisii arte grammatica excerpta' inscripsi, quamquam conplura ex aliis fontibus petita esse non nesciebam. ex his igitur quaedam Palaemoni deberi haud inprobabiliter coniecit Christius Philol. vol. XVIII p. 136 sqq. Consentius autem p. 2060 de qualitate verborum iisdem fere verbis dixit atque iste excerptor p. 561, 25. deinde de singulari numero v. *sordes* praeter Consentium p. 2029 relatum est ib. p. 549, 30. de varia declinatione nominis *Chremes* eadem exempla, quibus usus est Consentius p. 2050, posita sunt Prob. cathol. p. 24, 22 et exc. Char. p. 542, 2.

Quibus rationibus in nova editione usus sim paucis explicabo. itaque ex tribus libris manu scriptis, quos adhibui, nullus tam accurate ex archetypo expressus est, ut prae ceteris fidum ducem se praeberet ad veterem scripturam investigandam. nam Monacensis quidem codex ut librum de barbarismis et metaplasmis solus praebuit, ita in priore quoque libro quaedam quae in reliquis duobus corrupta sunt integra servavit; sed idem arbitrio librarii saepe vitiatus est. Bernensis autem codex quamvis accurate scriptus sit et interdum veram scripturam solus praebeat, tamen ne ipse quidem interpolatione omnino vacat. denique Leidensis codex, qui origine ad Monacensem librum proxime accedere videtur, neglegenter scriptus est et pauca solus recte scripta servavit. quare in ea parte quae est de nomine et verbo, ubi tres parati erant codices, his inter se dissentientibus saepe dubitari poterat, cui potissimum fides habenda esset. sed quoniam plerumque in iis rebus dissensum librorum versari videbam, in quibus non multum interesset, quae scriptura praeferretur, inutile et laboriosum esse iudicavi, quid quoque loco a librariis peccatum esset, accurate indicare, satis prospectum commodo legentium ratus, si in iis locis, in quibus vel gravior esset dubitatio vel propter rerum traditarum gravitatem fides scripturae circumspiceretur, integra librorum discrepantia indicaretur.

itaque in huius modi locis, maxime in iis quae ex antiquis scriptoribus relata sunt, curavi ut nihil quod in codicibus scriptum esset omitteretur; in reliquis ea quae sine ulla dubitatione corrupta vel nullius momenti erant plerumque praeterii. quamquam nequid desideraretur, quod alicuius momenti esse posset, in his quoque permulta quae facile omitti poterant recepi. contra in libro de barbarismis et metaplasmis quoniam penes unum librum omnis fides scripturae est, huius discrepantiam integram exhibendam esse putavi. denique ex editione Sichardi et ex excerptis grammaticorum pauca adscripsi.

ARS CONSENTII V. C.

DE DVABVS PARTIBVS ORATIONIS NOMINE ET VERBO

p. 2017—19 ed. Putsch.

372, 25 Partes orationis secundum grammaticos octo sunt, id est nomen pronomen verbum adverbium participium coniunctio praepositio interiectio. ex his duae sunt principales partes orationis, nomen et verbum, quae coniunctae locutionem efficiunt. | omne enim quod mente concipimus nomine explicatur et verbo. de his igitur singulis nunc dicamus atque ea intellegamus.

DE NOMINE

373, 2 Nomen est pars orationis rem unam aliquam significans. sed ea ipsa quae significantur vel corporalia sunt vel in|corporalia. corporalia vel communiter vel proprie significantur, communiter, ut homo mons mare, proprie, ut Cicero Caucasus Hadriaticum. incorporalia sunt, ut pietas iustitia eloquentia; et haec exceptis deorum nominibus fere semper communiter significantur. nomini accidunt sex, qualitas conparatio genus numerus figura casus.

7 Qualitas nominum in eo est, ut intellegamus, utrum nomen quod positum fuerit appellativum sit, an proprium. appellativa enim nomina a genere et specie manant; [divisio gracca magis sequenda est, quae fit in

M codex Monacensis 14666 *Emmeramus G* 50
B codex Bernensis 432
L codex Leidensis Voss. 37. 8
m b l eorundem codicum correctores

1 INCIPIT ARS CONSENTII UIRI CLARI | ūc QUINTI CONSULIS [QUINQ CIUITATŪ] | DE DUAB. PARTIB; ORATIONIS NOM̄ ET UERBO *B* INCIPIT ARS CONSENTII. U. C. de partib; orationis *M* INCIPIT ARS CONSENTII. Ū. C. DE PARTIBUS ORT̄IONS *L*. P. CONSENTII ROMANI VIRI CLARISSIMI de re Grammatica breuissima institutio *Sichardus*. 6 partes orationis *om. M L* 7 concoepimus *M* 13 communiter sunt ut homo *B L* 15 haec *om. B* 19 positum *M* appositum *B L m:* .i. interrogatum *in marg. add. L* 20 est *om. M* quae fit in primam positionem et derivationem *Sichardus* quae prima sit in prima positione et diriuatione *B M L: cf. Dion. Thrax p.* 634, 21. *p.* 636, 16. *graecam divisionem quam dicit in reliquo tractatu non secutus est grammaticus. latini autem grammatici*

p. 2019. 20 P.

primam positionem et derivationem. prima positio dividitur in nomen proprium et appellativum et epithetum. derivativorum species sunt novem et specie manant] propria ab individuis. ergo appellativum est, ut homo urbs flumen, quia hoc communiter de omnibus hominibus urbibus fluminibus intellegitur; proprium, ut Cicero Roma Tiberis, quia sic intellegimus propria nomina, et hominis et civitatis et fluminis. et propriorum quidem nominum diversa ratio est in his quae significant quod persona est. nam ea quidem quae significant quod persona non est, ut sunt propria urbium et fluminum ac montium et ceterorum id genus nomina, absolutum et unius modi habent intellectum. ea vero quae personam significant in quattuor species dividuntur, praenomen nomen cognomen agnomen, ut Publius Cornelius Scipio Africanus. est ergo nomen proprium praenominativum, ut Publius; est nomen proprium nominativum, ut Cornelius; est nomen proprium cognominativum, ut Scipio; est nomen proprium agnominativum, ut Africanus. siquid super hoc additum fuerit, ut si addas Aemilianum aut Numantinum, agnomini adplicabitur. sed praenomina non sine aliqua ratione inponuntur; eademque aut una littera significantur, ut P. Publius, aut duabus, ut Gn. Gnaeus [Pompeius] et Sp. Spurius [Cassius], aut tribus, ut Sex. Sextus [Roscius] et Ser. Servius [Marius], aut M littera et linea superposita, Manius; idque ipsum a nobis, non etiam a Graecis observatur. nomen autem est quod quidem indicat genus, ut Cornelius: Cornelii enim omnes in eo genere appellantur. cognomen est quo appellatur quis, ut Scipio. agnomen est, sive unum sive plura, quod inponitur aut ab animo aut a corpore aut extrinsecus.

Appellativa autem nomina, quae a genere et specie manare diximus, 373, 11
plures differentias habent. nam vel rem corporalem vel incorporalem significant, ut homo mons flumen pietas iustitia eloquentia; vel ad aliquid dicuntur, ut pater magister. haec enim alium intellectum secum trahunt: patre enim dicto intellegas simul filium, et magistro dicto intellegas simul discipulum necesse est. sunt alia ad aliquid qualiter se habentia, ut

---

propria nomina et appellativa ita definiverunt, ut haec genus et speciem continere, illa rem individuam significare dicerent: cf. Priscian. l. V *p.* 175, 1. *l.* XI *p.* 553, 25. *l.* XIII *p.* 20, 13. *quare haec quae de graeca divisione nominum interposita sunt postea addita esse videntur repetitis in fine iis quae supra de appellativis dicta erant*, et specie manant 3 ab individuis *om. B* 7 *fortasse* in his quae personam significant et in his quae significant quod persona non est quod personae est *L* 8 nam ea (nam ecce *B*) quae significant quidem quod *B L* quidem *om. M* personae non est *corr.* persona non est *M* 9 id genus *om. B L* 15 additum *M* 16 sed praenomina — inponuntur *om. M* 18 ut .g. & n. gneus pōms & .s. & .p. *L:* ut .g. & .n. gneus. & .s. & .p. spurius. aut tribus ut. s.e.x. sextus. &. s.e.r. seruus (*corr.* seruius). aut .m̃. littera *M* 19 et ser. seruius maurius *L* et ser seruulus marius *B* et Ser. Seruilius. Seruilius, Mar. Marius *Sichardus* 20 ut manius *B M* m ut manius *L* 23 appellantur *om. B M L, add. m:* dicuntur *Sichardus* 27 plurales *B* nam uel rem corporalem incorporalemue *L* nam corporalem rem incorporalemue *M* 29 haec enim] haec autem *M* 31 sunt alia ad aliquid aliter se habentia *M* sunt ad aliquid dicta aliter se habentia *B L*

p. 2020. 21 P.

dexter sinister, quae comparativum gradum admittunt. sunt alia gentis, ut Graecus Hispanus. sunt alia patriae, ut Thebanus Romanus. sunt alia numeri, ut unus duo. sunt alia ordinis, ut primus secundus; sed primus de multis, de duobus prior dicitur, sicut de duobus alterum dicimus, de multis alium. sunt alia specialis qualitatis, sub illa scilicet qualitate quae generaliter nomini accidit, ut bonus malus. sunt alia quantitatis, ut magnus parvus. haec mediae significationis habentur et quasi adiecta nominibus, quae etiam epitheta appellantur. atque haec sunt tantum nomina, quae comparationem recipiunt. atque in his fere quidem nominibus qualitas nominum spectatur minutius divisione facta; ceterum haec ipsa universa ad illam qualitatem revocari possunt, ut aut appellativa dicantur aut propria. praeterea sciendum est quaedam nomina esse et propria et appellativa, ut scrofa dolabella sura. item scire debemus quod, quem ad modum sunt nomina appellativa primae positionis, ut mons schola, sunt derivativa a nomine, ut montanus scholasticus, ita et propria: nam Tullius facit Tullianus. sunt item derivativa a verbo, ut a lego lector, item a dico dictor, a mercor mercator. quorum haec est distantia, quod | a nomine venientia in s litteram desinunt, ut montanus; a verbo autem r littera terminantur, ut lector [quid legulus? quid bibulus? nonne pro varietate significatuum sic aut sic dicuntur? deinde gerulus]. et quidem a verbo venientia neutrum genus non faciunt. sunt etiam diminutiva, ut monticulus scholasticulus. diminutiva autem non solum a positivo, sed etiam a comparativo gradu interdum veniunt. nam ut grandis grandiculus facit, sic grandior grandiusculus. diminutivorum autem tres sunt gradus, quorum forma quam magis minuitur, saepe crescit numerus syllabarum. sed in diminutivo gradu hoc animadvertere debemus, ne forte fallamur, quod sunt quaedam nomina quasi diminutiva, quae diminutiva non sunt, quoniam prima positio eorum non cernitur, ut vinculum macula tabula fabula. sunt praeterea nomina appellativa, quae principalia dicuntur, ut iustitia doctrina. sunt item nomina participiis

---

1 sunt gentis *M* 2 sunt patriae *B* 7 ut paruus magnus *M L* habentur] dicuntur *M. mediae significationis nomina vel epitheta diversa a nominibus qualitatis et quantitatis tamquam novam speciem ponere solent grammatici, Diomedes p.* 323, 2 *exc. Charis. p.* 536, 14 *Donatus p.* 374, 2 *Servius p.* 430, 12 *Pompeius p.* 147, 12. *quorum rationes si hoc quoque loco secutus est Consentius, definitio nominum mediae significationis excidit. sed aliter adiectiva definivit Priscianus l.* II *p.* 58, 19 haec enim quoque quae a qualitate vel quantitate sumuntur speciali, id est adiectiva, naturaliter communia sunt multorum; adiectiva autem ideo vocantur, quod aliis appellativis, quae substantiam significant, vel etiam propriis adici solent ad manifestandam eorum qualitatem vel quantitatem, *secutus Apollonium de pron. p.* 32 *τὰ ἐπιθετικὰ ἢ πηλικότητα ἢ ποσότητα ἢ διάθεσιν ψυχῆς δηλοῖ ἤ τι τοιοῦτον* 10 spectatur] speculatur *B L* 13 esse propria *B M* dolobella *B L* surra *M L* 14 appellatiua quae primae positionis sunt ut mons *M* 15 scola ita et propria nam tullius facit tullianus (tullius tullianus facit *B*) sunt diriuatiua a nomine ut montanus scolasticus sunt item (item *om. L*) diriuatiua a uerbo *B M L* 17 dictor] dictator *Sichardus: cf. Cledon. p.* 37, 7 19 r littera] in r litteram *B L* 21 et quidem haec a uerbo *M* 24 grandiculus] grandiusculus *M* 30 doctrina *om. B L.* iustitia *et* doctrina *in exemplis nomi-*

similia., ut demens potens prudens. sunt alia verbis similia, ut comedo palpo contemplator speculator. sunt alia ctetica, quae abusiva vel possessiva dicuntur, ut 'Euandrius ensis', 'Agamemnoniae Mycenae'. sunt alia patronymica, ut Atrides Euandrides. haec et ab avis et a matribus et a maioribus ducuntur saepe, et a fratribus non numquam fiunt. sed illud animadvertere debemus, quod cteticis pro patronymicis uti possumus, e contrario patronymicis pro cteticis uti non possumus. possumus enim dicere 'Euandrius iuvenis Pallas'; 'ensis Euandrides' dicere non possumus. haec utraque hoc a derivativis distant, quod patronymica et ctetica a propriis, derivativa ab appellativis nominibus veniunt. horum patronymicorum masculina aut in des exeunt, ut ab Atreo Atrides, aut in ius, ut a Peleo Peleius; aut in on, ut a Nereo Nerion. ex quibus omnibus modis possessivum nomen unus tantum modus facit, qui in ius exit. feminina vero aut in is exeunt, ut ab Atreo Atreis; aut in as, ut a Peleo Peleias; aut in e, ut Euandrine Nerine et Adrestine [quem ad modum secutus est Lucanus, qui ab Hiber Hiberis deduxit, 'occurrat Hi|beris', sed a nominativo Hiber *]. item sunt nomina homonyma; sunt synonyma, quae eadem appellantur polyonyma. homonyma sunt quae uno nomine plures res significant, ut nepos acies aries. synonyma vel polyonyma sunt, cum pluribus nominibus singulae res significantur, ut terra; eadem enim res dicitur terra et humus et tellus: item ensis; eadem enim res dicitur ensis et mucro et gladius. illud sane scire debemus, ne nos ea res forte confundat, quod plerique grammatici eius modi divisionem fecerunt, ut alia generalia nomina dicerent, ut corpus animal, alia specialia, ut lapis homo, alia propria, ut Cicero. et licet apud philosophos ita se res habeat, ut aliud genus, aliud species, aliud proprium sit, quod individuum appellant; tamen

---

num incorporalium sunt Diom. p. 322, 10. *quae nomina a quibusdam appellationes dicebantur: cf. exc. Charis. p.* 533, 25 *Quintil.* I, 4, 10. *sed haec appellativa principalia dicta esse a Consentio parum probabile est. quare haud scio an haec postea adscripta sint ad novum genus derivativorum significandum*, sunt praeterea nomina appellativa quae principalia dicuntur, ut iustus doctus, sunt quae ab his derivantur, ut iustitia doctrina item] etiam *M* 1 sunt alia] caetera *M* 2 contemplor *B* thetica *B* tethica *M*: tetica (*corr.* thetica) abusiua quae uel possessiua *L* 3 euandrides ensis *L: Verg. Aen.* X 394 micenae *ML: Verg. Aen.* VI 838 4 haec et ab auis et a patribus sepe ducuntur et a fratribus nonnumquam fiunt *M: cf. Diom. p.* 323, 24 5 dicuntur saepe et a patribus nonnumquam a fratribus fiunt *BL* 6 sed illud enim animaduertere *L* theticis *BML* 7 theticis *BML* 10 thetica *BML* diriuatiua alia ab *B. an* derivativa etiam ab? 12 ut a crino crinon *BL* ut a KPIN .. *M* ut a KPINEO KPINON *m* ut Nerion a Nereo *Donatus* ut Nereon Atrion *Sichardus. fortasse* ut a Crono Cronion 15 a peleo peleas *BM* Nerine *Sichardus* crinone *BML* et AAPHCTINH *ML* 16 ab hibera hiberis deduxit occurrit hibeis sed a nominatiuo hibe *M* ab hibera hiberis deduxit cum occurrat hibeissus et a nominatiuo hibe *B* ab ibera (*corr.* ab hibera) hiberis deduxit cum hoc currat hibeis sed et de nominatiuo hibe *L* ab Hibera Hiberis deduxit: quum occurrat Hiberis, sed et de nominatiuo Hiber *Sichardus: Lucan. Pharsal.* II 54 occurrat Hiberis alter. *eodem exemplo usus est Servius in Verg. Aen.* VII 605: *cf. Priscian. l.* VI *p.* 233, 19. *l.* VII *p.* 294, 20 18 quae et eadem *BL* 20 aries *om. BM*

p. 2022. 23 P.

grammaticorum recta ista divisio est, ut nomina quaecumque propria non sunt generalia, id est appellativa, dicantur.

374, 5 Comparatio tres gradus habet, positivum sive absolutum, qui quoniam perfectus est, a quibusdam in numero graduum non computatur, ut fortis doctus, comparativum, a quo gradum incipere dicunt, ut fortior doctior, superlativum, ut fortissimus doctissimus. comparantur ea sola nomina, quae aut qualitatem significant aut quantitatem. sed non omnia per omnes gradus eunt. aliquando enim positivus gradus tantum invenitur, ut mediocris; aliquando positivus et comparativus, ut senex senior; aliquando positivus et superlativus, ut pius piissimus: quod cum evenit, pro secundo gradu magis adverbium ponimus, ut magis pius: aliquando comparativus et superlativus, ut ulterior ultimus; aliquando superlativus tantum, ut novissimus. extra hanc formam sunt ea quae non inflexione, sed inmutatione comparationem repraesentant, ut bonus malus. nam si flectere velis ipsa absoluta nomina, comparationem latinam non invenies; si vero transmutes eadem nomina, conficies comparationem, ut bonus melior optimus, malus peior pessimus. sane illud scire debemus, comparativum gradum feminini ac masculini generis semper esse communem. item scire debemus comparativum gradum ablativo ca|sui utriusque numeri iungi debere, quotiens aliquem vel alieno vel suo generi conparamus: dicimus enim 'Hector fortior Diomede' vel 'Troianis audacior fuit'. attamen conparativus hic gradus etiam nominativo iungitur, ut 'doctior hic quam ille'. superlativum vero palam est genitivo tantum plurali iungi oportere; et tum hoc utimur, cum aliquem suo, non alieno generi conparamus, ut 'Hector fortissimus Troianorum fuit'. hic idem superlativus plerumque pro positivo ponitur nec conparatur, ut cum dicimus Iuppiter optimus maximus. interdum conparativus gradus praeponitur superlativo, ut stultior stultissimo et maior maximo. item conparativus, quamvis recipiat conparationem, saepe minus a positivo significat, ut est 'mare Ponticum dulcius quam cetera', id est minus amarum: minus enim est quod dixit dulcius, quam si dixisset dulce: 'tristior et lacrimis o. s. u.' id est minus lacta. idem citra uliam conparationem pro positivo interdum positus minus positivo significat, ut est

iam senior, sed cruda deo viridisque senectus:

plus enim *significaret*, si dixisset iam senex. conparativo et superlativo tam [adeo] magis maxime minus minime adici non oportet: haec enim positivo tantum adduntur, quia tam [adeo] magis maxime pro conparativo

---

4 non putatur *M* 7 non omnia nomina per *L* 13 inflectionis et inmotationis conparationem *M* inflectiones et inmutationes conparationum *B L* 18 semper *om. B L* 20 generi *om. M* 22 ac tamen *M* 28 item] interdum *M* 29 ut mare *M*: *cf. Don. p.* 374, 29 31 minus est enim quod dixit dulcius quam dixisset dulce est *M* tristior] *Verg. Aen.* I 228 32 idem] idē *B* 33 positus] conparā *M* 34 iam] *Verg. Aen.* VI 304 35 plus enim si dixisset *B L* plus enim dixisset *M* 36 adeo *om. L* 37 quia adeo tam magis *B* quia tam (adeo *superscr. M*) magis *M L*

et superlativo, minus et minime pro diminutione ponuntur. dicimus enim tam bonus [adeo bonus], magis bonus, maxime bonus, minus bonus, minime bonus. quaedam inveniuntur nomina quae significatione diminutiva sunt, intellectu conparativa, ut grandiusculus maiusculus. horum enim positio prima non absolutum nomen est: nam grandior grandiusculus *facit, maior maiusculus.*

Genera nominum, quae naturalia sunt, duo sunt, ut quidam volunt, masculinum et femininum, quoniam omne scilicet animal natura necesse est esse aut masculinum aut femininum. dicta autem haec sunt ab eo genera, quod generare possunt. denique si simplicibus et veris et naturalibus nominibus utamur, naturale primum masculinum genus mares, femininum feminas appellabimus. sed quo|niam [cum dicamus Cato aut Marcia, nomina hominum dicimus quae quia] nullum nomen ipsum aut mas est aut femina, generi tamen subiacet, quia corporis nomen est, recte masculinum genus aut femininum, non mas aut femina dicimus. non enim nomina generant, sed corpora, quorum illa sunt nomina. ita non nomen mas aut femina est, sed homo aut animal, cuius illud est nomen. quod cum ita sit, remanet ut in hac tali dictione nominum, quod masculina potius quam mares, feminina quam feminas dicimus, naturale generis nomen videatur omissum. erunt tamen principalia sub huius modi nominibus genera. quae quoniam ita appellari coepta sunt in nominibus animantium, extenta res est consuetudine, ut etiam haec quae essent sexuum expertia masculino genere aut feminino genere censerentur, ut aer portus terra domus. ergo duo genera naturalia seu principalia sunt, masculinum et femininum. tertium genus est quod neutrum vocant, quod quia in his tantum rebus dicitur, quae animales non sunt, artificale quidam putant. non enim hoc, inquiunt, habet natura, sed venit ex arte. alii vero et hoc naturale genus recte putant. quod enim natura masculinum itemque femininum non sit, id dicunt neutrum esse natura. ita ergo tria genera primum natura constituit. hanc secuta ars, partim rationi alicui serviens, generum fere numerum retinuit, naturali tamen rerum discretione sublata. nam quicquid per

---

2 adeo bonus *om. B L* 5 non absoluto nomine est *B M L* 6 facit maior maiusculus *om. B M L* 7 Genera] *Varronis doctrinam de generibus, quam sequitur Consentius, rettulerunt interpretes Donati, Servius p. 407, 39. 492, 37, Pompeius p. 159, 23, Iulianus p. 318, 17: cf. Wilmanns de Varr. libr. gramm. p. 32* 8 natura *om. M* 9 dictaque haec *B L* 10 neris naturalibus nominibus utamur *M* neris et naturalibus utamur *B L* 12 feminas] femininas *L* 13 quae quia] quod *M* quanquam *Putschius. ex adnotatione interpolatoris, qui exemplis adscriptis definitionem grammatici explicaverat, verba relicta esse videntur* ipsum (ipsud *M*) aut masculus est *B M L* 14 quia] quod *M* 15 non masculus aut femina *L* non masculum aut feminam *M* 17 masc̄ aut femī est *M* 18 quod] quae *L* dictione] declinatione *B L* 21 quae quoniam cum ita *L* 22 extensa *L* 23 essent sexuum experta *B L* 21 quae quoniam cum ita *L* 22 extensa *L* 23 essent sexuum experta *M L* e& sexum experta *B* 25 est *om. M L* 26 quod quia] quodq: *M* qq; *L* 27 habet naturam *L* 29 quam enim naturam *L* dicunt *om. L*: id neutrum esse natura debet *M* 31 hanc] haec *M* *fortasse* partim consuetudini, partim rationi

p. 2024. 25 P.

naturam sexui non adsignatur, neutrum haberi oporteret. sed id ars, cui voluit generi seu licenter seu decenter adscripsit, ut hic aer, haec terra, hoc caelum. consuetudinem secuta est, ut militem masculino genere censeret, quia hoc officium marium est; item Lamiam feminino genere, quia hoc maleficium feminarum proprie dicitur. rationem aliquam secuta est, ut marem caelibem, feminam viduam appellaret, ut discretio ipsa nominum ostenderet solitudinis disparem qualitatem. ac sane cum haec tantum tria genera primum natura, tum consuetudo vel ratio rerum habere videatur, aut ea scilicet quae masculina sunt, aut ea quae feminina, aut ea quae neutra, indu|ctum est per eandem artem quartum genus propter ea nomina, quibus iuxta consuetudinem utrumque genus convenit, ut hic et haec sacerdos, quia hoc officium utriusque sexus est. quod quia non fit unius generis, sed duorum aut omnium particeps, numero cumulum addidit appellaturque commune. haec quattuor genera sive naturalia sive artificialia propriis declinantur articulis.
375, 15 est enim masculinum cui numero singulari casu nominativo articulus sive pronomen praeponitur hic, ut hic magister; femininum est cui numero singulari casu nominativo articulus vel pronomen praeponitur haec, ut haec Musa; neutrum est cui numero singulari casu nominativo articulus vel pronomen praeponitur hoc, ut hoc scamnum; commune duorum generum est quod masculinum femininumque significat, ut hic et haec sacerdos; commune trium generum est quod tria genera significat, ut hic et haec et hoc felix. praeter haec sunt quaedam nomina promiscua, quae Graeci epicoena vocant; nec tamen generibus ideo addendus est numerus, cum declinationem aut masculinam totam habeant aut femininam. haec a communibus hoc distant, quod commune nomen cum dixero, si genus non intellegatur, dubitationem hanc adiectio tollit articuli; ut puta si sacerdos dixero, nescies virum an feminam significem; cum addidero articulum hic, ostendo me marem significavisse; cum haec, ostendo me feminam significavisse. in promiscuis hoc fieri non potest, quod sub uno articulo uterque sexus significatur. nam cum dico masculino genere corvus, neque nomine neque articulo confusionem generis separare possum: tam enim femina quam masculus corvus masculino genere enuntiatur. item cum dico cornix, sexum nulla ratione discernere possum, quoniam, sive masculus sive femina sit, feminino genere cornicem appello. nam in corvo femininum et in cornice masculinum genus intellegi necesse est, sed enuntiare non possumus.

---

1 neutrum oporteret haberi sed et id *M* 2 seu decenter *om. B* 3 generi censeret *B* genere censere *L* 4 lammiam *L* 5 genere *om. B L* hoc *om. B L* dicatur *M* 6 celibem *l* celebem *B M L* 12 hoc *om. L* 13 sexus quod non sit *B* 14 haec tria genera *M* 18 praeponitur *om. B* 20 praeponitur *om. B L* 24 epicena *B* EPCENA *M* herisena *L* 26 quod cum commune nomen dixero *L* quod commune nomen dixero *B* 27 tollit *Putschius* tulit *B M L* 30 significavisse *post* feminam *om. M*: significauisse ostende me feminam *B L*

p. 2025. 26 P.

Illud animadvertere debemus, quod, cum pleraque nomina alterius generis vim habeant, sono tamen alia genera viden|tur imitari. est enim 375, 24
sono masculinum, intellectu femininum, ut Eunuchus comoedia, Orestes tragoedia. est item sono femininum, intellectu masculinum, ut Fenestella scriptor, Aquila orator, Catilina, Iugurtha. est etiam sono neutrum, intellectu femininum, ut Glycerium Phronesium Sophronium; sed haec graecae consuetudinis sunt. est vicissim sono femininum, intellectu neutrum, ut toreuma; sono masculinum, intellectu neutrum, ut pelagus vulgus. nam conversim sono neutrum et intellectu masculinum nullum invenitur.

Etiam illud animadvertendum est nobis, quod pleraque nomina alte- 29
rius generis sunt in singulari numero et alterius in plurali. nam singulariter hoc balneum, pluraliter hae balneae facit; singulariter hic Tartarus, pluraliter haec Tartara facit; item similiter caelum caeli, caepum caepae, porrum porri, iocus ioca, locus loca, forum fori. potest et haec varietas admitti, ut plerumque in uno atque eodem numero per quosdam casus diversitas generum inveniri posse dicatur, ut ecce vulgus. ait enim Virgilius sic, 'ignobile vulgus', quod est neutri nominativus; et idem rursus dixit et 'spargere voces in vulgum ambiguas', quod est accusativus casus generis masculini. simile est fundus: Lucilius dicit

vertitur oenoforis fundus, sententia nobis;

et contra Lucanus accusativum masculino dixit,

decidat in fundum penitus stagnantis Averni.

Illud quoque animadvertendum est, quod pleraque nomina incerti gene- 31
ris inveniuntur. nam inter masculinum et femininum sunt haec nomina, cortex silex finis stirps pinus dies: utroque enim genere lecta inveniuntur, quamvis in quibusdam certa observatio sit, ut alterutro genere enuntientur. nam stirpem cum de genere dicimus, feminino enuntiamus, ut 'heu stirpem invisam'; stirpem arboris masculino, ut

sed stirpem Teucri nullo discrimine sacrum.

item incerti generis sunt inter masculinum et neutrum, ut vulgus specus

---

6 glicerium fronesium sofronium *B* gligerium fronium suffronium *L* gligerium fronesium *M* 7 est enim uicissim *B L* est etiam uicissim *Putschius*: est sono femī intellectu neutrum ut dogma est uicissim sono masc̄ *M* 8 thoreuma *B* toregma *L* 11 singul. (singulare *M*) ut hoc balneum *B M L* 13 caelum coepae porrum ioca loca fori *M* coepum coepae *B L* 17 ait enim uirgilius sic ut ignobile *B* ait enim ignobile *M* aut ignobile *L*: *Verg. Aen.* I 146 quod neutri est nominat. idem rursus dixit et spargere *B* quod est neutrum nominatiuo et idem rursus dixit et spargere *M* quod neutri est nominatiuus et idem rursus dixit et spergere *L*: *Verg. Aen.* II 98 19 Lucilius] satirarum libro tertio *Non. p.* 173 20 dicit *om. B L* 21 oenoforis *Nonius* enofori *B L* cenofori *M* fundus *corr.* -um *M* 22 Lucanus] *Pharsal.* II 668 24 incerti generis inueniuntur *L* incerti generis sunt *B* inueniuntur generis incerti *M* 26 stirps *B* strips *L corr.* stirps *M* pinus *B Lm* pirus *M* utroque enim lecta genere *M* utroque uis (utrouis *B*) enim genere lecta *B L* 27 quamuis (*superscr.* in) quibusdam certa obseruatio sit *M* quam in quibusdam rectae obseruatio fit *L* quamuis in quibusdam recta obseruantia fit *B* 29 heu] *Verg. Aen.* VII 293 30 sed] *Verg. Aen.* XII 770

p. 2026—28 P.

frenus. item incerti generis sunt inter femininum et neutrum, ut buxus pirus prunus malus; sed in hoc hac obser|vatione utimur saepe, ut neutro genere fructum, feminino ipsas arbores significare videamur. in nominibus quoque urbium idem hoc evenit, ut pleraque incerti generis sint, inter femininum et masculinum, ut hic Narbo et, sicut nunc praesumi coepit, haec Narbo; vel inter femininum et neutrum, ut hoc Navissum et haec Navissus, haec Arelas et hoc Arelate, haec Ariminus et hoc Ariminum, *haec Praenestis et hoc Praeneste*, ut 'quique altum Praeneste viri' et 'Praeneste sub ipsa'. de gentibus similiter incerti generis inveniuntur, ut hic Illyricus et hoc Illyricum; item de montibus, ut 'sancti custos Soractis' et

vides ut alta stet nive candidum
Soracte.

376, 1 Praeterea sunt fixa genera nominum, sunt mobilia, sunt nec in totum fixa nec in totum mobilia. fixa sunt quae in aliud genus converti nullo modo possunt, ut cum dico mater pater soror frater: haec enim in aliud genus numquam transeunt. mobilia vero sunt quae in aliud genus flecti possunt, ut bonus bona bonum, malus mala malum. in quo hanc observationem debemus advertere, quod, si propria sint nomina, duo genera faciunt, ut Tullius Tullia; si vero appellativa, tria genera faciunt, ut bonus bona bonum, malus mala malum. ea vero quae nec in totum fixa nec in totum mobilia sunt eius modi sunt, quod transeunt quidem in aliud genus, sed alia quadam inclinatione, quam ut servent formam illius generis a quo transeunt, ut gallus gallina, rex regina, leo leaena, draco dracaena.

7 Etiam illud animadvertendum est, quod plerumque diminutiva nomina genus quod in prima positione, id est in absoluto gradu, obtinent in diminutione non servant, ut ecce positivo gradu hoc scutum dicis; si diminuas, scutella facis; canis canicula facit, rana ranunculus, pistrinum pistrilla, scutris scutrilla. [tum nec illud praetermittendum est, quod in eadem dictione diversitas significationis diversitatem generum facit, sicut *stirps* est | masculinum, si proprie dicas,

sed stirpem Teucri nullo discrimine sacrum;

---

2 pinus prunus *B* prunus pirus *Ml* pronus p..us *L* hoc *om. M* 4 hoc euenit | Regula autem generalitate 353, 27 *aliquot membranis, in quibus ea quae omissa sunt scripta erant, perditis L* 5 nunc] non *B* 6 vel *om. M* hoc nauisum et haec nauisum (*corr.* -us) *M* 7 hoc aralate haec amminus et hoc amminum *M* 8 haec Praentesis et hoc Praeneste *om. MB* quique edificant altum *M*: *Verg. Aen.* VII 682 9 Praeneste] *Verg. Aen.* VIII 561 10 hic hilliricus et hoc hilliricum *B* hic iliricus et hoc iliricum *M* 11 sancti] *Verg. Aen.* XI 785 soroactis *M* 12 vides] *Hor. carm.* I 9, 1 stet *Mb* et *B* 13 soroacte *M* 14 generum nomina *MB* 15 conponi nullo modo *M* nullo modo componi *B* 17 flecti] conuerti *B* 19 sint] sunt *M* 21 quae non in totum fixa aut mobilia *M* 23 et alia *M* et sunt alia *B* 23 quam obseruant *M* 24 leo leena draco dracena *M* 29 scutelam *M* 30 tum *Putschius* cum *MB*. *observatio partim iam supra proposita partim ab hoc loco aliena postea addita esse videtur* 31 sicut est masculinum *B* sicut masculinum est *M*

p. 2028. 29 P.

femininum vero, si translative, 'heu stirpem invisam'. non dissimili ratione est etiam productio aut contractio syllabae in eadem dictione, quae sub uno genere diversa significat, ut 'pressos prōpaginis arcus': si proprie loquaris, producas necesse est; si translative, corripias, ut est 'Itala virtute prŏpago'. sed et accentus ostendit diversam significationem unius dictionis: pone si verbum est, gravis est ultima; si adverbium, circumflexa.]

Nunc quoniam nominativo singulari duodecim litteris nomina termi- 379, 17
nantur, id est vocalibus quinque, a e i o u, semivocalibus sex, l m n r s x, et muta una, t, ut tabula sedile frugi ratio genu mel scamnum flumen arbor flos nux caput, longumque etiam penitus est omnes formas conprehendere, de his tantum nominibus quae vocalibus terminantur pauca dicemus. quo exemplo de ceteris, qui curiosius rem agitabit, quae genera efficiuntur inveniet; simulque in omnibus per unam analogiam apparebit diversitas regularum. nomen casu nominativo singulari in a 376, 10
vocalem desinens et masculinum esse potest et femininum et commune: masculinum, ut Pansa Agrippa; femininum, ut pagina Marcia, et graecum Andromacha; commune, ut advena. invenitur et neutrum, graecum tamen, ut poema schema. item nomen eodem casu et numero in e vocalem desinens non nisi neutrum invenitur, ut monile sedile; inveniuntur tamen et graeca nomina feminini generis eadem littera finita, sed producta e, ut Euterpe Agave. item nomen eodem casu et numero in i vocalem desinens trium generum est, aptoton tantum, ut frugi nihili: nam per omnia genera dicimus hic et haec et hoc frugi et nihili: inveniuntur tamen et neutra, sed peregrina, ut gummi sinapi; quamquam etiam feminino genere haec gummis dicatur. item | nomen eodem casu et numero [singulari] o littera terminatum aut masculinum est, ut Cicero, aut femininum, ut Iuno, aut commune, ut caupo; nullum autem neutrum nomen hac littera terminatur: sunt et graeca, ut Io Ino. item nomen eodem casu et numero [singulari] u vocali terminatum neutrum tantum est, ut cornu veru genu.

Numeri nominum sunt duo, singularis et pluralis, quamvis quidam 22
etiam dualem dixerint, qui duo et ambo [uterque], quoniam neque sin-

---

1 non disimili ratione etiam *M* simili ratione est etiam *B* 3 presos *M* praecisos *B*: *Verg. georg.* II 26 4 loquaris ut producas necesse est pro *B* 5 italia *M*: *Verg. Aen.* XII 827 7 circumflexus *M*. Consentius dicit quod pone circumflexum habet in ultima ita dicens, accentus ostendit diuersam significationem unius dictionis, quia in accentu discernitur sensus. pone si uerbum, grauis est ultima syllaba, si aduerbium circumflexa *codex Sangermanensis* 1188 8 nominatiuus singularis duodecim litteris terminatur *B* 10 oratio *B* 12 tantum] tamen *B* 13 quae genera] quē *B* quemadmodum *Putschius* 17 ut pro pansa *B* 18 inueniuntur et graeca neutra tantum *B* 22 euturpe *M* agaue *corr.* agape *M* agape *B L*: *cf. p.* 2049 23 nam — et nihili *om. B* 24 inuenitur tamen et neutrum sed et peregrinum *M* 29 io ino *in litura M* io iuno *B* item nomina — u littera terminata neutra tantum sunt *B* 33 etiam dualem dixerunt *B* etiam (*in litura*) dixerint *M*

p. 2029. 30 P.

gularis neque pluralis numeri dicere possumus, dualis esse *dixerunt*. sed recta ratio obtinuit apud Latinos duos esse, singularem, ut hic magister haec Musa hoc scamnum, et pluralem, ut hi magistri hae Musae haec scamna. non tamen omnia nomina omnium generum utrumque numerum recipiunt. nam sunt pleraque nomina semper singularia, alia semper pluralia: singularia masculini generis pulvis sanguis, feminini pax lux fama invidia, neutri aurum oleum ferrum, et fere cetera quae ad mensuram pondusve referuntur; pluralia masculini generis manes Quirites cancelli, feminini kalendae nundinae feriae quadrigae nuptiae scalae sordes scopae, pluralia neutri generis arma castra Floralia Saturnalia. haec ratione ita sunt; sed pleraque auctoritas contra rationem inmutavit. nam et Cicero sordem singulariter dixit, et Virgilius vina et hordea pluraliter usurpavit. pleraque positione singularia sunt, intellectu pluralia, ut populus contio; alia vicissim positione pluralia sunt, intellectu singularia, ut Mycenae Cumae exta moenia. sunt etiam quaedam nomina utriusque numeri communia, ut res nubes dies: nam et hic dies et hi dies, haec res et hae res, haec nubes et hae nubes nominativo et vocativo casu tam singulari quam | plurali similiter efferuntur. quaedam nomina cum videantur utriusque numeri esse, tamen in alio significatu semper singularia sunt, in alio semper pluralia, ut est lac. nam dixit Virgilius 'lac mihi non aestate novum', et singulare semper est generis neutri. porro lactes, ut ait Horatius 'pulmone et lactibus unctis', quo aliud significat, plurale semper est generis masculini neque singularitatem habet. simile est et sal: hoc enim semper singulare est; si autem pluraliter dicatur, urbanitatem significat, quamquam urbanitas designari possit etiam singulari numero, ut ait idem 'quod sale multo urbem defricuit' et 'quid habet sal qui in te est'. sed hoc masculino genere dicitur.

Notandum est hoc quoque, quod civitatum nomina per omnia genera efferuntur, nunc utroque numero, nunc singulari tantum aut tantum plurali: utroque numero feminina, ut haec Caesaria et hae Caesariae, haec Ostia et hae Ostiae, haec Carthago et hae Carthagines; singulari tantum, ut haec Roma; plurali tantum, ut hae Mycenae Thebae Biterrae: utroque numero masculina, ut hic Caulon et hi Caulones; singulari tantum, ut hic Narbo; plurali tantum, ut hi Treviri Arverni Cales: utroque

---

1 dixerunt *om. B M* 10 arma moenia castra *M* haec *Putschius* hac *B M* 12 Cicero] *p. Flacc.* 3, 7 nullam in re familiari sordem posse proferri; *ad Att.* I 16, 11 et uina et ordea *M* 15 cumae *Bm* come *M* 16 utroque numero *B M* 18 similiter feruntur *M* 19 tamen] tā *M* 20 nam dix̄ (uir *add. m*) lac *M* nam lac *B*: *Verg. bucol.* 2, 22 22 lactes masculinum semper plurali significatu ut ait *B* Horatius] *Pers. sat.* 2, 30 23 quo] qua *M*: quo aliud significatur *Putschius* plur̄ semper et genere masculino *M* 26 quae sale *B*: *Hor. sat.* I 10, 3 (11) 27 qui habet *Putschius*: *Terent. Eunuch.* III 1, 10 31 haec cessaria hae cessariae haec hostia et hae hostiae *M* 33 biternae *B M* 35 hi triuiri hi arnuerni *M*

p. 2030. 31 P.

numero neutra, ut hoc Scillaceum et haec Scillacea; singulari tantum, ut hoc Sirmium, sicut hoc armarium, hoc Arelate, sicut hoc torale, hoc Soracte Ateste Praeneste; plurali tantum, ut haec Hierosolyma. interdum efferuntur novo modo et quasi monoptota, ut Curibus Trallibus Turribus Sulcis Servitti Gadir Viniolis Bilbilis. etiam illud notandum est, quod interdum alicuius ur|bis non ipsum nomen enuntiari potest, cum quasi per derivationem cives significentur, ut Padinates: neque enim Padinam dicimus. ergo vel ex auctoritate, siqua erit, vel ex conlatione similitudinum unius cuiusque urbis primum directum casum examinare debemus; quo invento et de genere ac numero certiores efficiemur, ut ecce ait Cinus 'munitus vicus Caralis'. apparet nominativo positum Caralis et egisse semper pluralem numerum; sed hac eadem significatione nominativi per omnia genera ibitur. nam quem ad modum dicis 'vicus Caralis', sic tibi dicendum est haec urbs Caralis et hoc oppidum Caralis. item Fronto ait 'et illae vestrae Athenae Dorocorthoro'. apparet nominativo casu posuisse Dorocorthoro. sive igitur dicas haec urbs sive hic vicus sive hoc oppidum, nominativus erit Dorocorthoro; et obliqui casus ad huius similitudinem declinabuntur. Virgilius

Priverno antiqua Metabus excedere in urbe,

cum utique Privernum neutro genere ecferatur.

Figurae in nominibus duae sunt. per has intellegimus, utrum sim- 377, 3
plex nomen sit, an conpositum. simplex est quod ex una parte orationis constat, ut doctus potens; conpositum quod ex duabus, ut indoctus inpotens. conponuntur autem nomina quattuor modis, aut ex duabus partibus orationis integris, ut suburbanus, Liber pater, eques Romanus; aut ex duabus corruptis, ut efficax municeps supplex; aut ex integra et corrupta, ut ineptus insulsus; aut ex corrupta et integra, ut pennipotens nugigerulus. hoc cum ita sit, evenit ut aut utraque pars casibus declinetur, ut eques Romanus, Liber pater; aut utraque non declinetur, ut propraetore, proconsule, proquaestore; aut prior pars declinetur, ut

---

2 sicut armarium *M* sicut hoc ariminum *B* hoc soracte apte et preneste *M* hoc soracte sicut abneste praeneste *B* 3 hierusolima *M* 4 ecferunt *M* monoptoto *BM* curibus trallibus turribus sulcis seruitis tigadis uirbibis bilis *B* curibus trullibus. sulci seruntigadis (*corr.* -des) uirbis. bilis *M* 5 Servitti *in urbibus Pannoniae positum est itiner. Ant. p.* 268 *ed. Wess.* Gadir *ex Sallustii historiarum libro secundo citaverunt Priscianus l.* V *p.* 154, 1 *l.* VI *p.* 234, 10 *et Probus cathol. p.* 13, 30 Viniolis Bilbilis *pro corrupta codicum scriptura scripsi, quamvis non recte haec nomina inter monoptota numerentur* 7 significantur *M* padinam] padanum *M* 8 ergo ex auctoritate siqua erit uel collatione *M* 9 uniuscuique *B* 11 cinus *B* cynus *M:* Cincius *coniecit Merkelius in Ovid. fast. p.* LXXVI, Atacinus *vel* Varro Atacinus *Hertzius de Cinciis p.* 36. ut ecce ait Cincius Alimentus 'vicus Caralis' *R. Vngerus miscell. crit. (Iota ter accusatum Friedlandiae a.* 1861) *p.* 3, ut dicit Atacinus, munitus *etc. A. Riesius, qui inter P. Varronis Atacini chorographiae fragmenta verba recepit Varr. sat. Men. rel. p.* 264 12 plū numerum *M* plurali numero *B* sed h̄ (*h. e.* haec) eadem *B* nominatiui significatione *M* 13 nam quomodo dicis *M* 18 similitudinem] formam *B* Virgilius] *Aen.* XI 540 19 antiqua ceu urbe *B* megapus *M* 20 neutri efferatur *B* 25 orationis *om. B* 30 procestore aut *B*

p. 2031—33 P.

tribunus plebis, maior natu; aut posterior pars declinetur, ut fideicommissum, plebiscitum. in his quae sub specie quorumcumque casuum composita sunt hoc regulariter spectari oportet, quod ea parte declinabuntur haec nomina, qua positionem recti | casus, id est nominativi, habuerint; qua parte vero obliquum casum habuerint, ea parte non declinabuntur. cetera vero quae sine specie cuiusquam casus priore parte composita sunt ut simplicia declinabuntur, ut biceps municeps. praeterea animadvertendum est quod sunt quaedam composita nomina, quorum positio aliter in singulari, aliter in plurali numero declinatur, ut hic pater familias et hi patres familiae. cavendum sane est ne aut composita nomina conponamus aut quae conponi non possunt, quamvis quidam dicant etiam ex pluribus partibus posse conponi, ut inexpugnabilis inperterritus. sunt etiam plerique, qui ex graeco et latino putant posse conponi, ut epiclinium cpiradium.

377, 15 Casus nominum sunt sex, nominativus genitivus dativus accusativus vocativus ablativus. casus est, ut Graeci definiunt, nominis quaedam positio vel, ut alii, commutatio ultimae syllabae in nomine. nam quoniam unum quodque nomen varietatem positionis sexies experitur, hae positiones et commutationes eiusdem nominis casus appellantur. unde quaeritur a plerisque, num nominativus, qui absolutum quiddam significat et naturali ratione primus habetur, casus nominis debeat appellari, siquidem nulla alia sit prima nominis positio, a qua inclinatus aut commutatus sit. ceteros vero recte casus appellari dicemus, quod a prima nominis positione facta inclinatione mutentur. sed tamen rectissima ratione etiam ipsum *nominativum* casum dici placuit. quippe pleraque rerum cum adhuc non sunt, iam tamen nominum appellatione censeri, ut cum dicimus 'templum aedificatur', quod utique nondum templum est; sic igitur istam primam positionem nominis, id est nominativum, appellari casum posse, quod possit cadere et in aliam inclinationem vis positi nominis commutari. vel certe posse eum per catachresin casum appellari. vel certe cum ad explicandam illam varietatem nominis sex inclinationum fi|gurae operentur, et una quaeque in suo statu quo est suam plenam significationem habeat, respectu autem alterius significationis inclinata videatur, tam nominativus respectu ceterorum, quam ceteri respectu eius et velut inter se intellegitur varietati enuntiationis obnoxius. quae ratio his magis

---

1 tribunus plebi *B* 4 qua compositionem *BM* 6 cuiusquam *om. B* posteriore parte *BM* 8 quorum compositio *Clemens* 11 quam (uis *add. m*) dicant *M* 13 qui et graeco *M* qui etiam a graeco *B* epiclinum *M:* aut ex nostro et peregrino, ut biclinium, aut contra, ut epitogium et Anticato, aut ex duobus peregrinis, ut epirhedium *Quintil.* I 5, 68 15 Casus — 351, 17 remotus est *Diom. p.* 301, 32 — *p.* 302, 7 *Charis. p.* 154, 6—11 18 nomen per uarietatem *M* 22 inclinatus atque immutatus *B* 23 dicemus qui a prima *M* dicimus quod prima *B* 25 nominativum *om. BM* 26 censentur. *M* 30 catachrisin *B* catacrisin *M* uel certe quod ad *M* certe cum ad *B* 31 illam *om. M* 32 plenam significationem suam *M* 34 et *om. M* 35 intellegatur *M* uarietate *B*

congruit, qui non naturalem, sed fortuitum casuum ordinem dicunt. habet enim et nominativus inclinationem syllabae, si alios casus consideres. hoc sane consensu omnium ipsi datum est, ut unus ipse rectus, ceteri vero appellentur obliqui, propterea quod ille unus proprie et consilio quodam figuratus videtur, ceteri ab eo inclinari intelleguntur, excepto vocativo, quem et ipsum plerique rectum, alii recti similem nuncupaverunt. de ordine autem casuum adferuntur quaedam rationes, ut non forte nec temere, sed naturali quadam via hic qui est ordo videatur inventus. ablativum casum Graeci non habent. denique hunc Varro interdum sextum, interdum latinum appellat, quem rectissime usus nostri sermonis invenit, quoniam plurimum a dativo differt. aliud est enim dicere huic rhetori, aliud ab hoc rhetore. et in tantum recte hunc casum additum constat, ut etiam septimum casum usus nostri sermonis exposcat, qui septimus casus ablativi formam habet, sed praepositione subtracta. interest enim plurimum, cum dicimus 'ab oratore venio', et cum dicimus 'oratore magistro utor'. ergo et ad intellectum necessarius est hic casus, etiamsi a declinatione remotus est. plerique etiam octavum casum putaverunt addendum, ut dignus munere, mactus virtute; sed hoc septimo casui adnumerandum nulla dubitatio est.

Quaedam nomina cum in usu sex casus habeant, declinationes non 377, 23
totidem habent. quo fit ut formae casuales sint sex, monoptotos diptotos triptotos tetraptotos pentaptotos hexaptotos. monoptotos est forma, quotiens in omnibus sex casibus nomina similiter declinantur flectique non possunt, ut cornu. dipto|tos forma est, quotiens nomen per omnes sex casus duarum tantum vocum habet mutationem, ut Iuppiter Iovis, Diespiter Diogenis, quamvis quidam dicant diptoton non inveniri. triptotos est forma, quotiens nomen in sex casibus tribus vocibus inmutatur, ut scamnum scrinium. tetraptotos est forma, quotiens nomen in sex casibus quattuor vocibus inmutatur et flectitur, ut stamen. pentaptotos est forma, quotiens nomen in sex casibus varietates inclinationum quinquies experitur, ut est caro leo Agamemnon mus lepus. hexaptotos est forma, quotiens [formam] per omnes sex casus varietas declinationis operatur, ut est unus solus nullus. sed in his formis hoc regulariter tenere debemus, quod neutra nomina neque hexaptota neque pentaptota esse possunt: fere enim triptota vel diptota sunt. est tamen novum quasi monoptoti genus,

---

4 appellantur *M* proprie ex consilio *B* 5 uideatur *M* intelleguntur] uideantur *M* 6 quem ipsum *B* 9 denique interdum hunc uarro sextum interdum latinum *M* 10 nostri sermonis usus *B* 11 quoniam] qui *B* 13 sermonis nostri *M* 16 ergo ad *B* 20 habeant *Sichardus* habent *BM* 25 diospiter *B* 26 quâmvis — inveniri *post* 25 mutationem *habet B* 31 agamemno mus lepos *B* exaptotos forma est quoties formata per *M* 34 neque exaptota neque monoptota esse possint fere enim triptota esse possunt est tamen *B* neque exaptota neque diptota uel pentaptota esse possunt est tamen *M*. *triptotorum exempla poni solent neutra in* um, *diptotorum neutra in* u: *cf. Charis. p.* 150, 22 *Diom. p.* 308, 7 35 nomen quasi monoptotos genus *B*

p. 2034. 35 P.

quod nec per omnes casus eat, et per quos vadit unam tantum inclinationem servet, nominativum accusativum vocativum, ut hoc virus. nam unam inclinationem habet et ceteros casus non habet. simile est fas et nefas. item regulariter tenere debemus quod pluralia cuiusvis generis nomina neque unius neque omnium casuum esse possunt. unde ea nomina quae nullam inflexionem neque per numeros neque per genera sentiunt aptota nuncupantur, ut est frugi nihili nequam nugas. de qua forma sunt omnia nomina litterarum et nomina numerorum a quattuor usque ad centum: nam ab uno usque ad tres per omnes casus numeri declinantur, item a ducentis et deinceps praeter mille, quod aptoton est. nec hae solae varietates in nominibus inveniuntur. nam sunt quaedam nomina quorum nominativus casus in usu non est, ut siquis dicat hunc laterem, hanc dicionem, nominativum eius numquam inveniet. item siquis dicat talis, huius nominis genitivum in usu non esse perspiciet. deinceps si diligentius rimetur, invenientur per omnes casus multa nomina deficere, *in* tantum ut non per singulos, sed plures casus deficiant interdumque unius tantum casus significationi serviant, ut tabo, 'infecit pabula tabo'; et sponte, quamvis et spontis lectum sit. in quo etiam illud novum inveni, ut plerumque alterius casus formam nominativus occupet, incipiatque deesse ille casus, cuius formam nominativus obtinuit, ut alius. utique hic alius casus est nominativus; huius alius dicere non possumus, et ideo caret genitivo etiam hoc nomen. item sunt nomina, quae cum declinationem non habeant, diversos tamen casus, etsi non omnes, significatione repraesentant, ut nefas: significationem exhibet nominativi, 'nefas quae triste piaret'; item accusativi,

illa dolos dirumque nefas in pectore versat;

item vocativi, ut pro nefas. similiter etiam fas omnes has casuum significationes exhibet. tale est et in plurali numero, ut maria: non habet nisi tres casus. evenit interdum etiam varietas, ut in aliquo nomine

---

1 unam tam̄ inclinationem *M* 2 servet — 3 inclinationem *om. M* 8 et omnia numerorum *B* et numerorum *M* 9 numeri *om. M* 10 et deinceps *om. M* 11 uarietates in omnibus *B* in omnibus uarietates *M* 13 decionem *M* 14 perspiciat *M* 15 diligentius rememoretur inueniuntur *M* 16 deficere tantum *BM* deficere tamen *Sichardus* deficiunt *M* 17 seruiunt *BM* inficiant *B: Verg. georg.* III 481 18 quamuis spontis *M* 19 occupet ut incipiatque *M* 23 habent *M* 24 exhibet nominatiui nefasque triste piaret item accusatiui illa dolos dirumque nefas item nominatiui ut pro nefas *B* exhibet accusatiui: illa dolos dirumque nefas item: nefas quo triste piaret. item nominatiui, ut, pro nefas *Putschius* nominatiui ipse nefas iam triste piaret *M. excidisse videtur exemplum nominativi casus, quale est Lucani Pharsal.* I 36 scelera ipsa nefasque hac mercede placent *vel Verg. Aen.* II 658, significationem exhibet nominativi accusativi et vocativi, nominativi * accusativi 'nefas quae triste piaret' (*Verg. Aen.* II 184), item accusativi 'illa dolos dirumque nefas in pectore versat' (*Verg. Aen.* IIII 563), vocativi 'pro nefas', *vel brevius ita*, significationem exhibet nominativi * item accusativi 'illa dolos — versat', 'nefas quae triste piaret', item vocativi 'pro nefas'. 27 ut o pro nefas similiterque etiam *M* 28 tale est in pluribus ut maria. euenit interdum etiam uarietas *M* tale est in pluribus in plurali numero non habet nisi tres casus interdum etiam uarietas est *B: cf. Diom.* p. 309, 20 29 aliquo] alico *M*

p. 2035. 36 P.

omnes casus declinationibus expleantur, sed alio atque alio nomine, ut hic Iuppiter huius Iovis et reliqua.

Praeterea illud etiam diligenter considerare et servare debemus, 377, 31
quod sunt nomina quae certos casus secum coniunctorum nominum trahunt. trahunt autem vel genitivum vel dativum vel accusativum, sed figurate, vel ablativum, vel etiam septimum casum. genitivum sic trahunt, avidus auri, abstinens cibi, ignarus belli, securus amorum; dativum sic, infestus hosti, gratus amicis; accusativum sic, sed figurate, doctus sermonem, sciens palaestram, exosus bella, praescius futura; ablativum sic, secundus a Romulo, alter a Sylla; septimum casum sic, dignus munere, mactus virtute.

Sunt quaedam nomina, quae cum similem nominativum habeant, dissimiles declinationes per obliquos exhibent casus, ut haec frons huius frontis et huius frondis et deinceps. item contra ex dissimili nominativo similes exeunt obliqui casus, ut haec fors et hic et haec fortis, huius fortis, huic forti et deinceps.

Nunc de analogia et de regulis, de quibus prima parte libri huius | iura quaedam libavimus, quae sunt apta dicemus, si prius de differentia harum dixerimus. analogia est quam nos proportionem dicimus. haec quae ad grammaticam pertinet longe angustior et contractior res est, quam regula. haec enim latius generaliusque definitur. analogia autem in paucis exemplis similium ratione versatur, in tantum ut plerumque etiam in his dictionibus, quae regulae non serviunt, quaeque sub regulam non cadunt, inveniri analogia possit, sicut suo loco paulo post demonstrabimus. ergo analogia nominum in conlatione maxime parium, ut homo sermoque, et similitudine diminutivorum, quae ab his veniunt, consistit atque perspicitur. regula autem generalitate quadam magnam multitudinem nominum conprehendit, quae sub eandem rationem cadunt. atque ipsarum quoque regularum aliae sunt magis generales, sicut mox apparebit. nunc igitur de regulis, quas Graeci canones appellant, dicemus, ac prius de his quas ablativus casus numeri singularis ostendit, quoniam hae breviore quadam via ad emendationem loquendi sufficere posse creduntur.

Omnia nomina ablativo casu singulari quinque litteris vocalibus ter- 378, 3
minantur. igitur per singulas litteras, quem ad modum similiter sibi per omnes casus nomina quae similiter ablativo casu singulari fuerint termi-

---

1 declinationis *B* 3 servare] conseruare *M* 6 sed *om. M* 7 securus armorum *M* 8 gratus] grauidus *B* 9 palaestram] palastinam *M* 10 ab silla *M* 12 dum similem nominatiuum habent *M* 13 ut sunt haec frons huius frontis et huius frondis *M* ut frons frontis frons frondis *B* 17 de regula *M* de quibus — apta *om. M, in marg. add. m* libri quaedam libauimus (*corr.* libabimus) *m* 18 quae apta uerba dicemus *B* 19 haec quae *etc.*] *in marg. adscriptum est* rhetor *M* 25 ergo *om. M* analogia nominum maxime in conlatione parium et similitudine *M* 30 igitur] autem *M* 31 quas] quae *ML* 32 hae] haec *M*

p. 2036. 37 P.

nata respondeant, quam brevissime disseremus. quaecumque nomina ablativo casu singulari a littera fuerint terminata, genitivum pluralem in rum mittunt, dativum et ablativum in is syllabam mittunt, ut ab hac Musa harum Musarum his et ab his Musis. quae regula exceptionem tamen recipit in his nominibus, in quibus ambiguitas discernenda est. nam dativum et ablativum non in is, sed in bus exire necessitas cogit, ut dea filia deabus filiabus, ne deos, non deas significare videamur. ea quoque nomina quae ablativo casu singulari o littera terminantur simi|litudinem regulae obtinent cum superiore. nam et ipsa genitivum pluralem in rum, dativum et ablativum in is syllabam mittunt, ut ab hoc magistro horum magistrorum his et ab his magistris. quae et ipsa regula exceptionem quorundam nominum recipit, quae dativum et ablativum pluralem non in is, sicut diximus, sed in bus mittunt, ut ab hac domo, ab hoc iugero, domibus iugeribus. quae tamen varietas declinationis ex auctoritate veterum exorta est. illi enim ablativum et ab hac domu et ab hoc iugere declinabant, quam declinationem secuta est ratio, ut dativus et ablativus pluralis in bus terminentur. sed euphonia, quae plus in vocibus valet *quam regula*, *in* plurali numero antiquam rationem retinet, cum declinationem ablativi singularis abiecerit. ea vero nomina quae ablativo *casu* singulari e littera terminantur dupliccm formam obtinent. nam si producta e littera fuerint *terminata*, in rum mittunt genitivum pluralem, dativum et ablativum in bus, ut ab hac specie harum specierum his et ab his speciebus; quae regula generis tantum feminini dicitur. quod si e correpta ablativo singulari nomina fuerint terminata, haec genitivum pluralem in um, dativum et ablativum in bus syllabam mittunt, ut ab hoc pariete horum parietum his et ab his parietibus. quae regula in quibusdam nominibus discretionem recipit, ut ab hoc vase, genitivum pluralem horum vasorum facit, dativum et ablativum vasis. sed et hic euphoniae ratio varietatem regulae attulit. veteres enim ablativum singularem ab hoc vaso, non ab hoc vase declinabant. quaecumque nomina ablativo casu singulari u littera fuerint terminata, genitivum pluralem geminata u littera in uum, dativum et ablativum in bus mittunt, ut ab hoc fluctu horum fluctuum his et ab his flùctibus. in hac autem regula plerique antiquitatem sequi aestimantes, u litteram

---

12 ablatiuum nominis plū (*corr.* plū nominis) sicut diximus non in is sed *M* 14 uarietas ex auctoritate ueterum declinationis exorta est *BML* 17 eufoniae *L* 18 ualet plū (*superscripto* li) numerum antiquam rationem *M* ualet pluralis numeri antiquam rationem *L* ualet pluralis numeri antiquam declinationem *B* ualet. pluralem numerum antiqua ratione *Sichardus* 20 casu *om. BML* obtinent] habent *ML* 21 nam si producta e littera fuerint in rum mittunt *L* nam si producta e littera fuerit in rum mittit *M* nam si producta est e littera in rum mittit *B* 22 specie et reliqua quae *BL* 24 ablatiuo singulari nomina *om. BL* 28 uasse *ML*: uase haec genitiuum *B* uassorum *L* uasorum *corr.* uassorum *M* 29 uassis *ML* sed et hic etiam euphoniae *B* sed et haec eadem euphoniae *L* 30 enim et ablatiuum *M* ab hoc uasso non ab hoc uasse *ML* 34 autem *om. B* plerique se antiquitatem aestimantes sequi *M* plerique se antiquitatem sequi destinantes *Sichardus*

retinent, ut fluctubus potius quam fluctibus dicant. sed id consuetudo inprobavit, neque in aliis nominibus, quam ubi est ambiguitas discernenda, retinetur, ut ab hoc artu his et ab his artubus | retenta u efferamus, ne artes potius quam artus dixisse videamur. quaecumque nomina ablativo casu singulari i littera fuerint terminata, genitivum pluralem in ium, dativum et ablativum in bus mittunt, ut ab hac puppi harum puppium his et ab his puppibus. datur tamen hic quaedam observatio, quae dirigat iudicium nostrum, siquando dubium est, utrum ablativus singularis i an e debeat terminari, itemque utrum accusativus singularis in im an in em. nam si in diminutione ultimae syllabae vocalis a nominativo veniens producitur, facit contingere in utroque casu i ponendum esse, ut haec turris turricula, ac perinde a turri turrim facere. quod si non producitur vocalis, ut haec securis securicula, tunc facere debemus a secure securem. sed ita consuetudo et auctoritas varie contra hoc pugnat, ut plerique in hac parte dubium dixerint ablativum. certe et qui ablativum i littera efferunt, septimum casum ad e redigunt interdum: Virgilius 'puppi sic fatur ab alta', Lucanus 'deserta puppe magister'. licet et ipsum septimum casum varient, 'classe veho mecum', 'advectum Aeneam classi'. in hac regula duo nova accidunt, unum, quod facere accusativum pluralem in is syllabam conpellitur, quo scilicet discretio sit inter ipsum accusativum et nominativum et vocativum, qui similes sunt frequenter; aliud, quod accusativum quoque singularem in im syllabam saepe commutat, ut puppim messim restim potius quam puppem messem restemque dicamus. nec tamen perpetua est haec regula. nam inveniuntur quaedam nomina aliter inclinata in genitivo plurali, ut ab hoc vigili pugili, horum vigilum pugilum; quae duo analogia inter se confert, quamvis regulae non serviant.

Et quoniam de genitivo plurali in ium exeunte mentio facta est, adiciendae sunt necessario aliae duae regulae, per quas idem hoc plerumque evenire manifestum est. una est, quotiens nominativus singularis n et s litteris terminatur: tum enim genitivus plura|lis necessario in ium exit, ut hic mons horum montium, amans amantium. quae regula non peraeque manet: nam infans infantum facit. alia est regula, quotiens ablativo casu singulari feminina nomina correpta e littera terminan-

---

3 retenenda u *M* 4 artus p̄dixisse *B* 7 hic] inde *M* 11 producatur *BL* 12 ponendum sicut *BL* ac deinde a turri turrim solet facere *M* 13 producatur *BL* 16 certe et quia *L* certe quem *M* 17 Virgilius *om. M*: *Verg. Aen.* VIII 115 puppe *M* ab alta *B* ab alta abl' *L* ablatiuum *M* Lucanus] *Pharsal.* I 501 18 uariant ut clase *M*: *Verg. Aen.* I 379 19 et advectum *M*: *Verg. Aen.* VIII 11 clasi *M* 21 inter ipsum et nominatiuum et uocatiuum tñ qui similes sunt frequent *B* 22 frequenter *om. ML* aliud quoque quod accusatiuum singularem in i littera saepe *BL* 23 mesim *M* 24 mesem *M* 25 aliter declinata *M* 27 duo *om. M*: *cf. Charis. p.* 136, 22 Plinius eodem libro VI 'hic mugil' inquit, 'ut pugil et vigil' *etc.* 29 adiecendae *M* 32 amantium contra quae *B* 33 manet ut infantum nam *BL* 34 terminantur genitiuus pluralis in ium exit ut nocte clade

p. 2039. 40 P.

tur, ut ab hac nocte clade caede, noctium cladium caedium. quod et ipsum tamen non est perpetuum: nam sede sedum facit, non sedium. addunt quidam tertiam regulam, quotiens communia nomina nominativo singulari a et s litteris terminantur, ut nostras Privernas optimas praegnas: tum enim nostratium Privernatium optimatium praegnatium faciunt, quoniam quidem neutrum genus illic insitum est, cui in plurali nominativo accusativo et vocativo i littera familiaris est, ut haec nostratia horum nostratium. sed haec regula eadem mihi videtur, quae est superior. nam haec omnia, quae exempli causa posuimus, communis generis sunt. inde si eligamus feminina, facient ab hac nostrate, ab hac Privernate, ab hac optimate, ab hac praegnate, ac perinde iuxta priorem regulam genitivus pluralis in ium exeat, exemploque feminini generis etiam cetera genera declinabuntur. et hic est locus in quo efficitur ut plerumque regulae sibi videantur esse contrariae. nam prout generis ratio suadet, per ablativi e litteram genitivus pluralis exit in ium vel in um moderante euphonia, qua in hac praecipue regula declinationes directae sunt et a genere ad genus saepe usurpatae. ut puta ab hoc hoste hostium dicimus, cum nulla regula in ium exigat, quia masculinum hoc genus est. sed cum ab hac hoste *harum hostium* dicamus, secundum regulam feminini generis hostium praesumimus, quod ita etiam euphonia persuadeat. item contra non dicimus *caelestium, sed* caelestum, masculini generis ablativum contemplantes ab hoc caeleste: nam feminino genere ab hac caelesti dicimus. hoc videntur observasse qui infantum declinaverunt, ut masculini generis ablativum cogitarent ab hoc infante, omisso quod n et s litteris nominativus singularis ter|minaretur. sane plerique omnes has regulas, quae genitivum in ium mittunt, dicunt etiam accusativum pluralem in is mittere, ut has puppis, hos montis, hos optimatis; sed in hoc quoque sequenda est euphonia. pleraque enim ex omnibus istis re-

---

ede noctium cladium aedium. quaedam contra inueniuntur ut muliere mulierum facit et sede sedum non sedium facit addunt *M* 1 caede — caedium] ede — edium *L* 4 praegnas — praegnatium *Putschius* prignas — prignatium *BML: cf. Charis. p.* 141, 27 'sed consuetudo' inquit Plinius 'ut praegnatium optimatium' 5 faceres *BL* 7 haec nostratia et nostratium *BML* 8 superior ut clade nam *M* 10 inde elegamus feminina ab hac nostrate *M* faciunt *B* 11 praegnate *Putschius* prignate *BML* 12 exeat exemplo *L* exit quo exemplo *M* etiam et cetera *M* 14 nam prout gener (*superscripto* is) ratio suadet per ablatiui e litteram genitiuus plū exit in ium declinationes s̄t eufoniae q̄ in h.. (*corr.* hoc) praecipue regula moderante directae sunt *M* nam prout (est *add. B*) generis ratio per ablatiuum (-ui *corr.* -uum *L*) e litteram geneti pl'i (elic̄ geñt plūr *B*) exigit declinationis eufonia quae in hac (hoc *L*) praecipue regula monstrante directae sunt *BL* 16 et a genere femininum et a genere mas sepe ussurpate *L* 17 usurpatae sunt ut pote *M* 18 quia *ML* quando *m:* quod mascl' genr̄ est *B* sed cum ab hac (hac *om. BL*) hoste dicamus *BML* 20 persuadet *M* persudeat *L* 21 non dicimus masculini caelestum generis ablatiuum *M* non dicimus masculino caelestum genc̄ ablatiuum *B* non dicimus caelestā mascul' genere ablatiui *L*: *fortasse* item non contra regulam dicimus caelestum. caelestum *ex Verg. Aen.* VII 432 *attulit Priscianus l.* VII *p.* 351, 22 22 contemplantes ut ab *M* femininum ab hac caeleste dicimus *M* feminino ab hac caelesti *B* feminini ab hac celeste *L* 23 obseruare *B* seruasse *M* 24 omisso] hoc omisso *M* 25 terminatur *M*

p. 2040. 41 P.

gulis consuetudine cernimus inmutata. constat tamen et genitivum pluralem in ium et accusativum pluralem in is non ab aliis regulis venire, quam ab his quae praedictae sunt, etsi istae ipsae in eo vim suam nec perpetua observatione custodiunt.

Nunc quoniam plenissime exsecuti sumus ab ablativo singulari regu- 379, 10
las numeri pluralis, scire generaliter debemus esse multa nomina quae ad istum ordinem non pertineant. id adeo duplici modo evenit. primus modus est, quod quaedam nomina nec cadunt in has regulas, ut sunt ea quae semper pluralia sunt, veluti Saturnalia Compitalia: item non cadunt quaedam de monoptotis, ut fas nefas virus; item quaedam de aptotis, ut est nequam, quoniam omnia haec aut litteram ablativi aut ipsum ablativum non habent singularis numeri, a quibus dirigantur. itaque sua propria observatione declinantur. secundus modus est, quod, etsi cadunt in regulam, regulae tamen veluti addicta non serviunt, ut sunt ea quae semper singularia sunt, ut lux; item quae septimum tantum casum singularem habent, ut sponte tabo. nihil enim prodest esse litteras in his nominibus ablativo singulari debitas, cum alia pluralem numerum non attingant, alia eodem modo non mutent. item graeca neutra quae e littera correpta terminantur, ut ab hoc schemate. haec enim liberum est nobis et ad nostram regulam declinare, ut horum schematum his et ab his schematibus, et in contrarium ducere, quia nostra non sunt, ut schematorum schematis declinemus, sicut plerumque et in Cicerone et in Varrone legimus.

Atque hae quidem regulae abunde sufficere creduntur ad emendationem loquendi. | verum tamen ne in ipso ablativo casu singulari divinatio potius quam ratio putetur, qua via veniri ad eum oporteat explicabo. igitur de regulis singularis numeri pauca dicenda sunt. in quo mihi difficile et arduum videtur a nominativo incipere singulari. is enim nullam ex se fere certam rationem emittit, cui servire necesse sit condicionem casuum ceterorum. nam plerumque nec consonans, ubi ad declinationem ventum est, una succedit, ut nepos nepotis, custos custodis, flos floris; plerumque vocalem quidem in eo positam obliqui casus servant, ut ecce Iuno Iunonis facit; plerumque non servant, ut cupido cupidinis, caro carnis, Anio Anienis; plerumque ab eodem nominativo simili obliqui

---

3 quae prodictae sunt et istae *L* quae supra dicta sunt et sic istae *M* nec] hae *L* hac non *B* 5 ab *om. BL* 6 generaliter] regulariter *M* 7 ordinem id est ablatiui non pertineant *B* 8 nec cadunt quidem in *BL* 9 competalia *M* 13 secundus modus quo *BL* secundus est quod *M* 14 ut sunt ea] ea sunt *BML* 15 septimi tantum casus singularia (casum sing̃ *L*) sunt *BL* 18 motant *M* item sunt graeca neutra *M* item greca nomina neutra *L* item graeca *B* 20 clinare *ML* 21 scematorum scematis *M* schematum schematis *B* schemastum schemis *L* 22 sicut] sic *M* et *priore loco om. M* in *posteriore loco om. L*: *cf. Charis. p.* 53, 12. 123, 3. 131, 10. 140, 5. 141, 29 31 succedit (in genitiuo *add. m*) ut *M* 32 quidem *om. M* ut ecce] *in marg.* carbo. onis agamemnon. onis *add. m* 33 non obseruant *M*

p. 2041. 42 P.

casus in ipso fine dissentiunt, ut gener generi, celer celeris facit; item mulier et uter mulieris et utris faciunt: plerumque tempus non aequaliter servant, ut sopor et arbor sopōris et arbŏris faciunt, Cicero Cicerōnis, Agamemno Agamemnŏnis. cum haec inconstantia sit, tum illud accidit, quod ipse nominativus, utpote qui duodecim, sicut diximus, litteris terminetur, quarum semivocalibus et mutis c et t plurimi complexus cum vocalibus pro loquendi varietate nascuntur, infinitus paene et interminatus est. ergo ob has difficultates ab eo ordinare regulas supersedimus, quia neque ratione certae sunt et numero inexplicabiles.

Ordinemus ergo a genitivo singulari, qui cum et ipsa natura quodam modo per se valeat (non enim rationi alicui praecedentis casus debet, cur hoc aut illo modo ecferatur), ceteros ex se gignit atque explicat. atque hoc ausus sim dicere, quod omnis illa varietas, quam plerique a nominativo conati sunt explicare, tribus quattuorve a genitivo certis regulis includitur. ergo ex qualibet nominativi inflexione genitivus singularis tres fere formas exhibet: aut enim in is terminabitur, ut celer celeris, aut in i, ut aper apri, aut in ae, ut Musa Musae. quotiens in is terminatur, dativum in i mittit, accusativum in | em, ut huic celeri hunc celerem. dativus porro i terminatus ablativum singularem aut similem sui exhibet, aut in e correptam conpellit, ut est hoc ipsum nomen, ab hoc celere. similem vero sui exhibet, ut est puta huius navis huic navi ab hac navi. quotiens vero i terminatur genitivus, ut huius apri, dativum in o mittit, accusativum in um, ut huic apro hunc aprum, ablativum vero sui similem dativus efficit, ut ab hoc apro. quotiens vero genitivus singularis ae syllaba terminatur, ut huius Musae, similem sui efficit dativum, et accusativum in am cogit, ut huic Musae hanc Musam. hoc cum erit, non solum vocativus, sed et ablativus nominativi erunt similes, ut o Musa et ab hac Musa. atque his quidem tribus regulis omnis paene nominum multitudo concluditur. sed quaedam extra has in paucis admodum nominibus aliter eveniunt, quae et ipsa breviter attingemus. hae sunt quattuor tantum modo formae. prima est cuius genitivus in us productam exit, ut huius vultus: hic dativum inflexione quadam torquet in ui, ut huic vultui; accusativum in um mittit, ut hunc vultum; ablativum in u cogit, ut ab hoc vultu. secunda est quae simili

---

1 in ipso fine consentiunt ut gener celer generis et et ceteris faciunt item desentiunt mulier uter mulieris utris faciunt *M* 3 cicero ciceronis agamemnon (*corr.* -no) agamemnonis carbo carbonis cum *M* cicero ciceronis cum *B L* 4 sit] sint *B M L* tum] tam̃ *M* 5 qui ex duodecim *M* 6 complexus sunt cum pro loquendi *B L* 7 noscuntur *M* 9 quia] quae *B* 10 ordinemur *B L* ordiamur *Sichardus* ipse ex natura *M* 11 alicuius *Sichardus* 13 haec ausus (h casus *corr.* h ausus *L*) sim dicere omnis *B L* sum *M* 15 perflexione *B* 16 terminatur *M* 20 correptam *om. B L* ipsud *M* 25 ae sit (*corr.* fit) terminatus *M* 26 coget *M L* 29 extra hac *B* extra haec *M* contra haec *L* 33 in ui] in i *M* 34 quae singularem genitiuum et datiuum non in i torquet sed ultimam consonantem fraudat *M*

genitivo dativum non in ui torquet, sed ultima consonante fraudat ac deinde per ceteros casus idem hoc exhibet, ut huius genus huic genu et deinceps. tertia est cuius genitivus cum inflexione quadam profertur, ut huius diei: hic dativum similem sui efficit, accusativum in em cogit, ablativum e producta terminat. quarta est, cum alio modo inflexus est genitivus, ut huius solius: hic dativum in i conpellit, accusativum in um, ablativum in o cogit. simile est neuter uter, neutrius utrius; et hi genitivi communes sunt omnium generum, masculini scilicet et feminini et neutri.

Haec sunt declinationis discrimina in numero singulari, quae nos via quadam ad ablativum ducunt, qui declinationem rursum numeri pluralis informat. et tamen, quamvis dixerimus nominativum singularem et inexplicabilem esse et incertum, | eius quaedam, quae certa ratione procedunt, adnotanda credimus, quo omnis ratio ex quolibet casu orta teneatur. diximus genitivum interdum i littera terminari, ut huius apri. sed ea res differentiam recipit: plerumque enim una i, plerumque geminata i littera terminatur. quando igitur geminata i terminari debeat, nominativus singularis ostendet. si enim in us vel in um praecedente i vocali nominativus fuerit terminatus, i littera in genitivo geminabitur, ut Tullius lolium, huius Tullii lolii. quamquam a plerisque iam per unam i ecferatur iste genitivus, ut 'et promissa Lavini moenia', 'pauperis et tuguri', 'nec cura peculi'. item, ut diximus, genitivus is syllaba terminatur, plerumque tamen ultimam consonantem perdet. et hoc quando fiat, aeque nominativus ostendet. nam siquando nominativus es syllaba terminatur, ut Achilles Vlixes, potest genitivo ultima consonans subtrahi, et facit huius Achilli Vlixi. item cum vocativum semper aequalem ac plerumque sui similem gignat, certis et diversis regulis inaequalem et dissimilem creat. haec adeo huius modi sunt: nam aut minorem una syllaba eum constituit, ut hic Tullius o Tulli, vel littera, ut hic Aeneas o Aenea, hic Drances o Drance, haec Amaryllis o Amarylli; vel subtracta una littera consonante etiam numerum minuit syllabarum, ut hic Proteus o Proteu; vel consonante numero syllabarum aliam litteram subtractis aliis saepe supponit, ut hic Latinus o Latine,

---

1 non in ui] non in i *L* in i uel u *B* 2 ut huius genu huic genu *M* 16 recipit plerumque enim gemina i lit. terminatur quando *L* recipit plerumque enim geminat i litteram quando *B* 17 quando igitur gemina i terminatur *M* 20 tullius lilium huius tullii lilii *M* iam *om. M* 21 ut et promissa *L* ut est promissa *B* ut promissa *M*: *Verg. Aen.* I 258 pauperis] *Verg. bucol.* I 69 22 teguri *M* nec] *Verg. bucol.* I, 33 23 perdat hoc quemadmodum fiat *B* 24 fiet nominatiuus *M* 26 abstrahi *M* 29 minorem syllabam eum (eum *om. B*) constituit *B L* 30 hic drances o drance *M* hic tranches o tranche *L* hic orantes o orance *B* hic Orontes o Oronte *Putschius* haec amarillis o amarilli *M L* hic amarilis o amarili *B* 31 una littera consonante etiam minuit syllabarum (syllaba *B*) ut hic protheus o protheu (o protheus *B*) *B L* una consonante a nominatiuo minuit syllabam ut hic protheus o protheu *M*: *cf. infra de barb. p. 9 ed. Buttm.*

p. 2043. 44 P.

hic doctus o docte, hic nucleus hic aculeus, o nuclee o aculee; licet in hoc casu plerumque non mutetur, ut 'socer arma Latinus habeto'.

Est etiamnunc alia observatio circa declinationum regulas, quam et ipsam, quantum fieri poterit, brevissime demonstrabo. genitivus singularis, sicut iam ostendimus, omnibus ceteris post se casibus excepto vocativo, qui totus ex nominativo pendet, viam quandam praebet in numero singulari. neque in eo solum praevalet, verum et nominativi pluralis ex hoc eodem ratio nascitur. qui nominativus rursum ceteros numeri sui | casus format. ita fit ut non solum singularis, sed et pluralis numeri ratio a genitivo singulari sumat exordium, qui ipse liber neque ulli obnoxius ceteros casus certa ratione disponat. hoc igitur quem ad modum fiat, quam brevissime potero declarabo. quotiens genitivus singularis ae syllaba terminatur, sive de latino sive de graeco adsumptis nominibus, per tria genera currit, masculinum, ut Pansae Niciae, femininum, ut paginae Helenae, commune, ut advenae. hoc cum evenit, omnia haec genera nominativum pluralem sui similem habebunt: dicimus enim hi Pansae, hi Niciae, hae paginae, hae Helenae, hi et hae advenae. item nominativus pluralis una ratione omnes post se casus format. nam genitivum in rum mittit, dativum et ablativum in is, accusativum in as, vocativum vero, sicut in omnibus, similem sui habebit. dicimus enim horum Pansarum, harum paginarum, *horum et harum* advenarum, his et ab his Pansis paginis advenis, hos Pansas, has paginas, hos et has advenas et o Pansae paginae advenae. quotiens vero genitivus singularis i terminatur, per duo tantum genera currit, masculinum, ut Afri teneri viri Marci nuclei, et neutrum, ut scamni. masculini generis nominativum pluralem similem sui efficit genitivus singularis: dicimus enim hi Afri, hi teneri et deinceps. neutrum vero genus nominativum pluralem in a conpellit: dicimus enim haec scamna. nominativus pluralis in utrolibet genere genitivum in rum, dativum et ablativum in is mittit: dicimus enim horum Afrorum scamnorum, his et ab his Afris scamnis. hoc uno distabunt genera, quod in neutro tam accusativus quam vocativus nominativo similes erunt, ut haec scamna o scamna, in masculino vero genere vocativus tantum similis erit nominativo, ut hi Afri et o Afri, accusativus in os conpellitur, ut hos Afros. huic regulae applicabuntur etiam ea nomina, quae genitivo singulari i gemino efferuntur. nam et ipsa non nisi masculini et neutri generis sunt, ut huius | Antonii et huius

---

1 hic nucleus hic eculeus o nuclee o eculee *B* hic enuleus aculeus o enulee o aculee *M* eculeus enucleus o aeculee enuclee *L* 2 socer *ML* sacer *Bm*: *Verg. Aen.* XII 192 4 potuerit *M* demonstrabo de genitiuo singulari genitiuus singularis *BML* 8 eodemque ratio *BL* 10 qui et ipse *M* 11 quomodo fiat breuiter explicabo *M* 16 habent *B* habeant *L* 21 horum et harum *om. BML* 25 nuclei *Putschius* enuclei *BL* enulei *M* 29 in utroquelibet genere *M* in neutroquelibet genere *L* 30 hoc uno modo *BL*

lolii. quae quoniam similiter, ut superior regula, nominativo plurali efferuntur, item a nominativo per ceteros casus simili, ut supra dictum est, ratione flectuntur. item in quibusdam similis regula est eorum quae genitivum singularem in ius terminant, ut huius unius solius utrius; quem genitivum communem omnium generum esse supra diximus. masculino ergo genere hic genitivus nominativum pluralem in i compellit; dicimus enim hi soli, hi neutri: feminino in ae; dicimus enim hae solae, hae neutrae: neutro in a; dicimus enim haec neutra, haec sola. iam a nominativo plurali omnia genera similiter genitivum in rum, dativum et ablativum in is mittunt; dicimus enim horum solorum neutrorum et harum solarum neutrarum, his et ab his solis neutris: masculino genere accusativum in os compellit; dicimus enim hos solos: feminino autem in as; dicimus enim has solas. neutrum vero accusativum similem efficiet et nominativo et vocativo, ut haec sola et o sola. quae vero nomina genitivo singulari in ei terminantur, haec tantum feminina erunt, ut huius faciei dici rei. hoc cum evenit, nominativus pluralis in es compellitur, ut hae facies dies res. a nominativo vero genitivus unius modi erit; exit enim in rum, ut harum facierum dierum rerum; dativus vero et ablativus contra consuetudinem genitivi in rum exeuntis bus syllaba terminantur, ut faciebus diebus rebus. ceteri casus similes erunt nominativo, ut has facies et o facies. eorum vero nominum quae us syllaba genitivo singulari terminantur duplex aeque ratio est. nam ea vel masculina sunt, ut exercitus, vel neutra, ut cornu et genu; genitivum singularem faciunt in us, ut huius cornus, huius genus. cum masculina sunt, omni modo nominativus pluralis similis erit genitivo, ut huius exercitus, hi exercitus; cum neutra sunt, in ua compellentur, ut cornua genua. in utroque genere tres casus similes erunt; genitivus vero in uum *exit*, exercituum cornuum genuum; dativus et ablativus in bus, exercitibus cornibus genibus. nomina vero, quae i et s litteris genitivo singulari terminantur, paulo habent diffusiorem et obscuriorem rationem, utpote cum longe plura in hanc regulam cadant. haec ut breviter explicanda sunt, ita acutius attendenda. primum enim per omnia genera grandis sonus nominum provenit, cum varietatum aliquid nascitur, quod in superioribus regulis non evenit. ergo quotiens genitivus singularis is syllaba terminatur, si masculini generis fuerit, nominativum pluralem in es compellit, ut huius Ciceronis turturis imbris montis, hi Cicerones et deinceps. femininum quoque genus aeque nominativum pluralem in es con-

---

1 lilii *M L* quoniam *om. L* 2 item] ita *B M L* 17 a nominatiuo uero idē plū in es sententia geñs unius modi *L* 22 duplex *om. B* 23 genitī singē facit cornus genus *M* genitiuum singularem ut huius cornus huius genus *B L* 26 cum neutra sunt nōa in ua conpellentur *M* conpellent *L* compelluntur *B* 28 exit *om. B M L* 31 cadunt haec ut *M* cadunt ut haec *B L* 32 ita] et *M* 36 tortoris *in litura M*

p. 2046. 47 P.

pellit, ut huius hirundinis et hae hirundines et cetera deinceps. quae de communi quoque genere, feminino scilicet et masculino, intellegimus: dicimus enim huius tibicinis iuvenis fidicinis *civis nostratis*, hi et hae tibicines iuvenes fidicines cives nostrates. neutrum genus dissentit ab omnibus his praemissis generibus: nam nominativum pluralem vel in a vel in ıa conpellit, in a, ut nomina capita, in ia, ut monilia tribunalia. nunc in hac regula quam rationem nominativus pluralis ceteris casibus pluralibus praestet, diligenter perspiciamus. et primum illud scire debemus, quod in omnibus generibus, nisi ubi iuxta praemissas dudum regulas accusativus in is conpellitur, tres casus similes erunt; tum illud, quod dativus et ablativus ex quovis genere in bus exeunt, genitivus vero varietatem recipit: nam tum in um, tum in ium conpellitur, idque ita perpetuum est, ut ex omni genere id eveniat. nam de masculinis Ciceroues et turtures Ciceronum et turturum, imbres et montes imbrium et montium faciunt et reliqua; et ex femininis hirundines et arbores hirundinum et arborum, rupes et lites rupium et litium cogunt; ex communibus tibicines et iuvenes tibicinum et iuvenum, nostrates et cives nostratium et civium conficiunt; ex neutris nomina et capita nominum et capitum, monilia et tribunalia monilium et tribunalium esse conpellunt.

Satis quantum arbitror de | observatione regularum et abunde dictum est. quas siquis diligenter advertat, inveniat nullam esse, quae non undecumque quaesita in harum aliquam rationem cogi possit. nunc de incrementis syllabarum, quoniam et ipsum ad rationem quandam pertinet, breviter pauca dicemus. singularis numerus partim nullum incrementum sentit, partim diverso et vario cumulatur augmento. ea quae singulari numero non crescunt quattuor modis plurali numero experiuntur augmentum. primus modus est, ut statim in nominativo plurali crescant et aequale incrementum per omnes casus servent, ut monile monilia monilium et deinceps. secundus modus est, cum a genitivo plurali augeri incipiunt idque ad finem usque custodiunt, exceptis his casibus quos necesse est nominativi similes esse, ut haec navis harum navium his et ab his navibus. tertius modus est, cum dativus et ablativus tantum plurales augentur, ut hic canis his et ab his canibus. quartus modus est, cum

---

1 huius hyrundinis et hae hyrundines *L* huius herundinis et hae herundines *M* huius arundinis et hae arundines *B* quae] quod *M q L* 2 masculino his praemissis intellegimus *B M L* 3 dicimus enim huius tibicinis huius iuuenis et hi et hae tibicenes inuenes fidicenes neutrum *M* civis nostratis *om. B L* 4 ab omnibus generibus *B M L* 6 monilia *m* munilia *B L* nilia *M* 7 quandam rationem nominatiui pluralis quam caeteris pluralibus praeest et diligenter *M* 8 praestat *B L* 10 tum illud est quod *B L* 12 nam tam in um tam in ium *M* 14 turtores *M L* turtorum *M L* 15 hyrundines *L* herundines *M* hyrundinum *L* herundinum *M* 18 capitum compellunt *M* 19 munilia *B* munilium *B L* 20 et *om. M* 21 quam siquis *B* quasi quis *L* nullam rationem esse *M* 22 aliquam rationem possit *M* aliquam cogi possit *B L* 23 ipsud *M* 28 munile munilia munilium *B* 30 exceptis casibus quos *B* exceptis his quos *M* exceptis quos *L* 31 nominatiuis *B M L* haec nauis hae naues harum *M*

genitivo tantum plurali crescunt, ut hic doctus horum doctorum. eorum vero quae singulari numero augentur quattuor modi sunt in ipso singulari numero auctus; ceterum in plurali paulo plures sunt. id ostenditur exemplis. primus modus est eorum quae in genitivo tantum singulari crescunt, ut solus solius: haec itidem plurali genitivo tantum crescunt, ut soli solorum. secundus modus est eorum quae in dativo tantum *singulari* crescunt, ut hic vultus huic vultui. tertius modus est eorum quae in genitivo et dativo tantum singulari crescunt, ut hic dies huius diei huic diei. horum duorum modorum similis auctus est in plurali numero. nam in genitivo et dativo et ablativo crescunt, ut hi vultus horum vultuum his et ab his vultibus et hi dies horum dierum his et ab his diebus. quartus modus est, cum in singulari numero a genitivo usque ad finem crescunt, exceptis scilicet nominativi similibus, ut est vir celer ars | tribunal. horum omnium varius auctus est in plurali numero. nam primum exemplum genitivo tantum plurali crescit, ut hi viri horum virorum. secundum exemplum dativo tantum et ablativo crescit, ut hi et hae celeres his et ab his celeribus. tertium exemplum genitivo tantum dativo et ablativo crescit, ut hae artes harum artium his et ab his artibus. quartum exemplum supra omnem singularis numeri modum a nominativo plurali sumit statim augmentum, idque ad ultimum servat, ut haec tribunalia et deinceps. in has omnes regulas monosyllaba non cadunt. suae enim potestatis sunt et suo more vel inclinationem vel augmentum experiuntur.

Abunde de regulis dictum est. nunc quem ad modum nos dirigere analogia possit, breviter ostendam. siquando aliquid controversiae accidit, quod nos in diversum aliqua ratione trahere conetur, analogiam primo requiremus, ex qua quae portio eligenda sit, per euphoniam iudicabimus. ut puta multi genitivum huius senati dicunt, alii huius senatus. discutiat hoc totum primo analogia. si huius senati, sicut huius docti, ac perinde horum senatorum, sicut horum doctorum, hos senatos, sicut hos doctos sequi necesse est. e diverso potest adferri analogia, ut sit huius senatus, quo modo huius vultus, ac perinde huic senatui, quo modo huic vultui, et horum senatuum, quo modo horum vultuum, et hos senatus, quo modo hos vultus. ex utraque parte videmus analogiam allatam. hic nunc iudicet euphonia, quae voces aptiores, quae decentiores sint. profecto illae quarum ratio vultui respondet. quodsi illae decentiores sunt, certante inter se analogia variis exemplis id quod pulchrius est eligit euphonia. sane quoniam paulo diximus superius plerum-

---

2 modis sunt in *BL* modi sunt ⁊ in *M* 3 caeterorum *M* 5 identidem *BL* 6 singulari *om. BML* 8 haec dies *M* 11 haec dies harum dierum *M* 13 exceptis scilicet uocatiuis nominatiuis similibus *M* 22 uel clinationem *M* 25 ostendam DE ANALOGIA si quando *ML* contrauersiae *ML* 26 quod] quae *B* 35 quae decentiores sunt *B* quae dicentiores sunt *L* quae decentiores narrationi sint *M*

p. 2048. 49 P.

que esse etiam nomina quae extra regulam sunt, in analogiam tamen venire; scire debemus esse quaedam nomina ita propria ac sola, ut ne in analogiam quidem cadant, ut est caro carnis, Anio Anienis. nulla enim alia nomina inveniuntur quae o finita aut perdant eam vocalem in obliquis casibus aut in e transferant.

Nunc quoniam de latinis omnibus declinationibus abunde dictum est, quem ad modum debeant peregrina declinari, brevi ratione monstrabimus. [nominum peregrinorum declinatio est] omne peregrinum nomen, siquidem id iam receptum est, ut Gallorum manni, Medorum acinacis vel gaza, Poenorum tubur, dirigi ad eius latini sermonis similitudinem debet, cui proximum est. ut puta nominativo hic acinacis, simile huic video esse hic Tiberis; item nominativo hic mannus, simile huic video esse hic Marcus; item nominativo hic tubur, simile huic video esse hic augur. itaque sicut Tiberis ita acinacis, sicut Marcus ita mannus, sicut augur ita tubur declinabuntur. sed in his maior observatio est circa graeca nomina, quibus frequentius utimur. quae igitur observatio declinandorum graecorum vocabulorum teneri debeat, quam brevissime fieri potuerit, explicabo [graecorum nominum inclinatio est, quae usurpamus]. nominativus singularis considerari debet, qui si in suo statu manet neque in latinam formam mutatur, graeca declinatio sequenda est, ut est Pan paean delphin Autonoe Agave Io Ino Proteus. quodsi in suo statu non manebit atque in nostram formam transferetur nominativus, inclinatio nostro more conplebitur. id adeo fere his modis evenit. primus modus est, cum ultima littera *in* graeco nomine commutatur, ut cum nos dicimus Helena, cum illi dicant *Ἑλένη*. secundus modus est, cum paenultima vocalis manente tempore mutatur; dicimus enim nos Menelaus, cum illi dicant *Μενέλαος*: vel cum diphthongus ultima inmutatur; dicimus enim nos Achilles, cum illi dicant *Ἀχιλλεύς*, et ita fit nostra regula, sicut proles huius prolis. tertius modus est, cum paenultimae vocalis tempus inmutatur: dicimus enim nos rhetor, cum illi dicant *ῥήτωρ*. quartus modus est, cum ultima syllaba amissione consonantis interdum etiam cum inmutatione temporis convertitur, ut cum nos dicimus leo Plato Aga-

---

8 nominum peregrinorum declinatio est *om. M* 9 iam id *M L* acinaces *M L* 10 sermonis *om. B L* 13 hic (hoc *B*) tubur simile huic video esse augur *B L* hoc tubur simile huic hoc augur *M*. tubur *Poenorum non diversum esse a vetere Hebraeorum nomine* tabbur, *h. e. collis, vel talmudico* tibbur, *h. e. umbilicus, et in nominibus quibusdam locorum apud Poenos inveniri, ut* Tuburbo, *mihi indicavit Franciscus Delitzschius. idem nomina montium* Tabor *vel* Ἰταβύριον *et Rhodiorum* Ἀταβύριον *ab hoc vocabulo non aliena esse suspicatus est* 18 explicabo Clinatio grecorum nominum quae usurpamus incipit Nominatiuus *M* explicabo. in graecorum nominum inclinatione nominatiuus *Sichardus* indeclinatio *L* 20 ut est pan pean delphin autone (*corr. man. rec.* autonoe) agaue hoelu protheus quodque *B* ut pan pean delphin eatnoe agape io ino protheus quodsi *M* ut est pan peandi delfina utonea gaueho elu proteus quod qui *L* 22 nominatiuus clinatio *L* nominatiui inclinatio *B* nominatiui clinatio *M* 23 conplebitur] compellitur *B L* 24 cum] quod *M L* quo *B* in *om. B M L* nomine *corr.* -ni *L* nomini *M* ut nos *B* 28 fit in nostra *B L* 32 ut nos *B*

p. 2049. 50 P.

memno, cum illi dicant *λέων Πλάτων Ἀγαμέμνων*. de hoc modo est Aeneas Nicias Melas: dici|mus enim nos Aenea Nicia Mela; atque ideo facimus genitivum Aeneae Niciae Melae, sicut Pansa Pansae. sed in eo quod dicimus Aeneas Pallas nominativum graecum non mutamus, quod hoc exemplo consuetudo obtinuit. praeter haec sunt multa quorum nominativum graecum non mutamus, et tamen latine declinamus, ut Paris sicut cinis lapis, Musa sicut Pansa, Chremes sicut proles. sed interest inter se multum, utrum ille nominativus graecus non mutetur, qui latino similis est, *an ille qui similis non est*. ceterum si ille non mutetur, qui latini similitudinem attulit, tantundem est, quasi mutatus sit, atque ideo facit Paris Paridis, non Paridos, ut cinis cineris, et Paridem, ut cinerem, non Parida; et Musa Musae, non Muses. ubi enim similitudo est nostrae regulae, nostra sequi potius quam peregrina debemus. denique interdum, cum huius modi nominativi incidunt, a plerisque auctoribus quaedam ex his duplici modo declinantur, et tamquam ad graecam similitudinem et tamquam ad latinam, ut 'iubeo Chremetem' et postea 'etiam puerum inde abiens conveni Chremi'. atque haec omnia ita dicta sunt, ut sciamus maxime euphoniam sequendam. nam et in his nominibus quae declinationem latinam recipiunt plerumque poetae aliquos casus sibi eligunt, et maxime accusativum, quos graece efferant, cum alios eorundem nominum casus enuntiare graeca declinatione non audeant, velut 'Tros Rutulosve' et 'tris Notus abreptas' et 'quid Thesea magnum'. ita etiam de illis nominibus quae graecae formae propter regulam addicta sunt, si id tolerabiliter fieri potuerit, usurpandi sunt alii casus latinae declinationis modo, maxime genitivus, ut si aliquis paeanis potius quam paeanos dicat. quod hoc inpensius faciendum est, quod, ubi decora datur occasio, nostris uti debemus, non aliena sectari.

DE VERBO

Verbum est pars orationis factum aliquod habitumve significans cum tempore et persona sine casu. factum quod significatur agentis aut pa-

---

1 Aeneas — Aenea — Aeneae *om. M* niceas *L* nicea *L* atque — Melae *om. L* 3 sed in eo quod dicimus aeneae *L* sed in eo quam dicimus aeneas *B* sed cum dicimus aeneas *M* 5 exemplum *B L* nominatiuos (-us *L*) in graeco *B L* nominatiuos in graeca *M* 7 cremes *M L* sed inter se multum distant utrum *M* 8 mutetur qui latino similis non (non *om. M*) est ceterum *B M L* 10 est *om. B L* 12 non musays *M* 15 clinantur *M* 16 et tam ad graecam similitudinem quam ad latinam *M* ad *posteriore loco om. B L* ut iubeo cremetem *M* ut haec crementem *L*: *Terent. Andr.* III 3, 1 17 etiam puerum deabens hieremi *L* etiam puerum a foro abiens conueni cremeten *M*: *Terent. Andr.* II 2, 31 conueni] cum ueni *B* Chremis *Putschius* atque *om. M* 19 clinationem *M* 20 accusatiuos *B M* acc̄s *L* graeci ecferunt *M* 21 clinatione *M* 22 uelut herois rutulosne (*adscr. in marg. . .* enoas) *M* uelut itros rutulisue *L*: *Verg. Aen.* X 108 tres *M*: *Verg. Aen.* I 108 nothus *B M L* quid tesea *M* quid tessea *B* quid hesea *L*: *Verg. Aen.* VI 122 25 clinationis *M L* 26 dicat hoc impensius *B* dicat sed inpensius *M* 27 decori *M* nostris uti; non (utique non *B L*) debemus aliena *B M L* 30 factum quod significatur] quia factum aliquod significat *M*. *de significatione ver-*

p. 2060–52 P.

tientis vim continet: agentis, ut seco uro; patientis, ut secor uror. cum vero neutrum | horum significationi inest, habitus quidam tantum modo demonstratur, ut est sto sapio vivo. eorum autem quae actum significant quaedam talia sunt, ut in alio actus, in alio passio constituta sit, ut cum dicimus seco uro, necesse est ut administrantem et patientem unius intellectus ratio conprehendat; quaedam vero talia sunt, ut nullum patientem extrinsecus necesse sit intellegi, ut cum dicimus sedeo et ambulo. similiter quoque ea quae patientiam habent interdum eius modi sunt, ut agentem extrinsecus demonstrent, sicuti est secor pulsor vapulo; quaedam autem eius modi sunt, ut patientia quae significatur nullam agentis personam trahat extrinsecus, ut est esurio algeo. quaedam sic dicuntur, ut non sint plena, nisi aliquid addatur, ut vult decernit iubet: nisi enim addas, quid velit, quid decernat, quid iubeat, plenus intellectus non est. quaedam vero absolutum habent intellectum, ut sitit esurit satiatur, neque opus est eius modi adiectione, quid esuriat, aut quid sitiat, aut quo satur sit. quaedam talia sunt, ut patientia vel ex voluntate vel contra voluntatem evenisse videatur: ex voluntate, ut doceor ditor; contra voluntatem, ut uror secor. quaedam vero talia sunt, ut neutrum horum, sicut Probus vir doctissimus adnotat, admittant, ut est algeo aestuo. 'neque enim' inquit 'latine dicitur, volens aut invitus quis aestuat aut alget, cum hoc ex necessitate pro qualitate temporis evenire videatur'. quaedam eius modi sunt, ut, nisi persona adiecta sit, plenum intellectum non habeant, veluti pingit, quis? Apelles; declamat, quis? Cicero. quaedam vero e contrario eius modi sunt, ut ad plenitudinem intellectus, a quo scilicet administrentur, opus non sit adiectione personae, ut pluit tonat: sine dubio enim intellegitur deus. item quaedam verba sunt et parva usu non figura eatenus distinguuntur, ut quasi propria quaedam singulorum generum vel natura vel consuetudine esse videantur. masculina e|runt, cum masculinae res suberunt quae significantur; natura, veluti genuit, consuetudine, veluti tondetur; utrumque enim maribus recte adsignatur: feminina, cum femininae res significantur; natura, ut parit nubit, consuetudine, ut texit ornatur; haec enim

---

horum similiter disputavit Diomedes p. 336, 18 *sqq. cf. Charis. p.* 165, 33 4 constitus sit *L* constituetur *M* 8 patientem habent *B L* 9 monstrent *M* vapulo *om. B L* 10 significatur *corr.* -antur *L* significantur *B* 11 trahant *B L* 15 satiatur] satur est *B* sature *L* 16 aut quo satur est *M* aut a quo satur sit *B L* 17 uideatur *M* uideantur *B L m* 19 Probus] *cf. praef. gramm. vol.* IV *p.* XXIII est *om. B* 20 latine congrue dicitur *Sichardus* 23 Apelles *Sichardus* apollo *B* appollo *M L* 26 quaedam uerba et parua ussu non figura *M* quaedam uerba sunt ait probus parua husu non figura *L* quaedam uerba sunt ut parua usu non figurae *B*: quaedam uerba sunt, ut ait Probus, quae eatenus distinguuntur *Sichardus. Probi nomen quamvis ab hoc loco non alienum sit, tamen quam auctoritatem habeat, non constat, praesertim cum alia manu in B superscriptum esse videatur. quare corruptam codicum scripturam reliqui. fortasse* quaedam verba sunt quae naturali usu non figura: *cf. Priscian. l.* XI *p.* 556, 10. *de duod. vers. Aen. p.* 473, 12. 486, 32 30 ueluit genuit *B* ueluiti tondetur *L* ut tondetur *M*

femininis apta sunt: neutra, cum eius modi res significantur, ut neque masculino neque feminino generi proprie adplicari possint. scire sane debemus non solum omnes fere partes orationis, sed integram interdum orationem verbi nomine solere censeri, ideoque et verba fecisse dici eum qui locutus sit; proptereaque verba appellata dicuntur, quoniam scilicet oratio fieri non possit nisi aëre verberato. sed aliud est, cum specialiter unam partem orationis intellegi volumus, de qua nunc loquimur.

Verbo accidunt septem, genus, quod quidam significationem vocant, qualitas tempus numerus figura persona coniugatio. sed priusquam de singulis dicamus, illud generaliter admonendum est, quod per omnes fere partes quae verbo accidunt verba deficiunt, ut sub his ipsis demonstrabimus. quaedam tamen verba non solum in singulas partes, sed interdum in plures defectiva sunt.

Genera sive significationes quinque sunt, activum, ut lego scribo, 383, 1 passivum, ut legor scribor, neutrale, ut sto curro, deponens, ut loquor luctor, commune, ut consolor criminor. horum omnium proprietates sic intellegimus. activa sunt quae o littera terminantur *et*, si accipiant r litteram, faciunt ex se passiva, ut lego legor, scribo scribor. passiva sunt quae r littera terminantur et, si eam amittant, redeunt in activa, ut legor lego, scribor scribo. sed haec plerumque significationes suas mutant, ut ecce [intellectu passivo] fugio timeo. nam qui dicit fugio timeo quasi patitur, cum declinatio activa sit. et contra qui dicit fugior timeor quasi actionis nescio quid significat: actus enim est quidam eius qui fugitur vel qui timetur. haec consideranda sunt diligenter et per omnes modos declinationum suarum animadvertenda, u|trum scilicet omnia conversa significatione procedant. neutra sunt quae o littera terminantur *et*, si accipiant r litteram, latina non sunt, ut sto curro: non enim latinum est stor curror. deponentia sunt quae r littera terminantur *et*, si eam amittant, latina non sunt, ut loquor conluctor: non enim latinum est loquo aut conlucto. communia sunt quae r littera terminata in duas formas cadunt patientis et agentis, ut consolor criminor. haec enim specie tantum passiva declinantur, sed activa significatio casum accusativum sequitur; dicimus enim consolor fratrem, criminor inimicum: passiva vero ablativum, ut consolor a fratre, criminor ab inimico. illud

---

4 ideoque nerba fecisse eum qui locutus sit dicunt *M* 5 appellata dicuntur *B* appellata sunt *M* sunt appellata *L* 16 consulor *BML* 17 et *om. BML* 18 passiua — 20 scribo *om. B* 19 terminantur si eam amittant et redeant *M* terminantur et eam amittent redeant *L* 20 sed in hac *M* sed in hoc *BL* 21 intellectu passivo *om. ML* 22 quasi qui patitur *M* 23 quasi actione nescio (scio *L*) quid *BL* quasi actiuo genere dixisset nescio quid (*adscripto in marg.* quare hoc) *M* 25 animaduertenda sunt utrum *M* 26 terminantur si *ML* termī si *B* terminata si *Sichardus* 29 et *om. BML* 30 loco aut conlucto *M* loquo et conlucto *BL* 31 consulor *BML* 32 tantum passiuorum *M* actiua est significatio *L:* actiuā significationem casū (*corr.* casus) accus. sequitur *M* 33 consulor *BL* inimicum] fratrem *BL* 34 passiua uero ablatiuum *BML* passiuam uero ablatiuus *m* ablatiuum tantum *B* consulor *BL* ab inimico] a fratre *BL*

p. 2053. 54 P.

sane advertere debemus, quod, cum neutrale verbum agendi fere significationem habeat, deponens patiendi, tamen contra hoc inveniuntur pleraque verba. nam vapulo ardeo veneo, cum neutralis verbi modo terminentur, non activam, sed passivam vim habent: non enim agit, sed patitur qui vapulat aut qui ardet aut qui venit. item fungor loquor liceor, cum deponentis verbi modo terminentur, non passivam vim habent, sed activam: agit enim ipse aliquid qui fungitur aut qui loquitur aut qui licetur, non patitur. ex quo plerique etiam hanc deponentem significationem neutralem appellant, tribus de causis. nam sicut illa quae neutralis dicitur passivam declinationem non habet, ita ne haec quidem activam; et sicut illa interdum passionem significat, ut est vapulo, ita haec vicissim actum, ut est loquor metior; et sicut illa ideo activa non est, quia passivam non recipit, ita haec quoque ideo passiva dici non potest, quia non redit ad activam. item sunt anomala quaedam, quae cum formam neutralem habeant, non per omnia neutralem tamen speciem servant, ut est soleo audeo. nam soleo solebam, audeo audebam activa ratione declinantur; at vero solitus eram, ausus eram passiva declinatio est. ita ergo, quia utraque ratione decli|nantur, inaequalia sunt et a quibusdam quasi novo nomine et numero adiecto neutropassiva dicuntur. de quibus verbis plenius in coniugatione dicemus.

Inspiciendum est diligentius, num possit aliquod horum verborum ambigui esse generis, vel num interdum in alio atque alio intellectu et activum et passivum esse possit. ut ecce lavo et lavor dicimus sub incerta significatione, si de nobis dicamus. at vero 'omnes in fonte lavabo' aliter dicitur: non enim potest dici 'omnes in fonte lavabor'. item tondeo vel tondeor si*quis* de se dicat, sub ambiguo scilicet genere, recte dicitur. aliter 'ne tondere quidem curant vellera': non enim potest dici 'ne tonderi quidem curant vellera'. item 'pascit iuvenca' et 'pascitur iuvenca' recte dicitur absolute sub incerto genere; at si latine dici pot-

---

2 patientis *M* plerunque *M* 5 qui uapulat aut ardet aut uenet (*corr.* -it) *B* quia uapulat ardet aut uenit *L* qui uapulat uel qui ardet uel qui uenet *M* 6 terminantur *M* terminatur *B L* non passiui uim habent sed actiui *M* non enim passiuam uim habent (*corr.* -et) sed actiuam *B* non enim passū uim habet sed actiui *L* 9 neutrum appellauerunt *M* quae neutrius *M* 13 quia passiuum *M* quia passionem *B L* ita quoque haec ideo *B M L* non possit *M* 14 ad actiuum *M* quae cum formam neutrorum habent non per omnia tempora neutri tamen speciem seruant *M* 16 nam soleo solebam actiua ratione clinatur *M* 17 declinatur *B L* passiui clinatio *M* 18 quia pro utraque *B* quod utraque *M* 19 neutra passiua *M L* 21 inspiciendum diligentius uel num *B* potest aliquod *B L* aliquod potest *M* 22 vel num] ut *B M L* in alio atque alio intellectu *Sichardus* in alio intellectu *B M* in aliquo intellectu *L* 24 at uero in fonte lauamur *B* 25 dicitur] dicimus *M* non enim potest dici *Sichardus* non enim potuisset dici *B L* non possit enim quis dici (*corr.* dicere) *M* lauabo *B* 26 si de se *B M L* 27 aliter re tondere *B M L*: aliter tondere curant uellera, non posset dici tonderi uellera curant *Sichardus* curat *B* posset dici retonderi (retoderi *L*) quidem uellera curant (currant *L*) *B L* possit dicere tonderi uellera quidem curant *M* 29 at si latini dici potest *L* uelat (*corr. al. man.* uelut) si latine potest dici *B*

p. 2054. 55 P.

est 'pasco te ad prandium' et 'pascor a te ad prandium', erit activum et passivum, sicut est 'pascite boves pueri'. item inspiciendum est, num, ut incertum genus efficiatur, semper r littera inferat passivam et declinationem et intellectum, an mutuum hoc sit, ut et sublata r littera activa declinatio et vis inducatur. puto tamen omnia haec verba magis neutralia [quam deponentia] prima ratione et supervenire ad similitudinem declinationis et intellectus passivi per litteram r. item simile est incesso, quod est activum, cum dicis 'regina ad templum incessit' pro incedit. in hac significatione additum r non facit passivum: non enim incessor pro incedor dicas, sed pro pulsor, cui significationi sublatum r faciet eiusdem interdum significationis activum, nam ipsum dicere non desinit, incessere pro pulsare. sunt etiam verba incertae significationis vel ambigui generis inter neutralia et deponentia, ut tondeo lavo fabrico punio munero partio populo adsentio adulo lucto auguro et cetera. haec omnia sub eadem vi et in r littera finiuntur, ut tondeor et reliqua. atque omnibus his verbis tempora participiorum accidunt interdum paene omnia, utpote cum liberum sit ab utralibet declinationis specie participia praesumpta formare. ita a | partio partiens fundum, partiturus fundum, a partior partitus fundum; item a munero muneraus muneraturus, a muneror muneratus. item novi generis verbum est facio, ita ut incertae significationis sit, utrum hoc neutrale potius, an activum esse videatur. nam si formam consideres, quod accepta r latinum non est facior, videtur neutrale esse. at rursus quoniam passivum habet, potest dici activum. passivum eius est fio. et cuiuscumque passivum extat, quo modo potest activum non putari? sed figura ultimarum litterarum quaeritur. vocum enim tantum regulas grammaticus sequi debet. utrumque neutrius generis habendum est, et erunt in utroque duo nova, ut et facio verbum, cuius passivum extat, activum non sit, et fio verbum, cum patientis significationem habeat et activum eius extet, nec passivum sit nec deponens, sed neutrum potius habeatur, quoniam non r littera terminatur. simile est vendo et veneo: nam vendo agentis signi-

---

1 et pascor a te ad prandium *om. M* 2 sic est *M* pascite] *Verg. bucol.* 1, 46 pascite, ut ante, boves, pueri: *cf. Serv. in Verg. Aen.* I 194 4 an motum hoc sit *B* an mutuum hoc fit *L* an mutuum hoc *M* ut sublata *M* 5 actiua clinatio *M* actiui declinatio *B* actiua declinatione *L* 6 quam deponentia *om. M L* ad *om. M* 8 regina] *Verg. Aen.* I 496 incessit] cessit *M* 10 pulsor] pulso *B L* 12 desinit *vel* desinit' (*h. e.* desinitur) *in marg. add. M. an* dicere non desinimus? *ut* incessere *etiam illa altera significatione pro* incedere *dici significetur* incersere *L* 13 inter neutra et deponentia *M* inter neutrale genus et deponent. *B* inter neutralē geuus et deponenti *L* tondeo condo lauo *M* 14 et cetera *om. M* 15 ui cum in r *M* 17 ab utraque libet *M* 18 formaret ita a partio neū partiens fut partiturus fundum *B* 21 neutrum *M* 23 facio *B M L* 24 passiuum habet fio potest dici actiuum et cuiuscumque *M* 26 sequi debet *M* habet *B L* 27 utrumque utriusque *corr. al. man.* utrumque neutriusque *B* 28 uerbum actiuum non fit cuius passiuum exstat et fio *M* non sit *Sichardus* non fit *B L* 29 et actiuum eius extat *M* actiuum eius quod (quam *B*) extet *B L* 30 sit *B* fit *L*, *om. M*

p. 2055. 56 P.

ficatum habet, veneo patientis, eadem ratione qua facio et fio. munerat hospitem, muneratur hospitem, eadem significatio est in utroque sub diversis declinationibus: habet enim in utroque vim activam. huic contrarium est 'induit albos cum vitta crines' et 'loricam induitur': habet enim in utroque vim passivam.

Nunc, quoniam per singulas quae verbo accidunt partes deficere verba paulo ante praediximus, quem ad modum in genere verbi defectiva intellegantur, breviter conplectemur. quaedam sic deficiunt, ut non inveniantur litterae solitae, quae prima persona praesentis temporis indicativi modi genus demonstrant, o scilicet et r. ea sunt huius modi, ut memini possum taedet inquam. quaedam vero ne habent quidem primam personam, ut sis infit ave. nec solum hac ratione deficiunt, sed interdum novum quiddam invenitur in eo verbo, quo genus per litteram declaratur, scilicet ut contra rationem ceterorum in fine producta sit o littera, ut sto do flo. sed haec tamquam monosyllaba | contra regulam producuntur, quamquam Virgilio sic observatum sit, ut omne verbum o terminatum, quotcumque syllabarum esset, produceretur potius quam corriperetur. quaedam litteram sollemnem ac legitimi temporis in fine habent, sed ad significandum genus nihil prodest, quod idem verbum aut aliam personam aut alium modum adfert, quam quo genus intellegitur, ut cedo. non enim prima persona est indicativi modi temporis praesentis, sed secunda est imperativi modi temporis praesentis. cedo enim significat dic.

Et quoniam de confessis quinque generibus satis dictum est, de inpersonali genere verbi subiungere necessarium est. etenim de istius modi verbis inter veteres praeceptores non nulla dissensio est. alii enim hoc genus verbi modis adplicant, alii generibus potius et significationibus iungunt et aiunt modum esse non posse, quoniam per omnes modos sollemni figuratione decurrat. nos quid sequendum arbitremur, exposita prius inpersonalium omnium ratione, pandemus. sed priusquam de ipsis inpersonalibus loquamur, hoc praemisisse utile est, ut sciamus omnia verba quae personas significant statim et tempora significare, ut puta legis legit legebat et cetera, at vero quae tempora significant, non statim et personas, verbi causa ut dicere dicitur dicebatur dictum est. nunc de inpersonalium vi et varietate dicemus: verba inpersonalia consensu plurimorum duas habent species: aut enim e et t litteris finiuntur, ut iibet taedet paenitet decet, aut in tur exeunt, ut statur venitur curritur legitur scribitur dicitur geritur. sed haec definitio plerisque non

---

2 significatio] substantia *M* 4 induit induit albos *M: Verg. Aen.* VII 417 luricam *L: Verg. Aen.* VII 640 7 verbi] uerba *B* intelleguntur *B M* inueniuntur *L* 10 huius modi (ut odi noui *add. al. man.*) memini *B* eiusmodi ut memini *M* eius modi ut noui memini *L* 11 ne] non *B M L* 16 sic] hoc *M* 17 corriperetur in fine quaedam *M* 21 sed *om. B* 22 dic] da uel datiuum *M* 23 confusis *M* de inpersonalis *B L* 25 descntio *M* discretio *B* 27 sollemni significatio (*corr.* -one) decurrit *M*

p. 2056. 57 P.

satisfecit. denique addiderunt quidam verba inpersonalia etiam in it et in at exire, in it, ut contingit evenit accidit, in at, ut iuvat stat. et re vera, siquidem inpersonale hoc est, cum singula verba enuntiantur *ita*, ut omnem personam confuse trahant neque ullam certam personam certa significatione distinguant, omnia quae posuimus recte inpersonalia esse dicuntur. denique nec declinari | possunt nec ullam discretionem facere personarum, nisi adiectis pronominum casibus et numeris separentur. quid igitur de supra dictis modis sentiam et qua ratione nascantur, quam brevissime potero paucis conprehendam. ea inpersonalia quae in it et in at exeunt ab indicativo modo temporis praesentis primae personae o littera terminato manant, ut contingo contingit, iuvo iuvat. sed aliam quandam significationem exhibent, cum inpersonalia efficiuntur, quam in ipsa positionis suae enuntiatione obtinent. denique et contingit tertia persona est eiusdem modi et temporis, et item iuvat. sed non omnia tertiae personae verba efficient inpersonalem modum, ut est incendit autumat. ergo cum inpersonale facit contingit aut iuvat, deserit significationem suam, quam habebat in natura verbi positam per tempora personasque currentis. nam aliter accipimus, cum dicit Virgilius 'iuvat ire et videre Dorica castra' et 'stat casus renovare omnes', aut cum Cicero dicit 'accidit cum iste a Gnaeo Dolabella efflagitasset', aut cum Terentius dicit 'evenit senibus ambobus iter, illi in Lemnum ut esset'. porro aliter, si iuvo iuvas iuvat, contingo contingis contingit ad personarum actum varietatemque refertur. cum ergo animadvertimus, unde nascantur, illud nihilo minus quod in promptu est, scire necessarium est, non omnia omnino, sicut dixi, inpersonalia effici, quae ista ratione nascuntur. quae vero in et exeunt, duas formas habent. partim enim ab indicativo temporis praesentis primae personae o littera terminato manant, ut sedeo sedes sedet. sed haec simili exemplo, ut de superioribus diximus, non fere semper inpersonalia erunt, nisi per-

---

1 satis facit *corr.* satis fecit *L* satis facit *M* 2 contingit euenit accedit *M* 3 quidem *corr.* siquidem *M* impersonalem *ML* enuntiantur omnem *BML*: enuntiantur et omnem personam confuse trahat neque ulla certa istam significatione distinguat *Sichardus* 4 tractant ut neque ullam certam personam certa significatione designant *M* certam certa significatione distingant *BL* 6 nec clinari *ML* 8 quid igitur (sī' senciam *superscr. al. man. B*) de supra dictis modis qua *BML* quid igitur de supra dictis modis et qua *Sichardus* nascuntur quam breuissime ut potuero *M* 9 paucis uerbis comprehendam *B* 10 ab indicatiuo modo tempore praesenti prima persona *B* ab indicatiuo modo prima persona tempore praesenti *ML* 11 contingno contingit *M* 13 contingnit *M* 15 efficiunt *BL* ut est incendit (incendit *in marg. add. M*) aut autumat *BM* ut incendit autuomat *L* 16 contingnit *M* 18 cum dicitur uirgilius iuuat uidere castra dorica *L*: *Verg. Aen.* II 27 19 stat] *Verg. Aen.* II 750 aut cum cicero dicit *B* aut cicero dicit *L* cicero (*adscr. in marg.* offendit) *M*: *Cic. in Verr. act. sec.* I 24, 63 20 agneo dolobella *BL* agneo dorobella (*corr.* dolobella) *M* eflagitasset *M* 21 evenit] *Terent. Phorm.* I 2, 15 sensibus *L* 22 illi *om. M* aliter porro *L* et aliter porro *M* et continguo is it *M* 23 referatur *BL* cum ergo animaduerteremus *L* cum uero animaduerteremus *M* 24 unde nascuntur *BM* 26 effici possunt nisi quae *M* exeunt in duas formas cadunt *M*

p. 2057—59 P.

sonae certam significationem confusione suspendant. nam cum dico hoc, sedet, aliud quiddam significo, quam habet ille ordo verbi actum tenentis, cum dicimus sedeo sedes sedet. partim vero a se oriuntur. sed ea quae a se oriuntur modo nullam habent prorsus originem aut similitudinem [tertiae | personae] verbi, ut est pudet taedet piget paenitet; modo ex aliquo verbo similitudinem trahunt, ut misereor miseret, quod utrum a misereor misereris, an a miseror miseraris veniat, incertum est. quartum genus est inpersonalium, quod tur syllaba finitur. id ab indicativo primae personae praesentis temporis o littera terminato venit, ut lego legitur, gero geritur, quod indiscrete ab eius modi verbo semper omnino nascitur, exceptis quibusdam, quae in hac parte deficiunt. unde ducti sunt quidam ut hunc modum declinationi adplicarent, quoniam quidem nullum fere verbum inveniri potest, ex quo non per declinationum figuras modus iste nascatur. sed in hoc erraverunt, quod eundem istum modum, qui ab activa declinatione manat, etiam passivis declinationibus adplicaverunt, cum nequaquam illa declinatione passivae significationis partem eadem verba repraesentent. nam cum dico sedetur, licet omnis persona confusa sit, numquid aliud videor dicere, quam de his qui sedent? aut potest ullus intellectus esse ut hoc dixisse videar de his qui sedentur cum permixtione personae? ergo quoniam haec declinatio ita perpetua semper fere est ab activa significatione, ut numquam omnino desit, tolerabiliter mihi in activa declinatione positus a quibusdam hic modus inpersonalis videtur. et quod per ceteros modos potest duci non plurimum officit, quia excepto infinitivo fere per omnia sua currit, quamvis paulo latius diffundatur. cetera vero inpersonalia verba recte sine dubitatione secreta a declinationum modis generibus ac significationibus adplicantur, quia haec ex omni verbo manant. est novi generis quaedam species a generibus positis discrepans. nos tamen haec omnia verba inpersonalia, excepta declinationum modis, generibus in totum adplicavimus. absurdum enim visum est eiusdem verbi naturam et inter genera et inter modos adnumerare.

Satis aperte et de vi et de varietate inpersonalium verbo|rum diximus, et cui parti ea rectius adplicari oporteret ostendimus. nunc pauca intellectus gratia de hoc ipso proximo inpersonali verbo disseremus, ut vim ipsius possimus advertere. ait Virgilius ‘usque adeo turbatur

---

3 sed et eorum quae a se nascuntur *M* 5 tertiae personae *om. ML* 9 o littera terminato *post* indicativo *habent BML* 11 quae et in hac *B* 12 quoniam nullum fere uerbum inueniri potest *M* quoniam quidem nullum fere uerbum inuenire posse *B* quoniam quidem nullum fere uerbum ē inuenire posse *L* 14 sed non in hoc *M* sed hoc *L* 16 cum] et *M* 19 nullus *M* 23 et quod *ML* et quia, *ut videtur, corr.* et quamuis *superscr. al. man.* l' quia *B* 24 efficit quia *L* officit quod (*corr.* quia) *B*: officit quin — currat *Sichardus* 28 discrepans *Sichardus* discrepare *BL* discripare quam dicimus *M* 29 excepta *M* exceptis *BL* adplicamus *B* 32 d ximus *om. M* 35 ait Virgilius *Sichardus* et ait uirgilius *B* ut ait uergilius *L* ut uirgilius *M* usque] *Verg. bucol.* 1, 12

p. 2059. 60 P.

agris'; item Terentius 'per quem res geretur maxime'. utrumque verbum impersonale est, alterum praesentis temporis, futuri alterum. sed huius rei intellectum videamus. quod ait Terentius 'per quem res geretur maxime', videamus quid dixerit. geretur utrum ad rem, an ad Phormionem referendum sit: si ad Phormionem, qui acturus est, genus est impersonale verbi ab activo modo, id est a gero geritur gerebatur gestum est gestum erat geretur; si ad rem nos trahit intellectus, quae gerenda est, erit passivum verbum indicativi futuri, id est gerar gereris geretur. simili ratione discutiamus et eam significationem, quam dixit Virgilius, 'usque adeo turbatur agris', et quid cui adplicari debeat discernamus. ex hoc quidem intellegimus plerumque concurrentes significatus duas figuras exhibere, passivam et activam. aliud autem esset, si aut ille non adiecisset res aut ille agris. haec duplex intellegentia etiam in infinitivo modo evenit. ait Cicero 'rem agi'; dicit item Virgilius 'iam tempus agi res'. in hoc si ipsam vocem attendamus, agi venit ab infinitivo modo passivo, id est ab agor ageris agitur, in infinitivo facit agi; si vero eos contemplemur, per quos agitur, venit a verbo impersonali agitur, cuius origo ab activo manat, id est ab ago agis agit, quod per omnes rursus modos declinatum facit infinitivum modum sic, agi actum esse actum iri.

Verba impersonalia cum fere per omnes modos declinentur, tamen sunt quaedam eius modi, ut defectiva inveniantur, ut ecce liquet: praeteritum enim perfectum et plusquamperfectum prorsus non habet. item miseret habet quidem praeteritum perfectum et plusquamperfectum, sed alterius modi, quam forma verbi exigit. nam illud ex activae declinationis signifi|catione in passivam formam transit. paenitet enim paenituit facit praeteritum perfectum; miseret misertum est facit, ut taedet pertaesum est. et in hoc verbo taedet duas res forma adfert *aliter*, quam declinatio exigebat, et non aliter, quam si compositum ex simplici fiat. nam pertaedet non dicimus, cum praeteritum facere non possimus aliter, quam si componamus, ut faciamus pertaesum est.

---

1 per quem] *Terent. Phorm. prol.* 28 2 est *om. M L* 4 dixerit *Sichardus* dixit *B M* dicat *corr.* dixit *L* utrum ad rem adicitur an *M* 5 sit] est *M L* 6 impersonalis *B M* inpersonal' *L* 9 quam] qua *M* 11 quid intellegimus *M L* concurrentis significatus *L* concurrentis significationis *M* 14 etiam in infinitini *L* etiam infinitino *B M* ait] ut *M* rem agi dicite *in litura M* dicit Virg. *Sichardus* dicite uirgilius *B M L*. *Verg. Aen.* V 638 16 id est agor ageris agitur infinitiuum *M L* 19 qui per omnes rursus modos declinatus *B* qui per omnes rursum modos clinatos (*corr.* -us) *L* qui per omnes modos rursum clinatus *M* 25 alterius modi quam ut forma *M* alicuius modi quam forma *B I* illud] uelut *M* 27 pertessum est *B M* 28 et in hoc uerbo tedet *M* et in hoc taedet uerbo *B* et hoc tedet uerbo *L*: *rectius ita dicendum erat id quod grammaticus volebat*, et in hoc verbo taedet duas res adfert declinatio aliter, quam forma exigebat, ut et passivum ex activo et compositum ex simplici fiat adfert quam declinatio *B* affert quam clinatio *M L* 29 si] sic *M L* 30 cum praeteritum non possimus aliter dicere quam si *L* et praeteritum non possimus aliter dicere nisi *M* 31 ut faciamus pertessum est *B* ut faciamus (dicamus *M*) pertessum est pertedet praesenti non posse (potest *M*) dici cum

p. 2060. 61 P.

Qualitas verborum aut finita est aut infinita. finita est quae notat certam personam, certum numerum, certum tempus, ut lego scribo. infinita est in qua haec universa confusa sunt, ut legere. legere enim et ego et tu et ille potest; item legere et unus et plures dicuntur; item legere et hodie possum, et heri potui, et cras potero. quoniam ergo haec neque personam neque numerum neque tempus certum definiunt et ubique natura simplici eodem modo respondent, infinita dicuntur. igitur prima erit animadversio qualitatis, ut verba finita sint an infinita noscamus. ex quo sequitur alia animadversio, ut ea quoque quae finita sunt, quoniam quidem per plures modos eunt, eatenus inspiciamus, ut non solum finita esse, sed modum in ipsis quae finita sunt possimus advertere. modus autem est quem Graeci ἔγκλισιν dicunt, conversio scilicet et transfiguratio eius syllabae quae ultima in verbo est. his positis intellegimus utique in modis positam qualitatem esse verborum. hi modi licet a quibusdam varie numerentur, tamen, nobis ut videtur, quinque omnino sunt, indicativus, qui et pronuntiativus dicitur, ut lego, imperativus, ut lege, optativus, ut utinam legerem, coniunctivus, ut cum legam, infinitivus, ut legere. indicativus modus est cuius ex instanti tempore primae personae numeri singularis litteris ultimis genera intelleguntur, ut uro uror; ex secundae vero personae litteris coniugationes colliguntur, quod in ipsis coniugationibus plenius referemus. huic modo futurum tempus quidam abscidendum putant et faciunt modum quem appellant promissivum, quod longe a ratione dis|iunctum est. nam futurum tempus ex praesenti tempore formam semper accipit, nec potest dici aut praesens tempus futuro carere aut futurum ex se oriri. propterea pronuntiari vel indicari etiam in futurum recte dicimus, et tam bona quam mala. promissivus autem modus, quem futuri esse tantum temporis volunt, in acyrologiae vitium incidat necesse est. promitti enim bona tantum, non etiam mala possunt. quo modo enim promissivo modo dicemus uram affligam cruciabo? recte ergo a doctioribus magistris exclusus hic modus est, maxime cum eum etiam Graeci non habeant. imperativi modi hoc proprium est, quod neque praeteritum tempus neque primam potest habere personam. nemo enim aut sibi fere umquam ipsi aut cuiquam in praeteritum imperat, quamquam plerique futuri tantum temporis velint imperativum *esse*. nam qui dicit fac, ante imperat, quam id fiat; sed hic

---

pertessum (. . . . . tessum *L*) est praeterito tempore sit dicendum (sic dicendum est *M*) *M L* 5 etiam hodie possum *M* etiam possum hodie *B L* 10 aspiciamus *M L* 12 autem] hoc *B* ΕΝΚΤΕΚΙΝ *M* ΝΚ. ΤΕCIN *L* ΗΧΘΑCIN *B* ἔκτασιν *Sichardus:* modus definitur ta secundum Consentium modus est quem greci metessin dicunt conuersio scilicet et transfiguratio eius syllabae quae ultima est in uerbo *codex Parisinus* 7491 15 tamen ut nobis uidetur *L* 16 qui et] qui quidem *M* quidem *L* 18 instanti] praesenti *M* 28 promitti autem tantum bona *M* 29 quomodo promisiuo *M* 30 ergo a doctoribus *B* ergo doctioribus *M* 33 umq, uā ipsi *L* umquam ipse *M* umquam aut ipse (*corr. al. man.* ipsi) *B* 35 esse *om. B M L* hic tantum qui dicit fac properat *B* hic tamen

p. 2061. 62 P.

tamen qui dicit fac properat, ut ait Celsus; ille etiam morari sinit, qui dicit facito. itaque ut praeteriti temporis triplex forma est, sic in hoc futuri duplicem dicunt. optativus modus hoc proprium habet, quod coniunctis temporibus declinatur. praesens enim et praeteritum inperfectum similiter effert, ut utinam legerem; item praeteritum perfectum et plusquamperfectum similiter effert, ut utinam legissem. coniunctivus modus currit per omnia tempora. sed quaecumque sunt optativi verba, eadem et coniunctivi sunt, ut ait Palaemon; at quae coniunctivi, non eadem et optativi. dicimus enim cum fecero, cum legero; non dicimus utinam fecero, utinam legero. item in activis coniunctivum modum in tempore futuro duplicem dicunt; dicimus enim cum legam et cum legero: in passivis vero eodem modo et tempore triplicem; dicimus enim cum legar, ulteriore cum lectus ero, item alio ulteriore cum lectus fuero. infinitivus modus, | quem et perpetuum quidam vocant, hanc distinctionem recipit. nam id quod videtur praesentis temporis speciem proferre usquequaque confusum est, sicut iam diximus, legere. legisse autem et lectum ire, quamvis et ipsa numero personisque indistincta sint, tamen definitam speciem temporum tenent. scire sane debemus, sicut ante iam dixi, quod quidam inpersonalem modum adiciunt, sed hunc nos non accipimus, quoniam verba inpersonalia generibus rectius adplicantur. haec igitur paulo latius insinuanda credidi, ut qualitatem quae verbo accidit facilius intellegere possemus, si horum modorum proprietates cognitas haberemus. in his enim qualitas quae verbo accidit constituta est. ex quo recte inprobata est eorum divisio, qui modos hos inter accidentia verbo adnumerandos esse dixerunt, cum in his qualitas ipsa versetur; sicuti qualitas quae nomini accidit ex eo spectatur, quod aut propria aut appellativa sunt nomina, neque tamen quisquam proprium aut appellativum nomini dixit accidere, cum in his ipsis qualitas illa quae nomini accidit cernatur.

Item verborum latinorum qualitas (nam et in his deficit graeca lin- 381, 26
gua) consideratur in formis, quas formas quidam generibus vel significationibus prave adplicant. forma autem verborum prima specie duplex

---

properat *M L:* sed ut ait Celsus qui dicit fac hic properat. ille etiam moram sinit qui dicit facito *codex Parisinus* 7491 1 moram sinit *M* 3 quod in coniunctis temporibus *B* quod in coniunctis temporis *L* 5 similiter adfert *M* simul effert *B L* legerem] gererem *M* 6 simpliciter adfert *B L* ecfert *M* legissem] gessissem *M* 7 uerbi *M* 8 coniunctatiui ut ait *M L* palemon *M* palamon *L* atque coniunctatiui *M L* atqui coniunctiui *Sichardus* non eadem sunt et *L* ne eadem et *M* 10 coniunctatiuo mō *L. fortasse* coniunctiuo modo in tempore futuro duplicem formam esse dicunt 14 quem perpetuum eo quod speciem suam non mutet quidam uocant *Sichardus* 15 proferre *B* p̄fere *L* p̄ferre *M* 16 sicut iam diximus *Sichardus* sicut etiam diximus *B M L* 18 sane] tamen *B* 20 rectius] potius *M* 22 possimus *B M L* habuerimus *M* 27 neque tantum quisque *B* nec tamen quisque *L* 28 accidere dicit *M* qualitas (*superscr.* illa) quae nomini accidit *M* quae nomini accidit qualitas illa *B L*

p. 2062—64 P.

est. interest enim plurimum, utrum verbum unum quodque opus, an consuetudinem operis significet. si opus significat, perfecta forma dicitur, ut facio curro; quodsi consuetudinem operis, frequentativa dicitur, ut factito cursito. accedunt his meditativa et inchoativa. meditativa sunt quibus non actus, sed agendi apparatus ostenditur, ut amaturio parturio. inchoativa sunt quae nondum perfectam formam, sed initium quoddam significationis ostendunt. ergo omnes formae sunt quattuor, perfecta, ut amo caleo pario ferveo lego scribo, | frequentativa, ut lectito scriptito, meditativa, ut amaturio parturio, inchoativa, ut calesco fervesco. hae omnes formae et per omnes modos currunt et per ea omnia quae verbo accidunt, nisi ubi forsitan certa ratione deficiunt. perfectae qualitatis verbum, ut est lego, per omnia tempora declinatur. frequentativae qualitatis verbum semper primae coniugationis est. meditativae qualitatis verbum a perfecta forma sumitur semper, ut a lego lecturio. inchoativae vero qualitatis verbum fere a neutrali verbo venit et non per omnia tempora declinatur, quia quae inchoantur praeteritum tempus non habent. ac de perfecta forma nihil plus verborum adiciendum est, quippe cum et plura iam dicta sint, et per cetera accidentia plura dicenda sint. frequentativam ergo formam diligenter debemus advertere. venit enim interdum a perfecta forma, ut a canto cantito; et interdum in tres gradus deducit verbum, ut curro curso cursito, interdum in duos, ut volo volito et hoc ipsum canto cantito. interdum veniunt sine origine perfectae formae et frequentativa creduntur, ut pitisso vacillo. interdum quasi diminutionis speciem gerunt, cum sint frequentativa, ut sorbeo sorbillo, suggero suggillo. interdum regulam frequentativis datam non servant, ex quo possunt videri frequentativa non esse, ut facesso facessis, capesso capessis. cum enim omnia frequentativa primae coniugationis sint, hic tertia coniugatio est. quaedam, quod ad formam ipsam pertinet, frequentativa creduntur, sed usu loquendi pro meditativis aut inchoativis usurpantur, ut est dormio dormito. nam hoc dormito magis pro meditativo aut inchoativo dici potest, quam pro frequentativo. scire autem debemus etiam a nominibus fieri frequentativa verba: ab appellativo, ut graecizat sicilizat patrizat, a proprio, ut lentulizat. in inchoativis quoque quadam animadversione opus | est. nam cum a neutrali verbo perfectae formae semper fere nascantur, ut horreo horresco, inveniuntur sine origine per-

---

4 factito *Sichardus* facito *BML* accidunt *BML* 12 declinatur] decurrit *M* 15 vero *om. B* 17 cum et] et cum *BML* 21 in duos et frequentatiua creduntur (creditur *BL*) ut uolo *BML* 23 pytisso *L* 24 sugero sugillo *corr.* suggero suggillo *M* 26 capisso capissis *L* 28 quod (quae *M*) ad formam ipsam loquendi pertinent frequentatiua creduntur sed usu pro *BML* 30 nam hoc magis *B* 31 dici potuit (possit *L*) quam frequentatiuo *ML* scire autem debemus etiam fieri a nominibus *BL* scire etiam debemus a nominibus fieri *M* 32 ut patrizat grecizat sicliscat a proprio ut lentuliscat *M* 33 in inchoatiuis *Sichardus:* in *om. BML* 35 inueniuntur et sine *M* inueniuntur tamen sine *Sichardus*

p. 2064. 65 P.

fectae formae, ut quiesco consuesco. item sunt quae inchoativorum verborum similitudinem repraesentant, cum inchoativa non sint, ut conpesco, quae inde intellegimus inchoativa non esse, quoniam habent praeteritum tempus, quo inchoativa carere diximus. praeterea fiunt etiam a nominibus inchoativa verba: ab appellativo, ut aeger aegrescit, a proprio, ut Antonius antonescit. de meditativis abunde est id quod supra diximus.

Nunc quoniam et modos et formas diligenter explicavimus, per quae qualitatem quae verbo accidit intellegi posse praediximus, ostendemus, quae verba vel in modis defectiva sint vel in formis. in quibus aliquid exemplorum satis est collocari, ex quibus alia qui diligentius scrutetur inveniet. verbum cedo per omnes modos deficit, quia non nisi imperativi modi est. item possum et aio verba imperativum modum non habent. in forma autem frequentativa defectivum est quod paulo ante iam diximus, facesso vel capesso: quoniam regulariter prima coniugatio inveniri debeat in frequentativo, potest videri defectione quadam frequentativae formae regula non teneri.

Tempora verbis generatim accidunt tria, quae naturalia appellantur, 384, 10
praesens, praeteritum et futurum. sed praeteriti temporis distinctiones tres inveniuntur: una, quae est quasi vetustissima, quam dicimus plusquamperfectam, ut est cucurrerat; alia proxima huic, quae est perfecta, ut est cucurrit; tertia, quae inperfecta appellatur, ut est currebat; et hae artificales dicuntur. ergo omnia tempora quinque sunt, inperfectum, ut currebam, perfectum, ut cucurri, plusquamperfectum, ut cucurreram, praesens, ut curro, futurum, ut curram. per haec tempora omnium modorum verba declinantur. quidam tamen adnumerant praeteriti temporis | et futuri verba ulteriora in passivis, quae in declinatione ponemus. sed scire debemus quorundam modorum verba regulariter non posse currere per omnia tempora, ut ecce in imperativo modo praeteritum tempus, sicut supra iam diximus, verba non exhibent, quia nemo in praeteritum imperat. inchoativa quoque verba praeteritum non habent. infinitivi quoque modi verbum est, ut est legere, hoc tamen praeteriti temporis differentias non recipit. declinatur enim sic, tempore futuro lectum ire, praeterito legisse. ita ergo in praeterito tres illae differentiae [in infinitivo modo] non inveniuntur, praeterito inperfecto prorsus non existente. item sunt verba, quorum vis cum in praesenti vel in praeterito sit, futurum habere non possunt, ut soleo, solitus sum, solebam. quoniam

---

2 repraesentant *Sichardus* praesentant *B L* praestant *M* 6 antoniescit *M* quod supra dictum est *M L* 8 ostendamus *B L* 10 alia uerba qui *M* 11 ueniat *B* 13 paulo ante diximus ut facesso *B L* 14 capisso *L* 19 quae est quasi uetustissima quam diximus plusquamperfectum *B L* quae uetustissima quam dicimus plusquamperfectum *M* 21 et haec artificalis dicitur *B M L* 26 ponimus *B* 28 ut ecce imperatiuo *B M L* ut in imperatiuo *Sichardus* 31 uerbum ut est legere *M* uerbum est legere *L* est legere *B* 32 declinantur *corr.* declinatur *B* declinantur *M L* 33 in infinitiuo modo *om. M L*

p. 2065. 66 P.

haec totam sui naturam ex his quae aguntur aut acta sunt sumunt, futurum non habent: non enim potest dici solebo. atque haec quidem perpetua observatione in omnibus verbis ita se habent.

Sed in hac parte quoque verba pleraque in defectum incurrunt, qui defectus triplici modo evenit. nam non nullum est verbum quod prorsus alicui tempori non possit aptari; vel alterius formae, quam exigit ratio declinationis, aptatur; vel etiam vox alieni generis subrogatur. deficit omnino verbum vacante prorsus tempore citra aliquam alterius substitutionem, ut in his, pando sisto. nam pando praeteritum perfectum in modo indicativo non habet; item sisto neque praeteritum perfectum neque plusquamperfectum, ac per ceteros modos in temporibus quibûsdam deficit, quo etiam participio futuro caret. item deficit verbum per tempora, non quod desit declinationi, sed quod alterius formae substituatur, quam ratio coeptae declinationis admittit. sunt enim quaedam verba quae per tempora formam declinationis suae mutant, eaque anomala, sicut iam diximus, appellantur, *et* haec fere sunt, soleo audeo gaudeo. etenim tempore praesenti soleo soles solet activo modo declinatur; item tempore inperfecto solebam solebas solebat aeque activo modo. sed praeterito perfecto formam suam mutat et facit solitus sum es est, quod est passivae declinationis: non enim facit solui soluisti soluit. ita ergo quod unum atque idem verbum in aliis atque aliis temporibus nunc passivi declinationem habet, nunc activi, inaequale appellatur. item est per tempora in declinatione defectus, cum, ut significationem temporis expleamus, verbum, ut ait Pansa, alterius generis subrogamus, ut est adfert et ferit. in his enim dissimili voce significationem praeteriti temporis declarabimus. dicimus enim adfert attulit; item dicimus ferit percussit praeterito perfecto. tale est sum fui ero. sunt praeterea quaedam verba, quae cum sint praesentis temporis, speciem praeteriti exhibent, ut est memini novi, cum id essentia praesens est. sunt etiam praesenti tempori et praeterito perfecto quaedam verba communia, ut incendit obruit pluit suit. haec enim nulla mutata praesentis temporis forma in declinatione praeteriti temporis proferuntur, in tantum ut etiam pluit utrobique pronuntietur priore correpta, quamvis Plautus produxerit in

---

5 nam prorsus non nullum est uerbum quod alicui tempori ut pando non possit *B* nam prorsus non nullum est uerbum quod alicui temporis non possit *L* nam prorsus non nullum uerbum est quod alii tempori possit *M* 7 inclinationis *BL* 9 pando praeteritum imperfectum *M* 12 quō (*i. e.* quoniam) etiam *L* 14 enim] item *B* 15 eaque anomala id est inaequalia sunt sicut iam diximus haec fere soleo pando nolo uolo et tempore *M* 16 et *om. BL* sunt *om. L* 17 declinantur *BL* 23 cum ut significatione *M* cum significationem *L* 24 *i.*pansa *adscr. in marg.* ungimus *L* alterius uoce generis *BL* alterius uocis generi *Sichardus* 26 declarabimus *Putschius* declarauimus *BL* declinamus *M* 28 verba *om. BL* 29 cum praesentis est *M* 31 obruit fluit suit *M* obruit pluit fluit *Sichardus* haec enim nulla demutata *L* haec enim uerba nulla demotata *M: fortasse* haec enim nullatenus mutata 33 utrobique *M* utribi (*corr.* utrobi) quae *L* in menecmis *L* in mecemis *M: prol.* 63

p. 2066. 67 P.

Menaechmis, 'forte ut multum pluerat'. ea quoque quae diximus infinita omnibus temporibus communia sunt, ut obruere incendere.

Numeri verbis accidunt duo, singularis et pluralis: singularis, ut 384, 1
lego, pluralis, ut legimus. quamvis quidam dicant tempore praeterito perfecto personae tertiae esse dualem numerum: ut ecce legimus legistis legerunt praeteritum perfectum est numeri pluralis; legere autem dualem esse dicunt, ut hoc de duobus recte dici videatur, legerunt autem de pluribus. sed hanc adsertionem usus inprobavit. itaque ex consuetudine pluralem utrumque dicimus.

Sunt verba pleraque per numeros | defectiva, ut est faxo infit: non enim ad pluralitatem transeunt, ut faciant faximus aut infitis. utrum autem vicissim sint pluralia tantum verba, quae in singularem numerum non transeant, nondum repperi.

Figurae verborum sunt duae, simplex et conposita. aut enim sim- 3
plicia sunt verba, ut scribo, aut conposita, ut describo. conponuntur autem verba modis quattuor, ut ceterae partes orationis: ex duobus integris, ut proscribo; ex duobus corruptis, ut sufficio; ex integro et corrupto, ut reficio; ex corrupto et integro, ut suffero. conponuntur etiam ex pluribus, ut reconpono. illud autem in dubium non venit, pleraque verba non posse conponi, ut aio quaeso, et pleraque rursus conposita simplicia fieri non posse, ea scilicet, quae aut ex duobus corruptis aut certe ex posteriore corrupto conponuntur, ut sufficio reficio.

Plerique adserunt esse verba per figuras defectiva, ut impleo. sed hoc absurdum videtur, cum omne verbum, si conponi non possit, habeat figuram simplicem; si vero compositum sit, habeat figuram conpositam, neque sit ullum, quod non aut simplex aut compositum dici necesse sit, nisi forte cum alterius partis conpositio vel integra vel corrupta appareat, alterius omnino non extet, ut est hoc ipsum impleo aut impero.

Personae verbis accidunt: earum varietates sunt tres, quae figuris 18
verborum distinguuntur. prima est quae dicit, lego, secunda cui dicitur, legis, tertia de qua dicitur, legit; quae distantiae plurali quoque numero servantur. nam prima persona est, cum dicitur legimus, secunda, cum dicitur legitis, tertia, cum dicitur legunt. sunt quaedam verba quae non per omnes personas flecti possunt, eaque vel primam personam indicativo modo statim non habent, ut infit; vel, si primam habent sollemni littera

---

1 ut] et *M* ea quoque infinita quae diximus *B* eorum que infinita diximus *L* ea quoque quae diximus infinitiuo *M* 2 temporibus *om. B L* 8 assertionem *M* rationem *B L* 13 non transeunt *B L* 15 discribo *B M L* 16 IIII modis *M* 18 componuntur autem ex pluribus *B* conponuntur autem ex conploribus *L* componuntur ex pluribus *M* 21 non posse et ea *B* nullo modo posse et ea *M L* nullo modo posse ea *Sichardus* ex duabus corruptis *B L* ex duobus *corr.* ex duabus *M* 22 corrupta *B M* correpta *L* reficio *superscr. al. man.* nisi redeant ad integritatem *B* 26 neque sit ullum quod uel nec non aut *B* neque sit nllum (nerbum *add. M*) quod nec aut *M L*

p. 2067—69 P.

terminatam, | in alias non transeunt, ut quaeso: non enim dicimus infio infis infit, quaeso quaesis quaesit. et quidem de quinque generibus verborum facilis intellectus est, ut per personas eorum declinatio figuretur. tantum hoc admonendi sumus, in his quinque significationibus primam personam casu non egere, admittere tamen nominativum: dicimus enim verberor innocens, servio vir fortis. quem casum trahit etiam tertia persona; dicimus enim verberatur innocens, servit vir fortis. secunda persona trahit casum vocativum: dicimus enim verberaris innocens, servis vir fortis.

Haec de personis circa quinque genera verborum dixisse abunde est. de inpersonali genere verbi, quod nullam omnino personam designat, illud scire debemus, quod non aliter per varietates personarum declinari potest, nisi adiectis pronominum casibus numerisque. qui ergo pronominum casus uni cuique verbo repraesentent speciem personarum, quam brevissime potero declarabo. ea quae in it exeunt dativo casu discriminantur, ut contingit mihi tibi illi. quae vero in at exeunt, accusativo casu discriminantur, ut iuvat me te illum nos vos illos. interdum tamen interpositis vel nominibus, ut si dicas 'stat sententia', vel verbis infinitis, ut si dicas 'stat casus renovare omnes', personae per dativum discriminantur, ut stat sententia mihi tibi illi nobis vobis illis, stat casus renovare mihi tibi illi nobis vobis illis. quae in et exeunt, quaedam accusativo casu discriminantur, ut decet me te illum nos vos illos, quaedam dativo, ut libet mihi tibi illi nobis vobis illis. ea autem inpersonalia quae in tur exeunt discriminationem personarum multis modis experiuntur. nam nunc ablativum trahunt, ut geritur a me a te ab illo; nunc accusativum cum praepositione, ut geritur per me per te per illum per nos per vos per illos, ut Terentius 'per quem res geretur maxime', et Plautus 'itur ad te'; nunc dativum, ut dicitur mihi tibi illi.

382, 10 Coniugatio est collectio quaedam, quam Graeci σύστημα appellant, verborum simili declinatione currentium. coniugationes autem sunt tres, prima secunda tertia, quibus ordinem numeri litterarum in quibus perspiciuntur ordo distribuit. harum regulas si diligenter attendamus, loquendi emendatio subsequetur. et primum illud scire nos convenit, quod litteram quae coniugationem declarat indicativo modo temporis praesentis numeri singularis in persona secunda requirere debemus, deinde quod activum et neutrale verbum similes semper regulas in coniugationibus

---

1 infio is it aut quesso as at *M:* infit *om. B L* 5 casus *B L* 7 secunda uero persona casum trahit uocatiuum *B L* 11 de inpersonalis genere (*add. in marg.* autem) *L* de impersonalis autem genere *B* 15 potuero *M* 16 illi euenit mihi tibi illi *L*: euenit *in marg. add. M* 17 ut iuuat *Sichardus:* ut *om. B M L* 19 stat] *Verg. Aen.* II 750 omnes] nouos *Sichardus* 22 decet] taedet *B* 27 per quem] *Terent. Phorm. prol.* 28 geritur *M* 28 itur] *Plaut. Pseud.* I 5, 38 (*v.* 452 *R*) nunc per datiuum ut dicitur *Sichardus* nunc per datiuum dicitur *B M L* 29 CYCKHMA *B L* CYCIRMA *corr.* CYCKHMA *M* συζυγίαν *Sichardus* 30 hae autem coniugationes tres sunt *B L* 33 exsequitur *corr.* subsequitur *M*

tenent, passivum vero et commune et deponens similes. est ergo prima coniugatio quae indicativo modo tempore praesenti numero singulari secunda, sicut dictum est, persona verbo activo et neutrali a habet ante novissimam litteram, passivo communi et deponenti ante novissimam syllabam, ut voco vocas, vocor vocaris; et haec semper littera, quae coniugationem istam primam ostendit, longa est; futurumque tempus indicativi modi quod ad activum et neutrale pertinet in bo, quod ad passivum et commune et deponens, in bor mittit. nam voco vocabo facit futurum, et vocor futurum facit vocabor. et naturam longitudinis suae in imperativo et infinitivo servat. secunda coniugatio est quae indicativo modo tempore praesenti numero singulari persona secunda verbo activo et neutrali e productam habet ante novissimam litteram, passivo communi et deponenti ante novissimam syllabam, ut moneo mones, moneor moneris; futurumque tempus indicativi modi activo et neutrali quidem in bo, passivo communi et deponenti in bor syllabam mittit, ut moneo monebo, moneor monebor; item in imperativo et infinitivo propria productione manente. tertia coniugatio duplex est. sed eius prima pars est quae indicativo modo tem|pore praesenti numero singulari secunda persona verbo activo et neutrali i correptam habet ante novissimam litteram, passivo communi et deponenti e correptam pro i littera accipit ante novissimam syllabam, ut lego legis, legor legeris; et futurum tempus activo quidem et neutrali in am, passivo vero et communi et deponenti in ar syllabam mittit, ut lego legam, legor legar. altera species tertiae coniugationis est quae *indicativo modo tempore praesenti numero singulari* secunda persona verbo activo et neutrali i productam habet ante novissimam litteram, passivo communi et deponenti ante novissimam syllabam, ut audio audis, audior audiris. hanc non nulli quartam coniugationem putant, quod futurum tempus et in am et in bo *et in ar et in bor* mittit, ut audio audis audiam audibo, servio servis serviam servibo et audior audiris audiar audibor. sed hanc plerique non accipiunt negantque in bo et in bor exire posse tertiam istam coniugationem, nisi in eo verbo quod in prima persona indicativi modi temporis praesentis numeri singularis e ante o habuerit, ut eo queo. tunc enim recte dici eam queam, ibo quibo.

Illud tamen animadvertendum est, quod quaedam verba sunt quae non singulis coniugationibus inveniuntur addicta. interdum enim binae

---

10 est quae *om.* *BL* 12 productam e *BM* 16 itidem in (in *om.* *L*) imperatiuo et infinitiuo propria productione constant *BL* 17 sed cuius *M* 20 e pro i lit. cor. accipit *M* e pro i correptam litteram accipit *L* 23 species] pars *BL* 24 quae in secunda *B* quae secunda *ML* 27 et hanc nonnulli quartam coniugationem appellant *BL* 28 futurum tempus et in am et in bo mittit *M* futurum tempus in bo et in am (et am *L*) mittit *BL* 30 acciperunt negantque et in bo et in bor *M* 35 illud animaduertendum est *BL*: *Diom. p.* 381, 10

p. 2070. 71 P.

coniugationis inveniuntur, ut ecce activa significatione declinatur nunc lavo lavas: nam et lavis facit, quod est tertiae. nec dissonat huic condicioni id quod a passiva declinatione descendit, siquidem hoc verbum incertae significationis vel ambigui generis est: nam lavor facit lavaris, quod est primae coniugationis, facit et laveris, quod est tertiae. quaedam aliam coniugationem habent ab activa significatione, aliam a passiva, ut ecce labo labas facit primam coniugationem, labor vero (nam et hoc incertae significationis est) laberis facit, non labaris.

Nunc quoniam abunde de coniugatione dictum est, dicendum est, quo modo in coniugationibus verba deficiant. diximus autem coniugationem in secunda persona modi indicativi temporis praesentis inveniri. ergo plerumque talis verborum in coniugationibus defectus est, ut ipsa secunda persona, in qua requiri solet coniugatio, non extet, ut est cedo faxo amabo infit inquam aio quaeso. in his enim omnibus non est secunda persona, quae si deest, quem ad modum in ea littera quae coniugationem prodat poterit inveniri? alter defectionis modus est, cum est quidem secunda persona, sed in ea aliae litterae inveniuntur, quam illae quibus coniugatio continetur, ut est fers meministi novisti. nulla enim ex tribus illis vocalibus, quae coniugationes ostendunt, ante ultimam litteram syllabamve deprehenditur. tertius defectionis modus est, cum et secunda persona extat, et in ea sollemnis littera coniugationis apparet, sed ea tamen alterius temporis est, quam ratio coniugationis exposcit, ut sum es est, adsum ades adest, possum potes potest. est quidem e littera, qua diximus coniugationem demonstrari, sed ea brevis est, cum in ostendenda coniugatione longa esse debeat. quartus modus quoque defectionis ille est qui bifarie dividitur, quod quaedam verba, licet coniugationibus serviant, tamen vel sibi in declinatione non constant vel ex aliqua parte deficiunt. declinatione non constant, ut est soleo audeo: praeterito enim perfecto et plusquamperfecto transferuntur in formam passivae declinationis, sicut et in alio loco diximus, solitus sum solitus eram, ausus sum ausus eram. ex aliqua parte deficiunt, ut est ferio edo: haec enim non per omnia tempora figurantur; neque enim faciunt ferii aut ederam.

Et quoniam satis collectum est coniugationem in secunda persona indicativi modi praesentis temporis requiri debere, illud scire debemus,

---

1 coniugationes *L* ut ex actiua significatione nunc lauo nam et lauis facit *M* ut est in actiua significatione declinatio Nunc lauo nam et lauis *L* ut est in actiua significatione declinatio labo labas nam et labis *B* 2 quae (*corr. al. man.* quod) est *B* hic condicione *corr.* -ni *L* 3 idque a *B* 4 labor facit labaris *B* 5 laberis quae (*corr. al. man.* quod) est *B* 7 nam hoc *B* 10 deficiant *Sichardus* deficiunt *BML* diximus coniugationem *Sichardus* diximus de coniugatione *BML* 12 in coniugatione *ML* 13 requiri] quaeri *BL* 14 ama *corr.* amabo *B*, *om. M* 16 prodit *ML* 19 ostendunt et ante *M* 22 ea *om. M* exposcat *M* 25 quartus quoque modus est defectionis ille qui in bifariam *M* 32 edo] edio *L* facit ferui *BL* facit feri *M* 34 satis inde collectum est *BL* 35 requiri] quaeri *BL*

ipsam coniugationem in secundae personae litteris consistentem ex primae personae modo et ratione formari, quod quam brevissime potero paucis ostendam. quotiens | primae coniugationis litteram habitura est secunda persona, prima persona ante o ultimam aut consonantes habebit, ut amo canto et similia; aut e ante o habebit, ut calceo calceas, nauseo nauseas, aut i, ut lanio lanias, aut u pro consonanti, ut adiuvo adiuvas, aut u pro vocali, ut vacuo vacuas, fluctuo fluctuas, sinuo sinuas. quotiens secundae coniugationis habitura est litteram secunda persona, prima persona e ante o ultimam habebit, ut video moneo. in hac secunda coniugatione hoc novum est, quod in praeterito perfecto et plusquamperfecto quaedam verba formam regulae non servant, sed potius consuetudine declinantur. interdum enim formam exhibent passivorum, ut ab eo quod est gaudeo gavisus sum, similiter et gavisus eram, cum aliqua multa praeterea verba istius coniugationis formam regulae suae custodiant, ut sedeo sedi, moneo monui. quotiens vero tertiae coniugationis correptae litteram exhibitura est secunda persona, tunc primae personae o ultima littera aut a consonantibus praecedetur, ut lego legis, peto petis et similia, aut ab i vel u vocalibus, ut rapio rapis, induo induis. in hac coniugatione illud novum evenit, quod quaedam verba in forma perfecta secundum consuetudinem potius quam secundum regulam declinantur. nam cum lego rego et pungo expungo similia sint, aliter atque aliter in praeteritis temporibus efferuntur: faciunt enim legi legeram, rexi rexeram, pupugi pupugeram, expunxi expunxeram. quotiens vero tertiae coniugationis productae littera futura est in secunda persona, tunc prima persona ante o ultimam aut e habebit, ut adeo prodeo, aut i, ut audio nutrio. in hac coniugatione tria nova sunt: unum, quod cum praeteritum perfectum adiecta ad imperativum vi syllaba faciat, ut adi prodi audi nutri, adivi prodivi audivi nutrivi, consuetudo brevitatis causa v litteram subtrahit et i litteram ultimam geminat, ut adii prodii audii nutrii, quae littera aeque et in plusquamperfecto subtrahitur, ut adieram prodieram audieram nutrieram; et quod plerumque coniugationis littera mutatur, ut salio [desilio non saluo] non saliere, sed saluere faciat, ut Virgilius 'saluere per utres' et 'desiluit Turnus'. item quod

---

2 potuero *M* 3 quotiens — 384, 10 adeam adibo *Charis. p.* 176, 3 — *p.* 178, 33 *Diom. p.* 346, 30 — *p.* 351, 3 6 aut u pro vocali — sinuas *om. M Sichardus* 8 est] sit *M L* 9 ut moneo uideo in hac ergo coniugatione *B L* 11 non] nec *B L* 13 aliqua] alioquin *B* alia *Sichardus* 14 custodiunt ut sedeo moneo sedi monui *M* 16 habetura secunda *M* 17 aut consonantibus *M L* 19 quod quaedam sunt uerba in forma perfecta (quae *add. al. man. B*) secundum consuetudinem *B L* quod quaedam in forma perfecta secundum consuetudinem sui *M* 21 et *om. B L* sint] sunt *B M* 23 pupugi pupunxeram (*corr.* pupungeram) expungi expungeram *L* 24 producta *B L, in marg. add. M* 26 cum *om. M* 29 abstrahit *M* 31 et quod plerumque — 33 Turnus *Diom. p.* 374, 5—12 quod] quamquam *L* 32 disilio *B L:* desilio non saluo *om. M* facit *B* 33 saluere] *Verg. georg.* II 384 disiluit *B M*: *Verg. Aen.* X 453 item est quod *L* item est quae *B*

p. 2073. 74 P.

praeteritum inperfectum diverso modo efferunt. nam ea quae e ante o habent adiecta ad imperativum bam syllaba faciunt praeteritum inperfectum, ut adeo adi adibam. ea vero quae i habent ante novissimam litteram non solum bam syllabam imperativo addunt, ut praeteritum inperfectum faciant, sed etiam ipsi syllabae e productam praeponunt, ut audio audi audiebam, nutrio nutri nutriebam; quod et ipsum veteres exemplo superioris declinationis brevitatis causa absque e littera proferebant, ut apud Virgilium legimus 'quem matris ab ubere raptum nutribant'. tertium illud novum est, quod ea quae e habent ante o ultimam futurum indicativi et in am et in bo mittunt, ut adeam adibo, sicut iam paulo ante diximus; et participii declinationem non similem exhibent. nam nominativus tantum coniugationis litteram retinet, ut transeo transiens, praetereo praeteriens, abeo abiens; ceteri vero casus litteram mutant, ut transeuntis abeuntis. ex his apparet omnia verba primae personae praesentis temporis indicativi modi, nisi defectiva sint, o littera terminari, eandemque litteram praecedi vel a vocalibus e i u, ut sedeo lanio ruo, vel a vocalibus loco consonantium positis vel a consonantibus, exceptis tamen f k q, ut labo voco cado lego traho aio inpello amo cano scalpo voro viso verto vivo nexo patrizo. evenit tamen ut in prima persona alio atque alio modo verbum finiatur, quibus modis etiam secunda persona in coniugatione respondet. dicimus enim fervo et ferveo; sed fervo tertiam coniugationem facit, ferveo secundam. item illud evenit, ut similia verba in prima persona indicativi modi dissimiles figuras pro his significationibus, quas diversae naturae verbis exhibent, in declinationibus sumant, ut est pando et sero. faciunt enim praeteritum perfectum pandi et pandavi, serui et seravi. item e contrario in prima indicativi persona verba dissimilia praeteriti temporis declinationibus similia efficiuntur, ut est luceo lugeo: faciunt enim utraque luxi. item cerno et cresco faciunt crevi, et incedo et incesso faciunt praeteritum perfectum incessi.

Restat nunc ut illud admoneamus, non omnia verba quibuslibet efferri casibus posse. sunt enim verba quae genitivum casum, sunt quae dativum, sunt quae accusativum, sunt quae ablativum, sunt quae septimum

---

8 quem] *Verg. Aen.* VII 484 9 nutriebant *corr.* nutribant *L* 11 et in participiis *M: cf. Charis. p.* 173, 7. 261, 13 13 litteratura mutantur *B* 16 sedeo lanio ruo (sedpeo inruo lanio *B*) uel a consonantibus uel uocalibus loco (locoq: *L*) consonantium positis exceptis *BL* 18 traho adiuuo aió *BL* amo scalpo cano uoro *M:* amo scolpo cano peto laxo aro euenit *L* amo scalpo cano (*corr.* cano scalpo) et reliqua euenit *B* 22 item illud] aliud *M*: *cf. Charis. p.* 256, 12 *Serg. explan. p.* 557, 11 23 indicatiui modi in prima persona *BML* 25 faciunt praeteritum *M* facit praeteritum *B* facis enim praeteritum *L* 26 pandi pandiui et seri et seraui *L* pandi pandaui seri (*corr.* serui) seri seraui *M*: *fortasse* serui sevi et seravi item] *Charis. p.* 247, 22. *Serg. explan. p.* 557, 13 32 sunt enim uerba quae genitiui sunt quae datiui casus sunt sunt accussatiui quae et septimum casum regunt *M* sunt enim quae genitiuum sunt quae datiuum sunt quae septimum regant *B* sunt enim quae genetiuum casum sunt quae datiu. cas. sunt quae septimum regant *L*

regunt. ex quibus nos exempli gratia pauca ponemus. genitivi casus verba: misereor illius, taedet laboris, pudet incepti, piget facti. dativi casus verba: mando propinquo, maledico inimicis, suadeo amicis, imputo iudicibus, parco vicinis, noceo adversariis. accusativi casus verba: accuso inimicos, invoco iudices, miseror adflictos, imitor bonos, adlevo amicos, rideo stultum. ablativi casus verba: discedo ab inimicis, discrepo ab ignaro, avertor a petulante, maledicor ab inimicis, absum ab stulto, dissentio ab inimicis. septimi casus quoque verba sunt, quae hoc distabunt ab ablativo, quod praepositiones non adduntur, ut fruor amicitiis, potior pecunia, privor potestate, careo molestia, cedo possessione, utor toga, interdico amicitiis, sacrifico victima, glorior viribus. item sunt verba quae binos casus, non singulos regunt: genitivum et accusativum, obliviscor iniuriarum, obliviscor iniurias, memini numerorum, memini numeros; genitivum et septimum casum, egeo panis, egeo pane; dativum et accusativum, inludo capto, inludo captum; accusativum et ablativum, aversor a petulante, aversor fontes.

---

4 noceo aduersis parco uicinis *M* 6 rideo stultum (ablatiui — inimicis *add. m in marg.*) accussatiui et datiui casus inludere capto inludere captum. Septimi *M* discrepo — 7 inimicis *om. B* 7 auertor epetulante *M L* auersor a petulante *Sichardus* 8 dissentio ab iniquis *L* quoque *om. M L* 9 fruor amicis *B* 11 interdico amicis *M* 14 datiuum — captum *hoc loco om. M* 15 inludere capto inludere captum *B L* accussatiui et ablatiui casus uerba haec sunt auertor epetulante auertor fontes. explicit *M* accusatiui et ablatiui auertor. ae petulante auertor fontes. explic̄ de uerbo. De pronomine *L* 16 auersor *utroque loco Sichardus* auertor *B*

Navarro v. Nordermann, Neuchâtel 1937 p.

ARS CONSENTII V. C.

DE BARBARISMIS ET METAPLASMIS

p. 1—3 B. c. 1. 2.

Barbarismi a metaplasmis distant et diversi sunt et diversas definitiones habent. | sed quia quidam modi, ex quibus eveniunt, communes sunt in ipsis, coniuncte de his dicendum est. sic enim, quo a se et in quibus distent, facilius apparebit. quod cum ita futurum sit in ipsa expositione, ad rem pertinet prius ut definitiones separatim demus et generaliter, quid distantiarum inter se habeant, demonstremus. barbarismus est, ut quidam volunt, una pars orationis vitiosa in sermone communi: haec definitio separat metaplasmum, eo quod fieri barbarismum dicit in communi sermone, quoniam, si in poemate pars orationis vitiosa sit, metaplasmum dicunt. item barbarismus est, ut quidam definiunt, dictio vitiosa enuntiatione: hoc ideo habet reprehensionem, quoniam haec definitio ad tempora et accentus tantum pertinet, id est prosodias. item barbarismus *est* dictio aliqua parte sui vitiosa: hoc ad detractionem et adiectionem et transmutationem et immutationem litterarum syllabarum accentuum temporum aspirationumque pertinet, quod exemplis mox prolatis apparebit. sed priusquam de metaplasmo subiungamus, ammonere debemus aliud esse barbarismum, aliud esse barbarolexin. barbarismus enim secundum definitiones superiores vel accentibus vel litteris vel syllabis vel temporibus vel aspirationibus peccat, sicut mox palam fiet; barbaros autem lexis uno modo tantum intellegitur, cum ex aliena lingua in nostrum usum aliqua pars orationis inducitur, ut cum dicimus cateias utique hastas Gallorum, mastrucam vestimentum Sardorum, magalia Afrorum casas, acinaces gladios Medorum. nunc metaplasmi definitionem ponemus: metaplasmus est una pars orationis figurata contra consuetudinem vel ornatus alicuius causa vel metri necessitate cogente. hic meta-

1 Incipit ars consentii. v. c. de barbaris et metaplasmis *M* 4 conueniunt *M* proueniunt *Buttmannus* 8 habent *M* 10 eo quod firmum dix̄ in communi sermone *M* 13 hoc ideo nuntiationem habet in reprehensione quō difinitio (*adscripto in marg.* h̄) *M* 15 est *om. M* 18 admonere debemus lectorem *Clemens* 19 barbaralexin *M* 21 fiet *Clemens* fiat *M* 23 aliqua pars *Clemens* pars aliqua *M* cateias utique astas *Clemens* catheas hastas utique *M* 26 ponimus *M*

c. 3—4. p. 3—5 B.

plasmus, quantum ego sentio, etsi non forte omnibus, plerumque tamen isdem modis evenit, quibus et barbarismus. nam ut omittamus diversitates superiorum definitionum, tam barbarismi quam metaplasmi primam hanc definitionem habent, quod fiunt vel enuntiatione vel scripto. peccamus enim aut male enuntiando, id est vitiose loquendo, aut male scribendo, id est corrupte et oblique litterarum seriem conectendo. his duobus modis quaternae species subiunguntur. nam aut adiectione aut detractione aut immutatione aut transmutatione a iusta et debita sermonis regula recedimus. per haec quattuor, quae ad barbarismum pertinent, indubitanter quina | decurrunt. nam adiectio detractio immutatio transmutatio vel in littera fit vel in syllaba vel in tempore vel in accentu vel in aspiratione.

Nunc oportunum et tempestivum *est* ut, quae sit inter barbarismum et metaplasmum distantia, praeloquamur, priusquam de singulis exempla accommodemus. tunc enim facilius ipsa exempla ad sensus nostros suaviter penetrabunt, si vis distantiae prius fuerit intimata. ergo inter barbarismum et metaplasmum hoc interest, quod barbarismus in communi sermone, metaplasmus in poemate est; item quod barbarismus citra auctoritatem lectionis imperite nunc in quibusdam locis praesumitur, metaplasmus autem ille est, qui ex veterum scriptorum auctoritate *vel* praeiudicatae consuetudinis ratione profertur; item quod metaplasmus vel ob similitudinem lectionis aut veteris consuetudinis a doctis fit scienter, barbarismus vero ab imprudentibus nulla aut veterum aut consuetudinis auctoritate perspecta assumitur. item inter barbarismum et metaplasmum hoc interest, quod adiectiones illae detractionesve ceteraque quae diximus in litteris syllabisve ac deinceps ceteris sub uno nomine barbarismi peccant; in metaplasmo vero alia atque alia nomina pro qualitatibus locisque suscipiunt, sicut mox apparebit.

Nunc exempla de metaplasmo prius dabimus. etenim confirmatis his et manifestatis, quae ratione et auctoritatibus | constant, illa quae in barbarismum temere delabuntur apertius apparebunt. adiectione litterae vel syllabae per tria loca, sicut diximus, tres metaplasmi fiunt, prothesis epenthesis paragoge. prothesis est litterae, ubi ad caput una littera additur, ut 'cum sociis gnatoque penatibus': dixit enim gnato, cum dicere debuit nato. hoc qui velit in alia parte orationis facere citra auctoritatem, ut si dicat coperit pro operit, faciet barbarismum. item prothesis est syllabae

tetulit senilis hostis ad caelum manus:

---

2 peruenit *M* prouenit *Buttmannus* 3 primam hanc definitionem communem habent *Buttmannus* propriam hanc definitionem habent *Heinrichius apud Buttmannum* 6 connectando *M* 13 est *om. M* sit] fit *M* 20 uetere *M* vel *om. M* 30 in barbarismo *M* 34 cum sociis] *Verg. Aen.* III 12 38 tetulit senilis Poeas ad caelum manus *Pompeius p.* 296, 3 senilis] senius *M* saeuus *edidit Buttmannus*

dixit enim tetulit pro eo quod est tulit. epenthesis est [sive sincrisis] adiectio litterae syllabaeve ad mediam dictionem: litterae, ut 'relliquias Danaum' pro reliquias; syllabae, ut Ennius dicit plerumque induperatorem pro imperatore, et ut est 'Mavortis in antro' pro Martis et 'nos abiisse rati' pro abisse. paragoge est, quae eadem paralempsis dicitur, adiectio litterae syllabaeve ad finem dictionis: | litterae, ut magis pro mage; syllabae, ut 'admittier orant' pro admitti et potestur pro potest. his supra dictis metaplasmis, qui ex adiectione nascuntur litterae syllabaeve, tres alii contrarii sunt, qui ex detractione nascuntur, aphaeresis syncope apocope. aphaeresis est, ubi prima sermo sui parte, littera syllabave, multatus est: littera, ut ait Terentius 'mitte ista atque ad rem redi', cum debuit dicere omitte; syllaba, ut Virgilius 'temnere divos' pro contemnere. syncope est, cum mediae parti orationis littera syllabave subtrahitur: littera, ut cum dicimus audacter pro audaciter, nomeclator pro nomenclator, Mnestheus pro Menestheus et 'manet alta mente repostum iudicium' pro repositum; syllaba, ut cum dicimus

apparent rari nantes in gurgite vasto

pro natantes, et Terentius commorat pro commoverat. in quo tantum valet auctoritas, et siquis voluerit | dicere morat pro moverat, barbarismum faciet. apocope est * litterae, ut Achilli pro Achillis genitivo, et magi pro magis; syllabae, ut 'endo suam do' pro domum. hi sunt metaplasmi, quorum specialia nomina adiectione vel detractione litterae syllabaeve consistunt pro locorum condicionibus his distributa.

Nunc de his metaplasmis loquamur, qui nullam varietatem nominum pro locorum condicionibus sortiuntur, sed, ubicumque locorum transformata fuerit qualitas dictionis, eodem nomine censentur. ex his duo primi sunt metaplasmi, unus qui temporis adiectione, alius qui detractione consistit. dicuntur autem ectasis et systole. ectasis est, | cum correpta syllaba poeta sic auctoritate sua utitur, tamquam sit temporis longioris,

---

1 syncrisin *a quibusdam nominatam esse synalipham testantur Diomedes p.* 442, 18 *Donatus p.* 396, 26 *et ipse Consentius infra p.* 389, 32 synaeresin *de episynaliphe habet Claudius Sacerdos p.* 30 *ed. Vind.* epenthesin *autem ab aliis dictam esse* parenthesin *ait Donatus p.* 396, 4 2 relliquias] *Verg. Aen.* I 30 4 Mavortis] *Verg. Aen.* VIII 630 5 nos] *Verg. Aen.* II 25 pro abiisse *M* paralēsis *M* prosparalepsis *Donatus p.* 396, 7 *Charisius p.* 278, 13 *Diomedes p.* 441, 11 7 pro mage *Donatus p.* 396, 7 pro magi *M* admittier] *Verg. Aen.* VIIII 231 10 apharesis sinagope apagope afaresis *M* 11 litterae ut ait *M* mitte] *Terent. Adelph.* II 1, 31 12 syllabae ut uirgilius *M*: *Verg. Aen.* VI 620 13 sinagope *M* 15 nomeclator] *'admodum vereor ne perperam noster in schola olim subnotarit praeceptoris dictata docentis* nomenclator *dici pro eo quod plenius esset* nomenculator' *Buttmannus: cf. Charis. p.* 106, 20 mnestius pro menestiu *M* 16 manet] *Verg. Aen.* I 26 pro reposito syllabae *M* 18 apparent] *Verg. Aen.* I 118 19 commorat] *Terent. Phorm.* I 2, 51 20 ut — faciat *Buttmannus* 21 apagope *M. lacunam qua definitio apocopes excidit indicavi* 22 ut endo] tetendit *M: Enn. annal.* 563 *ed. Vahl.* 24 his] hic *Buttmannus* 27 fuerint *M* censetur *M* 29 iactasis *utroque loco M* 30 longioris] syll' *in marg. add. M*

ut est 'Italiam fato profugus' et 'conubia nostra repulit', cum i et u aperte breves sint, ut alibi

antiqua e cedro Italus paterque Sabinus

et

conubio iungam stabili propriamque dicabo.

et ipsius metaplasmi est 'exercet Diana choros': nam brevis est i, ut 'telis moriere Dianae'. systole contrarius est superiori metaplasmus, cum poeta longiorem syllabam metri necessitate castiget, ut est 'aquosus Orion', cum prima Orionis syllaba utique longa sit, ut alibi et 'circumspicit Oriona'. tale est et 'unius ob noxam'.

Post hos duo metaplasmi veniunt diversa sibi qualitate contrarii, quibus hoc commune est, ut non nisi in diphthongis inveniantur. horum unus est diaeresis, alius episynaliphe appellatur. diaeresis est, cum una syllaba in duas dividitur, ut Virgilius 'aquai fumidus' pro aquae, et 'pictai ve|stis' pro pictae; Lucretius 'Triviai virginis aram' pro Triviae. quodsi quis audeat Phoëbum dicere, veluti si versum eludat 'dixisse Phoebum', utique barbarismum faciet, quia auctoritate deficit. episynaliphe est conglutinatio duarum *syllabarum* in unam facta, ut cum dicitur Phaethon pro Phaëthon et Marcipor pro puer, Orpheus pro Orphĕus. nam cum sit Orpheus in tribus syllabis, tamen metri causa disyllabum est,

illa, quis et me, inquit, miseram et te perdidit, Orpheu

et 'sit Tityrus Orpheus' et 'Orphei Caliopea' pro Orpheï; item Protei pro Proteï, 'Protei Menelaus ad usque columnas'. et Idomenei simili modo: nam cum dixerit 'Idomenea ducem', alibi dixit 'versosque penates Idomenei'. simile est et Thyias: nam ut scandi possit versus et stare, ex duabus syllabis unam fieri necesse est, ut 'Thyias ubi audito'. item si aliquis dicat neutrum disyllabum, quod trisyllabum enuntiamus, barbarismum faciet. |

Post hos sunt metaplasmi duo, quos partim iam poetae factos in scriptura ipsi relinquunt, partim faciendos nobis tradunt, synaliphe et ecthlipsis. synaliphe est vel syncrisis, cum per collisionem concurren-

---

1 italiam] *Verg. Aen.* I 2 connubia tribus nostra *edidit Buttmannus:* tribus *superscriptum habet M: Verg. Aen.* IIII 213 3 antiquae cedro *M: Verg. Aen.* VII 178 5 connbio] *Verg. Aen.* I 73 6 exercet] *Verg. Aen.* I 499 7 telis] *Verg. Aen.* XI 857 8 aqnosus] *Verg. Aen.* IIII 52 9 Orionis] orion *M* ut alibi est *Buttmannus. fortasse aliud exemplum productae syllabae, Verg. Aen.* VII 719, *excidit* 10 circumspicit] *Verg. Aen.* III 517 unius ob culpam *edidit Buttmannus: Verg. Aen.* I 41 13 diarisis *M utroque loco* 14 aquai] *Verg. Aen.* VII 464 15 pictai] *Verg. Aen.* VIIII 26 Lucretius] I 84 16 pho, ebo *M* 17 defecit *M* 18 syllabarum *om. M* ut cum diceret (uirg *add. in marg.*) foeton pro fo.eton *M: cf. Donat. p.* 396, 21 *Pompei. p.* 298, 7 19 Marci por pro puer *Buttmannus* marci porro puer *M* 22 illa] *Verg. georg.* IIII 494 23 sit] *Verg. bucol.* 8, 55 Orphei] *Verg. bucol.* 4, 57 caleopea *M* item prothei pro prothe i .menelaus *M: Verg. Aen.* XI 262 25 Idomenea] *Verg. Aen.* III 122 26 uersosque] *Verg. Aen.* XI 264 thias *M* 28 thias *M: Verg. Aen.* IIII 302 disyllabo *M* 29 nuntiamus *M* 30 post hos *Buttmannus* post haec *M* 32 ecthlipsis] iactlimsis *M, non* iactlinisis, *ut edidit Buttmannus*

tium vocalium subtrahendi ex his aliquam praebeatur occasio. hoc, sicut dixi, ipse poeta nobis ita iam scriptum reliquit aut nobis subtrahendum tradidit: scriptum reliquit, ut est illud, 'nec non aurumque animusque Latinost'; nobis subtrahendum permittit, ut est illud,

atque ea diversa penitus dum parte geruntur.

hoc, ut ait vir doctus Celsus, commode fit, | ubi eadem littera tollitur, quae exprimitur, quale est 'multa quoque et bello passus'; incommodius, ubi alia tollitur: tale est 'Karthago Italiam': pessime, ubi ei quae tollitur accedit consonans, quale est 'multum ille et terris iactatus et alto'. haec tamen observatio, sicut ipse affirmat, in nostram linguam cadit, non etiam in Graecorum. ecthlipsis est, cum non sola vocalis eximitur, sed necesse est ut eam consonans sequatur, quale quod diximus, 'multum ille et terris'. hi duo metaplasmi maxime pertinent ad scandendi rationem, de quibus separatim paulo post dicemus, quoniam longiorum quorundam indigent praeceptorum. nunc duo metaplasmi restant, antithesis et metathesis. antithesis est, cum pro littera alia littera ponitur, ut mutatio fiat, numerus autem syllabarum non desit, ut cum dicimus olli pro illi. metathesis est, cum quae fuerat in litteris ab alio in alium locum littera transfertur, ut cum dicimus Timbre pro Timber et Euandre pro Euander.

Ex his apparet per accentus et aspirationem metaplasmum non fieri. haec enim fere duo specialiter barbarismo remanent; nisi forte quis pone metaplasmum per transmutationem accentus esse dicat. sed mihi non ita videtur. nam si mutatio ista accentus verbi significationem non mutaret, utique metaplasmum diceremus. cum vero transmutatio accentus significationem quoque verbi mutat, non in eo est ratio, ut verbum contra consuetudinem enuntiatum videatur, sed in eo ratio est, ut ideo aliter enuntiatum sit, quoniam significatio non eadem sequebatur.

Multi inter metaplasmos reponunt speciem, quam dicunt tmesin, eamque bifariam dividunt sic. dicunt enim unam partem eius esse, cum de una parte orationis duae fiunt partes, ut est 'non ulla laborum, o virgo, nova mi facies'. posuit enim duas partes, id est non et ulla, pro una, quae est nulla. aliam partem eius esse dicunt, cum uni parti orationis immittitur pars orationis alia, quae ita in medio est, ut illas duas partes, quibus circumcincta est, necesse sit sensu atque auditione coniungi, quale est 'septem subiecta trioni' pro septemtrioni

1 aliqua *M* 2 aut a nobis subtrahendi *M* 3 nec non] *Verg. Aen.* XII 23 5 atque] *Verg. Aen.* VIIII 1 6 cellsus *M* fit *Cramerus* fuit *M* 7 multa] *Verg. Aen.* I 5 passus *M* 8 Karthago] *Verg. Aen.* I 13 9 accedit *Cramerus* accidit *M* multum ille eterris *M*: *Verg. Aen.* I 3 11 iectlimsis est *M* 13 multum ille eterris *M* 18 *fortasse* cum mutato ordine qui fuerat in litteris 29 temesin *M* 31 *post* ut est *al. man. superscriptum est* et *M*: *Verg. Aen.* VI 103 32 mi] mī *M* 33 partem esse dicunt eius cum *M* 36 septem] *Verg. georg.* III 381

c. 9. 10. p. 12—14 B.

et 'conque tubernalem' pro contubernalem, quo Lucilius in metro crebro utitur. sed ego arbitror ideo plerosque hoc inter metaplasmos non recepisse, quia non de una orationis parte haec consideratio putetur. nam duas partes esse dicunt non et ulla, item tres partes esse subiecta et septem et trioni. sed qui metaplasmum putant, dicunt unius partis consideratione aliter enuntiatae metaplasmum factum. nam videre dicunt se unam partem orationis, id est nulla, aliter enuntiatam; item septemtrionem compositam esse illam quidem, tamen partem unam aliter enuntiatam; similiter et contubernalem.

Ad haec omnia quae supra diximus haec ammonenda habeo, quod plerumque sic littera subtrahitur per metaplasmum aut adicitur, ut non solum in eo littera, sed et syllaba sit, veluti est omitte. nam o et littera et syllaba est, atque aliter se hoc habet, quam cum dicimus gnatum pro nato. item illud est, quod sic plerumque littera subtrahitur, ut per id et syllabarum damnum fiat, ut est repostum. nam licet solum subtractum sit i, atque non ut syllaba, sed ut littera, tamen remanente illic s littera, quae in complexu syllabae erat, trisyllaba pars orationis facta est, quae erat quattuor syllabarum. item plerumque dictiones sunt, de quibus contendi potest inter metaplasmos esse, cum non sint, ut cum dicit aliquis honos arbos, videtur ultimam litteram mutavisse. sed hoc non est metaplasmus, quia et honos et arbos et honor et arbor secundum latinitatis regulam rectus sermo est. simile est et, cum dicit quis lapidicinas et lapicidinas: in utroque enim metaplasmus non est per transmutationem, quoniam utrumque certa etymologia recte et latine dicitur.

| Nunc iam quibus modis barbarismus *fiat*, tempestivius proferemus. in quo equidem non imitabor eos scriptores, qui exempla huius modi vitiorum de auctoritate lectionum dare voluerunt; quo ea vitiorum facta est confusio, ut paene iam nemo intellegat, quid barbarismus sit, quid metaplasmus. nam plerumque alii atque alii, interdum iidem ipsi, et metaplasmum et barbarismum *dicentes* eiusdem lectionis utuntur exemplis, eoque cuncta confundunt. nos exempla huius modi dabimus, quae in usu cotidie loquentium animadvertere possumus, si paulo ea curiosius audiamus. diximus per adiectionem litterae syllabae temporis accentus aspirationis fieri barbarismum. per adiectionem litterae sic fit, ut siquis dicat

---

1 Lucilius *Cramerus et Hertzius ephem. antiq.* (*Ztschr. f. Alterthumsw.*) *a.* 1845 *p.* 398 lucius *M* 11 adiecitur *M* 16 *fortasse* utique non syllaba sed littera l°o o remanente — erat, tamen trisyllaba 22 simile est ut cum *M* lapidicinas et lapicidinas *M* 25 barbarismus tempestius proferimus *adscripto in marg.* oportunius uel serenius *M:* barbarismus temperetur *edidit Buttmannus* 26 emitabor *M* 27 quo eorum uitium factum est ut confusse pene *M* quo eorum vitio facta est confusio *Cramerus:* qui eorum uitium factum est ut confuse pene iam nemo intelligat quod barbarismus fit quod metaplasmus *Clemens* 30 barbarismum hisdem *Clemens* barbarismum eiusdem *M:* et metaplasmum et barbarismum eiusdem lectionis tuentur exemplis *Buttmannus* 32 possumus si paulo ea curiosus audiamus *Clemens* possimus si paulo curiosius audiamus ea *M*

coperit pro operit, gruit pro ruit, tottum pro toto, cottidie pro cotidie, quandius pro quandiu; syllabae, ut si dicas tutrusit pro trusit; temporis, ut quidam dicunt piper producta priore syllaba, cum sit brevis, quod vitium Afrorum familiare est; accentus, ut *si*quis dicens triginta priorem syllabam acuat et sequentem graviter enuntiet, qui modus et per immutationem fieri videtur; aspirationis, ut siquis homen scribens adiciat primae syllabae aspirationem. per detractionem fiunt barbarismi sic: litterae, ut siquis | dicat vilam pro villam, mile pro mille, aut socerum volens dicere dicat socrum meum, in quo erit et soloecismus, quia contra regulam est eiusdem nominis; syllabae, ut salmentum pro salsamentum; temporis, ut siquis dicat orator correpta priore syllaba, quod ipsum vitium Afrorum speciale est; accentus, ut si*quis* oratorem *dicens* priorem syllabam circumflexo accentu pronuntiet; aspirationis, ut siquis onorem dicens citra aspirationem priorem syllabam proferat. per immutationem fiunt barbarismi sic: litterae, ut siquis dicat bobis pro vobis, peres pro pedes, stetim pro statim, quod vitium plebem Romanam quadam deliciosa novitatis affectione corrumpit; syllabae, ut siquis dicat tarterum pro tartarum; temporis, ut siquis pices dicens priorem extendat; accentus, ut siquis oratorem dicens primam acuat; aspirationis, ut siquis Traciam dicens primam subtiliter ecferat, aut Chartaginem dicens primam enuntiet cum aspiratione, aut si dicat pro Ebro Hebrum, ut aspirationem addat priori syllabae: sed hic modus erit et per adiectionem. per transmutationem sic fiunt barbarismi: litterae, ut siquis dicat perlum pro | praelum, reilquum pro reliquum, interpertor pro interpretor, coacla pro cloaca; syllabae, ut displicina pro disciplina; temporis, ut siquis dicens pices producta priore et correpta sequenti pronuntiet; accentus, ut siquis oratorem pronuntians primam syllabam circumflectat; aspirationis, ut siquis Thraciam perversa aspiratione proferat et dicat Trachiam. hi sunt fere modi barbarismorum, ex quibus apparet et aspiratione et accentu non ita frequenter fieri metaplasmos, et vicissim aliquos modos de metaplasmis non positos a scriptoribus, ut barbarismi similiter fieri posse videantur, veluti est diaeresis et episynaliphe. sed hos modos et ceteros, quibus metaplasmi fiunt, si velimus animadvertere per vitia non solum specialia hominum, sed generalia quarundam nationum, animadvertemus etiam hos modos in barbarismis esse, quos scriptores praetermiserunt. nam ecce nonne videtur per diaeresin facere barbarismum, qui, ut dicat solvit, quod *est* disyllabum, dicit soluït? et rursum nonne videtur per episyna-

4 ut qui dicens *M* 5 enuntiat *M* 6 adieciat *M* 7 barbarismi litterae sic ut *M* 12 ut si oratorem priorem *M* 17 tarderum *coniecit Buttmannus* 18 ut siquis dicat pices dicens *M* 20 enuntiat *M* 23 ut leriquias si per l litteram pronuntiemus, cum debeat per r prima syllaba dici, reliquiae *Diomedes p.* 452, 30 25 dicens] dicat *M* 30 aliquos] alios *Clemens* 32 diarisis *M* modos *om. M*, *add. Clemens* 34 animadvertemus *Buttmannus* animaduertimus *M* 36 diarisin *M* 37 est *om. M* per episinaliphe *M*

c. 10. 11. p. 16—19 B.

liphen barbarismum facere, qui, ut dicat uvam passam, dicit uam passam, et ut dicat in|duruit, quod est tetrasyllabum, dicit indurvit, quod *est* trisyllabum?

Haec fere sunt, quae in ipsa prolatione *in* barbarismum incurrunt. sed sunt et alii modi, quos quidam praeceptores barbarismos nominant, de quibus quid sentiamus, breviter explicabimus. ac primum illud dicunt, structuras contra rationem temporum factas barbarismi vitio censendas. quod cum alii negant, aiunt structurae vitium in ipso titulo peccare, non in barbarismi crimen esse redigendum. nos quid sentiamus, explicabimus. qui structuram congruam non facit, cum facere se structuram putat, temporis illic praecipue ratione peccat, interdum ut numero syllabarum non peccet, interdum ut numero syllabarum peccet, idque bifariam facit sic, ut vel addat vel detrahat. iam utique si addit aut detrahit tempus, quod non congrua ratione prolatum est in barbarismi nomen incidat necesse est. unum ad hanc rem probandam duove exempla sufficiunt. vult struere aliquis ex trochaeo et molosso, ut si dicat 'copiam esse doctorum', structuram optimam facit. quodsi dicat hanc structuram se facere existimans 'copiam esse ciborum', barbarismum fecerit: subtrahit enim tempus de molosso in prima syllaba et, dum structurae velit satisfacere, producit primam syllabam, ut dicat cīborum, cum ci brevis sit. adiectione ergo tempo|ris in pronuntiando facit barbarismum. item e contrario putat se nescio quis facere structuram ex trochaeo et ione apelassonos, qualis structura esse videtur illi 'esse merebatur': hic addit secundae syllabae posterioris verbi tempus unum et eam pro brevi longam posuit, quam in pronuntiatione ad similitudinem illius verae structurae redigens corripuit, et facit fraudem sermoni per detractionem temporis, atque ideo barbarismus est. vel qualis est 'Verres nummos acceperat', cum optima esset, si posuisset ex trochaeo et ione maiore 'Verres nummos acceperat'. sed de hoc genere vitando longum est nunc disputare, cum sit mihi destinatus proprius titulus de structurarum ratione, ubi cum plene exsecuti fuerimus, quibus modis bonae structurae fiant, et quibus modis vitiosae, eodem ipso titulo doceri poterunt qui hoc genus barbarismi vitare voluerint, qua ratione rectas structuras sequendo nihil in temporibus barbarismi ponant. | secundo illud dicunt, mytacismos et labdacismos et iotacismos ad barbarismi speciem pertinere. hoc ego, quod ad certas litteras huius modi *vitium* reddere voluerunt, non satis probo. nam sunt et aliae quaedam litterae, quae pro natura

---

1 uvam] u, u, am *M* uam] uuam *M* 3 est *om. M* 4 in *posteriore loco om. M* 8 peccare cum non *M:* peccare, cum non in barbarismi crimen esset redigendum *edidit Buttmannus* 13 sic] sibi *M* 15 incidat *Cramerus* incedat *M* 18 fecerit *Heinrichius apud Buttmannum* fecerat *M* 19 dum structura *M* 22 ione appellasono *M* 23 illi] dicit ille *M* 26 sermonis *M* 27 acciperet *priore loco Cramerus. fortasse* Verres nummos acceperat *et postea* nummos Verrēs acceperat 28 optima est *M* 34 ponent *M* 35 moetacismos et lautascismos *M* 36 vitium *om. M*

p. 19—21 B. c. 11. 12.

sua similibus vitiis materiam praestant. ergo fient barbarismi huius modi, cum aut pinguius aliquid aut exilius sonabit, quam ratio Romani sermonis exposcit, non in solis istis tribus litteris, sed et in aliis quibusdam [est]. quare hinc quoque pauca dicemus.

Mytacismum dicunt, cum in dictione aliquid sic incuriose ponitur vocali sequente m litteram, ut, an ad priorem pertineat an ad sequentem, incertum sit, sicut plerumque passim loquuntur 'dixeram illis', 'speciem aceti', 'faciem Aiacis'. huius vitii remedium est primum, ut, quoties sic sonat, pars orationis aliqua interponatur non a vocali incipiens, ut si haec ipsa emendare velimus, 'dixeram tunc illis', 'speciem boni aceti', 'faciem furentis Aiacis'. iotacismum dicunt vitium quod per i litteram vel pinguius vel exilius prolatam fit. Galli pinguius hanc utuntur, ut cum dicunt ite, non expresse ipsam proferentes, sed inter e et i pinguiorem sonum nescio quem ponentes. Graeci exilius hanc proferunt, adeo | expressioni eius tenui studentes, ut, si dicant ius, aliquantulum de priori littera sic proferant, ut videas disyllabum esse factum. Romanae linguae in hoc erit moderatio, ut exilis eius sonus sit, ubi ab ea verbum incipit, ut ite, aut pinguior, ubi in ea desinit verbum, ut habui tenui; medium quendam sonum inter e et i habet, ubi in medio sermone est, ut hominem. mihi tamen videtur, quando producta est, plenior vel acutior esse; quando autem brevis est, medium sonum exhibere debet, sicut eadem exempla, quae posita sunt, possunt declarare. labdacismum vitium in eo esse dicunt, quod eadem littera vel subtilius *a* quibusdam vel pinguius ecfertur. et re vera alterutrum vitium quibusdam gentibus est. nam ecce Graeci subtiliter hunc sonum efferunt. ubi enim dicunt 'ille mihi dixit', sic sonant duae ll primae syllabae, quasi per unum l sermo ipse consistat. contra alii sic pronuntiant 'ille meum comitatus est iter' et 'illum ego per flammas eripui', ut aliquid illic soni etiam consonantis ammiscere videantur, quod pinguissimae prolationis est. Romana lingua emendationem habet in hoc quoque distinctione. nam alicubi pinguius, alicubi debet exilius proferri; pinguius, cum vel b sequitur, ut *in* albo, vel c, *ut* in pulchro, vel f, ut in adelfis, vel g, ut in alga, vel m, ut | in pulmone, vel p, ut in scalpro; exilius autem proferenda est, ubicumque ab ea verbum incipit, ut in lepore lana lupo, vel ubi in eodem verbo et prior syllaba in hac finitur, et sequens ab ea incipit, ut ille et Allia.

cf Sommer p. 62,1

---

1 ergo fiunt — sonuit *Clemens*: ergo fient barbarismi huiusmodi non in solis — quibusdam, cum aut — exposcit. quare *Heinrichius apud Buttmannum* 8 aceti] acieti *M* 10 aceti] acieti *M* 11 furientis *M* 12 prolatum sit *M* 13 referentes *M* 16 proferunt ut uides *M* 18 aut pingior *M* 22 lautacismum *M* 23 a *om. M* 25 ubi] ut *M* 27 pronuntiant ut ille *M* 28 aliquid i litterae soni etiam consonanti *Buttmannus. eius tamen pronuntiationis non mentionem fecerunt grammatici qui de lambdacismo scripserunt* consonanti *M* 29 romanae linguae emendationem habent in hac *M:* Romani *Cramerus* 31 ut albo uel c in pulchro *M* 32 algam *M* 33 in scalpe *adscripto in marg.* scalps *M*

c. 13. 14. p. 21—23 B.

Haec sunt exempla de his tribus litteris, quas quasi praecipuas praeceptores notaverunt. sed et *in* aliis litteris sunt generalia quaedam quarundam vitia nationum. ecce in littera t aliqui ita pingue nescio quid sonant, ut, *cum* dicunt etiam, nihil de media syllaba infringant. Graeci contra, ubi non debent infringere, de sono eius litterae infringunt, ut, cum dicunt optimus, mediam syllabam ita sonent, quasi post t z graecum ammisceant. item litteram c quidam in quibusdam dictionibus non latine ecferunt, sed ita crasse, ut non discernas, quid dicant: ut puta si *quis* dicat 'sic ludit', ita hoc loquitur, ut putes eum in secunda parte orationis cludere dixisse, non ludere; et item si contra dicat illud, contrarium putabis. alii contra ita subtiliter hoc ecferunt, ut, cum duo c habeant, desinentis prioris partis orationis et incipientis alterius, sic loquantur, quasi uno c utrumque explicent, ut dicunt multi 'sic custodit'. | item s litteram Graeci exiliter ecferunt adeo, ut, cum dicunt iussit, per unum s dicere existimes. v quoque litteram aliqui pinguius ecferunt, ut, cum dicunt veni, putes trisyllabum incipere. haec in his litteris annotata sunt. fortasse sint etiam alia generalia quarundam nationum *vitia*, quae observare et animadvertere debent qui suae linguae puritatem volunt custodire diligenter, ut evitare ipsi possint. tendunt longius plerique scriptores vitium barbarismi. nam quidquid in habitu, quidquid in gestu, quidquid in motu, etiam quidquid citiore vel tardiore incessu quis peccat, ut id ab elegantia eruditi hominis distare videatur, barbarismum dicunt. quam ob rem ita censeri non inutile est, ut sciant se non mediocri vitio laborare, qui civilem scientiam professi in his quoque mutis et tacitis rebus *in* vitium aliquod contra rationem decoris incurrunt. quo magis sequenda sunt haec praecepta, quae a rhetoribus de gestu et actione traduntur.

Inter barbarismum et soloecismum quaedam illic distantia a scriptoribus posita est, quod barbarismus una orationis parte, soloecismus pluribus constat. sed hoc altius intellegere necesse est. nam ille qui dicit no|minativo casu fontis, cum debuerit fons dicere, una orationis parte peccavit, nec tamen barbarismum recte dicemus hunc fecisse: sic enim peccavit, quo modo si fontem feminino genere dixisset. ergo cum contra regulam generis vel casus vel numeri prolatum quid fuerit, quia illic non solum ipsum spectatur, quod prolatum est, nec per se tantum penditur, sed accidentium regula discutitur, neque ex adiectionibus aut de-

---

1 in *om. M*: item dicit in aliis litteris sunt genitalia quaedam quorumdam uitia hominum ecce ut in tali uerbo ita pingue nescio quid sonant ut cum dicit etiam nihil de media syllaba infringat *Clemens* 2 genitalia *M* 3 ecce ut in tali uerbo ita pingue nescio quid sonat ut dicunt *M* ecce ut in t tale verbum i pingue nescio quid sonat, ut cum dicunt *Cramerus*: *cf. Pompei. p.* 286, 7 6 optumus *M* obtimus *Clemens* sonant *M* ammiscant *M* 8 quid dicunt *M* si dicat *M* 15 estimes *M* 16 annotata sint *Cramerus* 17 genitalia quarundam nationum qui suae — possint quae obseruare et animaduertere debent tendunt *M* 21 quis peccat *Clemens:* quis *om. M* 24 mutis] uitiis *M* 25 in *om. M* 27 actione *Cramerus* dictione *M* 35 pendit *M*

tractionibus vitium fit, soloecismus plurium rerum contemplatione dicetur. ubi vero adiectiones detractionesve et cetera quae in singulis fiunt partibus imperite facta sunt, ibi barbarismus est; ubi perite cum auctoritate, ibi metaplasmus est. de illo quaeritur, utrum, si ea quae semper pluralia sunt singulariter proferuntur, veluti siquis dicat scopam scalam sordem quadrigam, aut item siquis dicat luces paces, soloecismum an barbarismum faciat. est enim hoc dissimile ab eo exemplo quod superius positum est. nam qui dicit nominativo casu hic fontis, hic dentis, ipsum nomen fontis et dentis tale profert, ut sine casus consideratione dici posse videatur: nam in genitivo rectum est fontis et dentis dixisse. hic autem, quod prorsus dici melius per latinitatem non potest singulariter aut pluraliter, nullo errore alterius intellectus accipi potest. itaque dicunt, quia non secutura casuum dispectione statim repudietur, cum | quis dicat quadrigam aut luces, barbarismum eum fecisse per immutationem ultimae litterae vel syllabae. sed hoc non probabili ratione profertur. nam cum huius modi barbarismorum vitium divisum sit inter barbarismum et barbarolexin ea ratione, ut barbarismus illud dicatur, quod cognitum in latina lingua prolatione tantum peccat, barbarolexis illud, quod *ex* alterius gentis lingua arcessitur, hoc ad neutrum referri potest. nam barbarolexis non est, quia non alienae gentis vocabulum est; barbarismus non est, quoniam non dici potest melius latine in ipso numero. remanet ergo ut soloecismus sit disputatione regularum, quoniam quidem prolatio talis peccat in numeris. ex quo iam apparet etiam illud in disputationem venire, utrum dictio una possit et barbarismum habere et soloecismum. hoc sic animadvertamus: qui dicit ossua, barbarismum facit per adiectionem litterae; item qui dicit strenuas, barbarismum facit per adiectionem eiusdem litterae: debuit enim dicere ossa et strenas. porro qui dicit strenuam, dicitur et barbarismum facere et soloecismum per artis regulas, quod strenae singulari numero non dicuntur. et ad hoc talem rationem adferunt scriptores, capaces esse per naturam singulas partes orationis, ut vitia multiplicata suscipiant. nam barbarismum non uno modo in una dictione posse fieri, ut siquis hoc ipsum quod diximus, ossua, producta priore syllaba pronuntiat. erit enim barbarismus per adiectionem temporis in prima syllaba et per adiectionem litterae in secunda syllaba. item apse: nam a quod erat ultimum transmutamus

---

1 fit *Buttmannus* sit *M* 2 fiunt] sunt *M* 3 factae ibi *M* 8 ipsud *M* 13 casuum *Buttmannus* casum *M* 14 eum *Cramerus* enim *M* 17 barbaralexin *M* ea ratio est ut *Clemens* 18 barbaralexis illud quod alterius *Clemens* barbarolexis illud est quod alterius *M* 19 referri *Clemens* adferri *M* 20 barbaralexis *M* 21 quoniam non dici potest melius latine ipso numero. remanet ergo ut sit soloecismus disputatione regularum habet quidem prolatio talis quod peccet in numeris *Clemens* 25 sic] si *M* 28 strenuam] strenam *corr. al. man.* strenuam *M* dicantur *M* 31 orationum *M* barbarismus *M* 32 ipsud *M* 35 apse *pro* eapse *scriptum propter definitionem barbarismi quae sequitur errori grammatici tribuendum videtur*

c. 14. p. 25. 26 B.

et e in postremum conicimus pro i, quod fuerat primum (licet *παρέλκων* sit haec dictio, ut est adesdum, quod genus metaplasmus non est, sed magis tropus). quod etiam in metaplasmis evenire deprehendit qui diligentius animadvertit, ut cum dicimus Iachum pro Bacho: et mutavimus litteram, quod est antithesis; nam pro b posuimus i: et unam syllabam in duas divisimus; nam de bach *fecimus* iach, quod est diaeresis. aliud quiddam est, [ut] cum dicimus Mavortis. nam et immittimus duas litteras vo, quod est epenthesis, et separatam consonantem alteri syllabae coniungimus, cum facimus vor; quod nescio an diaeresis dici possit: non enim per se tantum duas syllabas facit. item duos metaplasmos habes, cum dicimus satias pro satietas. nam et mediae dictioni *duae* litterae subtractae sunt, quod est syncope, et duae syllabae in unam redactae sunt, quod est episynaliphe. ergo covacla qui dicit pro cloaca, et per adiectionem barbarismum facit (addit enim v litteram mediae syllabae), et *per* transmutationem: l enim litteram, quae erat in prima syllaba, *trans*mutavit et in ultima posuit. item qui dicit forficem pro forcipe. item ergo, inquiunt, sicut duo barbarismi et duo metaplasmi in una plerumque orationis | parte cernuntur, sic consequens est ut possit in una parte orationis et soloecismus et barbarismus deprehendi, sicuti est et soloecismus et metaplasmus. quale esse illud dicunt ‘urbemque Fidenam’: metaplasmum esse illud, quod syllabam, quae longa erat, contraxerit; soloecismum esse in eo, quod in numero singulari Fidenam protulerit, quod quidem plurali semper numero sit; debuit enim dicere ‘urbem Fidenas’, sicut Cicero dixit ‘urbem Syracusas’. itaque et soloecismum et barbarismum aiunt cerni posse in una parte orationis. contra hoc nihil aliud dicitur, nisi hoc, animadverso vitio maiore in parte orationis de soloecismo et barbarismo illic dispiciendi locum non esse: barbarismum enim [dicimus] esse, qui corrumpat integram dictionem, non qui corruptam etiam superveniat: quod enim iam per artis regulam a latinitate remotum sit, hoc barbarismum fieri prolatione [dicimus] non posse, cum non pro prolato haberi debeat. habet quidem quod dicitur non nihilum rationis; sed tamen ad ostendenda aut declaranda pueris vitia nihil impedit ostendi et emendari primo soloecismum, ut dicas verbi gratia strenas singularem numerum non recipere; tum ut addas non

---

1 coniecimus *M* ΠΑΡΑΛΙΚΩΝ *M παρέλκον Cramerus coll. Donat. in Terent. l. c.*, ades imperativum est, dum *παρέλκον.* est enim productio et adiectio syllabae 2 adesdum *Cramerus* adesteum *M: Terent. Andr.* I 1, 2 adesdum, paucis te volo 4 animadvertit *al. man. in marg. add. M* 6 fecimus *om. M* diarisis *M* 8 epienthesis *M* 9 cum fecimus *M* diarisis *M* 10 habet *M* 11 dictioni litterae *M* 12 sinagope *M* in unum *M* 13 coacla *M* 15 per *om. M* 16 motauit *M* forpicem pro forcife, *ut videtur, corr. al. man.* forficem pro forcipe 18 cernuntur] geruntur *M* 20 dicunt in urbemque *M: Verg. Aen.* VI 773 21 contraxerat *M* 22 protulerat *M* 23 quod] q̄ *M* 24 siracussas *M: Cic. in Verr. act. sec.* IIII 52, 117 27 dispiciendo *M* 30 remotum] sumptum *M* semotum *Buttmannus*

p. 26— 28 B. c. 14. 15.

strenuas, sed strenas esse dicendas. eveniunt sane plane pleraque vitia, quae specialiter barbarismi partibus non possumus annectere. nam ecce plerique ex imperitia sic loquuntur, ut tyrannicidas dicant pro tyrannis: peccant hi non in regula, | non in prolatione, sed in sensu. item alii plerumque sanguintinos pro sanguineis quasi ad vituperationem proferunt: peccant hi non in regula, non in prolatione, sed in historia. item plerique contra quod agunt talem significationem proferunt, ut augere se putent, cum minuant: ut siquis dicat invictissimum ducem aut infidelissimum amicum, putat se plus dicere quam invictum aut infidelem, cum invictissimus ille sit, qui non est penitus victus, et infidelissimus ille, qui non usque ad summum fidelis. haec atque huius modi alia siqua sunt forsitan vitia, si quidem non cadent in ea de quibus post dicturi sumus, ad barbarismi generale nomen recta ratione referentur. quidquid enim salva vel regulae vel prolationis ratione *quis* peccat, id, si specialis vitii nomen non habet, barbarismus iure dicetur.

DE SCANDENDIS VERSIBVS

Nunc quoniam quid essent metaplasmi et definitionibus et exemplis plene insinuavimus, pertinere ad compendium et ad ordinem docendi arbitror ut de scandendis | versibus pauca dicamus. magna enim pars scientiae, qua iudicemus, constet versus, an non constet, ex intellectu metaplasmorum pendetne an non pendet? scire igitur ante omnia debemus versum omnem, qui quidem a bono auctore conscriptus sit, vel suapte natura sine excusatione consistere, vel a quibusdam artificalibus rationibus defendi, ut consistere iudicetur. sine excusatione consistit versus huius modi,

conditus in nubem medioque refulserit orbe

et

tu quoque litoribus nostris Aeneia nutrix.

hi et alii tales non auctoritate aliqua praerogativa artis aut consuetudinis defenduntur; nihil additum, nihil detractum, nihil mutatum habent, sed iuxta communis linguae enuntiationem integri nati sunt, neque ulla ex parte aliquid dubitationis ammittunt. cum excusatione porro duplici modo stare dicuntur. horum unus modus est qui evenit ex artificali quadam varietate et multimoda observatione, alius qui metaplasmorum vi et potestate contingit. artificali ratione quot modis excusatio evenit, plene, cum de syllabis tractarem, comprehendisse me scio. itaque poni nunc

---

5 sanguintinus pro sanguineis quasi *Clemens* sanguintinos quasi *M*: *'hoc quid verbi sit nulla ratione intelligo. an* Saguntinos *intellexit in expugnatione urbis suae meritam laudem adeptos?' Cramerus* 6 peccant hi *Clemens* peccant autem *M* 7 putant *M* 9 putant *M* 13 referentur *Clemens* referuntur *M* 14 ratione peccat *M*: ratione peccat et id specialis *Clemens* 17 et de difinitionibus *M* 20 constet uorsus an non constat *M* 22 uorsum *M* ab uno *M* 25 uorsus *M* 26 conditus] *Verg. georg.* I 442 28 tu] *Verg. Aen.* VII 1 aeneea *M* 30 habeat *corr.* habeant *M* 35 contingit *M*

exempla sufficit. haec huius modi erunt, ut qui rationem scire plenius velit, recurrere ad illum titulum debeat, in quo expresse cuncta significantur: nam eadem iterari taedet et superfluum est. | [haec exempla] sub huius modi defenditur ratione versus ille,

emicat Euryalus et munere victor amici.

nam lus et sine dubio non stat priore parte, quoniam, cum brevem vocalem una consona sequitur, brevis permanet, sicut utique brevis est

o mihi praeteritos referat si Iupiter annos.

item defenditur 'insulae Ionio in magno', cur ae diphthongus pro brevi posita sit, cum utique longa sit, ut 'Aeole namque tibi'. item defenditur 'te Corydon o Alexi, cur pro brevi posita sit o, cum alibi longa sit, ut 'o ubi campi'. item defenditur 'et volucrum linguas', cur lu pro brevi posita sit duabus consonis sequentibus, cum alibi habeatur longa, ut est 'pecudes pictaeque volucres'. item defenditur 'auroque effulgere fluctus', quare re duabus consonis sequentibus brevis posita sit, cum alibi habeatur longa, ut est

immanisque Gela fluvii cognomine dicta.

item defenditur 'hic erit unus honos', cur us duabus consonis sequentibus brevis posita sit, cum alibi iisdem consonis sequentibus longa sit, ut 'terga fatigamus hasta'. item defenditur 'ponite spes sibi quisque', cur te brevis sit, cum s et p longam te fecerint, duae consonae cum alibi longam ecferant, ut 'unde spissa coma'. item defenditur 'hoc erat alma parens', cur hoc una | consona sequente longa posita sit, cum alibi brevis ponatur, ut 'solus hic inflexit sensus'. item defenditur 'nemorosa Zacintus', cur sa sequente duplici brevis sit, cum alioqui longa sit, ut 'exultat Amazon'. item defenditur 'o mihi praeteritos', cur i brevem posuerit, cum alioqui longa sit, ut

fata mihi ferro sceleratam excindere gentem.

haec exemplis breviter ammonuisse sufficiat; qui vero ultra hoc rationes defensionum quaerit, ad praedictum titulum, sicut diximus, recurrat.

Alius modus excusationis est, qui metaplasmorum vi et potestate contingit. de hoc pauca pertinentia satis ad rem praecepta dicemus, latius ea tantum exsecuturi, quae magis in usu sunt; illa vero quae raro

---

1 sufficiunt *M* 3 superfuum *corr. al. man.* superfluum *M* haec exempla sunt huiusmodi. defenditur *Buttmannus* 4 uorsus *M* 5 emicat] *Verg. Aen.* V 337 erialus *corr. al. man.* eurialus *M* 8 o mihi] *Verg. Aen.* VIII 560 iopiter *M* 9 insolae *M: Verg. Aen.* III 211 cur lae *M* 10 Aeole] *Verg. Aen.* I 65 11 te] *Verg. bucol.* 2, 65 12 o ubi] *Verg. georg.* II 486 et volucrum] *Verg. Aen.* III 361 13 habetur *M* 14 pecodes *M: Verg. georg.* III 243 15 auroque efulgere *M: Verg. Aen.* VIII 677 17 immanisque] *Verg. Aen.* III 702 18 hic] *Verg. Aen.* V 308 20 terga] *Verg. Aen.* VIII 610 ponite] *Verg. Aen.* XI 309 21 fecerunt *M* 22 ecferunt *M* unde spisa *M: Terentian. v.* 1103 23 hoc erat] *Verg. Aen.* II 664 una] nulla *Cramerus* 24 ponitur *M* solus] *Verg. Aen.* IIII 22 25 nemorosa] *Verg. Aen.* III 270 26 exultat] *Verg. Aen.* XI 648 28 fata] *Verg. Aen.* VIIII 137

eveniunt, evenire tamen possunt, exempli causa breviter demonstrabimus. ac primum scire debemus metaplasmos hos vel a poetis ipsis positos iam in ipsa scriptura fieri, vel nobis, cum ita scandendi aut pronuntiandi necessitas urgebit, faciendos relinqui. poetae faciunt metaplasmos, cum ipsi iam scripturam relinquunt corruptam, ut est 'relliquias Danaum' et 'tanton me crimine dignum duxisti': addidit enim unam litteram per metaplasmum l; item contra *dempsit unam litteram per metaplasmum e*, sicut Lucilius 'ore corupto': dempsit enim | unam litteram per metaplasmum r: et Ennius

huic statuam statui maiorum obatu athenis;

et hic quoque per metaplasmum dempsit litteram r. hoc cum evenit, nos in scandendo metaplasmum non facimus: habet enim iam illum lectionis ipsius metaplasmum scriptura, quae sic a poeta relicta est. atque in istis modis adiectionis et detractionis, nisi ipsi poetae corruperint dictionem, nos eam corrumpere metaplasmi potestate non possumus. sunt alii modi, in quibus poeta corrupte quidem legit ipse, sed hanc corruptionem scriptura non indicat, ut 'Italiam fato profugus' et 'aquosus Orion' et 'labitur infelix studiorum' et 'qua summa labentes'. sive enim producantur, sive breves sint i et o et a, aliter scribi non potuerint, et in scriptura non apparebit ista corruptio, sed nos dirigimur in scandendo ad defendendum versum metaplasmi potestate, qui erit aut systole aut ectasis. similis ratio in diaeresi et episynaliphe. nam quod Horatius ait 'feraeque suëtae', et Lucanus ait 'dixisse Phoëbos', et Virgilius | 'et votis iam nunc adsuesce vocari', item 'aeripedem cervam', sive conglutines syllabas, sive dividas, isdem litteris scribetur, plusque intellectus defendendi versus ratio inducit metaplasmi potestate, prout haec ipsa ratio persuaserit.

Sequuntur duo metaplasmi quorum vis et potestas in scandendo maxime valet, synaliphe et ecthlipsis. de his hoc ordine praecipiemus, ut

---

1 demonstrauimus *M* 3 uel a nobis *M* 4 urguebit faciendos esse relinqui *M* 5 relliquias] *Verg. Aen.* I 30 6 tanton] *Verg. Aen.* X 668 7 dempsit—e *om. M* dempsit litteram per metaplasmum e *add. Lachmannus in Lucret.* VI 1135 8 Lucilius] *cf. Lachm. in Lucret. l. c.* 10 maiorum obatu. athenis (et *al. man. superscripto*) *M* maiorum et ab otu *edidit Buttmannus, qui* maiorum abitratu Athenis *scribendum coniecit in addendis, ut* abitratu *dictum esset pro* arbitratu, *hac adiecta explicatione* 'maiorum *autem* arbitratu *non inepte dici videtur fieri, quod maiores exemplo suo, in Solone, in Harmodio et Aristogitone, velut iusserint*'. maiorem horto auream ahenis *Lachmannus l. c.* magis mansuram auguro ahenis *Ilbergius apud Vahlenum Enn. poes. rel. p.* 81 11 hoc] haec *M* 14 corrumperint *M* 15 eam] iam *M* 17 Italiam] *Verg. Aen.* I 2 aquosus] *Verg. Aen.* IIII 52 18 labitur] *Verg. georg.* III 498 qua] *Verg. Aen.* II 463 21 ad defendum uorsum *M* 22 iactasis *M* diarisi *M* 23 Horatius] *sat.* I 8, 17 soetae *M* foetae *edidit Buttmannus Lucani exemplum, quod postea adiectum esse additum v.* ait *indicat, ex Heliacis petitum scribendumque esse* dixisse Phoëbon *coniecit R. Vngerus de Lucani Heliacis (Novi Brandenburgi a.* 1858) *p.* 13 24 et votis] *Verg. georg.* I 42 25 aeripedem] *Verg. Aen.* VI 802 conglutinas *M* 26 uorsus ratione inducit metaplasmi potestatem *M* 29 ecthlipsis] iactlimsis *M*: iactlinisis *et hic et infra edidit Buttmannus* percipiemus *M*

c. 17. p. 32—34 B.

primum dicamus, quo inter se differant, cum quibusdam modis in scandendo convenire consuerint. synaliphe est, cum syllaba una aut ex una aut *ex* duabus vocalibus sive cum m littera consistens velut superflua invenitur in versu et citra damnum vocis transilitur. huius exempla haec sunt, 'coniugio Anchisae', 'interea medium Aeneas', 'femineae ardentem'. ecthlipsis est, cum concursus vocum non solum praeterit syllabas, sed excludit et velut expressas strangulatasque displodit. ideo denique hic metaplasmus ecthlipsis dicitur, quasi exprimens et eiciens quae velut superflua invenit duabus obstantibus vocibus altrinsecus positis. ille quoque superior metaplasmus velut levior | secundum suam vim etiam nomine censetur, quasi transiliat quae possunt transiliri: nam ideo denique synaliphe dicta est, quasi quodam saltu praetermittens. ergo huius ecthlipseos haec vis est, ut interdum vocalem solam excludat, eamque nunc ut litteram, ut est 'regina e speculis', 'scio me Danais',

per duodena regit mundi sol aureus astra,

'fluctusque atros', interdum tamquam syllabam, ut 'atque ea diversa penitus'; item eius est potestas, ut interdum diphthongum excludat, ut 'femineae ardentem'; item eius potestas est, ut interdum vocalem cum m expellat, ut 'interea medium Aeneas', 'ruit Ilium et ingens'. hae cum sint potestates duorum horum metaplasmorum, evenit interdum dubitatio, primum, ut nescias, utrum litteram an syllabam exclusam esse dicas, ut 'atque ea diversa': nam si priorem e excludas, litteram exclusisti; si posteriorem, syllabam exclusisti; ad defensionis autem rationem nihil refert, quo modo excluseris. deinde evenit ea dubitatio, ut nescias, utrum synalipha sit an ecthlipsis per omnes modos. ut ecce de una vocali quae syllaba sit evenit dubitatio: nam vocalis cum quasi littera excluditur, semper ad ecthlipsin pertinet: ergo sic dubium erit, utrum hoc an illo modo scandas, | utrum synalipham an ecthlipsin facias, 'coniugio Anchisae'. nam si sic scandas, coniugi anchi, synalipham fecisti: transsilisti enim o syllabam; quae transsilitur, non exclusa est. si sic scandas, coniugi onchi sae, ecthlipsis erit: exclusa est enim *a* et quasi expressa. simile est et illud, 'accipio agno-

---

1 differunt *M* 2 convenire *Heinrichius apud Buttmannum* euenire *M* consuerunt *M* 3 aut duabus *M* 4 in uorsu *M* 5 coniugio] *Verg. Aen.* III 475 anchisae et interea *M: Verg. Aen.* V 1 feminieae *M*: *Verg. Aen.* VII 345 6 iactlimsis *M* 7 sed eludit *M* sed eludit *edidit Buttmannus, unde* elidit *scribendum coniecit* oppressas *coniecit Cramerus* 8 iactlimsis *M* 9 eiciens] ieciens *M* iaciens *edidit Buttmannus* superflua *Cramerus* superfluo *M* lenior *edidit Buttmannus* 13 iactlimseos *M* 14 regina] *Verg. Aen.* IIII 586 scio] *Verg. Aen.* III 602 16 per duodena] *Verg. georg.* I 232 17 fluctusque] *Verg. Aen.* V 2 atque] *Verg. Aen.* VIIII 1 19 femineae] *Verg. Aen.* VII 345 20 interea] *Verg. Aen.* V 1 ruit] *Verg. Aen.* II 325 foit Ilium 21 hae] haec *M* 26 an iectlimsis *M* 28 ad iectlimsin *M* 30 iectlimsin *M* 32 iectlimsis *M* 33 a *om. M* accipio] *Verg. Aen.* VIII 155

scoque libens': nam si sic scandas, accipi agno scoqueli, synaliphe est; si sic, accipi ogno scoqueli, ecthlipsis est. tale est 'femineae ardentem': nam potes scandere femine arden tem, et est synaliphe; et potes item scandere femine aerden tem, et erit ecthlipsis. item similiter incertum, sit synaliphe an ecthlipsis 'ruit Ilium et ingens': nam si sic scandas, iliet, synaliphe est; si sic, iliut, ecthlipsis est. simile est 'egregium Antorem: nam utroque modo scandi potest, egregi anto et egregi unto. haec cum ita sint et manifeste appareat ex nominum ratione et definitionibus ipsis et exemplis suis, quo a se hi duo metaplasmi distare videantur, tamen iam communi quasi consensu in scandendo non solum nostra aetate, sed etiam apud scriptores synaliphae nomen praevaluisse video, adeo ut quasi uno consensu paene omnes ecthlipseos exemplum non aliud dent, quam 'multum ille et terris', quod ipsum tamen refert, quo modo | scandatur. nam si multil facies, episynaliphe erit secundum Asperum, qui dicit de duabus syllabis unam fieri, sicut tanton ex tantone; secundum me autem paragoge est, ut magis pro mage. quodsi scandas multul, erit ecthlipsis, quia vocalis cum m excluditur, quasi exprimitur de medio vocum, non velut transilitur tamquam unius vocis extrema, ut illic est, 'interea medium Aeneas'. ergo sicut diximus, uno iam paene nomine utrumque censetur, neque ad rem pertinet. nobis enim sufficit discussas ex lectionibus veterum dedisse differentias, nihilque interest, res quaeque quo nomine censeatur, dummodo vis et potestas earum velut manu in omni hac disputatione teneatur. ergo, ut ea quae restant plane aperteque dicamus, scire debemus ante omnia in hac quoque horum metaplasmorum potestate, sive eos quis discernat, sive uno synaliphae nomine censebit, esse aliquam potestatem poetis, ut ipsi interdum corrumpant metaplasmo dictionem, quale est 'nec non aurum animusque Latinost'. quod cum evenit, metaplasmum in dictione invenimus, non in scandendo adferimus, quod utique faceremus, si reliquisset | Latino est, sicut 'excussa pectore Iuno est'. sed hac potestate in metaplasmis non semper abuti possunt poetae, ut scripturam corrumpant, sed, cum integre scripturam reliquerint, nobis in scandendo potestas remanet non enuntiandi ea quae nihilo minus scripturae series continet, ut est 'multum ille et terris iactatus et alto'. si enim voluisset sic relinquere, mult, incertum reliquisset: possumus enim accipere mult pro multis * quorum haec sunt exempla, ut ostende-

---

2 iectlimsis est talis femineae *M* 3 potes *Cramerus* potest *M* 4 iectlimsis *M* 5 an iact *M* 6 iact est *M* 7 egregium] *Verg. Aen.* X 778 8 manifeste appareant *M* manifesta appareant *edidit Buttmannus* 11 etiam a scriptoribus *M* 12 iectlimseos *M* 13 exemplum *Cramerus* exemplis *M* ille eterris *M* 14 synaliphe erit *Cramerus* 16 et tantone *M* e tantone *Cramerus* pro magi *M* 17 iactlimsis *M* 22 quaeque] quoque *M* 28 nec non] *Verg. Aen.* XII 23 30 fecerimus *M* excussa] *Verg. Aen.* V 679 32 nobis scandendi *M* 34 ille eterris *M* 36 *fortasse* pro multa. *sed deinde alia exempla, quibus idem probatum erat, poetas non semper habere potestatem corrumpendae scripturae, excidisse videntur*

c. 17—19. p. 36—38 B.

remus non semper ubique habere potestatem poetas corrumpendae scripturae.

In his duobus metaplasmis relinquitur nobis nunc ut praecipiamus, quo intellectu scriptura integra legatur, *vel* quem ad modum metaplasmum possimus inducere. ideo sic animadvertemus metaplasmos hos, sicut diximus: aut vocalem litteram excludunt aut syllabam ex una vocali aut *ex* duabus, aut item syllabam ex una vocali et m aut semisyllabam, ut 'puerum Astianacta trahebat'. sic enim scandendum est, rastia; ita non tota perit rum. hoc exemplum oportunum est hic adici, quia de superioribus modis supra dixi. annotari etiam hoc loco potest quod interdum duae mm pereunt cum vocali una, ut est

extremum hunc, Arethusa, mihi concede laborem.

nam scandimus sic, extre huncare. quodsi quis maluerit mhuncare, non tota syllaba perit, sicut rastia. ergo hi quattuor modi sic eveniunt ut, quidquid illic perit, vel inter duas vocales positum | sit vel inter vocalem et consonantem vel inter consonantem *et vocalem* vel inter duas consonantes: inter duas vocales, ut 'coniugio Anchisae', 'atque ea diversa': inter vocalem et consonam, ut

Tiberis ea fluvium quam longa est nocte tumentem;

gast enim dicendo e excludimus; tale est 'regina e speculis', inter vocalem a et consonantem s perit e: inter consonam et vocalem, ut 'nunc scio quid sit amor' et [puerum Astianacta] 'per duodena regit': inter duas consonas, ut est

ad soceros atque avo puerum Astianacta trahebat;

scandimus enim sic, rostquea, ex quo apparet inter duas consonas a vocalem perisse: 'mene fugis, per ego has lacrimas', scandimus gaslacri.

Nunc illud animadvertendum est, quod in hoc damno syllabarum quae excluduntur, ubi una vocalis perit, maxime prior perit, idque iam scandendi ratio habet, et paene ad hoc vox scandentium proclive decurrit, ut 'regina e speculis'. quis enim non sic scandit, regi nespecu? et

ante, pudor, quam te violo aut tua iura resolvo.

quis non sic scandit, ut o potius pereat, quae praecedit, et sit lauttua? quod cum ita sit, tamen | interdum evenit quiddam aut sono gratius aut necessitate districtius, ut posterior pereat, ut 'isque ubi Dardanios habitus'. nemo enim scandit sic, isquubi, quia duo u post q litteram

---

3 percipiamus *M* 4 legitur quemammodum metaplaesmum possumus *M* 6 excludit *M* 7 aut duabus aut item syllabam ex una vocali *al. man. in marg. add. M* 8 puerum] *Verg. Aen.* II 457 12 extremum] *Verg. bucol.* 10, 1 13 nam] aut *in litura M* 15 illic] illud *M* 16 vel inter consonantem et vocalem] aut inter consonantem *M* 19 Tiberis et fluvium *edidit Buttmannus: Verg. Aen.* VIII 86 20 inter uocalem a perit e et consonantem s *M* 22 nunc] *Verg. bucol.* 8, 43 24 ad soceros] *Verg. Aen.* II 457 26 mene] *Verg. Aen.* IIII 314 32 ante] *Verg. Aen.* IIII 27 33 sit lautua *M* 35 isque] *Verg. Aen.* III 596

p. 38 B. c. 19.

in unam syllabam non coeunt, sed potius sic scandit, isquebi. simile est et 'pleiadasque yadasque', ut sic scandamus, dasquea potius quam dasquya, quia e melius sonat, et item inusitatum est post qu et y subiungi, ut faciamus syllabam quy. reliqui sunt duo metaplasmi, antithesis, cum littera pro littera ponitur, ut olli pro illi, et metathesis, cum in alienum locum littera transfertur, ut Timbre pro Timber. sed id ad scandendi rationem non pertinet. metaplasmum siquem invenimus, qua vi scribatur, intuebimur.

---

2 et pliadasque yadasque *M: Verg. georg.* I 138 7 metaplasmum quem inuenimus in qua ui scribitur intuebimur | explicit *M duobus adscriptis scholiis*, .i. utrum neces̄ met̄ uel ornā causa (*h. e.* utrum necessitate metaplasmus fiat vel ornatus causa) *et* in qua ui .i. si immutatio sit, antithesis est, ut olli; si transmutatio, metathesis est, ut timbre

PHOCAE

ARS

DE NOMINE ET VERBO

EIVSDEM QVI DICITVR LIBER DE ASPIRATIONE

Phocae artis de nomine et verbo multi sunt libri manu scripti, quorum antiquissimus est Parisinus 7530 octavo saeculo scriptus, f. 66—78: cf. vol. IV praef. p. XLII. ad huius aetatem ex iis codicibus quos ipse vidi proxime accedunt tres decimo saeculo scripti, Monacensis 6281, olim Frisingensis 81, f. 91*—108* (cf. ib. p. XLIV), Parisinus 7520 *incipit ars focae grammatici* | *Ars mea — similia ex* | *plicit ars focae grammatici de nomine et verbo*, Parisinus 7759 *incipit ars foce grammatici* | *Ars mea — similia expl. ars phocae grammatici de nomine et uerbo.* postea ab illo tempore usque ad quintum decimum saeculum multis exemplaribus manu scriptis Phocae liber propagatus est. editus autem est primum curante Nicolao Iensono una cum Diomede aliisque grammaticis Venetiis circa annum 1476: cf. vol. I praef. p. XXXIV. quam editionem qui proximis annis repetiverunt pauca videntur mutavisse. nam in Ascensiana editione, quam solam ex antiquis exemplis cum principe editione contuli, non multa ex illius scriptura mutata inveni. plura primus novavit Putschius, qui 'ex Puteani codice, cuius variantes a Dn. Bongarsio et Cl. Ioanne Wouwer acceperat', ut ait, hunc librum edidit. post hunc Fridericus Lindemannus in primum volumen grammaticorum a se editorum artem Phocae recepit tribus usus codicibus nec bonis nec antiquis ac ne totum quidem librum continentibus, duobus Wolfenbuttelanis, Aug. 38, 27 membranaceo saec. XIV et Gud. 260 chartaceo saec. XV (cf. Ebert. bibl. Guelferb. cod. graec. et lat. class. p. 129), tertio Gothano 117 chartaceo saec. XV. e quibus codicibus cum ille antiquiorem Wolfenbuttelanum multis locis haud dubia librariorum vel grammaticorum neglegentia corruptum potissi-

mum sequeretur, non emendatiorem librum, sed magis etiam corruptum, quam antea ferebatur, exhibuit. ego quamquam pluribus codicibus inter se collatis scripturam valde discrepare nec solitis tantum librariorum erroribus, sed etiam studiis posteriorum grammaticorum, qui diligenter hunc librum tractaverunt, saepe mutatam intellexi, tamen propter levitatem rerum in quibus scriptor versatur de ista diversitate magno opere quaerendum non existimavi, sed ad unius optimi codicis fidem novam recensionem exigere satius duxi. itaque fundamentum editionis esse volui codicem Parisinum 7530 (P), cuius scriptura ita exhibita est, ut nisi indicata discrepantia ab ea non recederetur et praeter paucissimas quidem et levissimas res, quas in hoc genere scriptorum memoriae prodere nihil interest, quidquid aliter atque editum est in eo scriptum esset, subiecta adnotatione significaretur. ad corrigenda autem Parisini codicis vitia adhibui Frisingensem codicem (F); neque tamen integram scripturae discrepantiam, sicut in illo factum est, indicavi, sed multa, quae nullius momenti esse visa sunt, omisi. in quo hoc sciri volo, ubicumque ea quae edita sunt a Parisino codice dissentiunt, neque indicatum est, quid in Frisingensi codice scriptum sit, hunc cum illis quae in continuitatem verborum recepta sunt consentire eiusque testimonio confirmari quae in illis locis contra auctoritatem Parisini codicis probata sunt. praeterea in non nullis locis, in quibus vel corrupti erant codices, vel non inutile erat scire, quid olim editum esset, scripturam principis editionis (ϛ), cum Frisingensi codice illam quidem plerumque consentientem, indicavi. pauca etiam ex codice Wolfenbuttelano antiquiore, quem in schedis Lindemanni collatum habui, adscripsi, non quasi haec aliquam auctoritatem haberent, sed quia pro coniecturis recentiorum grammaticorum habenda sunt, vel certe quia Lindemanni editione propagata erant. omissa autem in hoc libro est ea pars quae est de graecis nominibus. reliquos libros, quorum mihi copia facta erat, neglexi, ne inutili variarum scripturarum mole liber oneraretur. neque maiore cura quam manu scripta ipsius libri exemplaria dignus est commentarius in Phocam amplissimus, qui scriptus est in codice Monacensi 19454, olim Tegernseensi 1454, saeculo undecimo vel duodecimo p. 145, *incipit glosa in Focam. Ars dicitur ab artis praeceptis, id est a strictis regulis, eo quod omnia conprehendit. ars etiam est congregatio uel perceptio rerum et dicitur apo tu aretes, id est a uirtute. iste Focas in exordio libri sui prae facundia elegiaco carmine composuit* — p. 236 *memineris etiam, id est recordaris, inchoatiuae formae uerba .i. in praeterito deficere, quia inchoatiua non potest habere praeteritum.* continet autem haec glossa maximam libri partem multis et verborum et rerum interpretationibus et ineptis commentis maxime de origine vocabulorum

enarratam. eiusdem generis videtur esse commentarius in codice Vaticano bibliothecae Reginensis 1560 saec. XI ante librum Phocae scriptus f. 24—35, *incipit feliciter ars Focae grammatici. Ars dicta est eo quod artis praeceptis, id est strictis regulis, uniuersa conprehendat — usurpauit, id est usu arripuit. finit. Focas iste antiquissimus grammaticus fuit ante Priscianum et Donatum, adeo ut Priscianus multa de eo in libro suo dicat et exempla sumat. qui composuit hunc libellum de arte grammatica de duabus partibus substanciali et uocali* etc.

Grammaticae artis docterem fuisse Phocam eaque quae de arte scripserit praecipue discipulorum suorum usui destinata ita ex antiquiorum grammaticorum libris collegisse, ut nihil novi adderet, sed solam brevitatis laudem sibi vindicaret, ipse in praefatione libri professus est. plurima autem ex iis quae breviter ab eo praecepta sunt nunc etiam uberius exposita apud Charisium et in excerptis post Charisium editis leguntur. neque tamen ex Charisii libris, quos quidem nunc habemus, haec decerpta esse inde maxime intellegitur, quod quaedam ex hoc genere, in quibus eadem verba repetita sunt, potius cum excerptis illis, quae partim ex uberiore fonte derivata esse supra p. 336 dixi, quam cum ipso Charisio consentiunt. cuius rei luculentissima exempla sunt haec quae scripta sunt p. 1690 de monosyllabis coll. Char. p. 42, 6 exc. Char. p. 546, 17; p. 1692 de quattuor nominibus *o* littera finitis, *duo ambo octo pondo*, coll. Char. p. 64, 9 exc. Char. p. 545, 5, et quae his vel ab ipso grammatico neglegentius interposita vel postea adiecta sunt de nomine *pondo* coll. Char. p. 35, 21 exc. Char. p. 551, 10; p. 1713 de verbis *eo* syllabis finitis coll. exc. Char. p. 565, 39. quare sicut de aliis grammaticis, in quibus similem consensum deprehendimus, saepius diximus, ita Phocam quoque haec quae ei cum Charisio communia sunt non ab hoc ipso, sed ab iisdem auctoribus, quibus ille usus est, in primis, ni fallor, ex arte Palaemonis, petivisse putabimus. eodem referenda sunt ea quae apud Diomedem, quem iisdem auctoribus usum esse constat, de verbis similiter scripta sunt. deinde ex catholicis Probi, quae in simili argumento versantur, quaedam translata esse in primis ea quae de graecis nominibus disputata sunt p. 1704 coll. Prob. cath. 9, 18; 33. 18, 24. 27, 4 probare videntur. minus certum est, num Donatum quoque et interpretes Donati, quibuscum compiura sane communia habet, Phocas adhibuerit. nam cum brevitatis studio ductus et discipulorum utilitati consulens omnia adeo in conpendium redigeret, ut aut nullis aut paucis veteris doctrinae vestigiis relictis regulas a plerisque artium scriptoribus traditas conponeret, dici nequit, a quibus auctoribus quaeque petita sint. sed ut intellegeretur, quantum fieri posset, ex quibus fontibus grammaticus praecepta artis duxisset, eos

antiquiorum grammaticorum locos, quibuscum maxime excerpta Phocae consentiunt, subiecta adnotatione indicavi. quamquam facile augeri index locorum potuit.

Primus Phocae mentionem fecit Priscianus l. X p. 515, 16 *cudo secundum Diomeden et Charisium et Phocam cusi, secundum alios cudi.* quamquam haec non magis cum iis quae in Phocae codicibus leguntur p. 1715 quam cum Charisio p. 246, 5 consentiunt, quod errori Prisciani videtur tribuendum esse. post Priscianum librum Phocae usurpavit Cassiodorus, qui non solum nomen eius posuit bis, de art. gramm. p. 2321 P *sed quamvis auctores temporum superiorum de arte grammatica ordine diverso tractaverint suisque saeculis honoris decus habuerint, ut Palaemon Phocas Probus et Censorinus, nobis tamen placet in medium Donatum deducere*, et de instit. divin. script. c. 30 p. 478 ed. Genev. a. 1656 *orthographos antiquos legant, Velium Longum, Curtium Valerianum, Papirianum, Adamantium Martyrium de v et b, eiusdem de primis mediis atque ultimis syllabis, eiusdem de b littera trifariam in unum posita et Eutichen de aspiratione, sed et Focam de differentia generis, quos ego quantum potui studiosa curiositate collegi*, sed etiam prologum eius in librum de orthographia transtulit, p. 2279 P *sed antequam opus orthographiae inchoare videamur, praefationem Phocae artigraphi exempli causa iudicavimus adponendam, quoniam cuncto operi nostro, quasi a nobis prolata sit, ita omnibus modis videtur accommoda, ars mea* etc. deinde Aldhelmus in libro de re grammatica et metrica a Maio class. auct. vol. V p. 501 sqq. edito ter nominavit Phocam p. 520, 533, 583. tum Alcuinus in versibus de bibliotheca Eboracensi vol. I praef. p. XXIII exhibitis cum aliis grammaticis huius quoque nomen posuit. postea autem quam diligenter Phocae liber a grammaticis tractatus sit, et codicum inde ab illa aetate scriptorum multitudo et scripturae diversitas testatur. postremo praetermittendum non est eiusdem grammatici nomine inscriptam extare vitam Vergilii versibus conpositam, quam Scaliger Virg. app. p. 135 (ed. Lugd. a. 1595) edidit ita inscriptam, 'P. Virgilii Maronis vita a Foca grammatico urbis Romae versibus edita'. nam ab eodem homine, qui artem grammaticam scripsit, vitam Vergilii scriptam esse et per se probabile est et confirmatur iis quae contra adrogantiam Graecorum disputata sunt vit. Verg. v. 3 sqq. et art. gramm. p. 1722. de aetate autem scriptoris ne haec quidem quae de vita Vergilii narravit certiora continent indicia, quam illud quod Reifferscheidius Suet. rel. p. 403 probavit, post Donatum ea esse conscripta. unde sequitur inter Donati et Prisciani tempora aetatem Phocae esse collocandam.

Arti de nomine et verbo adieci libellum de aspiratione, qui eodem nomine inscriptus fertur, quamvis hunc non esse a Phoca

scriptum persuasum habeam. nam et dicendi genus quaedam quae ab illius sermone aliena sunt continet, et rerum tractandarum ratio tam diversa est ab iis quae de eodem argumento a veteribus grammaticis conposita sunt, ut recentiore aetate haec ex antiquorum commentariis congesta et veteris grammatici nomine inscripta esse putem. edidit autem hunc libellum primus Ianus Parrhasius in Probi editione Vicetina a. 1509, de qua dictum est vol. IV praef. p. IX. postea Lindemannus ad novam editionem adhibuit codicem Gudianum 260 ab Osanno, qui ex hoc libro Apuleium suum edidit, descripto Apulei. de orth. p. VII. nam quod Lindemannus tres codices, quibus in arte Phocae edenda usus esset, hunc quoque librum continere dixit in praefatione, de duobus erravit, neque in ipsa editione plus quam unius codicis scripturam exhibuit. mihi praeter hunc duo noti sunt codices ipsi quoque quinto decimo saeculo scripti, Veneti bibliothecae S. Marci cl. XIII 30 et 366, quorum uterque hunc librum arti de nomine et verbo subiectum exhibet. sed de his non accuratius quaesivi, sed Ascensianam editionem a. 1516 ex principe expressam (ς) et Gudianum codicem (G), cuius scripturam Lindemanni editioni debeo, secutus sum.

ARS PHOCAE

DE NOMINE ET VERBO

p. 331. 22 L. p. 1688. 89 P.

Ars mea multorum es, quos saecula prisca tulerunt;
sed nova te brevitas asserit esse meam.
omnia cum veterum sint explorata libellis,
multa loqui breviter sit novitatis opus.
te relegat iuvenis, quem garrula pagina terret,
aut siquem paucis seria nosse iuvat;
te longinqua petens comitem sibi ferre viator
ne dubitet parvo pondere multa vehens;
te siquis scripsisse volet, non ulla queretur
damna nec ingrati triste laboris onus.
es quod quisque petat; numquam censura diserti
hoc contemnet opus, si modo livor abest.

Credo non nullos hoc meum miraturos opusculum, quod in tanta doctissimorum hominum copia, qui varie diligenterque emendati sermonis praecepta tradiderunt, ego potissimum ausus sim temerario ac paene sacrilego conatu libellum de arte comminisci. de quo prius excusandum puto, quam de titulo operis disseram. cum sciam plurimos quidem regulas artium per or||dinem exposuisse, quibus ad praerogativam sollertia vel antiquitas ipsa suffragata | est, sed eorum alios late copioseque scripsisse, ut superflua interdum ubertate narrationis memoria confundatur,

P codex Parisinus 7530
F codex Monacensis 6281 *Frisingensis* 81
f corrector codicis Frisingensis
g codex Wolfenbuttelanus Aug. 38, 27
ς *editio princeps Veneta Nicolai Iensoni*

1 INCIPIT ARS FOCAE *P* INCIPIT ARS FOCI GRAMMATICI *F* VETVSTISSIMI AC PERSPICACISSIMI PHOCAE GRAMMATICI DE NOMINE ET VERBO LIBER INCIPIT ς 10 uehis *F*ς 13 es *Pf* est *F*ς *codices Cassiodori de orth. p.* 2280 16 hominum *om. F* 19 operis *om. F* 20 per ordinem exposuisse *P* digessisse *F* per ordinem digessisse ς ad praeregotiuam sollertiam uel antiquitas suffragata est *F* 22 ut superflua] superflua quibus *F*

p. 1689. 90 P. p. 321. 23 L.

alios, dum brevitati student, admodum diffusam coartasse materiam, ut sterili conpendio nihil ad integram scientiam lectoribus conferant; adulescentes vero nostri saeculi non desiderio litterarum nec amore virtutis ad studia se applicare, sed aut necessitate conpulsos aut odore voluptatum per aetatem adflatos execrari magistros, quorum ut quisque est diligentior, eo maiori odio premitur, et gymnasium sapientiae, quo ad beatam vitam semita demonstratur, velut taeterrimum carcerem detestari, alios autem, quamvis scire cupiant, omne tamen fructuosi laboris onus detrectare nec assiduis inhaerere lectionibus nec curiosa perscrutatione veterum eruere commentarios, qui dum semper volunt docti esse, fieri numquam possunt: idcirco fateor me negotium suscepisse pluribus profuturum, nisi qui novellam artis expositionem tractare fastidiant, praecipueque discipulis nostris, quibus adversus oblivionis iacturam et percunctantium tentamenta consultum esse desidero. in hoc namque nostrae professionis summa versatur, ut in aliorum scientia tui periculum facias, nec si ipse scias, sed si alios docueris, eruditus esse videaris. nominum igitur regulas et verborum in unum congessi, quoniam haec fere principatum in partibus orationis obtinent multumque difficultatis habent, et super ceteris abunde dictum a summis auctoribus aestimo. quo in opere nihil mihi sumam, nec a me novi quicquam repertum adfirmabo. multa namque ex multorum libris decerpta concinna brevitate conclusi, ut nec ieiuna parum instruat conpensatio, nec verbosa prolixitas fastidium legentibus moveat. siquid autem a nobis in suscepto negotio commode tractatum est, malo id lectoris iudicio laudari, quam nostra praedicatione iactari. tu tamen industria || tua vel petulantiae nostrae crimen excusabis, vel laudis siquid merebimur, ampliabis. vale. |

Adgressus nominum regulas breviter explanare et scrupulosam difficilemque materiam adulescentibus perviam facere, quoniam omnis ambiguitas in genere nominis et declinatione consistit, primum latina a graecis discrevi, ne confusione varietatis turbetur memoria; deinde monosyllaba congesta praeposui, quae diversi quidem sunt generis, tertii autem ordinis formulam tribus exceptis secuntur, et sunt fere haec. masculini generis as dens grex flos fons Lars mons mos mus mas praes Mars pons lar pes ros rex sal sol vir vas vadis: ex his unum est secundae declinationis,

32 et sunt fere haec *Char.* 42, 6. *exc. Char.* 546, 17

2 lectoribus *om. P* 4 conpulsus *P* 9 curiosam perscrutationem *P* 10 dum semper esse numquam (fieri *add. f*) uolunt docti esse non possunt *F* 11 negotium hoc suscepisse ς 14 desiderio *P* 17 haec fere *PF* hae fere *f*ς 22 compen | nec *F* compendiositas nec *f* 26 merebitur *P*ς ampliabis] applicabis *g* vale *om. F*ς 27 adgressus sum ergo nominum *F* 32 et sunt uere haec *F* et sunt fere haec spes res uir *P* 33 Lars] las *F*ς lar *Putschius* 34 lar] Nar *Putschius.* lar *ab hoc loco alienum esse perturbatus litterarum ordo, quem contra fidem codicum mutare nolui, indicat. iusto autem ordine restituto ita scribi poterant masculina nomina,* as deus flos fons grex glis lar Mars mons mos mus mas praes pons pes *etc.* est ς, *om. PF*

p. 323. 24 L. p. 1690. 91 P.

vir. feminini generis arx ars calx crux cos dos frons gens falx fax faex glos lux lex lis lens glans [vel glandis] lanx mors merx mens nux nix nex nox pix ops prex pars res spes sors stips stirps trabs vis [grus] urbs vox nar naris: ex his duo sunt quintae declinationis contra regulam, spes et res. neutri generis aes crus cor fas far git ir ius mel os pus par tus fel lac rus ver vas vasis: ex his quattuor minime declinantur, fas git pus ir; tria in plurali numero deficiunt, nam tres tantum casus habent, far ius rus [et aes similiter]. communis generis bos dux sus fur grus. omnis generis haec duo sola, par et trux.

Expositis monosyllabis, cuiuscunque sint generis, de ceteris quotlibet syllabarum nominibus disseremus, quae his clausulis terminantur, quattuor vocalibus praeter i, sex semivocalibus praeter f, et una muta t. de quibus ex ordine regulas subiectas notavimus, exceptis illis videlicet, quae minime declinantur, fas nefas nihili nugas gummi frugi sinapi pedum nequam. ex his neutri sunt generis fas nefas gummi sinapi pedum, alia omnis. |

|| DE GENERE ET DECLINATIONE NOMINIS

A terminata masculina sunt propria, ut Sylla Seneca Catilina Cotta Tucca Agrippa Pansa. pauca sunt appellativa masculini generis, hic lanista, hic damma, hic talpa, hic popa, hic nauta, hic poeta, hic collega, hic scurra, hic lixa, hic assecla, hic scriba, hic perfuga, hic transfuga, hic homicida, hic parricida, quae alii communis esse generis dicunt; et illa quae a verbis colo et gigno componuntur, ut hic caelicola agricola silvicola, hic terrigena rurigena. reliqua appellativa omnia feminini sunt generis et primae declinationis, ut fortuna sella terra harena carina habena. neutri generis latina nulla sunt; communis generis haec sola, [hic et haec pedisequa] advena convena [auriga conviva verna]. et omnia primae sunt declinationis. barbara neutri generis duo lecta sunt apud Sallustium nomina fluminum, hoc Muluccha, hoc Turia.

---

1 fax fraus fex lens glis lux lex *g* faex *om. P* 2 glos] glix *PF* glis *fς* 3 prex *om. P* sors ς cors *P* cors gens chors sors *F* stips stirips *F* stirps stirpis *P* 4 nar narris ς nus maris *F*, *om. P* 5 os ς os os *PF* os ossis os oris *g* os oris os *f* 7 tria] quattuor ς. *tribus nominibus a grammatico positis postea quartum additum esse videtur* nes. *in quo nomine defectus casuum numeri pluralis notatus est infra p.* 1707 10 exceptis *F* monosyllabis cuiuscunque ς monosyllabis quae cuiuscumque *PF* 12 sex] et *PFς* 13 ex *om. F* 14 cummi *P* frugi sinapi *om. F* pedum nequam. ex his neutri generis fas nefas gummi pedum alia omnis *F* pedum alia omnis *P* pedum nequam. ex his neutri generis fas nefas nihili nugas gummi nequam alia omnis ς pedum nequam ex istis neutri generis sunt fas nefas gummi sinapis pedum alia omnis generis sunt *g*. pedum *inter nomina quae unius tantum casus sunt habet codex Charisii p.* 93, 27 19 hic lanista — nauta *om. P* 20 hic nauta] nauita *F* 21 perfuga] profuga *Fς* 22 dicunt *om. P* 23 ut hic et haec caelicola *Fς* 26 communis haec sola aduena conuena et omnia *P* 27 pedisequa *f* pedessequa *F* 29 mulocha *F* Moluca ς: *Sall. Ing.* 19, 7 *et* 92, 5 Turia] *cf. Prob. cath. p.* 3, 12. 7, 2

p. 1691. 92 P. p. 324—25 L.

E finita neutri generis sunt omnia et tertiae declinationis, ut hoc sedile sedilis, monile monilis, rete retis, mare maris.

O littera terminata tertiae sunt declinationis omnia, sed diversi generis. nam quae in o puram desinunt e vocali praeposita, masculini generis sunt, ut hic ganeo aleo labeo, quae nominativum et vocativum solum habent. quae i ante o habent, aut propria masculina sunt, ut Curio Scipio, aut corpus quidem significantia generis sunt masculini, ut hic stellio unio histrio centurio senio curculio quaternio mulio; et omnia o litteram in obliquis casibus productam servant excepto uno, Anio [flumen est Italiae], quod Anienis facit. rem autem incorporalem significantia pleraque a verbis transferuntur et sunt generis feminini, ut haec oratio ratio actio statio hortatio religio. et haec similiter nomina per casus omnes o producunt praeter nomi|nativum et vocativum numeri singularis. praeposita vero o litterae qualibet consonante propria vel appellativa masculini sunt generis, ut hic Carbo Libo praeco mucro || bufo latro homo tiro sermo pavo Cato, excepto uno proprio feminini generis, haec Iuno, et altero appellativo, quod o litteram in obliquis casibus amittit, haec caro carnis. sed duae sunt solae consonantes, g et d, quibus praecedentibus o litteram nomina generis sunt feminini, ut haec imago, haec caligo fuligo origo propago hirundo [aerugo] harundo magnitudo altitudo testudo formido similitudo fortitudo, quae o in i convertunt in obliquis casibus. excipiuntur in utraque generis masculini haec, hic ligo, hic mango, hic praedo, hic udo, hic spado, quae o producunt, et hic cardo, hic ordo, quae superiorem formulam sequuntur. sunt autem quattuor tantum modo quae neutralia esse possunt, quorum pars dimidia declinationem patitur, ut duo et ambo. pondo autem et octo monoptota sunt et tantum pluraliter efferuntur, ut haec pondo horum pondo.

---

32 o littera terminata *Char.* 63, 8. *exc. Char.* 543, 4 *Prob. cath.* 9, 25

---

1 finita *om. P* 2 rete retis *om. F* 4 puram *gς* pura *P* pure *F* 5 quae nominativum et vocativum solum habent *om. P*: *cf. Priscian. de accent. p.* 522, 30 8 gurgulio *F* 10 anieanis *P* aniensis *F* 12 hortatio] portatio *F* portio *f* 14 praeposita uero o littera qualibet *P* praeposita uero b littera uel qualibet *Fς* 15 Libo] ligo *F* bufo] bubo *Fς* 18 carnis *om. P* 20 fuligo] oligo *P* hirundo erugo harundo altitudo testudo similitudo fortitudo quae *F* hirundo haec arundo magnitudo altitudo et studo formido quae *P* 22 excipiuntur in utroque gen. mascul. *P* excipitur neutroque generis masculini *F* excipiuntur in utroque genere masculina *ς* 23 udo] cudo *Fς* 24 sunt et quattuor *PFς* sunt quattuor *g* 27 tantum *om. P* ut haec pondo horum pondo duo autem *P* ut haec pondo (nam *add. f*) unum pondo non di...ci. mus (*superscr.* uel dici scimus *f*) sed in libram efferi (efferri *f*) duo enim et tria pondo et deinceps ..... (deinceps dicere obseruamus *f*) uel quotiens de neutro loquamur (loquimur *f*) correpte dicamus pando (dicimus pondo *f*) L AYomilia παραγω.ε. I accentu enim longo (s. dicimus *add. f*) duo homines et ambo homines duae mulieres horum ponderum (duae mulieres et ambae mulieres *f*) duo autem *F* ut haec pondo nam unum pondo non dicimus sed in libram efferri potest (non dici sciamus sed in libros referri *g*) duo enim et tria pondo et deinceps obseruabimus uel quotiens de neutro loquimur correpte dicimus pondo in accentu (enim *add. f*) longo duo homines et ambo homines duae mulieres et ambae mulieres dicuntur duo autem *gς*

p. 325. 26 L. p. 1692. 93 P.

[unum pondo non dici sciamus, sed in libram referri. duo enim et tria pondo et deinceps observamus. id quoque observabimus, ut, quotiens de neutro loquamur, correpte dicamus duo milia *παρὰ τὸ δύο*. in accentu enim longo duo homines et ambo homines, duae mulieres et ambae mulieres dicuntur.] duo autem et ambo etsi correpta esse videantur, tamen accusativo dupliciter efferuntur: namque hos duos et hos duo, item ambos et ambo apud auctores invenimus. communia hi et haec duo hae duae et ambo et ambae, horum duorum et amborum harum duarum et ambarum, duobus et ambobus duabus et ambabus, duos et ambos duas et ambas, duo et ambo, duobus et ambobus duabus et ambabus.

V terminata sine controversia neutri generis sunt et quartae declinationis, aptota in singulari numero, in plurali declinantur, et sunt perpauca. e quibus pluralem numerum admit|tunt genu cornu veru specu tonitru; cetera semper singularia, ut hoc seru gelu pecu testu. dicimus tamen et haec testa et hoc pecus.

Al syllaba finita neutri sunt generis et tertiae declinationis, ut hoc animal animalis, hoc vectigal, hoc tribunal, hoc luper||cal. unum est masculini generis monosyllabum, hic sal salis, et barbara propria, ut hic Hannibal Hasdrubal Hiemsal Adherbal. il syllaba terminata masculini sunt generis, hic pugil hic mugil; sed Iuvenalis hic mugilis nominativum dixit: unum communis, hic et haec vigil, unum feminini, haec Tanaquil: et omnia exemplo tertiae declinationis inflectuntur. [ol unum invenitur masculini generis, ut hic sol.] ul syllaba finita duo sunt masculini generis, hic consul, hic praesul, unum communis, hic et haec exul: 'exul adhuc iacet umbra ducis': et sunt tertiae declinationis, consulis exulis praesulis.

Vm syllaba terminata generis sunt neutri et secundi ordinis, ut hoc telum teli, caelum caeli, bellum belli, regnum regni, fatum fati. in hac extremitate nulla sibi locum ambiguitas vindicat.

En syllaba finiuntur i vocali praeposita duo tantum modo generis

---

1 unum pondo *Char.* 35, 21. *exc. Char.* 551, 10 11 u terminata *Char.* 31, 4. 35, 30 16 al syllaba *Char.* 25, 15 20 hic mugil *Char.* 107, 6. 136, 22 23 ul syllaba *Char.* 30, 11. *exc. Char.* 544, 5 30 en syllaba *Char.* 28, 12. *exc. Char.* 541, 22

---

5 etsi communia esse videantur *Lindemannus* 6 accusatiuo *g* in accusatiuo *fς* in accusatiuum *PF* efferunt *P* 7 communia (communi *F*) hic et haec duo uel duae et ambo et ambae horum duorum et amborum (et amborum *om. F, add. f*) et duarum et ambarum duobus et ambobus (duabus et ambabus *add. f*) duos et ambos duas et ambas duo et ambo (duae et ambae *add. f*) duobus et ambobus duabus et ambabus *PF* 12 et sunt perpauca quibus *P* ut sunt p̄ paucae quibus *F* et sunt perpauca quae *fς* 15 haec testea *F* et haec pecua *ς* 19 asdrubal *P* hasdrobal *F* el neutri generis sunt ut mel et fel. il syllaba terminata *ς* 20 iuuenalis hic mugilus *F: Iuven. sat.* 10, 317 22 ol — sol *om. P, add. Fgς* 24 hic et et haec exul adhuc iacit umbra ducis lucanus *F*: *Lucan. Pharsal.* VIII 837 30 en syllaba quae finiuntur *ς* generis masculini (masculini generis *ς*) sunt ut hic rien *Fς*

p. 1693. 94 P. p. 326. 27 L.

masculini, hic rien rienis, hic lien lienis, quae in obliquis casibus e litteram productam servant, et septem alia eiusdem generis antepositis consonantibus, hic flamen [sacerdos Iovis], hic pecten, hic tibicen, hic fidicen, hic liticen, hic tubicen, hic cornicen. cetera neutri sunt generis procul dubio et tertiae similiter declinationis, ut hoc carmen carminis, nomen nominis, limen certamen numen omen crimen examen gluten glutinis et his similia.

Ar syllaba terminata generis sunt neutri omnia, ut hoc lucar, hoc torcular, hoc pulvinar, hoc laquear, hoc lacunar, praeter unum proprium generis masculini, hic Caesar. haec quoque tertiae declinationis formulam secuntur. sed neutra in obliquis casibus a productam habent; notatur iubar, quod solum a correptam habet, ut Vergilius 'iubare exorto'. |

Er syllaba finita exceptis duobus feminini generis, haec mater et haec mulier, et neutris his, hoc uber, hoc tuber, hoc suber, hoc || papaver, hoc cadaver, hoc laser, hoc siler, hoc iter, hoc cicer, hoc siser, quae omnia tertiae sunt declinationis, cetera masculini sunt generis, alia secundae, alia tertiae declinationis. masculina igitur in er syllabam desinentia, si faciunt ex se feminina a littera terminata, secundi sunt ordinis, ut hic pulcher pulchri, ater atri, niger nigri; quorum feminina sunt pulchra atra nigra. notatur sequester: facit femininum sequestra et est tertiae declinationis. quae ex se aut nulla faciunt feminina aut in is syllabam mittunt, tertiae sunt declinationis, ut hic pater patris, hic frater fratris, passer passeris, anser anseris, carcer carceris, agger aggeris, hic acer huius acris: nam femininum haec acris facit, ut Horatius 'solvitur acris hiems': hic alacer alacris, volucer volucris, mediocer mediocris, celer celeris, equester equestris, pedester pedestris. excipiuntur pauca, quae, quamvis in femininum genus a terminatum minime transeant, secundae tamen sunt declinationis, ut hic puer pueri, hic gener generi, hic socer soceri, Liber Liberi, liber libri, Auster Austri, aper apri, cancer cancri, oleaster oleastri, caper capri, culter cultri, raster rastri, fiber fibri. unum invenitur communis generis, quod iuxta rationem communium tertii est ordinis, hic et haec pauper pauperis. quidam adiciunt hic et haec uber uberis.

---

8 ar syllaba *Char.* 26, 11 *exc. Char.* 540, 40 12 iubar *Prob. cath.* 11, 34 14 er syllaba *Char.* 23, 33. 84, 12

---

4 hic liticen hic tubicen *om. P* 6 omen crimen] certamen *P* 9 praeter haec propria generis masculini ut hic caesar *P* 12 quod solus correptam habet *F* quae sola a correptam habent *P* iuuare exortu *P: Verg. Aen.* IIII 130 17 alia secundae ς aliae secundae *PF* 21 sequester quod sequestra facit femininum et est (est *om. F*) tertiae *F*ς 22 in is syllaba *P* 24 agger aggeris] ager ageris *P* 25 Horatius] *carm.* I 4, 1 26 mediocer mediocris celer celeris *om. P* 27 sequester sequestris *F* 32 fiber fibri] faber bri ς faber *g* 34 adiciunt *f* adiiciunt ς dicunt *PF*

p. 327. 28 L. p. 1694. 95 P.

Ir syllaba terminatur unum monosyllabum generis masculini secundae declinationis, hic vir huius viri, et siqua ex illo componuntur, ut hic semivir triumvir septemvir decemvir levir, quae eiusdem sunt declinationis. unum praeterea neutri generis repertum est et monosyllabis insertum, hoc ir indeclinabile.

Or syllaba finita masculini sunt generis et tertiae declinationis, ut hic odor odoris, hic amor amoris, liquor liquoris, exceptis tribus, quae sexum sibi femininum defendunt, eiusdem tamen declinationis, haec uxor, haec soror, haec arbor, et neutris his, hoc ador, hoc || marmor, hoc aequor. quidam et hoc ebor, hoc robor, hoc femor rationabiliter adnumerant. unum est communis generis, hic et haec auctor, unum omnis generis, hic et haec et hoc memor, et compositum ex eo immemor. et omnia in hanc syllabam desinentia o in obliquis | casibus productam habent, si sint appellativa et latina, exceptis arbor et supra scriptis neutris et memor et immemor. propria latina sive graeca o correptam habent in omnibus casibus, ut Actor Actoris, Hector Hectoris. quae in or similiter desinunt i littera vocali praeposita, communis sunt generis eiusdem declinationis, tertiae scilicet, et omnia comparativi sunt gradus, hic et haec melior melioris, doctior doctioris.

Vr syllaba finita generis masculini haec sunt, hic fur, hic satur. sed fur quidem iuxta rationem monosyllaborum tertiae est declinationis, quod alii communis generis esse dixerunt; satur autem secundae, quoniam femininum satura facit. praeterea hic turtur, hic vultur generis masculini et epicoeni declinationis tertiae. cetera neutri sunt generis eiusdem declinationis, ut hoc guttur, hoc sulphur, hoc fulgur, hoc murmur, hoc iecur iecinoris vel iecoris. unum communis est generis, hic et haec augur auguris.

As syllaba terminata feminini sunt generis et tertiae declinationis, ut haec dignitas pietas facultas civitas potestas, a littera in omni casu producta. pauca inveniuntur masculini generis partim propria, partim a propriis civitatum nominibus translata, ut hic Larinas Larinatis, hic Maecenas Maecenatis, hic Arpinas Arpinatis, hic Capenas Capenatis.

---

1 ir syllaba *Char.* 24, 19 *exc. Char.* 540, 14 6 or syllaba *Char.* 85, 23 *exc. Char.* 543, 28. *Prob. cath.* 12, 13 20 ur syllaba *Char.* 30, 13. 86, 15 *exc. Char.* 544, 6 28 as syllaba *Char.* 26, 26

---

1 fr] is *P* terminatum unum *F* 3 semiuir duumuir triumuir ς: semiuir decemuir quae *P* 7 hic odor odoris hic olor ris hic amor ς 8 sexum in (*corr. al. man., ut videtur*, sexum sibi) femininum defendunt *P* sexusiu femininū genere defendit *F* sexus in feminino genere defendit *f*ς sexus feminini generis defendit *g* 10 quidam (quidam *om.* ς) hoc ebos hoc robor quidam et hoc femor rationabiliter adnumerant *F*ς 14 excepto *F*ς, *corr. al. man., ut videtur*, -tis *P* suprascriptis neutris et (et *om. F*) memor et immemor *F*ς suprascriptis memor et immemor *P* 15 graeca o correptam *corr. al. man., ut videtur*, graeca quae o correptam *P* 24 epicoenon et eadem (et eiusdem *f*) declinationis tertiae *F* 31 hic *ante* Maecenas *om. PF* 32 hic capienas capienatis *F:* hic *om. P*

p. 1695–97 P. p. 328. 29 L.

Es syllaba quattuor modis nomina terminantur, in es productam praeposita consonante, in es correptam similiter praeeunte qualibet consonante, in es puram productam i vocali praeposita, in eandem puram correptam. nomina igitur quae in es productam desinunt consonante praeposita generis sunt feminini tertiae declina||tionis et totidem syllabis in genitivo et ceteris casibus quot in nominativo proferuntur, ut haec nubes nubis, caedes caedis, proles prolis, moles molis, strages stragis, labes labis, pubes pubis, plebes plebis, exceptis tribus, quae eiusdem generis sunt, sed quintae declinationis, ut haec fides fidei, spes spei, res rei, et Ceres, quod in genitivo contra morem omnium plus una syllaba profertur (nam Cereris facit), et merces mercedis. in hac extremitate quattuor reperiuntur propria masculini generis eiusdem ordinis, hic Hercules Herculis, Cocles Coclis, Verres Verris, Vlixes Vlixis, et quae componuntur a pede nihil a declinatione simplicis discrepantia, ut | bipes tripes quadrupes (haec etiam communis esse generis multi adfirmant) sonipes alipes. duo praeterea communis sunt generis, quae in genitivo una syllaba adcrescunt, hic et haec heres heredis, locuples locupletis. quae es correpta terminantur praeposita consonante, masculini sunt generis tertiae similiter declinationis et una syllaba in genitivo crescunt, ut hic poples poplitis, hic fomes fomitis, hic miles militis, hic gurges gurgitis, hic stipes stipitis, hic cespes cespitis, hic hospes hospitis (nam femininum hospita facit), exceptis his, feminini quidem generis haec seges segetis et teges tegetis, communis vero, accidentibus licet, hic et haec teres, hic et haec praepes, hic et haec dives, hic et haec comes, hic et haec hebes sospes superstes. et omnia genitivum in tis syllabam mittunt. notantur haec sola, quae in dis, non in tis faciunt genitivum, hic et haec praeses praesidis, reses residis, deses desidis, obses obsidis. quae in es productam et puram desinunt, feminini sunt generis declinationis quintae, ut haec facies faciei, acies aciei, effigies effigiei, excepto uno incerti generis, quod nunc masculinum est, nunc femininum, ut hic vel haec dies diei, et quod ex eo figuratur masculini generis, hic meridies meridiei. unum praeterea notatur eadem clausula finitum generis feminini tertiae declinationis, haec quies quietis. quae in es correptam i prae||cedente vocali

---

1 es syllaba *Char.* 28, 27. 39, 23. 68, 34 *exc. Char.* 541, 30

---

1 est syllaba *P* in es productam *g* ς in productam *P* idē in (*superscr.* es) productam *F* 2 in correptam *P* 3 in eodem puram *corr.* in eandem es puram *F* 5 feminini (et *add.* *P* ς) tertiae declinationis totidem *PF* ς 8 pubes pubis *F* ς tabes *g*, *om.* *P* excepto uno quod eiusdem generis est sed quintae declinationis ut haec fides fidei et ceres *F* ς 11 in extremitate *F* in eadem extremitate ς in extremitate eadem *g* 14 quadripes *P* 18 consonantem *P* 21 hospita facit *f* ς hospitam facit *P* hospitae facit *F* 22 haec seges segitis (segetis *f*) teges tegitis (tegetis *f*) *F* haec teges tegis et seges segetis *P* 23 communis uero accidentia licet haec teres *P* 24 hic et haec dines hic et haec comes sospes hic et haec hebes superstes *P* hic et haec dines hic et haec hebes comes comitis sospes sospitis superstes *F*

p. 329. 30 L. p. 1697. 98 P.

desinunt, duo sunt masculini generis, hic aries, hic paries; unum feminini, haec abies; et tertiae sunt declinationis: faciunt enim genitivum arietis parietis abietis.

Is syllaba finita praepositis n et c consonantibus masculini sunt generis, hic panis, hic funis, hic finis, hic amnis, hic ignis, hic clunis, hic piscis, hic fascis. unum feminini est generis, haec bipennis, unum communis, hic et haec canis. omnia tamen tertiae sunt declinationis. et illa generis sunt masculini, quae in genitivo una syllaba adcrescunt, ut hic lapis lapidis, hic pulvis pulveris, hic sanguis sanguinis, hic vomis vomeris, hic cinis cineris, hic pollis pollinis, hic pubis puberis, hic inpubis inpuberis, ut Tullius 'filiumque eius inpuberem'. ex his unum | tamen femini est generis, haec cuspis cuspidis. cetera qualibet consonante is syllabam praecedente feminini generis sunt et eiusdem declinationis, tertiae scilicet, nominativum et genitivum parem habentia, ut haec avis, haec classis, haec clavis, haec turris, haec puppis, haec cutis, haec pellis, haec securis, haec messis, haec navis, haec scrobis, haec scobis, haec bilis. sed si sunt accidentia, id est ad corpus vel ad animum pertinentia, universa communis sunt generis et tertii similiter ordinis et neutra ex se faciunt e littera terminata nihil a declinatione communium discrepantia, hic et haec fortis huius fortis, hoc forte huius fortis; hic et haec dulcis huius dulcis, hoc dulce huius dulcis; hic et haec suavis huius suavis, hoc suave huius suavis. et quae derivantur a principalibus is syllaba finita, eandem regulam sequuntur, ut a populo hic || et haec popularis huius popularis et hoc populare huius popularis, hic et haec specialis hoc speciale et similia. sunt praeterea pauca nomina eadem clausula generis masculini, quae neque n aut c ante is syllabam habent, nec in genitivo plus una syllaba proferuntur, ut hic fustis, hic ensis, hic postis, hic anguis, hic unguis, hic collis, hic follis, hic corbis, hic mensis, hic vectis, hic torquis, hic torris, hic axis, hic orbis. praeter haec et quae superius notavimus omnia aut

4 is syllaba *Char.* 41, 24. 88, 29. 20, 20. *exc. Char.* 542, 26. 555, 25

1 desinunt masculini hic aries *P* 3 abietis. es productam aut correptam nomina habere dignoscuntur per penultimam genitiui. sic miles, es correptam habere dignoscitur, quia penultimam genitiui correptam habeat, ut miles, huius militis: sic heres es productam, quod penultimam genitiui productam habeat, ut heres huius heredis. atque id ita in omnibus fere obseruandum est, ubi de ultimae syllabae quantitate dubitatur, ut in nominibus, ita et in uerbis. is syllaba *Putschius* 5 clunis] clyānis *P* 6 bipinnis *F* 7 unam *P* 10 hic puuis puueris hic inpuuis inpueris ut tullius *P* hic pubis puberis ut tullius *Fς*: *Cic. in Catil.* IIII 6, 13. *cf. Prob. cathol.* 20, 4 inpuuerem *P* 11 tamen] tantum *F* est *om. P* 14 nomiuatiuum et genitiuum ς: et *om. PF* 15 haec classis clauis *PF* 16 haec scobis haec bilis *om. P* 17 animam *PFς* 20 hoc forte fortis hic et haec dulcis et (et *om. P*) hoc dulce dulcis hic et haec suauis et (et *om. F*) hoc suaue huius suauis *PF* 25 et similia] et quae similia sunt *F* 26 eandem clausulam *P* 28 hic fustis haec postis *P* hic unguis *om. P* 29 hic torquis hic orbis praeterea et quae superius nominauimus *F*

p. 1698. 99 P. p. 330. 31 L.

feminini sunt generis aut communis. nam super declinatione nulla est ambiguitas.

Os finita monosyllaba tria sunt generis masculini, hic mos, hic flos, hic ros; duo feminini, haec cos, haec dos; unum neutri, hoc os oris: quidam et hoc os ossis adiciunt [unum communis hic et haec bos]; et omnia secundum definitam superius regulam monosyllaborum tertiae sunt declinationis: disyllaba tria, quorum duo masculini sunt generis, unum communis, eiusdem declinationis, hic lepos leporis, hic nepos nepotis, hic et haec custos custodis; similiter hic et haec sacerdos sacerdotis.

Vs syllaba terminata nomina masculini sunt generis aut feminini aut neutri; tantum unum est omnis tertiae declinationis, hic et haec et hoc vetus veteris. sed masculini generis nomina aut secundae sunt declinationis aut quartae exceptis duobus, quae sunt tertiae, hic Ligus Liguris et hic lepus leporis. sed illa masculina secundae declinationis | accipiunt formulam, quae aut propria sunt aut in femininum genus transeunt, ut hic Tullius Tullii, clarus *ctari* (facit enim clara); illa quartae, quae aut a verbis veniunt aut in femininum genus non transeunt, ut hic ascensus huius ascensus a verbo ascendo, hic motus huius motus, hic nisus huius nisus, hic portus huius portus, hic arcus huius arcus, quae in femininum non transeunt. sed quoniam plurima inveniuntur, quae nec a verbis veniunt [nec minus quartae sunt] neque feminina ex se faciunt, et tamen secundae sunt declinationis, discernendae ambiguitatis causa diligenti inquisitione subiectas notavimus regulas, quo facili||us declinationis diversitas deprehendi possit. ergo us syllaba terminata nomina masculini generis propria vel appellativa, sive feminina ex se faciunt, sive in aliud genus minime transformantur, secundae sunt declinationis, ut Terentius Terentii, Marcus Marci, bonus boni, campus campi, hortus horti, fumus fumi, nidus nidi, fungus fungi, mergus mergi, somnus somni, lucus luci. duo notantur, quae superius posuimus tertiae declinationis us syllaba terminata eiusdem generis, hic Ligus Liguris, hic lepus leporis. quae a verbis aut nominibus veniunt principalibus, quartae sunt declinationis, ut hic status huius status, hic ductus huius ductus, hic motus huius motus, hic consulatus huius consulatus, hic tribunatus huius tribunatus, hic ma-

---

3 os finita *Char.* 30, 6. 91, 31. *exc. Char.* 543, 37 10 us syllaba *Char.* 21, 18. 44, 21. *exc. Char.* 538, 30

---

3 os finita syllaba $F\varsigma$ 5 unum communis hic et haec bos *om. PF, add.* ς 8 lepus *P* 13 hic ligus liguris lepus leporis *P* hic ligus ligoris hic lepus leporis *F* hic liguris ris et hic lepus ris ς 15 quae aut (aut *om.* ς) in femininum genus transeunt illa quartae $F\varsigma$ 16 hic tullius tullia clarus facit *P* 21 nec minus] nec nomin *corr.* nec a nomine *F* nec nihilo minus *g* 23 subiecta notauimus regulam *P* 28 duo *om. P* 30 ligus ligoris *F* 33 hic consolatus huius consolatus hic tribunatus magistratus equitatus principatus notantur *P* consulatus tribunatus equitatus magistratus sequestratus principatus nisus nisus notantur *g* hic consolatus huius consolatus hic tribunatus huius tribunatus (hic magistratus huius *in*

gistratus huius magistratus, hic equitatus huius equitatus, hic principatus huius principatus, hic receptus huius receptus, hic visus huius visus. notantur haec, quae nec a verbis veniunt nec a nominibus derivantur, et tamen quartae sunt declinationis, generis masculini, hic arcus huius arcus, hic acus gradus fastus caestus aestus portus lacus vultus sinus currus [hic cultus] luxus senatus astus rictus ritus fetus situs. feminini generis eadem extremitate finita secundae declinationis sunt tria tantum, haec colus coli, haec alvus alvi, haec humus humi; et nomina arborum quae in eandem syllabam desinunt, haec pirus piri, haec prunus pruni, haec pinus pini, haec fagus fagi, haec taxus taxi, haec fraxinus fraxini, haec ulmus ulmi, haec alnus alni: tertiae pauca haec tantum, tellus telluris, salus salutis, palus paludis, iuventus iuventutis, virtus virtutis, senectus senectutis, servitus servitutis, Venus Veneris: quartae haec tantum, haec anus huius anus, haec manus huius manus, haec porticus huius porticus, | haec domus huius domus, haec nurus huius nurus, haec socrus huius socrus, haec quercus huius quercus. neutra illa sunt, quae in genitivo una syllaba crescunt et in ris desinunt, ut hoc decus decoris, hoc sidus sideris, hoc pondus ponderis, hoc pecus pecoris, exceptis tribus, quae secundae sunt declinationis correpta us syllaba, hoc vulgus || vulgi, hoc virus viri, hoc pelagus pelagi. alia omnia masculini sunt generis et declinantur exemplo secundae declinationis aut quartae iuxta definitas superius regulas.

Ax syllaba terminata unum masculini generis proprium, hic Aiax, unum femininum, haec fornax, alia omnia sunt accidentia et trium generum, ut hic et haec et hoc audax rapax fallax loquax pertinax minax procax contumax pervicax; et omnia ad instar tertii ordinis declinantur et a in obliquis casibus productam habent.

Ex syllaba finita masculini sunt generis declinationis tertiae, ut hic vertex verticis, hic culex culicis, hic pollex pollicis, hic codex codicis, hic cortex corticis, hic murex muricis; feminini generis haec sola, haec silex, ut Vergilius 'ah silice in nuda', haec ilex ilicis, haec carex

---

23 ax syllaba *Char.* 27, 12. *exc. Char.* 541, 18 28 ex syllaba *Char.* 88, 5. *exc. Char.* 542, 14

---

litura f) magistratus eqstratus (*corr.* eqstratus) principatus hic receptus huius receptus hic uisus huius uisus notantur *F* 5 haec acus *F, om.* ς fastus] fructus *F* ς 6 astus] aestus *F* 12 virtus virtutis *om. P* 16 huius socrus *et* huius quercus *om. PF* 21 iuxta difinitas superiores regulas *F* definita superius regulas *P* 23 terminata *corr. al. man.* -tur *P* 24 accidentiae trium *P* 25 loquax micax pertinax minax *g* 27 et a in obliquis ς etiam in obliqnis *P* ī a obliqnis *F* 28 ut hic uertex uerticis, hic culex cis. codex cis. latex. sorex. pollex cis. hic cortex cis. hic murex cis ς ut hic uertex cis culex codex pelex cortex apex latex murex *g* 29 hic codex codicis *om. F* 31 asilicae inuuda *F*: *Verg. bucol.* 1, 15 haec ilex ilicis hic carex caricis *F* haec ilex ilicis carex caricis *P* ς haec ilex ilicis carex caricis et haec supellex supellectilis *Putschius*

p. 1700. 01 P. p. 332. 33 L.

caricis. si sint accidentia, omnis generis sunt nihil a declinatione discrepantia: nam sunt tertiae declinationis, ut hic et haec et hoc simplex duplex artifex opifex aurifex, et omnia in genitivo et ceteris casibus e litteram in i convertunt. unum reperitur masculini generis quod e producit in obliquis casibus, hic vervex vervecis. ix syllaba terminantur masculini generis haec, hic calix calicis, hic fornix fornicis, hic varix varicis; feminina haec, haec salix, haec filix, haec radix, haec cervix, haec matrix, haec cornix, haec lodix [obstetrix obstetricis]. ex his posteriora quinque i producunt in obliquis casibus. accidentia trium generum sunt, ut hic et haec et hoc felix felicis, hic et haec et hoc pernix. in eandem syllabam praepositis consonantibus, quarum prior muta, altera liquida est, nomina feminini generis desinunt, quae a masculinis tor syllaba finitis et a verbo venientibus figurantur, ut hic genitor haec genetrix, hic venator haec venatrix, hic bellator haec bellatrix, hic victor haec victrix. unum eadem clausula terminatur generis masculini, nomen serpentis apud Lucanum lectum, 'et natrix violator aquae'; duo feminini, quae a masculinis non veniunt, haec meretrix, haec cicatrix. omnia || tamen procul dubio tertiae sunt declinationis. | ox syllaba finita exceptis monosyllabis omnia accidentia sunt generis omnis, ut hic et haec et hoc ferox atrox velox. sed iuxta rationem saepius demonstratam haec quoque eiusdem declinationis legibus subiacent. unum feminini generis hac extremitate lectum apud Plautum est, haec celox, quod scapham significat [navis]. ux syllaba terminatur unum masculini generis proprium, hic Pollux Pollucis. monosyllaba cuius sint generis, definivimus [feminina monosyllaba lux nux crux]. quidam communis generis hae syllaba finitum asserunt hic et haec coniux, qui nominativum sine n littera proferri volunt, quia in genitivo et aliis casibus eadem littera non servatur.

T littera muta unum nomen terminatur generis neutri, hoc caput capitis, et quae ex eo componuntur, occiput occipitis, sinciput sincipitis: Persius 'et fissa fumosum sinciput aure'.

---

6 ix syllaba *Char.* 29, 23. 44, 3. 91, 22. *exc. Char.* 542, 38 19 ox syllaba *Char.* 92, 17. *exc. Char.* 544, 1 23 ux syllaba *Char.* 30, 21. 87, 8. *exc. Char.* 544, 10 29 t littera *Char.* 30, 20

---

3 et omnia quae in genitiuo *F* 7 haec filix ς haec felix *F*, *om. P* 8 obstetrix obstetricis *om. F*ς 9 quinque *Putschius* quattuor *F*ς, *om. P* 12 desinunt in ix quae *F*ς 13 hic genitor haec genitrix bellator uenator bellatrix hic uictor haec uictrix haec uenatrix unum *P* 16 apud lucanum lectum ē ut natrix *F* apud Lucanum libro VIII lectum est et natrix *Putschius: Lucan. Pharsal.* VIIII 720 violator aquae] uiolatur quae *F* 19 omnis sed iuxta rationem saepius (superius ς) demonstratam ut hic et haec et hoc ferox atrox uelox haec quoque *PF*ς 22 hac extremitate ς haec extremitate *PF* est *om. P* 23 scapham nauis significat *g:* navis *om.* ς 24 cuius sunt generis definimus *P* cuius sunt genera definiemus *F* cuiuscumque sint generis diffiniimus ς 25 feminina — crux *om. P* 29 et quae ex eo componuntur ς et quod ex eo componuntur *P:* et quod ex eo componitur sinciput. NIMI. occiput. occipitis sinciput sincipitis *F* 30 Persius satyra sexta *Putschius: Pers. sat.* 6, 70 et fissa fomosum (formonsum *f*) sinciput sīciput aure *F* sinepnt *P*

p. 333. 34 L. p. 1701. 02 P.

Quae in duas desinunt consonantes exceptis, ut saepius dictum est, monosyllabis, si sint accidentia, trium generum sunt, et tertiae remota ambiguitate declinationis, ut hic et haec et hoc ingens ingentis, hic et haec et hoc caelebs caelibis, hic et haec et hoc inops inopis, hic et haec et hoc sollers sollertis, hic et haec et hoc concors concordis, hic et haec et hoc potens potentis. pauca sunt masculini generis propria, hic Mavors Mavortis, hic Arruns Arruntis; pauca appellativa, quorum alia masculini sunt generis, alia feminini, hic adeps adipis, haec cohors cohortis, haec hiems hiemis et similia.

Expositis latinorum nominum regulis graecorum quoque tractanda est declinatio, quoniam plerumque his utimur in sermone, et maxime propriis, quae in usum latinae linguae admissa sunt, ut etiam certis definienda sint regulis. memineris autem omnia graeca nomina propria vel appellativa aut primae esse declinationis aut secundae aut tertiae generis masculini feminini neutri. sed primae quidem et secundae declinationis masculina et feminina reperiuntur, tertiae autem masculina feminina neutra. ||

| Quaecumque nomina as vel es syllabis terminantur, si apud Graecos genitivum in *ου* mittunt, apud nos primae sunt declinationis, ut hic Aeneas Aeneae, Lysias Lysiae, Amyntas Amyntae, Damoetas Damoetae, Orestes Orestae, Pylades Pyladae, omnia masculini generis. item disyllaba flexa, quae s littera adempta faciunt apud illos genitivum, similiter apud nos eiusdem sunt declinationis, ut Antas Antae, Menas Menae. quae accusativum singularem in n potius quam in m mittunt, ut Aenean Anchisen Lysian. simili ratione patronymica declinantur, ut hic Priamides Priamidae, Pelides Pelidae, hunc Priamiden Peliden. graeca autem feminina, quae a littera finiuntur, primae sunt declinationis, ut haec Medea Medeae, Phaedra Phaedrae, Andromeda Andromedae. et quae in e productam apud illos desinunt, apud nos e in a conversa eiusdem sunt de-

---

18 quaecumque nomina as vel es *Char.* 19, 6. 41, 2. 66, 11. *exc. Char.* 537, 27. 544, 18

---

2 tertie ordinis remota *F* tertii ordinis remota *fς* 4 inopis solers solertis concors concordis hic et haec et hoc potens pauca *F* inopis sollers sollertis concors concordis pauca *P* 5 consors consortis ς 8 adipis *om. P* 9 similia EXPLI. DE LATINORUM NOMINUM INCIPIT GRECORUM Expositis *P* 18 as uel es uel a syllaba ς 19 ut ὁ *Αἰνείας τοῦ Αἰνείου* hic Aeneas neae. ὁ *Λυσίας τοῦ Λυσίου* Lysias Lysiae. ὁ *Ἀμύντας τοῦ Ἀμύντου* Amintas tae. ὁ *Δαμοίτης τοῦ Δαμοίτου* Damoetas Damoetae. ὁ *Κλοάντης τοῦ Κλοάντου* Cloantas Cloantae. exceptis his ὁ *Ἰωάννης τοῦ Ἰωάννου* Ioannes Ioannis ὁ *Ὀρόντης τοῦ Ὀρόντου* Orontes Orontis. ὁ *Ὀρέστης τοῦ Ὀρέστου* Orestes Orestis. ὁ *Ἡρώδης τοῦ Ἡρώδου* hic Herodes Herodis. ὁ *Πυλάδης τοῦ Πυλάδου* Pylades Pyladis omnia masculini generis sunt ς 20 dametas dametae (pilades piladae *add. f*) exceptis his iohannes iohannis orontes orantis orodes orestes pelides omnia *F* Orestae *om. P* 21 item illa flexa quas (quae s *f*) littera adempta *F* item illa quae flexa s littera adepta *P* 23 quae et accusatiuum singularem in en potius quam in em syllabam ut anchisaen lisian *F* 26 autem *om. P* 27 ut medea phaedra medeae phaedrae *P* ut haec meda feda meda fede *F*

p. 1702. 03 P. p. 334. 35 L.

clinationis, ut Circe haec Circa huius Circae, Andromache Andromacha, aut secundum graecam declinationem inflectuntur integro nominativo casu, ut haec Libye huius Libyes: sic Lucanus

finibus extremis Libyes ubi fervida tellus.

Secundae declinationis graeca masculina vel feminina, quae ος syllaba brevi terminantur, o littera in u mutata apud Latinos secundi ordinis declinationem secuntur, ut hic Homerus Homeri, Hyginus Hygini, haec Tyrus Tyri, haec Berytus Beryti, Cyprus Cypri, Pontus Ponti. item quae apud illos in ευς syllabam desinunt, sunt autem masculina propria, eiusdem declinationis, ut hic Peleus Pelei, Tydeus ‖ Tydei, Oeneus Oenei. haec dativum singularem duplicem habent: nam et Peleo et Pelei dicimus et Orpheo et Orphei, ut Vergilius 'Orphei Calliopea Lino'. sed hoc graecae est, illud latinae declinationis. accusativum tamen graecum habent, ut Pelea Atrea. item illa quae apud Graecos in γρος in δρος in κρος in τρος syllabas | desinunt postrema syllaba in er conversa eiusdem sunt declinationis, ut *Μελέαγρος* hic Meleager Meleagri, *Μένανδρος* hic Menander Menandri, *Τεῦκρος* hic Teucer Teucri, *Ἀντίπατρος* hic Antipater Antipatri. excipiuntur quaedam in grus et drus et trus syllabas desinentia, quae nominativum non mutant in er, nihil tamen a declinatione dissentiunt, Andrus congrus Petrus.

In or nomina masculina propria desinunt et tertiae sunt declinationis, ut Hector Hectoris, Nestor Nestoris, Mentor Mentoris. in his omnibus o in omni casu corripitur.

In as masculini generis desinentia, si apud illos genitivum in ος mittunt, nos tertiae declinationi applicamus, ut *Θόας Θόαντος*, nos Thoas Thoantis, Acamas Acamantis, Atlas Atlantis, Mimas Mimantis, gigas gigantis. et feminina similiter eadem syllaba terminata tertiae sunt decli-

---

8 item quae apud illos in ευς *Char.* 41, 16 14 item illa quae apud Graecos in γρος *Char.* 24, 3. 82, 16. 84, 16. *exc. Char.* 540, 1 21 in or *Char.* 43, 28. 86, 1 *exc. Char.* 543, 33 24 in as *Char.* 26, 27. 46, 14. *exc. Char.* 541, 8. *Prob. cath.* 18, 4

---

2 inflectuntur inter (in ς) nominatiuum casum *F*ς 3 sic Lucanus libro IX *Putschius, om. P: Lucan. Pharsal.* VIII 624 4 funibus *corr.* finibus *F* 5 secundae declinationis sunt greca *F*ς 9 autem *om.* ς 10 ut hic pelleus pelley tydeus tydei aeneus aeney *F* ut hic Peleus pelei Tydeus tydei Aeneus aenei orpheus orphei ς 11 nam et pelei et peleo dicimus et orphoeo et orphei et uergilius orphi calliopea *P* nam et peli et pelio dicimus orfeo orfei (*corr.* orfi) ut uergilius orfi caliope *F* nam et peli et peleo dicimus orpheo orphi ut Virgilius Orphi calliopeu ς: *Verg. bucol.* 4, 57 14 ut pelia tertia (*corr.* teris) *F* ut pelea tydea ς 15 syllabam desinunt *P* syllabam mittunt *F*ς 18 excipiuntur quaedam (quidem *F*) in grus in brus in drus et in (in *om. F*) trus sillaba desinentia *F*ς 20 dissentiunt scombrus (scobrus *F*) andrus gongrus petrus *F*ς Andrus] angrus *P* petrus TERTIE DECLIÑ in or *P* 22 mentor mentoris actor actoris ς 25 uthoas COANTAC (ΘOANTωC *f*) thoas thoantis AKAMAC acamantis athlas athlantis minas minantis cicas cicantis gigans (*corr.* gigas) gigantis *F* ut *Θόας Θόαντος* toas toantis *ἄτλας ἄτλαντος* atlas atlantis *μαίνας μαίναδος* meuas menadis gigas gigantis ς 26 Mimas Mimantis] minas minantis *P*

p. 335. 36 L. p. 1703. 04 P.

nationis, ut Pallas Palladis, Thyas Thyadis, orchas orchadis. in es propria masculini generis desinunt. quorum si Graeci genitivum in ους efferunt, simili modo Latini tertii ordinis exemplo declinant, ut Δημοσθένης Δημοσθένους Demosthenes Demosthenis, Polynices Polynicis, Diogenes Diogenis. quae circumflexo accentu pronuntiantur, in suo statu haec remanent et graecam declinationem secuntur, ut hic Eumenes huius Eumenus, hic Euprepes huius Euprepus; quamquam quidam sic declinari maluerunt, Eumenes Eumenetis, Euprepes Euprepetis [Eumenes Eumenis, Euprepes Euprepis]. quae in ος genitivum mittunt, similiter decli||nantur, ut Dares Daretis, Chremes Chremetis: dicimus autem et Chremis: Diores Dioris, Antores Antoris. in is tam masculini generis quam feminini desinunt eiusdem declinationis, ut hic Daphnis Daphnidis, Thybris Thybridis, et feminina, haec Thais Thaidis, Lais Laidis, Isis Isidis, Hesperis Hesperidis; et omnia genitivum in dis syllabam mittunt excepto uno Simois, quod Simoentis facit genitivum. in us masculini generis propria figurae compositae desinunt tertiae declinationis, hic Melampus Melampodis, Oedipus Oedipodis. | in ys propria masculini generis tertiae declinationis, hic Capys Capyis, Panthys Panthyis.

O littera finita propria sunt generis feminini, quae translata in latinam linguam nihilo minus graecam declinationem obtinent, ut Dido Manto Erato Ino Calypso Themisto. declinantur enim hoc modo, haec Dido, huius Didus, huic Dido, hanc Dido, o Dido, ab hac Dido. errant enim qui Didonis aut Mantonis genitivum dicunt, cum et vocis asperitas et veterum auctoritas eius modi declinationem repudiat.

In on masculini generis propria desinunt, quae genitivum aut in ος aut in τος mittunt apud Graecos: ea nos tertiae declinationis esse asserimus, ut Sinon Sinonis, Damon Damonis (haec interdum apud Latinos demutata novissima n littera proferuntur), Laocoon Laocoontis, Hippo-

---

1 in es *Char.* 41, 2. 68, 28 *exc. Char.* 542, 3 11 in is *Prob. cath.* 18, 24 15 in us *Prob. cath.* 27, 4 17 in ys *Prob. cath.* 27, 6 19 o littera *Char.* 63, 17. 64, 14. *exc. Char.* 543, 19. *Prob. cath.* 9, 33 25 in on *Char.* 64, 20 *exc. Char:* 543, 26

---

1 pallidis *P* orchas orchadis] oreas dis ϛ in es longa propria masculinis generis *P* 2 in ovc efferuntur *P* in us efferunt *F* 4 Diogenes — pronuntiantur *hoc loco om. P* 5 et que circumflexu accentu *F* 6 secuntur *om. P* 7 declinari maluerunt eumenetis euprepitis Diogenes Diogenis. quae circumflexo accentu pronuntiantur ut eumenes eumenis euprepes euprepis quae in oc genitiuum *P* declinare uoluerunt eymenes eimentis eyprepes eyprepetis eyticetis et quae in (tis *add. f*) genitiuum *F* declinare uoluerunt Eumenes eumeneis Euprepes euprepetis. et quae in tis genitiuum ϛ 10 chermmes chermmetis dicimus autem et chremmis (*corr.* chremis) diores dioris antor antoris *F* dicimus autem et Chremis *om. P* 11 generis *om. P* eius declinationis *P* 17 hic capys Lapyis panthyis *P* ut hic capis capyis panchis panchyis *F* ut Capis capis pantis pantis ϛ ut Capys Capyis Phorcys Phorcyis *Putschius* 21 haec dido didoys didoe dido o dido ab hac dido *F* haec Dido didois didoi didoē ab hac didoe ϛ 23 genitiuum] qui *P* 28 demutata] mutata *Fϛ*

p. 1704. 05 P. p. 336 37 L.

coontis. et quae in ος genitivum mittunt, paenultima syllaba o productam habent in obliquis casibus; quae in τος, correptam, exceptis duobus, quae in ος genitivum efferunt et o corripiunt, Memnon Memnonis, Agamemnon Agamemnonis. in an masculini generis nomina desinentia, ea quoque tertiae sunt declinationis, ut hic Titan Titanis, hic paean paeanis. horum accusativum tam numeri singularis quam pluralis secundum Graecos proferemus, ut hunc Titana paeana, hos Titanas paeanas. unum etiam genitivum singularem || propter differentiam in os iuxta graecam declinationem mittit, hic Pan Panos, ut Vergilius 'Panos de more Lycaei'. in in masculini generis exeunt eiusdem declinationis, ut hic delphin delphinis, Telchin Telchinis. accusativum utriusque numeri delphina et Telchina, delphinas et Telchinas, sicut Graeci, proferemus. in os productam generis desinunt masculini tertii ordinis, ut Minos Minois, heros herois, Tros Trois. |

A finita graeca neutri sunt generis omnia. de declinatione nulla est ambiguitas: nam eiusdem sunt ordinis, ut poema poematis, toreuma toreumatis, emblema emblematis. quae quamvis tertiae sunt declinationis, dativum et ablativum pluralem non in bus, sed in is mittunt, ratione nominum secundae declinationis: nam his poematis et emblematis dicendum est.

In ax vel in ix masculini generis nomina desinunt et genitivum is syllaba finiunt, ut thorax thoracis, corax coracis, Phoenix Phoenicis. et quae in duas desinunt consonantes, tertiae declinationi similiter applicantur, ut hic Cyclops Cyclopis, chalybs chalybis.

Vniversa nomina graeca, cuiuscumque sint generis, genitivum apud illos in has syllabas mittunt, in ης, ut *Κίρκη Κίρκης*, in ας, ut *Φαίδρα Φαίδρας*, in ου, ut *Αἰνείας Αἰνείου*, in α, ut *Ἀντᾶς Ἀντᾶ*, in ως, ut *Πηλεὺς Πηλέως*, in ους, ut *Δημοσθένης Δημοσθένους*, in ος, ut *Θόας Θόαντος, γίγας γίγαντος*. igitur quaecumque nomina apud Graecos genitivum in ης vel in ας mittunt, apud nos primae sunt declinationis, ut Circe vel Circa huius Circae, Phaedra Phaedrae. quae in α vel in ου genitivum mittunt a nominativo ας vel ης syllabis terminato venientia, simili modo primae sunt declinationis, ut Antas Antae, Aeneas Aeneae, Orestes Orestae. quae in ου syllabam exeunt in genitivo a nominativo ος terminato venientia, secundae sunt declinationis, ut Homerus Homeri,

---

4 in an *Char.* 25, 26. *exc. Char.* 540, 36. *Prob. cath.* 9, 18 10 in in *Char.* 29, 26. *exc. Char.* 542, 23

---

1 penultimam syllabam o *P* penultimam syllabam *F*ς 9 ut uirgilius pan panos de more lyei *F*: *Verg Aen.* VIII 344 24 chalybis EPITHOMA uniuersa *P* calibis EPITOMA DEGENIVOGRADU uniuersa *F* 25 generis si genitiuum *P* 31 ut circae uel circa huius circae *P* ut KIPKI KIPKIC circa circae *F* uel in oy a nominatiuo ac uel HC syllabis terminato uenientia genitiuum mittunt simili *P* uel in oy genitiuum mittunt nominatiuum in as uel in es syllabis terminantur simili *F*

p. 337—39 L. p. 1705—07 P.

Menander Menandri. item quae in ως exeunt, secundae sunt, ut Tydeus Tydei, Peleus Pelei. quae in ους vel in || ος syllabas genitivum singularem mittunt, ea omnia tertiae sunt declinationis remoto dubitationis errore, ut Demosthenes Demosthenis, Paris Paridis, Mimas Mimantis, Pallas Palladis, Thais Thaidis, poema poematis. |

Quoniam genera et declinationes tam latinorum nominum quam graecorum dilucide breviterque explanavimus, de ceteris quae praepositis regularum legibus refragantur disseremus, ut discussa penitus ignorationis caligine inoffensa luce scientiae mentes adulescentium inlustrentur.

Sunt quaedam nomina in utroque numero non eiusdem generis; alia non eiusdem declinationis; alia non in utroque numero declinantur; alia certis casibus deficiunt. de his dicemus, et primum de illis quae generibus discrepant.

In singulari numero generis masculini, in plurali neutri, hic locus haec loca; dicimus tamen et hi loci: hic iocus haec ioca et hi ioci, hic Maenalus haec Maenala, hic Tartarus haec Tartara, hic Gargarus haec Gargara, hic carbasus haec carbasa. hic Ismarus haec Ismara, hic sibilus haec sibila. in singulari numero generis feminini, in plurali neutri, haec Pergamus haec Pergama, haec intibus haec intiba, haec arbutus haec arbuta. in singulari numero generis neutri, in plurali feminini, hoc epulum hae epulae: sic Iuvenalis

unde epulum possis centum dare Pythagoreis;

alii hae epulae semper pluraliter declinant: hoc balneum hae balneae; dicuntur et haec balnea, Tullius 'ad balneas Pallacinas', Iuvenalis 'et crudum pavonem in balnea portas': hoc caepe, quod in singulari numero est aptotum, in plurali femininum, hae caepae, et ordine declinatur. in singulari numero generis neutri, in plurali masculini, hoc porrum hi porri, hoc fre||num hi freni, ut Lucanus 'frenosque momordit'; dicimus tamen et haec frena: | hoc filum hi fili,

traxerunt in arte magica vertigine fili;

et haec fila dicuntur: hoc Argus hi Argi.

In plurali numero mutant declinationem haec. hoc iugerum in sin-

---

12 quae generibus discrepant *Char.* 37, 1. *exc. Char.* 551, 26. *Diom.* 327, 1. *Don.* 375, 29. *Serv. in Don.* 431, 29

---

4 minas minantis *P*ς minaus minantis *F* 5 pallas pallidis *P* poematis EXPL. REGULE GRECORUM NOMIN. *P* poematis EXPLICIT REGULA GRECORUM NOMIN.. *F* 8 refrangantur *P* 9 inlustrarentur *P* 10 alia sunt non eiusdem declinationis ς alia non declī *P* non declinationis *F* 21 Iuvenalis] *sat.* 3, 220 22 pyrtagurjs *F* 24 dicuntur et has balneas *F* Tullius] *pro Rosc. Amer.* 7, 18 pallacinas *PF* palatinas *f* pallatinas ς Iuvenalis] *sat.* 1, 143 25 in palnea *F* ad balnea *P* hoc caepe *P supersc.* KPOMYON hoc cepae *F* 26 feminini hae caepae *P* femī haec cepa *F* 27 declinatur ς declinantur *PF* 28 Luçanus] *Pharsal.* VI 398 29 hoc filum hi fili et haec fila traherunt in arte magica uertigine fili et haec fila dicuntur *F* 30 traxerunt in arte magica uertigine ς traxerunt e magica uergine *P*: *Lucan. Pharsal.* VI 460 31 hoc argos ς

p. 1707. 08 P. p. 339. 40 I.

gulari numero secundae declinationis est, in plurali tertiae: nam genitivum horum iugerum, dativum et ablativum his et ab his iugeribus facit. et vas, quod tertiae est in singulari numero, in plurali secundae: nam genitivum horum vasorum, dativum et ablativum his et ab his vasis dicimus. pauca sunt primae declinationis nomina quae contra regulam dativum et ablativum numeri pluralis in bus syllabam mittunt discernendae ambiguitatis sexus causa, his et ab his deabus filiabus mulabus equabus libertabus, quae a iuris peritis usurpata sunt.

Haec sunt quae in utroque numero non admittunt declinationem, quorum alia singulariter tantum, alia pluraliter declinantur. deorum propria nomina, elementorum, heroum, fluminum, montium, singulariter dumtaxat declinantur; item urbium, nisi quae natura pluraliter efferuntur, ut Athenae Thebae Cumae Mycenae Graviscae Crustumeri Cosae Arpi Puteoli Ostia; item metallica, quae omnia secundae sunt declinationis et generis neutri, ut hoc aurum argentum ferrum plumbum stagnum, excepto uno aes, quod eiusdem generis est, sed iuxta rationem monosyllaborum tertii ordinis est, tres autem casus in plurali numero admittit, nominativum accusativum et vocativum, hoc aes et haec aera; item arida vel liquida, quae ad mensuram pondusve referuntur, ut triticum hordeum frumentum far lens cicer milium ervum, haec faba, oleum vinum mel mulsum defrutum muria [dicitur tamen liquamen]. ex his multa veteres auctoritate licentiae largientes pluraliter extulerunt, haec frumenta hordea farra mella defruta. vina etiam usus recepit: nam vina Coa dicimus et || Massica. praeter haec alia sunt quae in plurali numero deficiunt, generis quidem masculini haec, hic fumus fimus limus pulvis sanguis genius, generis feminini haec fames lux labes pax sitis tabes humus, generis neutri hoc caenum faenum ius letum vulgus pelagus virus viscum aevum, hoc penum. in plurali numero tantum declinantur nomina numerorum praeter unum, quod plurali deficit numero, ut duo tres. me-

---

5 pauca sunt *Char.* 54, 10 9 haec sunt quae in utroque numero *Char.* 31, 30. 93, 3. *exc. Char.* 548, 1 28 nomina numerorum *Char.* 37, 6. *exc. Char.* 551, 29

---

7 ambiguitati sexus *P* ambiguitatis .i. sexus ς his et ab his duabus filiabus nathabus dominabus mulabus equabus asinabus libertabus *g* 8 libertabus quaabus iuris peritis *P* libertabus natabus asinabus quae a uiris peritis ς 11 elimentorum eorum fluminum *F* 13 athenae latebre cymae *P* micenae attellanee grauisceae crustumeri cosae arpiae poteoliae ostea *F* mycinae athellanae grainssae crustumae ricosae carpi puteoli ostia ς. Abellae *inter exempla nominum ciuitatium semper pluralium legitur Charis.* p. 35, 8 16 sed *om. P* 21 dicitur tamen licamen *P*, *om. F*ς 22 licentia largienter *P* frumenta *om. F*ς 23 uina etiam usus recepit decepit *P* uina haec etiam usus recipit *F*ς nam uina choa dicimus et massica ς nam uina dicimus massaica *P* nam uina coadicimus et mustica (*corr.* mustacia *f*) *F* nam uina et mustacia et messica dicimus *g* nam uina Chia dicimus et mella Attica *Lindemannus* 26 labes pix pax *g* 27 faenum] frenum *P* letum] lutum ς 28 hoc poenum *F* nomina numeri *P* 29 quod in utroque deficit numero ut duo *P* quod plurali neño defecit numro tantum ut duo *F* quod plurali numero deficit tantum ut duo ς

p. 340. 41 L. p. 1708. 09 P.

mineris autem omnia nomina numerorum ab uno usque ad tres declinari, a quattuor usque ad centum minime, a ducentis usque ad noningentos per omnia genera pluraliter tantum declinari. est etiam unum aptotum neutri generis semper eiusdem numeri, haec pondo. praeter haec alia sunt quae in singulari numero non declinantur, generis quidem masculini hi antes, hi carceres cani casses furfures fori liberi manes optimates primores proceres pugillares Quirites sentes vepres; generis feminini argutiae blanditiae cunae exequiae inferiae insidiae inimicitiae exuviae manubiae excubiae primitiae bigae trigae quadrigae compedes deliciae divitiae dapes feriae falerae genae facetiae indutiae kalendae idus nonae latebrae nuptiae nundinae neniae quisquiliae reliquiae scalae tenebrae antiae; generis neutri arma moenia castra liba magalia crepundia bona exta spolia serta praesepia pascua sponsalia altaria praecordia mappalia cunabula, item festorum dierum nomina, ut Saturnalia Neptunalia Bacchanalia.

Certis casibus deficiunt haec, satias, quod praeter nominativum singularem nullum casum admittit: hanc dicionem ab hac dicione, hoc quoque in omni casu utriusque numeri deficit praeter accusativum et ablativum singularem: laterem, similiter accusativum tantum lectio usurpavit: sponte et tabo ablativum singularem habent tantum: dicam et dicas, | utriusque numeri accusativum invenimus tantum: tabes nominativum et accusativum et ablativum numeri singularis habet dumtaxat. sunt alia quae a genitivo casu singulari || declinationis sumunt exordium et in utroque numero recte declinantur, ut remigis frondis verberis, ut Lucanus

ad saxum quotiens ingenti verberis ictu.

alia duos aut tres tantum casus habent in singulari numero, sed in plurali per omnes declinantur, ut huius opis hanc opem ab hac ope, hanc vicem et ab hac vice. alia ablativum tantum habent in singulari numero, ut ab hac fruge, ab hac obice, ab hac prece, ab hoc viscere. haec quoque in plurali numero declinantur. pauca sunt quae, cum in singulari numero non deficiant, in plurali tres tantum casus habent, de quibus paulo superius diximus, haec iura, haec rura, haec aera, haec maria.

Vniversa nomina primae secundae quartae declinationis totidem syllabis in genitivo quot in nominativo proferuntur praeter unum vir et

---

15 certis casibus deficiunt *Diom.* 309, 12 satias *Char.* 49, 9. *exc. Char.* 546, 14 21 sunt alia *Char.* 93, 15

---

1 nomina numeri *PF* 2 usque ad nongentos *F* ad noningentos *P* 8 exuuiae manubiae excubiae *g* exubiae manubiae *F* exubiae *P* 9 deliciae] dilitiae *F* 11 neniae *om. F* 12 moenia — exta *om. F* 15 satias] satis *P* saties ς 18 laterem latere similiter acc. et abl. singularem laterem similiter acc. tantum lectio usurpauit *F* 23 ut remex remigis *F* Lucanus] *Pharsal.* III 469 24 ictu *om. P* ictu excutitur *Putschius* 26 huius opis opem ab hac ope et hanc uicem et ab hac uice *PF* huius opis opem ab hac ope huius uicis et hanc uicem ab hac uice ς 27 in *om. PF, add.* ς 28 ab hoc fruge ab hac ouice *P* ab hac (hoc ς) frugi ab hoc opice *F*ς 31 rura] nigra *F* haec aera *om. P* maria DE GENITIUO (CASU *add. F*) SINGULARI Uniuersa *PF* 33 proferuntur exceptis quibusdam (secundae *add. f*) declinationis praeter *F*

p. 1709. 10 P. p. 341. 42 L.

quae ex eo componuntur [et his quae in er syllabam desinunt]. tertiae aut pares habent syllabas in obliquis casibus aut unam adsumunt. quintae procul dubio plus una syllaba proferri solent. pauca inveniuntur tertiae declinationis quae in genitivo duabus syllabis crescunt, iter itineris, anceps ancipitis, biceps bicipitis, triceps tricipitis, praeceps praecipitis, iecur iecinoris; sed et iecoris lectum est: supellex supellectilis.

Omnium nominum, cuiuscumque sint declinationis, vocativus singularis similis est nominativo eiusdem numeri, neque hoc in dubium venit, exceptis nominibus secundae declinationis, quorum vocativus diversis modis exprimitur. propria igitur nomina quae in nominativo casu singulari us syllaba terminantur i vocali praeposita vocativum adempta novissima syllaba faciunt, ut hic | Vergilius o Vergili, hic Terentius o Terenti, hic Domitius o Domiti; || praeposita vero qualibet consonante vocativum in e correptam mittunt, ut hic Turnus o Turne, hic Marcus o Marce, hic Lentulus o Lentule. appellativa quae in ius desinunt vocativum in e mittunt, ut hic fluvius o fluvie, socius o socie. quae veteres iuxta nominativum proferebant, ut Vergilius

corniger Hesperidum fluvius regnator aquarum.

quae consonante praelata in eandem syllabam desinunt, si quidem sunt accidentia vel derivativa, vocativum in e mittunt, ut doctus docte, sanctus sancte, Romanus Romane, Hispanus Hispane. cetera in us potius quam in e syllabam exeunt, ut hic populus o populus: sic Lucanus 'degener o populus': sed et o popule lectum est: lucus o lucus. quae a veteribus propter asperitatem vocis minime usitata sunt, adeo ut rara huius modi declinationis reperiantur exempla: haec myrtus o myrte Vergilius declinavit, 'et tu proxima myrte'.

Tertiae quoque declinationis nominum ablativus casus singularis duobus modis proferri solet, aut in e aut in i. sed illa in i exeunt, quae communis sunt generis et in nominativo is syllaba terminantur, ut hic et haec suavis ab hoc et ab hac suavi, hic et haec gravis ab hoc et ab hac gravi; item neutra quae in nominativo e vel l vel r litteris termi-

3 pauca inveniuntur tertiae declinationis *Char.* 48, 17 9 exceptis nominibus secundae declinationis *Prob. cath.* 4, 14. *Serg. explan. in Don.* 498, 17 22 ut hic populus *Pompei.* 186, 29 27 tertiae quoque declinationis *Char.* 25, 15. 26, 11. 39, 16. 47, 14. *exc. Char.* 541, 1. 542, 20. 544, 12. 545, 9

1 his *om.* ς 6 iecor iecoris sed iecinoris lectum est *F* et *om. P* supellectilis DE UOCATIUO CASU NUMERI SINGULARIS (NUMERO SINGULARI *F*) Omnium *PF* 15 in ius] in us *P* 17 Vergilius] *Aen.* VIII 77 21 spanus spane *P* 22 sic Lucanus degener o populus *om. F: Lucan. Pharsal.* II 116 24 vocis *om. P* 25 reperiuntur *P* 26 et te ς: *Verg. bucol.* 2, 54 myrte DE ABLATIUO SINGULARI NOMINUM TERTIAE DECLINATIONIS Tertiae *PF* 28 aut in i. sed illa quae in i exeunt communis sunt ς aut in i exeunt communis sunt *F* 31 item neutra quae in nominatiuo e uel ar uel al syllabis terminantur hoc sedile ab hoc sedili hoc laquear ab hoc laqueari hoc animal ab hoc animali. excepto cum e ante l habetur. sed cum a ante l inuenitur ut hoc tribunal ab hoc tribunali lupercal ab hoc lupercali et caetera cum e antecesserit

p. 342. 43 L. p. 1710—12 P.

nantur, ut hoc sedile ab hoc sedili, hoc animal ab hoc animali, hoc laquear ab hoc laqueari; item quae in duas desinunt consonantes vel in duplicem et sunt accidentia et trium generum, ut hic et haec et hoc ingens ab hoc et ab hac et ab hoc ingenti, hic et haec et hoc audax ab hoc et ab hac et ab hoc audaci; et quae in r desinunt masculina et in feminina transeunt vel trium sunt generum, hic acer ab hoc acri, hic et haec et hoc par ab hoc et ab hac et ab hoc pari; et quae in im || mittunt accusati|vum singularem, sunt autem haec, haec turris hanc turrim ab hac turri, haec sitis hanc sitim ab hac siti, haec puppis hanc puppim ab hac puppi, haec securis hanc securim ab hac securi [febris torquis vectis], haec restis hanc restim ab hac resti. praeterea haec navis bipinnis, hic ignis similiter ablativum in i mittunt, quae saepe poetae per e solent efferre. cetera omnia tertiae declinationis nomina ablativum singularem in e mittunt.

DE VERBO

Quoniam, ut opinor, de nomine convenienter tractatum est, nunc de verbo, sicut praefatio pollicetur, disseremus. cuius omnis ambiguitas in discernenda coniugatione et cognoscendo praeterito perfecto versatur. de his nos pro ingenii viribus diligenter docebimus. nam cetera multorum expositio declaravit.

Igitur coniugationes sunt tres, ut alii, quattuor, quas in secunda persona temporis praesentis modi indicativi dinoscimus; formae quattuor, perfecta meditativa inchoativa frequentativa. sed perfectae formae verba omnium sunt coniugationum, frequentativae tantum primae coniugationis excepto lacesso, quod venit a verbo lacero, inchoativae tertiae dumtaxat correptae, meditativae tertiae productae vel quartae. genera verborum facili ratione cognoscuntur. aut enim activa sunt et o littera terminantur et adsumpta r littera transeunt in passiva; aut passiva et adempta novissima littera redeunt in activa; aut neutra, quae actum significant et activam habent declinationem et in passiva minime transeunt; aut supina, quae ut activa quidem declinantur, sed significationem habent passivam, ut vapulo pendeo veneo; aut deponentia superioribus contraria, quae passivorum declinantur exemplo et significa||tionem habent activam neque r litteram possunt amittere; aut communia similia deponentibus et passivis,

30 aut supina *Diom.* 337, 13. *Char.* 165, 25. *exc. Char.* 562, 10

1 littera non i terminatur ablatiuus sed in e ut hoc mel ab hoc melle hoc fel ab hoc felle. item quae in duas desinunt consonantes in is uel in ix duplicem ς 2 consonantes in s uel in x duplicem *F* 3 ingens et ab hoc *PF* 5 masculini uel foemini uel trium sunt generum hic et haec acer ab hoc et ab hac acri ς 8 accusativum] nominatiuum *P* sunt autem haec turris *PF*ς 10 haec securis febris torquis uectis hanc securi haec restis *P* 16 tractatum *f*ς tractandum *P* tractum *F* 32 superioribus *f* superiori *PF*ς

p. 1712. 13 P. p. 343—45 L.

sed agentis et patientis | formam amplectuntur. unde constat universa verba duobus modis declinari. nam neutra et supina activorum, deponentia et communia passivorum regulam secuntur. sunt praeterea neutropassiva, quae in praeterito perfecto et plusquamperfecto passivi declinationem habent, in aliis neutri; et sunt haec sola, secundae quidem coniugationis audeo gaudeo soleo, tertiae autem fido et fio, et siqua ex his componuntur. praeter haec nulla sunt huius modi declinationis verba. sunt alia passivoneutra superioribus contraria, haec sola, comperior mereor devertor: nam in praeterito comperi merui deverti, sicut activa vel neutra, proferuntur.

Vniversa verba primae coniugationis, quae in secunda persona as syllaba terminantur, activa sive neutra, praeteritum perfectum in avi syllabas mittunt, ut amo amavi, aro aravi, armo armavi, narro narravi, canto cantavi, navigo navigavi, paro paravi, servo servavi, exceptis novem, quae in ui mittunt praeteritum, ut seco secui, domo domui, frico fricui, veto vetui, sono sonui, tono tonui, mico micui, crepo crepui, plico plicui, et siqua adnexis praepositionibus componuntur. plico tamen utramque formam servat in praeterito: nam et plicavi et explicavi dictum est. quattuor huic regulae refragantur: nam neque in ui neque in avi exeunt, sto steti, do dedi, lavo lavi, iuvo iuvi. sed duo posteriora quidam superioribus applicant errantes: nam illa in praeterito una syllaba crescunt, haec totidem quot in praesenti proferuntur.

Secunda coniugatio, quam non tantum secunda persona, sed etiam prima || facile declarat, quoniam omnia verba quae eo syllabis in prima persona finiuntur, secundae sunt coniugationis exceptis quattuor, uno tertiae coniugationis productae, eo is, et siqua ex | eo composita figurantur, et tribus primae, creo creas, meo meas, beo beas, praeteritum perfectum in has syllabas mittit, in ui consonante praeposita, in vi praeeunte vo-

---

11 universa verba primae coniugationis *Char.* 243, 4. *exc. Char.* 564, 8 17 plico tamen *Diom.* 372, 18 23 secunda coniugatio *Char.* 243, 17. *exc. Char.* 564, 19 24 omnia verba quae eo syllabis *exc. Char.* 565, 39

---

1 formam amplectuntur *fg* forma plectuntur *P* forma flectuntur *F* formam flectuntur ς 2 supina *om. P* 3 neutropassiua ς neutrapassiua *PF* 8 passiuorum neutra *F* passiua neutra ς superioribus *f* superiori *PF*ς 10 proferuntur. DE PRAETERITO PERFECTO PRIMAE CONIUGATIONIS Uniuersa *PF* 15 et seco secui modo modui frico fricui ueto *P* ut seco secui ueto *F:* ut seco secui neco necui ueto uetui — plico plicui domo domui frico fricui ς 17 explico tamen ς 18 nam explicui et explicaui *F*ς 19 refranguntur *P* nam neque in ui neque in aui exeunt ς nam neque (namque *P*) in ui exeunt *PF* 22 proferuntur DE SECUNDA CONIUGATIONE Secunda *F* 24 quoniam] quod *P* 25 exceptis quatuor uno tertiae *Putschius* exceptis tribus uno tertiae *PF* exceptis duobus tertiae *f* exceptis quatuor uno tertiae coniugationis *om.* ς 26 eo is *PF* eo is queo quis *f* 27 et tribus *f Putschius* et duobus *PF*ς et beo beas *P* similiter et beo as ς 28 in has syllabas mittunt in ui praeeunt et uocali paui caui in si et xi *P* in as mittunt in ui consonante preposita preeunt uocali paui pacui in si et xi *F* in has syllabas mittunt uidelicet in ui praeposita consonante in ui praeeunte uocali pauca in si et xi *g* mittit in ui consonante praeposita praeeunte uocali paueo paui caueo caui in xi et in si ς

cali [paveo pavi, caveo cavi], in si et xi, quae inter excepta notabimus. ergo omnia verba secundae coniugationis qualibet consonante praeposita eo syllabis praeteritum perfectum in ui mittunt, ut habeo habui, debeo debui, rubeo rubui, doceo docui, taceo tacui, misceo miscui, iaceo iacui, noceo nocui, arceo arcui, splendeo splendui, candeo candui, madeo madui, egeo egui, langeo langui, vigeo vigui, rigeo rigui, caleo calui, doleo dolui, oleo olui, palleo pallui, timeo timui, teneo tenui, caneo canui, tepeo tepui, torpeo torpui, pareo parui, careo carui, vireo virui, floreo florui, horreo horrui, censeo censui, niteo nitui, pateo patui. excipiuntur pauca quae in si syllabam mittunt praeteritum, iubeo iussi, mulceo mulsi, mulgeo mulsi, algeo alsi, fulgeo fulsi, ardeo arsi, suadeo suasi, maneo mansi, haereo haesi, rideo risi, torqueo torsi, indulgeo indulsi. de urgeo et turgeo ambigitur. alia in xi, lugeo luxi, frigeo frixi. illa in vi praeteritum mittunt, quae in prima persona modi indicativi temporis praesentis v ante eo habent, et primam syllabam, 15] quam in praesenti tempore brevem, in praeterito longam habent, ut faveo favi, paveo pavi, foveo fovi, moveo movi, caveo cavi, voveo vovi, et quae ex his componuntur. quaedam, quamquam in praesenti non sunt similia superioribus, praeteritum tamen in vi mittunt producta paenultima syllaba, neo nevi, fleo flevi, cieo civi, impleo implevi, compleo complevi, expleo explevi, deleo delevi. non multum ab his || discrepare videntur etiam haec quorum prima syllaba in praeterito ex correpta cadit in productam, sedeo sedi, video vidi. contra omnium regulam est prandeo prandi. quaedam sunt in secunda coniugatione quorum praeteritum perfectum iteratur per primam syllabam, haec sola, pendeo pependi, spondeo spopondi, tondeo totondi, mordeo momordi. quae adsumptis | praepositionibus non eodem modo proferenda sunt: nam despondi et dependi et repondi et detondi dicimus. de neutropassivis abunde dictum est.

Tertia coniugatio correpta, quae secundam personam in is syllabam mittit in imperativo modo in e solitam converti, praeteritum per has syllabas effert, in ui praeposita consonante, in vi praeposita vocali, in i consonante qualibet praeposita, in si, in xi. sed illa praeteritum in ui

---

29 tertia coniugatio *Char.* 244, 22. *exc. Char.* 564, 39

---

1 notabimus ς notauimus *PF* 3 eo syllabis *Lindemannus* eo syllabae *P* eo syllaba *Fg*ς ut habeo debeo rubeo rubui habeo docui *P* ut habeo deo rubeo doceo docui *F* 5 madeo madui *om. F:* madeo madui egreo egrui ς 6 langueo *PF*ς vigeo vigui *om. F*ς 7 teneo tenui caneo canui *hoc loco om. PF*ς 9 niteo nitui pateo patui teneo tenui caneo canui excipiuntur *F*ς niteo nitui caneo canui excipiuntur *P* 11 mulceo mulsi] moleo molsi *F* mulgeo mulsi *om. PF, add.* ς 13 de urgueo et turgueo *P* 17 pavi — moveo *om. P* 18 quaedam quaquam *f* quae quamquam *P*ς quae quaquam *F* quaedam quamuis *g* 19 productam syllabam neo *F* 21 expleo explevi *om. P* 28 et repondi *om. P* detondi et praemordi dicimus *g Putschius* 30 solitam conuertit *P* solidam conuerti *F* solidam conuertit ς 31 effert ς efferent *P* efferunt *F*

p. 1714. 15 P. p. 346. 47 L.

mittunt, quae in praesenti tempore indicativi modi u ante novissimam litteram habent, ut tribuo tribui, statuo statui, minuo minui, imbuo imbui, adnuo adnui, diluo dilui, obruo obrui, induo indui: in his duo tantum, quae in xi mittunt praeteritum, fluo fluxi, struo struxi. et quae in lo syllabam exeunt in praesenti, nihilo minus praeteritum in ui mittunt, ut volo volui, nolo nolui, colo colui, consulo consului, alo alui. pauca praeterea in eandem extremitatem mittunt praeteritum, quamquam praesens simile superioribus non habeant, tremo tremui, gemo gemui, fremo fremui, rapio rapui, compesco compescui, necto nexui, sterto stertui, pecto pexui, texo texui, senesco senui, gigno genui, et siqua ex his componuntur. vi syllaba terminantur in praeterito haec sola, sperno sprevi, sterno stravi, cerno crevi, sero sevi, tero trivi, pasco pavi, quaero quaesivi, lino livi, quiesco quievi, || cupio cupivi, consuesco consuevi, peto petivi, sapio sapivi. in i praeposita consonante in praeterito desinunt, quae in praesenti do syllaba terminantur praecedente n littera, ut scando scandi, ascendo ascendi, accendo accendi, descendo descendi, offendo offendi, pando pandi, prendo prendi, mando mandi: tria n in praeterito amittunt, fundo fudi, linquo liqui, scindo scidi: sic Lucanus

aut scidit et medias fecit sibi litora terras:

et quae minus una syllaba proferuntur, producta prima syllaba in praeterito, quae in praesenti corripitur, ut capio cepi, iacio ieci, facio feci, fugio fugi, fodio fodi. pauca praeterea ean|dem clausulam habent novissima littera praesentis temporis in i conversa, vinco vici, rumpo rupi, solvo solvi, volvo volvi, cudo cudi. in si praeteritum mittunt illa verba, quae in praesenti do vel mo syllabis terminantur, si sit natura longa paenultima, ut ludo lusi, laedo laesi, cedo cessi, plaudo plausi, trudo trusi, rado rasi, inlido inlisi, adlido adlisi, promo prompsi, sumo sumpsi, demo dempsi, resumo resumpsi. et premo, quamvis correpta sit paenultima, in eandem syllabam exit, et quicquid ex eo componitur, ut premo pressi, exprimo expressi, comprimo compressi. et quae in bo vel in po syllabas desinunt, praeteritum similiter in si syllabam mittunt, ut scribo scripsi,

---

3 adnuo — dilui *et* induo indui *om.* $F\varsigma$ in i his duo tantum mutantur (notantur *f*) tantum *F* ex his duo mutantur tantum *g* ex his duo notantur tantum ς 6 nolo nolui *om. P* 8 simile (simili *F*) superioribus habeant $F\varsigma$ dissimile superioribus habeant *g* ut tremo tremui gemo fremo pono sui strepo pui rapo compesco necto xui sterto tui pecto xui texo xui gigno genui *g* 9 rapio rapui] pario parui *P* paro (pareo *f*) parui *F, om.* ς 10 gigno gignui *P* gygno gygnui *F* gigno genui increbesco increbui. nam increbo non inuenitur ς 12 sero serui tero terui *F* 13 lino leui uel liniui *g* leno lenui *F* 14 sapio sapui *F* sapio sapui sepio sepui *g* 18 sic Lucan. in III *Putschius*: sic lucanus ait Scidit et in medias fecit sibilator aterras ς sic lucanus scidit et in medias (*rell. om.*) *g*: *Pharsal.* III 61 21 facio feci *om. F* 22 fodeo fodi emo emi *F* 23 soluo solui cudo cudi uoluo (uolo *F*) uolui $F\varsigma$: cudo secundum Diomeden et Charisium et Phocam cusi, secundum alios cudi *Priscianus l.* X p. 515, 16. *de Charisio* (*p.* 246, 5) *et Phoca errasse videtur Priscianus. ab interpolatore corruptum esse Phocam putabat Bondamus var. lect. p.* 270 24 illa] syllaba *F* syllabam ς qua et praesenti *P* 25 longa pa penultima *P* 28 corrupta *P* 31 syllaba *P*

p. 347. 48 L. p. 1715. 16 P.

nubo nupsi, scalpo scalpsi, repo repsi, serpo serpsi, sculpo sculpsi. praeter haec pauca sunt, quae non eadem extremitate finiuntur in praesenti, praeteritum tamen in si syllabam mittunt, spargo sparsi, mergo mersi, tergo tersi, mitto misi, uro ussi, contemno contempsi, concutio concussi, gero gessi, et siqua ex his in compositam figuram transeunt. in xi syllabam in praeterito desinunt verba quae in praesenti go syllaba terminantur, ut cingo cinxi, pingo pinxi, sugo suxi, affligo afflixi, pergo perrexi, rego rexi, diligo dilexi, intellego intellexi. || excipiuntur tria in si desinentia, quae in superioribus notavimus, et alia quattuor, quae non in xi, sed in gi syllabam mittunt praeteritum, tango tetigi, frango fregi, lego legi, ago egi; et siqua ex his componuntur, simplicium formam secuntur. his simile est impingo, quod impegi facit praeteritum. praeter haec in xi mittunt praeteritum vivo vixi, coquo coxi, meio minxi, inlicio inlexi, aspicio aspexi, flecto flexi, duco duxi, veho vexi, traho traxi. sunt tertiae coniugationis verba quae primam syllabam in praeterito duplicant, quae omnia subiecta sunt, tango tetigi, pello pepuli, fallo fefelli, pendo pependi, tendo tetendi, pungo pupugi (sed et punxi dicimus), tundo tutudi, cado cecidi, caedo cecidi, pario peperi, | cano cecini, disco didici, posco poposci, parco peperci (facit et parsi), curro cucurri, pedo pepedi. haec adiunctis praepositionibus non eodem modo proferenda sunt: nam duplicatam in simplici figura syllabam in composita amittunt: dicimus enim sic, expendo expendi, decurro decurri, refello refelli, compello compuli, concido concidi. sed ex his duo sola praepositionibus adnexis in suo statu manent, disco et posco: dedidici etenim et depoposci faciunt praeteritum. cano autem neutram regulam sequitur: concinui et succinui dicimus. composita sunt in eadem coniugatione quae novissimam syllabam geminant in praeterito, illa videlicet quae a do verbo primae coniugationis componuntur, condo condidi, reddo reddidi, perdo perdidi, trado tradidi, subdo subdidi, prodo prodidi, addo addidi, abdo abdidi. similiter proferuntur credo credidi, vendo vendidi.

---

20 haec adiunctis praepositionibus *Char.* 256, 26

---

2 eandem *P* 3 spargo mergo mersi tergo si mitto *g* spargo sparsi mergo mersi mitto *F*ς spargo mersi mitto *P* 8 rego rexi *om. P* intelligo xi figo xi *g* intelligo intellexi fingo fixi tego xi ς 9 quae in superius *P* quae superius *g* 10 tango tangi *F* 11 formam secuntur formam his *P* 12 quod in inpegi *P* 13 inlicio inlixi *F* 14 duco duxi dico xi ς 17 pungo pupungi *F* 18 tundo tutudi cedo di cado cecidi *g* tundo tutudi cado cecidi cedo cecidi ς tundo totudi (totundi *F* tutudi *f*) caedo cecidi *PF* 19 pedo pepedi *g*ς pendo pependi *PF* 21 figuram *P* in conpositione *F*ς 22 conpello conpulli *F* conpello conpelli *P* compello li uel compuli *g* 24 dedici etenim et depoposci *P* et didici enim et depoposci *F* nam dedidici et depoposci ς 25 a cano autem composita neutram regulam sequuntur, quia occino occinui, succino succinui, et concino concinui, facit. et si qua composita in eadem coniugatione a verbo primae coniugationis componuntur *Putschius* concino nui succino nui dicimus composita sunt in eadem coniugatione quae *g* concinui et sua composita sunt in eadem coniugationem qm̄ *F* concinui facit. et siqua composita in eadem coniugatione. quoniam ς 26 coniugationem *P* 30 uendo didi. excepto circundo dedi quod secundam personam facit cir-

p. 1716—18 P. p. 348. 49 L.

Quarta coniugatio vel tertia producta, quam imperativus modus prodit i litteram in fine conservans, praeteritum || perfectum in vi syllabam mittit vel in i duplicem, ut audio audivi vel audii, munio munivi vel munii, saevio saevivi vel saevii, lenio lenivi vel lenii, mollio mollivi vel mollii, finio finivi vel finii, punio punivi vel punii, sopio sopivi vel sopii, accio accivi vel accii, scio scivi vel scii, hinnio hinnivi vel hinnii, eo ivi vel ii, exeo exivi vel exii, ineo inivi vel inii et cetera his similia. pauca in si exeunt, et sunt haec fere, sarcio sarsi, farcio farsi, haurio hausi, sepio sepsi, sentio sensi; alia in xi, haec sola, sancio sanxi, fulcio fulxi, vincio vinxi. unum invenitur quod primam syllabam in praesenti corripit, in praeterito producit venio veni; et composita ex eo in hunc modum proferuntur. * aperio aperui, cui compositum dissentit, reperio repperi. |

In has fere syllabas omnia verba, quae trina coniugationum norma complectitur, in praeterito desinunt. sed nequid ambiguitatis subesse possit lectoribus, non dissimulabimus de illis dicere, quae rationi refragantur. sunt enim verba quae personis deficiunt et impersonalia dicuntur, alia modis, alia temporibus, alia coniugationibus, alia participiis. de his exponemus, et primum de impersonalibus, quae aut secundae sunt coniugationis aut tertiae, quantum ex tertia persona contemplari licet. * eorum alia accusativum casum trahunt, ut pudet taedet piget poenitet miseret decet; alia dativum, ut licet liquet libet. unum est quod casu non indiget, oportet. et omnia praeteritum in uit syllabas mittunt, ut puduit piguit poenituit licuit libuit decuit, praeter tria, quorum duo deficiunt in praeterito, liquet et taedet, unum quasi passivam habet declinationem, miseret: nam miseritum est dicimus. et licet tamen et libet ad hanc similitudinem proferri possunt, licitum est et libitum est, et taedet in composita figura, pertaesum est. tertiae coniugationis imper| sonalia dativum casum adsumunt, ut contingit evenit accidit expedit. quaedam primae coniugationis impersonalia reperiuntur, ut iuvat praestat, quae et

1 quarta coniugatio *Char.* 246, 17. *exc. Char.* 565, 26 17 de inpersonalibus *Char.* 253, 6. *Diom.* 307, 11

cundas et est primae coniugationis ς 2 in finem conseruat *F* 4 vel saevii *om. P* 6 vel scii *om. P* 7 eo ibi uel ii *P*, *om. F*ς 9 fulcio fulxi] faltio falxi *P* 12 aperio aperui evi compositum dessentit repperio repperi *F* aperio aperui cuius compositum dissentit repperio repperi ς a pario composita dissentiunt in praeterito. aperio enim aperui facit, operio operui, reperio autem reperi, et comperio comperi *Putschius. lacuna quam indicavi exempla verborum ex v.* venio *compositorum et definitio illorum quae praeteritum in* ui *faciunt excidisse videntur* repperio repperi *P* 16 de] sed *P* refranguntur *P* refragant *F* 17 quae in personis deficiunt et personalia *F* 20 *lacunam quam indicavi supplevit Putschius*, quae secundae coniugationis sunt, eorum alia *etc. quamquam plura fortasse de terminatione inpersonalium scripta erant: cf. Don. p.* 384, 24 quae vero in et exeunt, ea modo dativo modo accusativo casui serviant 22 ut licet liqui et unum est *P* 23 in uit syllabam *P F*ς in uit diuisas syllabas *Putschius* 26 misertum est dicimus licet tamen et (et tamen *F*) libet *F*ς

p. 349. 50 L. p. 1718. 19 P.

aliter declinari possunt. sed omnia tam in futuro imperativi modi quam infinitivi, nec non etiam gerundi vel participialibus et participiis utriusque temporis deficiunt.

Defectiva in modis sunt haec: quaeso, quod primam personam habet indicativo modo dumtaxat, licet quaesere lectum sit apud Sallustium | et Tullium: ovat, infit; haec quoque tertiam personam habent solam; sed ovat participium facit praesentis temporis, ovans, cum in declinatione verbi deficiat. similiter ausim et duint. inquam in prima persona contra morem omnium profertur et utrumque numerum modi indicativi temporis praesentis et imperativi numerum singularem habet: nam inque apud Terentium lectum est. aio praesens et praeteritum inperfectum habet tantum. faxo futurum tempus tantum vel, ut alii, promissivum modum ostendit. salve, imperativi modi secunda persona in utroque numero lecta est, salve salvete, et infiniti modi tempus praesens, salvere. cedo et ave similiter imperativi modi secundam personam habent numeri singularis. cedo etiam numeri pluralis lectum est apud Plautum, cette.

In coniugationibus et praeterito deficiunt haec: fero fers praeteritum facit tuli, sum es fui, ferio feris percussi, tollo tollis sustuli facit, edo es edi: hoc infiniti modi praesens tempus non in re syllabam, sed in se contra morem omnium mittit; esse enim dicendum est: volo vis volui: hoc quoque incertae est coniugationis et in futuro imperativi et infiniti modi deficit et in gerundi vel participialibus, quae supina alii dicunt: meto messem feci; nam aliter proferri non potest. polleo sisto, similiter et glisco furio et quatio nullum habent praeteritum. memineris tamen inchoativae formae verba in praeterito perfecto deficere.

|| Participiis carent verba alia praesentis temporis, alia futuri, alia utriusque. in praesenti itaque deficit sum et quae ex eo adiectis praepositionibus componuntur praeter duo, absens et praesens, quae a verbis

---

13 salve *Char.* 254, 18 17 in coniugationibus *Char.* 249, 8. 251, 7. *Diom.* 380, 8 20 volo *Char.* 259, 28 26 participiis carent *Diom.* 381, 1 27 in praesenti *Char.* 260, 24.

---

1 modi *om. P* 4 quaeso q̄s quod primam personam habet in singulari et plurali indicatiui modi dumtaxat *g* 5 indicatiuum modum *P* quaese relictum sit *F* apud Sallustium] *cf. Eutych. p.* 2184 et Tullium *om. g. Ciceronis exemplum ad Arat. v.* 18 *retulit Lindemannus auctore Forcellinio v.* quaeso 6 oueat infit *P* 8 similiter ausim et duint inquam *PF* similiter ausim inquam *fg* similiter ausim et perdiunt pro perdunt dicunt et inquam ς similiter ausim et perduim inquam *Putschius* in *om. F* 9 proferuntur utrumque *F* 10 apud Terentium] *Phorm.* V 8, 26, *quo exemplo usus est Priscianus l.* X *p.* 496, 4, *Heauton tim.* IIII 7, 1 11 habet *om. F* 13 salve — lecta est *om. F* lectum est salue saluete *g* lecta est saluete *P* 14 similiter et imperatiui modi *P* similiter et imperatiuus *F* 15 numeris singularis *P* 16 rectum est *P* cette] cete *P* cetet *F* cedite *g* cedite mihi pro dicite ς: *cf. Cledon. p.* 59, 22 18 ferio feris percutio percussi *P* edo edi sedi hoc *F* 23 messem feci] messui ς messui facit *g* pelleo sitio similiter et glisco furit et quatio *P* polleo sitio (sisto *f*) similiter et glisco fuerit et quatio *F* pelleo sisto similiter et glisco et quatio ς pelleo furio similiter et glisco et gratio *g* 25 deficit *F*

p. 1719. 20 P. p. 350. 51 L.

absum et praesum veniunt. et eo verbum in participio nominativi casus numeri singularis deficit; in ceteris recte declinatur: composita quaedam etiam nominativum habent, ut praeteriens abiens. futuri temporis participia non habent in primis verba formae inchoativae, ut horresco calesco et his similia; deinde omnia secundae coniugationis quae sunt generis neutri et in formam transeunt inchoativam, ut horreo caleo tepeo niteo pateo stupeo splendeo vigeo vireo rigeo floreo paveo rubeo tabeo | madeo tumeo sileo palleo ferveo timeo lateo: nam et haec adsumptis praepositionibus faciunt inchoativa, ut pertimesco et delitesco. valeo tamen, cum faciat convalesco, in participio futuri temporis minime deficit: nam valiturus dicendum est. sunt alia praeterea quae non transeunt in formam inchoativam eiusdem coniugationis et generis et nihilo minus in participiis futuri temporis deficiunt, ut egeo maereo polleo calleo studeo. praeter haec et volo caret participio futuri temporis et nolo, quod ex illo componitur. similiter et metuo fluo sitio tremo saevio sero disco posco furio [quot verba prima]. utriusque temporis participiis carent impersonalia omnia, de quibus superius docuimus, et defectiva, illa videlicet quae ordine declinari non possunt, ut aio quaeso inquam faxo salve ave cedo et possum; similiter et soleo.

§ 20 Sunt verba, quae in prima persona confusa habentur, quorum significationem secunda persona coniugationis discernit, dico dicas correpta priore syllaba, dico dicis producta; fundo fundas, fundo fundis; volo volas, volo vis; appello appellas, appello appellis; compello compellas, compello compellis; mando mandas, mando mandis. sunt alia quae ex || diversa forma praesentis temporis in praeterito confunduntur, paveo pavi, pasco pavi; cerno crevi, cresco crevi; acuo acui, aceo acui; lugeo luxi, luceo luxi; pendeo pependi, pendo pependi; frigeo frixi, frigo frixi. sunt quae idem habent praesens et praeteritum perfectum, haec sola, odi novi memini coepi pepigi. haec in imperativo modo praeter memini, quod memento facit, deficiunt et in futuro infiniti modi et in supinis

---

20 sunt verba *Char.* 256, 12. *Diom.* 372, 22 24 sunt alia *Char.* 247, 22. *Diom.* 371, 27 28 sunt quae idem habent praesens *Char.* 257, 8

---

2 declinatur *f* ς declinantur *PF'* 6 tepeo niteo pateo stupeo ς tepeo niteo tepeo stupeo *P* tepeo nateo (niteo *f*) stupeo *F* 7 vireo *hoc loco om. F* floreo] flo *P* madeo tumeo ς madeo uireo et stupeo tumeo *PF* 9 tamen *Putschius* tantum *PF*ς 10 cum] ut *P* 13 egeo] et ego *P* mereo polleo *P* mereo palleo *F*ς calleo *om. F* 14 et nolo et quae ex illis componuntur ς 15 seuio sero *F* saeui sero *P* seuo sero algeo ς 16 posco] pisco *P* pasco ς furio. quae uerba primitiua futuri temporis participiis carent. similiter carent participiis impersonalia ς quod (quae *f*) uerba prima *F. verba ab hoc loco aliena fortasse ex iis quae sequuntur* sunt verba quae in prima persona confusa habentur *huc translata sunt* 23 appello appellis conpello conpellas *om. P* 26 aceo] acueo *P* 27 pendeo pependi *om. F* pendo pependi *om. P* frigeo frixi frigo frixi *Putschius* frigeo frixi frigeo *P* frigeo frixi *F'* frigeo frixi frico frixi ς frigeo frixi frico frixi uel frieni *g* 29 haec imperatiuo modo *P* haec inpr̃to modo *F* 30 deficiunt et in futuro infinito modo *P* deficiunt in futuro et in infinito modo *F* deficiunt et in futuro et in infinitiuo modo ς

nec non etiam in participiis utriusque temporis. unum ex his odi duo participia facit praeteriti temporis figurae compositae, exosus et perosus. sunt alia quae in omni declinatione secundae sunt coniugationis et in infinito quasi tertiae correptae proferuntur: fulgeo infinitum fulgere facit, ferveo fervere, obsideo obsidere. lectum est et strido, quod est tertiae; alii ut secundae proferunt, ac maxime Lucanus huius modi declinationem usurpavit. |

Verba tam passiva quam deponentia nec non etiam communia, cuiuscumque sint coniugationis, praeteritum perfectum in has syllabas mittunt, in tus, in ctus, in sus, in xus, adiuncto in omnibus sum verbo, ut amor amatus sum, doceor doctus sum, patior passus sum, nitor nixus sum. notantur pauca quae in praeterito deficiunt, passiva quidem haec, feror ferior tollor: faciunt enim praeteritum latus sum, ictus sum, sublatus sum: poscor (namque hoc quoque deficit in praeterito) postulatus sum, arguor convictus sum; similiter metuor et timeor nullum habent perfectum. deponentia vero haec, vescor fruor medeor liquor reminiscor, quae in praeterito sic proferuntur, pastus sum, potitus sum, medicatus sum, liquefactus sum, recordatus sum; quae ab alio praesenti veniunt, sed ad supplementum declinationis defectivis adcommodantur. sunt quaedam doponentia incertae coniugationis, haec sola, orior potior. nam in || secunda persona numeri singularis tertiae productae sunt, hoc est quartae coniugationis, et in praesenti tempore infiniti modi: oriris enim et potiris et item oriri et potiri dicimus; reliqua ad exemplum tertiae correptae declinantur. sunt alia quae a diverso veniunt praesenti, sed in praeterito confunduntur, ut patior passus sum, pandor passus sum, ut apud Vergilium 'crinibus Iliades passis'; item vertor versus sum, verror versus sum, ut apud eundem 'et versa pulvis inscribitur hasta'. sunt alia impersonalia, quae adsumptis pronominibus ablativi casus declinantur et a verbis neutri generis figurantur vel ab activis, quae dativum casum in serie orationis admittunt, ut sedetur ambulatur statur pugnatur itur studetur: || veniunt enim, ut dictum est, a neutris, sedeo ambulo sto pugno eo studeo. his etiam Graecorum iactantiam, siquam de copia sermonis exercent, refutamus, quod haec proprie nequeunt ex-

---

12 notantur pauca *Char.* 249, 8. *Diom.* 380, 22 24 sunt alia *Diom.* 377, 21 28 sunt alia impersonalia *Diom.* 399, 13

---

4 facit *om. P* 6 maximo *P* 7 usurpauit. DE UERBO PASSIUO. Uerba *PF* 8 cuiusque *P* 10 in tus in ctus ς in tus ictus *P* in tus in gus *F* 11 doceor doctus sum *om. P* passus] pactus *F* nixus *Pf* nissus *F* nisos ς 13 faciunt enim *om. F* 17 medicatus sum *om. PF, add.* ς 22 oriris] oris *P* 25 ut patior passus sum pandor passus sum ς ut petior passus sum *P* ut pandor passus sum *F* 26 crinibus] *Verg. Aen.* I 480 Iliades] aliade *F* 27 et versa] *Verg. Aen.* I 478 inscribitur] in his scribit *P* 32 his enim *F*ς in his enim *f* Graecorum iactantiam *om. P* 33 haec propriae *P* haec propria *F* nec propria ς

p. 1722 P. p. 352. 53 L.

planare. similiter nocetur et suadetur et datur proferimus, quae in activa specie dativo casui iunguntur. sunt quae in participiis deficiunt, ut fruor medeor et reor, quod de praeterito tantum habet participium, in praesenti et futuro deficit. item nascor futuri temporis participio caret. impersonalia, sicut in activa declinatione, participia nulla habent, nisi quae poetica usurpavit licentia, praeteriti, ut regnata pugnata [percussa], futuri, ut 'vigilanda viris', et his similia.

[PHOCAE GRAMMATICI]

DE ASPIRATIONE

Omnia nomina graeca in capite suo vel in medio loco φ litteram habentia cum p et aspiratione adiuncta scribuntur apud Latinos, ut Phoebus ephebus. omnia nomina graeca similiter υ litteram in principio suo habentia praeposita aspiratione scribuntur, ut ὑάκινθος hyacinthus, ὕδρα hydra, Ὕπανις Hypanis. omnia nomina graeca in prima syllaba ῥ litteram habentia vocali *posita* post ipsam ῥ aspirantur, ut Ῥῆνος Rhenus, exceptis duobus, Remus et Romulus. omnia nomina latina quae ir syllabam in principio suo habent praeposita aspiratione scribi significamus, ut hirsutus hircus Hirpinus. omnia nomina graeca ab eo quod est ἵππος graece dicta aspirationem praepositam similiter habent in scriptura, ut Ἱππόλυτος Hippolytus, Ἱποτάδης Hippotades. si hoc in medio nominis loco fuerit, ista syllaba tum caret aspiratione, ut Φίλιππος Philippus, Ἀρίστιππος Aristippus. omne pronomen articulare praeposita aspiratione scribi notamus, ut hic et haec et hoc, excepto vocativo. si autem composita fuerint, dasian amittunt, ut istic istac istuc. similiter et omne adverbium ex articulari pronomine deductum aspiratur, ut hic huc hinc hac. in conpositione haec dasian amittunt, ut illic illac illuc. solum vero adhuc et adhoc simplicium suorum scripturam servaverunt, id est

---

1 proferemus *P* 2 quae — iunguntur ς quod — iungitur *PF* 3 medeor *f* modior *F* medeo *P* 4 et inpersonalia sicut actiua declinatione *F* 6 regnata percussa futuri *F* regnata pugnata futuri *f* regnata uigilata pugnata *Putschius* 7 vigilanda] *Verg. georg.* I 313 similia EXPL. ARS FOCE GRAM. (GRĀMĀT *F*) DE NOMINE ET UERBO *PF* similia finis. Phocae clarissimi grammatici ars de nomine et uerbo foeliciter explicit ς

G codex Gudianus 260. ς *editio Ascensiana a.* 1516

8 PHOCAE GRAMMATICI DE ASPIRATIONE ς Focae orthographia. Christus. de aspiratione dicturi sumus *G* 10 in capite suo φ litteram habentia in medio loco cum p *G*ς 11 iuncta scribitur *G* 14 ὑπανης hypanis ς ὑπάτιος hypatius *G* in prima syllaba *om. G* 15 posita *om. G*ς, *add. Lindemannus* Ῥῆνος *in lacuna om.* ς 18 Hirpinus] hiripinus *G* 19 praepositam *om. G* 20 Ἱππόλυτος Ἱποτάδης Φίλιππος Ἀρίστιππος *in lacunis om.* ς 21 loco *om. G* 24 similiter enim et *G*ς 25 ut hic ἐνταῦθα huc ὧδε hinc ἔνθεν hac ἧ *G* 27 simpliciorum suorum ς seruarent *G*

dasian habent in compositione. omnia nomina graeca vel latina e vocalem productam in principio suo habentia praeposita aspiratione scribentur, graecum, ut Ἡρακλῆς Heracles, latinum, ut heres [heri, unde hesternus dictum est]. omnia nomina graeca initiata syllaba ις et τ littera statim subsecuta dasia praeposita proferuntur, ut Hister historia. latina similiter haec proferuntur, ut histrio: designatum est pronomen iste. | omnia nomina graeca vel latina quorum er syllaba || principium obtinet sequente statim μ aut ν aut κ littera cum aspiratione scribi praeposita notamus, ut Ἑρμῆς Hermes, Ἕρνος Hernus, Ἡρακλῆς Hercules. omnia similiter o incohata et duas consonantes rr post ipsam vocalem habentia praeposita aspiratione erunt pronuntianda, ut horror. omnia nomina graeca e vocalem brevem in prima syllaba observantia statim e littera veniente aspirantur, ut Helenus Helymus: excipitur unum Elis Elidis, quod nomen est urbis; et Elissa et elephas similiter. omnia quae es vel is vel os habentia fuerint syllabas et postea p litteram subsecutam, ea cum aspiratione praeposita scribentur, ut Hesperus hispidus hospes. omnia graeca nomina, si a littera i fuerint incipientia et e vocalis subsecuta, praeposita aspiratione scribas, ut *, et latina similiter, ut hiems: designatum est iecur, ideo quod i consonantis vim explet in isto nomine. omnia quae o vocalem in suo initio habebunt et postea m semivocalem aspirationem praepositam capiunt in scriptura, ut homo: designatum est omen. omnia quae post o n semivocalem habent similiter aspirantur, ut Honorius honos: designatum est onus. omnia quae post a vocalem in principio nominis locatam r unam consonantem habentia fuerint a eam aspirant, ut harena haruspex: excipiuntur ara arista, et graeca Arion Aratus. omnia quae post or t mutam habent dasian praepositam capiunt, ut Hortensius hortor: designatum est ortus: h discretionis causa omittit propter hortus. omnia nomina graeca post e vocalem c mutam habentia aspirantur, ut Hector. omnia nomina latina post i vocalem b mutam habentia aspiratione praeposita || proferuntur, ut hibernus Hiberus: designatum est ibi adverbium. omnia quae a verbo habeo derivantur, ea cum aspiratione praeposita scribentur, ut habitus; similiter et conposita, prohibeo. omnia quae post er syllabam b mutam sequentem habent, ea cum aspiratione antecedente proferuntur, ut herba. |

De psila, id est inaspiratione. omnia nomina quae post i vocalem l litteram habent dasian negant, ut Ilium ilex: excipiuntur hilarus et Hilerda. omnia quae post or syllabam d mutam habent ignorant aspirationem, ut ordo: designatum est hordeum. omnia quae post i a fuerint habentia carent aspiratione, ut Ianus: designatum est hiatus. omnia similiter post i consonantem u vocalem habentia psilen amaverunt, ut Iuno: nam hiulcus ab eo quod est hiatus, de quo supra dictum est, deducitur. omnia quae au diphthongon' in prima syllaba habebunt dasian

---

3 Ἡρακλῆς *in lacuna om.* ς heres] herus *corr.* heres *G* here ς 4 initata syllaba ης in ις et ταῦ tau littera *G* 5 ut Hister — proferuntur *om.* ς 6 histrio ωμυθολοτος *G* histrio ὁ μιμολόγος *Lindemannus* 8 μ et ν aut κ littera ς 9 Ἑρμῆς Ἕρνος Ἡρακλῆς *in lacunis om.* ς 10 et] in ς, *om. G* 15 syllabas *om. G* 16 scribuntur *G* 17 i *om.* ς et e *Lindemannus* vel e *G*ς 23 onus τὸ φορτίον *G* 26 Aratus] arator *G* cupiunt *G* 27 ortus ἀνατολή dicretionis causa propter hortus ὁ κῆπος *G* 30 Hiberus] hibertus ς 31 habeo] habet *G* 32 scribuntur *G* compositum prohibetur *G* 38 designatum hordo το κριον *G* quae ia fuerint ς 39 hiatus τὸ χάσμα *G* 41 quod hiatus ς

p. 1724 P. p. 355 L.

respuerunt, ut audax: designatum est haud, unde hauscio conpositum simplicis habebit scripturam; nam aspiratur. adverbium autem discretionis causa dasian habet praepositam, ut ne coniunctio fuerit, veluti legimus 'aut portum tenet'. omnia quae in prima syllaba eu diphthongon locatam habebunt carent aspiratione, ut Euandrus: excipitur interiectio heu et heus conpositum. omnia quae post a vocalem m habent psilen solum in scriptura habere solent, ut amicus: excipitur hamus et nomen proprium Hambo.

---

1 unde auri composita simplicem *G* 2 autem ad discretionis causam *G* 3 ne] nec *G* 4 aut] *Verg. Aen.* I 400 7 hamus τὸ ἀγκίστριον *G* 8 Hambo Phocae Grammatici de Orthographia Finis ς hambo γεοργος βαρατουσειος. grammatici focae ortographia finitur per petrum *G*

EVTYCHIS
ARS DE VERBO

'Eutychi grammatici de discernendis coniugationibus libri duo' editi sunt a Ioachimo Camerario una cum Mario Victorino et Servii quibusdam libellis Tubingae a. 1537*). post hunc Putschius eosdem libros exhibuit 'ex scripti codicis', ut ait, 'lectionibus, quas humanissime suppeditavit Clariss. Ioan. Wouwer, utiliter auctos et emendatos'. denique Lindemannus eos ex codice Bobiensi nunc Vindobonensi 16 recensitos edidit in primo volumine grammaticorum latinorum. a me autem ad novam editionem parandam quattuor adhibiti sunt libri manu scripti, Bobiensis, is quo Lindemannus usus erat (B), Parisinus 7498 (P), Monacensis 19454 olim Tegernseensis 1454 (t), Monacensis 6416 olim Frisingensis 216 (f). quorum antiquissimus est Bobiensis octavo vel septimo, ut videtur, saeculo scriptus: cf. vol. IV praef. p. VII, Endlicher cod. philolog. Latin. bibl. Palat. Vindob. p. 215 sqq. Eutychis ars scripta est f. 57—68 omissa inscriptione, pro qua recentiore manu scripta sunt haec, *incipit liber primus coniuntionum siue declinationum grammaticalium, Cum semper nouas — esse monstratum. deo gratias explicit feliciter ars eutycii grammatici.* sequuntur pauca de deponentibus vel communibus verbis, quae in plerisque codicibus cum Eutyche con-

*) Principis editionis hic est titulus: 'Continentur hoc libro optima et praeclarissima scripta, quod ipsa scilicet ostendent. Marii Victorini Grammatici et Rhetoris, De orthographia et ratione carminum libri IIII. Servii Honorati Grammatici de pedibus uersuum libellus. Eutychi auditoris Prisciani, de discernendis uerborum coniugationibus. Servii Marii Honorati, De syllabarum quantitate. Quaedam nunc primum, quaedam secus quam prius in lucem edita, cum assidua cura et studio diligenti. Quodsi non male positum fuisse intellexerimus, dabimus operam ut etiam posthac officina nostra quasi robustioris eruditionis, non uulgares foetus producat atque edat. Ab Vlricho Morhardo Tubingae, An. M. D. XXXVII. Prid. Calend. Septemb.' in praefatione Ioachimi Camerarii Marius Victorinus e codice Ioannis Sichardi editus esse dicitur. de Eutychis codice nihil indicatum est ab editore.

iungi solent et ex hoc ipso codice primum edita sunt anal. gramm. Vindob. p. 184, *omnia deponentia — tertiam sibi coniugationem uendicat. explicit.* in vetere scriptura permulta postea correcta vel addita sunt, quae partim ab ipso vetere librario, partim diversa quidem manu, sed eodem tempore, partim recenti manu scripta esse visa sunt Lindemanno, cuius auctoritatem in indicanda codicis scriptura secutus sum. eam tamen in schedis ipsius manu scriptis paulo accuratius quam in editione descriptam habebam. Parisinus codex, de quo in praefatione librorum minorum Prisciani vol. III p. 396 dixi, nono saeculo scriptus est, f. 89—104 *incipit prologus libri euticis. Cum semper — uendicat sibi.* huius codicis lectiones tum, cum Claudii Puteani erat, a Wouwero accepisse videtur Putschius. codex Tegernseensis formae quadratae minoris undecimo saeculo scriptus post carmina Iuvencii habet Eutychem p. 73—144, *liber eutichii. Cum semper — esse monstratum.* sequitur glossa in Focam, de qua supra p. 406 dictum est. eiusdem fere aetatis est codex Frisingensis item formae quadratae minoris, f. 1—29 *incipit ars eutici* (vel *euticis*). *Cum semper — esse monstratum. explicit ars euticis grammatici.* subiecta est epitome sive recapitulatio regularum Eutychis f. 29*—31* *Igitur differentias quattuor coniugationum prout paruitas mea ualuit prius lector ex prima persona breuiter expositas agnoscat — in xor autem desinentia primae sunt coniugationis ut rixor amplexor et cetera.* totam epitomen edidit Spengelius in censura editionis Lindemanni ephem. scholast. a. 1832 p. 281 sqq. sed cum Bobiensem codicem, quem solum ducem secutus erat Lindemannus, propter neglegentiam scripturae et crebras emendationes multis locis viderem incertae fidei esse, huic praeferendam esse duxi auctoritatem Parisini libri, qui et accurate scriptus et paucis locis, maxime sub finem operis, idque antiquo tempore correctus est. itaque huius potissimum fidem secutus sum, maximeque in forma orationis, in qua magna est codicum diversitas, et in exemplis verborum enumerandis, quorum ordo saepe perturbatus est, plerumque unius codicis rationem, nisi quidem aperte corrupta erat vel certa pristini ordinis indicia extabant, exprimere quam pluribus collatis diversa colligere vel ad constantiam quandam et aequabilitatem omnia revocare malui. in discrepantia autem codicum indicanda eam legem tenui, ut scriptura codicis Parisini, quem fundamentum recensionis esse volui, et Bobiensis, cui secundum locum concessi, paucis quibusdam et levissimis rebus exceptis integra proponeretur, ex Tegernseensi et Frisingensi autem ea quae vel rectius in his quam in illis scripta sunt vel digna esse memoria videbantur exhiberentur. quamquam in Bobiensi quoque codice neglegentiam veteris librarii vel curas correctorum scrupulose indicare inutile esse duxi; Tegernseensis autem et Frisingensis

in exemplis veterum scriptorum a grammatico citatis ita adhibiti sunt, ut praeter apertos librariorum errores nihil quod aliter in illis atque in antiquis duobus scriptum est omitteretur. praeterea principis editionis scriptura (ς) paucis locis indicata est.

Ex reliquis Eutychis libris, quos quidem vidi et examinavi, maxime memorabiles sunt hi. codex Parisinus 7499 olim Claudii Puteani saec. XI, f. 72 — f. 91 *incipiunt capitula libri euticis de uerbo* I *De coniugationibus grecorum* etc. *Cum semper — explicit prologus feliciter. incipit liber I euticii de uerbo et de coniugationibus grecorum et de dissimilibus ac similibus regulis eorum ac latinorum et de cognitione coniugationum ex prima persona et de anomatis uerbis. Tres quidem — uindicat.* in priore libro multa scholia in margine adscripta sunt. ex hoc codice capitula, quae in codice Parisino 7498 quoque numeris in marginibus adscriptis indicata sunt, in fine libri edidi. codex Parisinus suppl. 69 saec. XI f. 39* — f. 72 *incipit ars euticii grammatici. Cum semper — uindicat sibi.* codex Bambergensis M. V. 18 saec. X f. 71—85 *incipit ars euticii de uerbo. Cum semper — uindicat. explicit ars euticii de uerbo.* codex Monacensis 6411 Fris. 211 saec. XI vel X f. 1—28 *epi* (?) *gramma . . . euticii. Cum semper — uendicat.* codex Monacensis 6417 Fris. 217 saec. XII f. 1—30 *Cum semper — esse monstratum. finit euticis lib. II de coniugationibus disternendis.* codex Leidensis Voss. 41. 8 saec. X f. 1 sqq. *incipit liber eutic . . grammatici de uerbo. Cum semper — esse monstratum. explicit liber euticis.* praeterea fragmenta non nulla utriusque libri scripta sunt in his codicibus, in Sangermanensi 1188 saec. IX hac subiecta subscriptione, *explicit ars euticii* de verbo, in Montepessulano 358 saec. X, *incipit ars euticii de verbo*, in Sangallensi 822 saec. X, in quo priori libro subscripta sunt haec, *explicit primus liber incipit secundus euticis grammatici de discernendis coniugationibus.*

Nomen grammatici et in codicibus, quorum inscriptiones et subscriptiones supra positae sunt, et a recentioribus grammaticis, qui eius libris usi sunt, diverso modo scriptum est. in plurimis enim libris legitur *Euticii*, in aliis *Euticis*. unde plerique Euticium dixerunt, qua forma usi sunt Alcuinus in versibus de bibliotheca Eboracensi (vol. I praef. p. XXIII, vol. II praef. p. IX), *Servius Euticius Pompeius Comminianus*, et Clemens in excerptis codicis Leidensis Voss. 33. 4 f. 161*, *sed uticius* (corr. *euticius*) *dicit quod feruo in tertia coniugatione et ferueo in secunda, ita inquiens, e autem carentia tertiae sunt coniugationis, ut ferueo ferues et feruo feruis, unde et uirgilius in octauo libro feruere leucaten dicit.* alii ex genetivo *Euticis* nominativum finxerunt *Eutex*, quem una cum superiore posuerunt grammatici qui ineptis etymologiis nomen interpretari studuerunt in codice Parisino 7499 et in codice Bambergensi. nam in Parisino

haec scripta sunt ante librum grammatici, *Septem circumstantiae requirendae sunt in una quaque arte, id est locus tempus persona factum causa modus facultas vel materies: locus quo facta est, tempus quando, persona quis fecit, factum quid fecit, causa quo modo fecit, facultas vel materies unde fecit. quae septem ita conveniunt huic libro. tempus: in tempore Iuliani consulis, quod inde intellegimus, quia Priscianus, magister Euticis, temporibus eiusdem Iuliani fuit. persona: Eutex vel Euticus, qui interpretatur fortunatus vel felix vel bonus textor, quia bene et feliciter texuit regulas grammaticae artis. factum ipsa ars intellegitur. causa, quia Craterus, suus discipulus, postulavit hoc opus ab illo fieri, ut potuissent Romani cognoscere coniugationes ex prima persona, sicut faciunt Graeci. modus: numerus librorum vel quo modo fecit, videlicet artificio vel prospere. materies vel facultas: unde fecit, hoc est de discernendis coniugationibus.* in Bambergensi autem codice subscripta sunt haec, *Euticius est vir ingeniosus de Utica ortus provintia**). *Brientes appellantur euticii quasi veri iudiciales. euticia enim apud phylosophos appellantur vera iudicia. unde Eutex appellatus est, quasi vere iudicans, eo quod sapientiam iudicavit. Eutex enim cognomen de agnomine ornatum.* denique ab hoc grammatico non videtur diversus esse is cuius excerpta de aspiratione posuit Cassiodorus de orthogr. p. 2311. nam siquid colligere licet ex tractandi et scribendi ratione in istis excerptis, conplura utrique scriptori communia sunt. is igitur Eutychem dixit in rubricis p. 2280 *Eutychis de aspiratione*, ubi *euthis* corr. *eutithis* habet codex Bernensis 330, *uticis* cod. Paris. 7495, et p. 2311, ubi *eutichis* deleta postea *s* littera habet codex Bernensis 330, *eutis* corr. al. m. *eutius* cod. Bern. 243, *euticetis* cod. Paris. 7495, et de iisdem excerptis dicens de instit. divin. script. c. 30 p. 478 ed. Genev. a. 1656, *orthographos antiquos legant — Eutichen de aspiratione.* editis autem libris de verbo primum Camerarius Eutychi nomen praeposuit, secutus haud dubie auctoritatem codicis sui, in quo *eutici* scriptum invenerat; deinde Putschius ex Parisino codice, quo eum usum esse supra dixi, *Eutychis* recepit; postremo Lindemannus Bobiensis codicis subscriptione adductus est, ut Eutychium verum esse nomen contenderet, quod inde ab illo tempore vulgo probatum est, praesertim cum hoc nomine fuisse latinum grammaticum temporibus M. Antonini constet auctore Iulio Capitolino vit. Anton. philos. c. 2. Osannus symbol. litt. II p. 164 probatis Lindemanni rationibus tamen in incerto relinquendum esse

*) Vix credi potest has ineptias grammaticorum ex pravo etymologiae studio ortas fraudem fecisse viris doctis, quos de Africana Eutychis origine cogitavisse scribit Barthius advers. XI 2 p. 514 'ex reliquis ab Eutyche aliquando Grammatico laudatur (Statius), homine Graeco ut credo, vel Afro, ut Pithaeus et alii suspicantur, sed Latinis auctoribus versandis diligenti et industrio'.

existimavit, utrum grammaticus natione Graecus, cum de latino sermone scriberet, nomen suum in latinum morem convertisset, an latinum scilicet nomen graeca terminatione adsumpta mutavisset. mihi tutius esse visum est Cassiodori testimonium bonis libris ipsius grammatici confirmatum quam inferioris aetatis consuetudinem sequi.

Antiquiores artis grammaticae auctores non nominavit Eutyches, nisi quod semel Priscianum praeceptorem suum laudavit p. 2154. eiusdem libris de verbo interdum usus est. cuius rei certissima indicia sunt in iis quae de verbis in *to* desinentibus scripsit p. 2185 coll. Prisc. l. X p. 536. saepe etiam iisdem veterum scriptorum exemplis uterque usus est. e quibus quaedam Eutychem a Prisciano recepisse probabile est; alia vero vel ex antiquiore fonte vel ex ipsorum scriptorum libris petita esse scripturae differentia ostendit. quare in iis quae maxime memorabilia esse videbantur Prisciani locos, ubi eadem leguntur, indicavi.

EVTYCHIS
ARS
DE VERBO

p. 2143 P. p. 153 L.

PROLOGVS

Cum semper novas quaestiones doctoribus auditorum acutiora commovere solent ingenia et curiositas humanae familiaris naturae cotidie desiderat aliquid recens, inexcusabilis quodam modo respondendi necessitas praeceptoribus iure videtur inponi. tuis itaque petitionibus satisfaciens, meorum dilectissime discipulorum Cratere, quem in omni Graecorum facundia tuos aequiperantem maiores in sapientia et maxime laudibus excellentes etiam gaudebam doctrina superavisse Romana, opusculum hoc ad discernendas pertinens coniugationes duobus libellis inclusi, quorum prior observationibus instruitur generalibus, alter indicio finalitatis speciales exequitur regulas.

LIBER I
DE CONIVGATIONIBVS VERBORVM

Tres quidem sunt apud Graecos coniugationum species: una, quae carens tenore in fine *βαρύτονος* ab eis appellatur, quae ex consonanti-

B codex Bobiensis, nunc Vindobonensis 16
P codex Parisinus 7498
t codex Monacensis 19454 *Tegernseensis* 1454
f codex Monacensis 6416 *Frisingensis* 216
ς *editio princeps Ioachimi Camerarii Tubingae a.* 1537

4 INCPT PROLOG LIBRI EUTICIS *P* INCIP ARS EVTICI *ut videtur f* LIBER EVTICHII *t* incip. liber primus coniuntionum sive declinationum grammaticalium *recenti manu add. B* EVTYCHI GRAMMATICI DE DISCERNENDIS coniugationibus libri duo ς 9 dilectissime *Pf* diligentissime *Bt* 10 sapientiae maxime *Lindemannus* sapientia etsi maxime ς 14 regulas EXPLICAT PROLOGUS ARS EUTICIS DE CONIUGATIONIB: UERBORU INCPT *P* regulas explicit praefatio. *B* regulas LIBER PRIOR EVTYCHI GRAMMATICI DE coniugationibus ς 18 ab eis *om. P*

bus ante finalem ω inventis ordinem sex coniugationum significat; alia, quae circumflexo accentu prolata apud eos iure περισπωμένη nominatur et ex vocalibus in secunda persona inventis ordinem trium coniugationum ostendit; et tertia, quam ex finali terminatione in μι desinentem dicunt * licet in paucis verbis quartam habent coniugationem. Latini vero, sicut in aliis multis, nec prorsus omnia videntur habere | coniugationum indicia nec iterum carere penitus omnibus. nam in ω terminationem ex parte videntur imitari, o terminalem primae personae in plerisque temporibus habentes. cumque sint omnia verba linguae natura Romanae βαρύτονα, hoc est tenore prorsus in fine carentia, nec tamen proprietate circumflexorum carent, ex vocali secundae personae coniugationum ordinem ostendentia. || sed cum secundae personae observatio syllabae terminalis, ex qua dinosci coniugationes artium scriptores voluerunt, apud Romanos penitus est incerta, quia non ratione cogimur aliqua scribo scribis verbum tertiae magis an scribas primae et cubo cubas in secunda persona an cubis enuntiare, conabor ex prima, sicuti possim, persona differentias coniugationum quasdam ostendere, tam vocales quam consonantes ante o vel or finalem positionis verbi considerans, notatis scilicet anomalis vel defectivis, in quibus plerumque ratio deficit analogiae, ut sum prosum inquam cedo edo faxo sodes ave ferit infit et similibus; licet in his ipsis quaedam sunt, quae ex ipsa similitudine finalitatis possunt ceterorum regulis oboedire verborum.

Ante specialium tamen expositionem regularum prius aliquid generale de hac ambiguitate coniugationum definire temptabo * quod inchoativa quidem, quae semper derivativa sunt nec a verbis tantum modo, sed etiam a nominibus derivantur, et || in sco solum desinunt et unius tantum modo sunt omnibus artigraphis in hoc consentientibus tertiae coniugationis, ut hebesco calesco pertimesco evanesco tremesco terresco hor-

---

1 ω] o *BP* 4 in μι desinentem dicunt ς in ω (in ὤ *B*) desinentem dicunt *BP* in a desinentem dicunt *t* in o dessinentem dicunt id est HPICHNA correp̄ *adscripta in marg. glossa* HPICENA nominatur tertia i. acualis quia acuabitur *f* 5 licet in paucis uerbis quartam ὀξύτονον habeant coniugationem ς licet in paucis uerbis, quattuor habet coniugationes *coniecit Lindemannus. excidisse potius videtur divisio coniugationis in μι, quam ipsam quoque tres species ex tribus ordinibus coniugationis circumflexae ductas habere voluerunt grammatici, quibus accedit quarta* ἀπὸ τῆς ἕκτης τῶν βαρυτόνων (*Dion. Thr. p.* 639, 25) habeant *P* 7 *fortasse* o terminalem primae personae praesentis temporis in plerisque habentes 18 positionem *P* 21 sunt] sint *P* ferit] fero *t. fortasse* foret *vel* furis: *cf. Prisc. l.* VIII *p.* 420, 14. 450, 15 23 tamen] quoque *P* 24 *lacuna quam indicavi quattuor formarum definitio excidisse videtur, quae adiecta est in epitome codicis f*, sed ante spetialium expositionem regularum prius aliquid generale de hac ambiguitate coniugationum diffinire temptabo. quattuor ergo constat esse formas uerborum, id est inchoatiuam meditatiuam frequentatiuam perfectam. ex quibus inchoatiua in sco solum desinunt 27 ortographis *P* 28 ut hebesco albesco caluesco pertimesco euanesco terresco horresco patesco feruesco labasco tremesco dormisco uerberasco purpurasco inueterasco senesco iuuenisco glisco *t* ut hebesco calesco albesco pertimesco terresco euanesco orresco patesco feruesco notesco labesco tremesco inueterasco senesco uesperasco iuuenisco purpurasco glisco *f* calesco] caluesco *P* terresco] *fortasse* tepesco

p. 2145. 46 P. p. 154. 55 L.

resco patesco notesco fervesco labasco dormisco vesperasco purpurasco inveterasco senesco iuvenesco glisco. quo modo meditativa in urio solum desinunt et quartae tantum modo sunt coniugationis, ut lecturio dicturio micturio esurio. frequentativa vero, quae similiter inchoativis et meditativis derivativa sunt, in ito vel in to praecedente consonante vel in so vel etiam in xo desinunt et primae sunt tantum modo coniugationis, ut lectito dictito cantito cursito visito canto dicto merso curso nexo. viso enim visis, quod et Virgilius Aeneidos libro VIII refert, 'has forte invisitis aras', et in eodem |

protinus Arcadiae gelidos invisere fines,

et Horatius carminum libro primo

omne cum Proteus pecus egit altos
visere montes,

quia sensu caret frequentativorum, ideo nec coniugationem illorum servavit. perfectae autem formae verba, quae non sunt anomala scilicet vel defectiva, in quattuor inveniri coniugationibus video; quibusdam tamen ea differentiis arbitror posse discerni. et vocalibus quidem antecedentibus facilior est observatio, quam consonantibus. tres enim vocales ante o vel or verbi finales reperiuntur, e i u, quia nec a penitus nec o ante o invenitur, nisi in verbo reboo, quod factum est a *βοῶ* graeco verbo et secundum primam coniugationem declinatum reperitur apud Virgilium in tertio libro georgicon, ut 'reboant silvaeque et magnus Olympus', et inchoo inchoas, quod a *χόω* graeco videtur traductum.

Omnia igitur verba ante o vel or finalem e vocalem habentia unius tantum sunt secundum veteres artium scriptores secundae coniugationis, quae sola etiam in primitivis hoc habet proprium, quod vix || aliae in derivativis. nam quo modo prima coniugatio frequentativa, tertia inchoativa, quarta meditativa verba, sic secunda in eo terminationem quasi specialem, ipsa tamen non in derivativis solum, sed etiam in primitivis possidet, ut habeo taceo candeo egeo squaleo timeo maneo stupeo arceo censeo pateo caveo; eodemque modo in eor quoque desinentia non solum passiva, sed etiam deponentia vel communia secundae sunt semper coniugationis, ut polliceor liceor medeor reor mereor vereor misereor fateor

---

1 dormesco *B* 2 inueterasco *corr.* -esco *B* inueteresco *P* inuenisco *P* glisco et rel. *B* 10 protinus] *Verg. Aen.* VIII 159. *ea quae praecedunt non sunt Vergilii* 11 carminum libro primo] 2, 7 12 omne] oms *t* 13 visere] inuisere *B t* 14 ideo coniugationem illorum non seruat *B* 19 finalis *B* 20 nisi in eo uerbo reboo *P* 22 in tertio libro georgicon] *v.* 223 reboantque siluae et *B* cum gemitu reboant silue et *f* 23 a koo *corr.* a koω *B* a *χαω* ϛ videtur] uerbo *P* 25 sunt et secundum *B P* 26 habuit *B P* 29 ipsa tm̄ non diriuatiuis *B* 30 ut habeo taceo maneo moneo stupeo (*superscr.* scabeo squaleo, *in marg. add.* immineo lugeo deleo) areo censeo candeo timeo egeo doleo pateo caueo *B* ut est habeo taceo stupeo maneo scobeo squaleo areo censeo candeo timeo geo doleo pateo caueo *P* ut est habeo taceo moneo stupeo areo scabeo arceo censeo candeo timeo geo doleo pateo caueo *t* 31 eodem quoque modo *P*

p. 155. 56 L. p. 2146. 47 P.

profiteor tueor intueor. notantur primae quidem coniugationis beo creo meo commeo nauseo enucleo laqueo screo, quartae vero eo et queo, et quae tam ex his quam ex illis conponuntur. sicut u quoque vocalem ante o vel or finalem habentia verba primitiva tertia sibi sola | coniugatio vindicat, ut inbuo tribuo acuo induo arguo fluo polluo pluo adluo innuo minuo spuo ruo suo metuo futuo loquor liquor fruor, et ab omnibus his composita, exceptis paucis, quae ad primam coniugationem derivationis ratio trahit, de qua postea dicetur, ut vacuo viduo tenuo sinuo insinuo continuo fluctuo aestuo tumultuor mutuor. i vero ante o habentia trium sunt coniugationum, id est primae tertiae quartae: confusionis enim discernendae causa melius mihi videtur quartam nominare, licet quidam eam quoque tertiam [solam], sed productam, appellaverunt. sed illa primae sunt, quae adhaerent nominibus non minus trisyllabis, absque pio pias et hio hias, i puram paenultimam nulla sequente consonante semper habentibus in omni genere, ut nuntius nuntio nuntias, saucius saucio saucias, socius socio socias, [curia decurio decurias] fiducia fiducior fiduciaris, repudium repudio repudias, tripudium tripudio tripudias, radius radio radias, consilium consilior consiliaris, concilium concilior conciliaris, folium defolio defolias, spolium spolio spolias, || somnium somnio somnias, linia delinio delinias, auxilium auxilior auxiliaris, corium decorio decorias, furia furio furias, varius vario varias, basium basio basias, spatium spatior spatiaris, pretium depretio depretias, initium initior initiaris, vitium vitio vitias. omne itaque verbum in io desinens et nomen habens adpositum sibi *in* i puram paenultimam terminans primae coniugationis invenitur, ut dictum est, excepto hio hias [et pio pias], quod licet primitivum est in io desinens, primae tamen est coniugationis. amplio enim amplias ab amplior nomine vel amplius adverbio, sicut satio satias a satias nomine, quo utebantur antiqui pro eo quod est satietas, ut Terentius in Eunucho

ubi satias fieri coepit, commuto locum,

---

2 nauseo enauseo nucleo enucleo laqueo inlaqueo quartae *P* 3 conponuntur ut eo ueueo nequeo pereo redeo ineo exeo adeo abeo praeeo anteo circueo intereo transeo praetereo ambeo coeo contraeo introeo dispereo pertranseo subeo subintroeo suppereo sicut *t* componuntur ueneo nequeo prodeo redeo ineo exeo abeo praeeo subeo pereo anteo circueo intereo praetereo ambeo adeo coeo contraeo dispereo pertranseo subineo subintroeo supereo sicut *f* componuntur sicut veneo nequeo ς 6 futuo *B* fatuo *Pt* 7 diriuatiuis trahit traditio *P* 9 tumultuor *om. B*: mutuor tumultuor fatuor (instituor *add. t*) infatuor *tf* 13 illa primae sunt quae sunt adherentia nominibus inueniuntur tamen non minus *t* adhaerentia *B* 14 puram *om. B* 15 nuntius nuntio nuntias *si hoc loco a grammatico posita erant, sequitur ut* nuncius *etc. scripserit* 16 curia decurio decurias *ab hoc loco aliena esse ordo litterarum finalium ostendit* 19 somnium somnio as *B* somnium somnior somniaris *Pf* somninm o *t* 20 delinio as *Bf* delinio (*corr.* dil.) dilinias *P* delineo *t* 21 furio as *Bf* furior furiaris *P* 22 basias basilium basilio basilias spatium *P* 24 adpositum sibi i puram *Pf* appositum i puram *Bt* 25 et pio pias *om. B* 29 in Eunucho] V 5, 3

30 cōmoto loco .... potest uenire *B* commutato loco potest uenire *P*

p. 2147. 48 P. p. 156. 57 L.

potest venire. lanio quoque verbum a nomine lanius, quod idem Terentius in eadem Eunucho pluraliter per apocopam posuit, 'coci lani fartores', non est dubium fieri. quidquid igitur verbum in io desinens et praedicta carens observatione, id est sive penitus origine nominis privatum est, sive a nomine derivatum non habet adhaerens sibi nomen omnibus modis et ultra duas syllabas et paenultima syllaba in i puram desinens, quartae esse coniugationis sine dubio cognoscitur. cuius rei exempla sunt haec, ambio ambis, superbio superbis, sancio sancis, sarcio sarcis, farcio expedio impedio fastidio condio custodio erudio oboedio vagio praesagio salio sepelio stabilio | mollio bullio dormio redimio exinanio insanio lenio venio insignio finio hinnio tinnio grunnio munio punio saepio sopio ferio cooperio aperio garrio ligurrio esurio nutrio micturio prurio parturio haurio inretio sentio gestio vestio effutio servio saevio, blandior blandiris, ordior ordiris, largior largiris, sortior sortiris, partior partiris. haec enim omnia vel primitiva sunt et carent origine, vel aliunde derivata non a nominibus non minus trisyllabis i puram paenultimam semper habentibus veniunt. tamen || notantur pauca, quae speciem habentia supra dictorum, cum similiter deberent esse quartae coniugationis, ad tertiam correptam solam perveniunt coniugationem. sunt autem vel a vel i breves ante cio solum et a vel u ante pio similiter habentia, ut iacio facio aspicio elicio inlicio pellicio interficio officio capio sapio cupio, et praeterea fodio fugio pario quatio concutio morior patior, et interdum orior et potior, et omnia ex his singulis conposita. alia vero omnia verba, quae vocali carent ante o finalem, duarum tantum modo sunt coniugationum, id est primae et tertiae; sed plerumque primae sunt quae derivantur a nominibus. omne enim verbum a nomine derivatum, si non sit meditativum vel inchoativum vel frequentativum, quae quasi speciales habent coniugationes proprias, et nec in eo desinens, ut secundae, vel in uo primitivum, ut tertiae, vel in io sine praedictis observationibus, ut quartae sit, primae plerumque coniugationis invenitur.

Sed quia sunt et a nominibus verba et a verbis nomina derivata, quae possunt in dubium venire, prius mihi videtur de hac aliquid ambiguitate, si possim, disserere. itaque sciendum est quod, sicut rerum, quaequae sint, sic etiam ubertati vocum studens natura tam verba de nominibus quam de verbis nomina procreavit. et multa quidem paene de singulis nominum terminationibus genuit, quae primae coniugationi

---

2 in eodem *P: Eun.* II 2, 26 posuit ut coci o lani *B* posuit et cocci lani *t* fartores quod non *BP* 6 penultimam syllabam *BP* 12 cooperio] operio *Bt* micturio — effutio *post* stabilio *habet B* 13 vestio *om. B* effutio ς effigio *corr.* effugio *B*, *om. P*: effutio *post* sopio *habet t* 15 origine nominum *tς* 19 solam coniugationem pertinent *B* 19 sunt autem alia a uel i *BP* sunt autem uerba a uel i *f* sunt autem alia uerba uel a uel i *t* 20 breuis *P* et alia a uel u *P* 22 et praeterea sunt fodio *B* 24 verba *om. B* 29 ut et tertiae *P* 30 invenitur *om. BP*, *add. tf* 32 aliquid *al. man. add. P*

p. 157. 58 L. p. 2148. 49 P.

dedit verborum, de quibus postea dicetur. pauciores vero nominum terminationes, nec ab omni motu verborum, nec eas ipsas semper in multis nominibus a verborum derivatione traduxit; quas qui perceperit, intellegere facilius potest adhaerentia verbis nomina, utrum ipsa verborum sint origines, an deducantur a verbis. a tribus enim quasi fontibus verbalia nomina deducuntur, id est aut ab indicativo praesenti aut a praeterito perfecto aut ab infinitivo futuro sive participiis; et singulis eorum certae sunt derivationum clausulae tam generales quam speciales destinatae. sunt enim generales quidem nominum derivationes || venientes a praesenti tempore verborum hae, in ium, in itium, in iculum, in culum, in ulum, in imen, in cundus, in or, in idus, in us, in es tam brevem quam longam, in is, in ibilis, in ilis, in uus, | in ulus, in ax, in ex, in bulum, in bilis, in bundus, illo scilicet observando, quod consonans positionis ante o vel eo vel io inventa servatur in omnibus terminationibus nominum a vocali incipientibus. et ante ium quidem, ut litigo litigium, mercor commercium, obsono obsonium, vestigo vestigium, aedifico aedificium, sacrifico sacrificium, participo participium, mancipo mancipium, impero imperium, convivor convivium, prandeo prandium, gaudeo gaudium, praesideo praesidium, medeor remedium, nubo conubium, iuro periurium, fastidio fastidium, exulo consulo u paenultima in i conversa exilium consilium, obsequor obsequium, eloquor eloquium, domicilio domicilium, solsto solstitium, iusto iustitium, cerno silicernium. item ante iculum rideo ridiculum, perpendo perpendiculum, everro everriculum, deverto deverticulum, veho vehiculum, pereo periculum, fero ferculum absque i; ut vincio vinculum, cingo cingulum et iacio iaculum finalitatem non in iculum, sed in ulum converterunt. item ante imen, ut rego regimen, tego tegimen. et ante cundus i vel e praecedentibus etiam, ut rubeo rubicundus, vereor verecundus, quod e pro i servavit. ante or quoque, quorum pauca ex aliis, pleraque ex secunda veniunt coniugatione et neutralibus maxime verbis; quae quia non possunt ad passivam transeuntia significationem in or desinere verbaliter, nomen a verbo secundae prae-

---

5 uerbialia *BP* 7 *fortasse* sive infinitivo futuro aut a participiis 9 sunt enim generales quidem nominum deriuationes uenientes a praesenti tempore uerborum terminationes Hae enim (*superscr.* sunt) in ium *B* sunt autem generales quidem nominum diriuationes uenientes a praesenti tempore uerborum terminationes enim hae sunt in ium *P* sunt enim generales quidem nominum diriuationes a praesenti tempore uerborum terminationes Hae enim sunt in ium *t* sunt enim generales quidem deriuationes nominum a praesenti tempore uerborum quorum terminationes hae sunt in ium *f* 10 in itium in iculum in bulum in imen in or in es tam breuem quam longam in bilis in ilis in uus in bundus in cundus in idus in ulus in uus in ax in ex in eps illo *B* 11 in imen] in men *P* 13 illo scilicet et obseruando *P* 21 domicilio domicilium *Bf* et domunculo domicilium *Pt* a domicilio uel domunculo domicilium ς. *fortasse* colo domicilium, cerno silicernium, et ante itium, sto solstitium iustitium 23 euerro euerriculum ς euerso euersiculum *Pt* euerto euerticulum *B* auerto auerticulum *f* 25 vincio] uinco *B* 26 item in men rego regimen tego tegmen et ante cundus e uel i praecedentibus etiam ut uereor uerecundus rubeo rubicundus quod i pro e seruauit *P* 27 pereuntibus *B* 30 transeuntia] transire *B* 31 uerbialiter *BP*

p. 2149. 50 P. p. 158—60 L.

sertim coniugationis derivatum in or desinens quasi incorporalis rei fecere vocabulum, ubique servata scilicet consonante positionis, absque s et t, quae solae ante or inventae solent ostendere nec incorporalia nomina, nec a praesenti, sed ab infinitivo futuri deducta, ut tonsor defensor consolator amator venator lector petitor auditor. unde censor quoque, licet a || praesenti censeo pote|rat traductum videri, tamen, quia rem corporalem significat, non a praesenti magis illud quam ab infinitivo futuri, qui est censum ire, factum conprobamus. sunt autem in or desinentium nominum consonantem positionis servantium exempla haec, sudo sudor, amo amor, clamo clamor, sono sonor, erro error, rubeo rubor, marceo marcor, candeo candor, algeo algor, caleo calor, timeo timor, teneo tenor, tepeo tepor, horreo horror, ferveo fervor, strideo vel strido stridor, tremo tremor, cano canor, sapio sapor, furo furis, licet deficit prima persona, furor; līquor līqueris verbum, līquor līquoris nomen; sōpio sōpor. quorum duo posteriora notantur, quod paenultimam verborum longam corripiunt in nominibus. item ante idus consonans positionis invenitur, ut madeo madidus, splendeo splendidus, sordeo sordidus, frigeo frigidus, caleo calidus, timeo timidus, tepeo tepidus, stupeo stupidus, areo aridus, torreo torridus, ferveo fervidus, rapio rapidus, cupio cupidus, vivo vividus, fluo interposita v fluvidus. ab invideo et pando minus una syllaba proferuntur invidus pandus. trepidus enim nomen non a trepido verbo, sed a tremo tremidus et trepidus mihi videtur magis venire, et ex eo facere verbum trepido trepidas, sicut a sordidus nomine sordido sordidas verbum. in es quoque tam brevem quam longam vel is vel ibilis vel ilis vel uus vel ulus sic inveniuntur derivata positionis litteram ante clausulam servantia, tego teges, mergo merges, caedo caedes, luo lues, struo strues, fīdo fīdes paenultima correpta, ut et sŏpio sōpor; item in is, torqueo torquis; item in ibilis vel ilis, doceo docibilis docilis, nubo nubilis, facio facilis, utor utilis, effutio effutilis; item in uus, occido occiduus, praedor praeduus, caedo incaeduus, perspicio perspicuus, divido dividuus; item in ulus, bibo bibulus, pendo pendulus, credo credulus, strido stridulus, gero gerulus, lego legulus, unde murilegulus, tremo tremulus, cerno cernulus, queror querulus, adopto ad|optulus. ante

---

1 deriuatur *B* 4 tonsor] censor *BP* tonsor censor *Putschius* 10 sono sonor *om. B* 11 algeo algor (caleo *postea ead. m. add. B*) timeo *BP* algeo algor. albeo albor timeo *f* algeo r alo r timeo *t* algeo algor oleo olor timeo ϛ: *nomina verbis* timeo — sapio *adscripta om. BP, add. tfϛ* 13 tremeo vel tremo *P* furio furis furit licet deficiat *B* 17 sordeo (algeo *postea ead. m. add. B*) frigeo *BP*: *nomina verbis* sordeo — ferveo *adscripta om. BP*, item rapidus *et* cupidus *om. P, add. tfϛ* 20 pando] prandeo *BP*: *cf. Prisc. l.* IIII *p.* 137, 1 21 pandus] prandus *BP* 24 longam uel (*superscr.* is) ilis (*superscr.* uel uus) uel ulus uel ilius sic inueniuntur *B* 25 deriuatae *P* 26 mergo merges *corr.* mercor merces *B* 27 sŏpor torqueo item est torquis item in ibilis uel ilis doceo docibilis docilis *P* sopor item torqueo torques item doceo docilis *B* sopor item in is torqueo is doceo ibilis *t* 30 praedo praeduus *tf* praedo praeduus *additis eadem manu* cernuo cernuus *et recenti manu* praedico praedicuus *B. fortasse* ardeo arduus, *quod est apud Priscianum l.* IIII *p.* 136, 7 31 in ulus *om. B*

ax quoque vel ex, ut voro vorax, audeo audax, tumeo tumax, contumeo || contumax, teneo tenax, dico dicax, capio capax, rapio rapax, perspicio perspicax, efficio efficax, fallo fallax, emo emax, vivo vivax, sagio (unde praesagio) sagax, salio salax (unde 'caudamque salacem' Horatius sermonum libro I), mentior mendax, lateo latex, verto vertex. in terminationibus autem incipientibus a consonante consonans antecedens ipsam positionem verbi invenitur praecedens nominis clausulam, in prima quidem coniugatione a sequente, in reliquis autem i, in bulum vel in bilis, ut sto stas stabulum, voco vocas vocabulum, pateo pates patibulum, infundo infundis infundibulum, item sto stas stabilis; item in bundus, erro erras errabundus, ludo ludis ludibundus, morior moreris moribundus, furo furis furibundus.

Sunt et aliae clausulae nominum a praesenti verborum tempore venientes non tam generales nec sic in multis inventae nominibus, ut in a vel in ela vel in erna vel in ina vel in ile vel in o vel in edo vel in ido vel in io vel in us vel in um vel in rum desinentibus consonante positionis antecedente, ut scribo scriba, nubo pronuba, fugio fuga, perfugio perfuga, advenio advena, convenio convena, lenio lena, sequor adsecula, colo caelicola, gigno vel antique geno terrigena, vivo conviva; sic insideo insidiae pluraliter tantum. item candeo candela, suadeo suadela, luceo lucerna vel etiam lucina, lateo laterna, ruo ruina, rapio rapina, cubo concubina; item cubo cubile, sedeo sedile. item in o masculina, ut epulor epulo, lateo latro, lenio leno; comedo palpo verbero incubo, licet in eadem voce tam verba sunt quam nomina. feminina quoque in edo vel in ido, ut torpeo torpedo, cupio cupido, libet libido: formido item et caligo propago, similiter ut comedo, in eadem voce tam verba quam nomina sunt. item in io quoque, ut || opinor opinio, suspicor, suspicio. in us quoque fiunt antecedente consonante positionis, ut parco parcus, coco cocus, ludo ludus, fido | fidus, pando pandus, luceo lucus, arceo arcus, metuo metus, gradior gradus [scio scius multiscius inscius praescius, fluo refluus septemfluus]; sic invideo invidus, profugio profugus, a facio luctificus terrificus laetificus beneficus maleficus veneficus, a dico fatidicus veredicus maledicus, a volo vis benivolus malivolus, a

---

1 tumax contumeo *om. B* 2 capio capax *B t* careo carax *P f* 4 sagio sagax unde praesagio *P* sagio sagax unde praesagio praesagax *t* 5 sermonum in libro I *P: Hor. sat.* I 2, 45 9 *post* stabulum *ead. man. postea add.* item stabilis *B* 10 item sto abilis *t* item in bilis sto as stabilis *f* insto instas instabilis *P, om. B* 14 in a uel in ella uel in ena uel in erna uel in ina uel in le uel in o uel in io uel in us desinentibus *B* 16 in us] in us uel in ius *P* 17 perfugio perfuga refugio refuga *B* 18 adsecula *P* assecula *B* adsecla *t* assecla *f* 19 uel ut antiqui dicebant geno *t*: vel *om. B* 20 insideo (*corr.* -dior) insidiae *B* insidio (*corr. al. man* -deo) insidiae *P* insidior insidiae *t*: *cf. p.* 2190 candela (*corr.* -ella) suadeo suadella *B* 32 cubo concubina (*superscr.* et) cubile *B* 26 similiter ut comedo *t* et similiter (*corr.* similiter ut *B*) comedo *B P* 27 sunt item *om. P* 28 suspitio *P* 32 veneficus] uenificus *B t f* 33 item a dico *P*

p. 2152. 53 P. p. 161. 62 L.

volo volas velivolus (unde 'mare velivolum'), a frango naufragus vel navifragus. in um quoque vel in rum, ut vado [hoc] vadum [vel hic vas huius vadis], scalpo scalprum, fulcio fulcrum, iungo iugum. fiunt et o finali tantum reiecta de verbis nomina in er desinentia, ut a fero vel gero composita lucifer corniger. item, quamvis rara, fiunt tamen a verbis nomina, quae inceptivam paenultimae vel antepaenultimae syllabae verbi consonantem ante clausulam habent nominum, ut in en et in os et in ex et in eps et in es [et in cen et in pos et in pex et in fex et in ceps et in bex et in scs] desinentia, ut a cano cornicen, iiticen tubicen fidicen tibicen, a pono compos, ab aspicio auspex, a facio artifex opifex, a capio municeps particeps auceps, ab obicio obex; sic praesideo praeses, resideo reses, desideo deses, quiesco quies.

A praeterito quoque perfecto vel magis ab infinitivo futuro derivantur generales quidem terminationes hae, in culum, in mentum, in men, in bilis, in tio, in tor, in trix, in tivus, in sio, in sor, in sibilis, in tilis, in ticius. et ante tum quidem infinitivi posita vocalis vel consonans servatur etiam in derivationibus, in culum, in mentum, in men, in bilis desinentibus nominibus mutatione tum syllabae in eas facta, ut oraculum miraculum propugnaculum, fundamentum || ornamentum sacramentum mu-nimentum alimentum incrementum, solamen foramen purgamen flamen liquamen certamen [agmen fragmen] acumen munimen flumen; sic amatum ire amabilis, laudatum laudabilis, statum stabilis, motum mobilis, notum nobilis, auditum audibilis. in reliquis autem in tio vel in tor vel in trix vel in tivus vel in sio vel in sor vel in sibilis vel in tilis vel in ticius desinentibus nominibus ante clausulam nominum invenitur vocalis vel consonans, quae ante tum vel sum in futuro infinitivi verbi erat, mutatione um syllabae in praedictas facta terminatio|nes, ut probatio invocatio laudatio obrigatio elevatio usurpatio aequatio observatio exhibitio munitio dictio lectio auditio; item bellator bellatrix, venator venatrix, fultor fultrix, victor victrix, petitor petitrix, auditor auditrix, nutritor nutrix minus una syllaba propter euphoniam, item doctor doctrix,

---

1 unde *om. P: Verg. Aen.* I 224 naufragus uel nauifragus ς naufragus uel naufragius *P* naufragus uel naufragus *B* nauifragus *f* naufragus *cum glossa* uel nauifragus *t* 2 vel in rum *om. P, add. t* siue in rum *al. m. add. B* uado (*superscr.* hoc) uadum *B* 3 iungo *t* iugo *corr.* iungo *B* iugo *P: cf. p.* 2190 5 lucifer corniger ignifer dapifer fructifer annifer aurifer *t* 6 penultimae uel antepenultimae syllabae uerbi *f* penultimae syllabae uerbi et antepenultimae syllabae *B* penultimae syllabae uerbi *P* 8 et in es — et in ses *om. B* 10 a pono compos impos *B* ab aspicio *Btf* ab auspicio *P*ς a specio *coniecit Lindemannus* 11 obiicio *P* 14 in men in sio in tio in tor uel in trix in sor in tiuus in bilis in silis in ilis in icius et ante *B* 18 mutatione tum syllabae in eas facta oro oraculum *t* um uel tum syllabae *B* facta *om. BP* 20 alimentum solamentum incrementum foramen *P* alimentum momentum solamen foramen *B* alo alimentum increo uel increscо incrementum solor solamen foro foramen *t* 21 certamen numen flumen *B* terramen frago fragamen acumen flumen munimen lenimen *t* 22 ire *om. P* 24 et in sio et in sor in ibilis in silis et in ilis et in icius *B* 27 in praedictas syllabas facta terminatione *P* 28 obrigatio] obiurgatio ς irrigatio *f* usurpatio] susuratio *B* 30 auditor auditrix *om. P*

p. 162. 63 L. p. 2153. 54 P.

et ab eo doctrina, tonsor tonstrix tonstrina, textor textrix textrina; item optativus derivativus deminutivus subditivus; nec non et in sio et in sor et in sibilis et in tilis et in ticius desinentibus nominibus, quae mutatione um in has terminationes fiunt, ut visum visio iussio mersio laesio missio iussor suasor risor pransor sponsor tonsor defensor lusor, visibilis plausibilis sensibilis missibilis sessibilis flatilis fictilis textilis altilis scriptilis tortilis; sic adventicius advecticius commendaticius [sic steti statum ire status statio; sic ab eo quod est caedo caesum ire Caesar]. et praeteriti perfecti consonans, licet raro, tamen in verbalibus nominibus invenitur, ut rexi rex, duxi dux, luxi lux, rupi rupes, ambegi ambages. et participiorum quoque vel similium participiis nominum per omnia genera eodem modo per singulas tam coniugationes quam significationes verborum inveniuntur derivatae terminationes, ut amans docens legens sapiens audiens, || amandus docendus legendus audiendus sequendus metuendus furibundus ludibundus, vocatus doctus scriptus auditus, vocaturus docturus scripturus auditurus; non solum in accidentibus nominibus, sed etiam in fixis vocabulis [vel participiis], et maxime femininis in ura desinentibus, ut pictura scriptura litura natura censura.

Licet autem observationem non inutilem tradere, qua cognoscitur quasdam rerum differentias natura frequentius artis adminiculo reperire. quippe nomina verborum origine deducta et gemino quasi fonte manantia diversa litterarum divisione separavit. nam ab indicativo praesenti venientibus nominibus ante clausulae casualis vocalem omnes consonantes positionis verborum significativas praeposuit, duabus exceptis tantum, id est s et t; quibus solis permisit ut non solum verbis praecedant frequentativis, quae derivativa sunt, sed ut item ante omnes terminationes luceant, quae de praeterito perfecto vel infinitivo futuri descendant, ut exempla nominum declarant ante lata. de quibus omnibus terminationibus et traductionibus quia Roma|nae lumen facundiae, meus, immo communis omnium hominum praeceptor, in quarto de nomine libro summa cum subtilitate copiosissime grammaticus Priscianus disseruisse cognoscitur, ideo contentus haec ad renovandam tantum modo legentium memoriam perstrinxisse, reliquae parti promissionis meae satisfacere temptabo, id est supra positis observationibus nominum de verbis traductorum exceptis, quidquid verbum appositum nomini reperiatur (nam non solum a verbo nomen, sed etiam verbum a nomine deductum), ostendere quod

---

1 item (*superscr.* in tiuus) optatiuus *P* 2 et in sio et in ibilis et in icius *B* 4 ut iussio uisio mersio missio *B* 5 uisibilis passibilis sensibilis sesibilis missilis flatilis *B* uisibilis possibilis pransibilis plausibilis sonabilis missibilis sessibilis a sedeo flatilis ς 7 steti *om. B* 9 uerbialibus *B P* 10 ambigo ambigi ambages *B* ambigui ambages *P* ambigo ambegi ges *t* 14 sapiens *om. B* sequendus *om. B* 20 reperiri ς 25 solis *om. P* 26 terminationes] uocales *corr.* terminationes *B* 30 libro *om. P* 35 repperitur *P* nam *om. B* 36 quod] quam *corr.* quod *B*

p. 2154—56 P. p. 163. 64 L.

ipsum verbum a nomine traductum o finalem praecedente consonante non ad aliam nisi ad primam verborum pertinet coniugationem; idque manifestius apparebit, si per singulas uni cuique declinationum attributas terminationes exempla decurrant; nisi forte vel mere graecae sint, quae plerumque in nominibus || inventae propriis carent huius modi verbis, vel nisi aut a propriis Romanis aut etiam ab accidentibus derivatae nominibus corporalibus rerum vocabula significent incorporalium, ut eis merito supervacua videatur traductio verbi rem significantis, quam in nominis etiam ipsius pronuntiatione designabant. qualia sunt iustitia pigritia miseria clementia solertia inertia, longitudo latitudo fortitudo pulchritudo dulcedo acredo pinguedo, claritas severitas honestas libertas paupertas et similia, de quibus haud facile derivata verba reperies.

Ex prima itaque declinatione in a desinente terminatione nominum, maxime fixorum, verba veniunt ad primam coniugationem paene consonantibus universis praecedentibus, ut b turba turbo turbas, c spica spico spicas inspico inspicas, d praeda praedor praedaris, g fuga fugo fugas, l stilla stillo stillas, stipula stipulor stipularis, m spuma spumo spumas, n trutina trutino trutinas, machina machinor machinaris, pugna pugno pugnas, nundinae nundinor nundinaris, p culpa culpo culpas, q aqua aquor aquaris, r mora moror moraris, quadra quadro quadras, cura curo curas, s causa causor causaris, t rota roto rotas, multa multo multas, x rixa rixo rixas, lixa elixo elixas, v conviva convivor convivaris, ch baccha bacchor baccharis. |

Ex secunda similiter declinatione nominum per singulas terminationes tam ab accidentibus quam fixis derivantur verba omnibus consonantibus paene antecedentibus: *ab accidentibus,* ut b probus probo probas, c opacus opaco opacas, amicus amico amicas, d nudus nudo nudas, foedus foedo foedas, g vagus vagor vagaris, i pius pio pias, l solus desolo desolas, m firmus firmo firmas, infirmus infirmo infirmas, n sanus sano sanas, alienus alieno alienas, serenus sereno serenas, unus aduno adunas, hibernus hiberno hibernas, p crispus crispo crispas, q aequus aequo aequas, obliquus obliquo obliquas, propinquus propinquo propinquas, r ignarus || ignoro ignoras, s lassus lasso lassas, t latus dilato dilatas, laetus laetor laetaris, aptus apto aptas, sollicitus sollicito sollicitas, cruentus cruento cruentas, x laxus laxo laxas, v viduus viduo viduas,

---

1 traductum] tractum *B* 2 pertinere *BP* 6 Romanis *om. B* aut etiam nisi ab accidentibus *P* 11 dulcedo acredo pinguido *P* dulcido acrido pinguido *B* 13 ex prima itaque declinatione *t* ex primae itaque declinatione *B* ex primae itaque declinationis *P* ex prima itaque declinationis *f* 15 ut est b *P:* b *et reliquae litterae singulares omissae sunt in B* spico spicas *om. B* 20 aquo aquas *corr.* aquor aquaris *B* 22 lixa lixo as *tf* 25 tam ab accidentibus *t:* ab *om. BP* 26 ab accidentibus *om. BP* ut est b *P* 27 amicus amico as mundus mundo as nudus nudo as *t* 29 m firmus — infirmas *om. B* 33 ignarus naro (*corr.* noro) ras *B* 34 aptus aptor taris sollicitus tor taris (*corr.* to tas) *B*

p. 164. 65 L. p. 2156. 57 P.

mutuus mutuor mutuaris: a fixis, c locus loco locas, fucus fuco fucas, graecus graecor graecaris, g vulgus vulgo vulgas, l stimulus stimulo stimulas, m fumus fumo fumas, n terminus termino terminas, annus perenno perennas, sonus sono sonas, r numerus numero numeras, v rivus dirivo dirivas, ch etiam graecum stomachus stomachor stomacharis: item a neutris um terminatis, b libum libo libas, l velum velo velas, colum percolo percolas, collum decollo decollas, peculium depeculor depecularis, m a plurali nomine quod est haec arma armo armas, n stagnum stagno stagnas, regnum regno regnas, signum signo signas, donum dono donas. in er quoque desinentia nomina secundae similiter declinationis faciunt verba, ut liber libero liberas, sacer sacro sacras, ager agri peragro peragras, integer integro integras, miser miseror miseraris [misereor potest etiam esse ab inpersonali miseret], minister ministro ministras, satur saturi saturo saturas.

A tertiae quoque declinationis nominibus supra dictis exceptis omnibus observatis eodem modo fiunt derivationes verborum per singulas terminationes; in o, ut contio contionis contionor contionaris, ordo ordinis ordino ordinas, virgo virginis devirgino devirginas; in c quoque, ut lac lactis lacto lactas; in l, ut vigil vigilis vigilo vigilas, exul exulo exulas; in n, ut semen semino seminas, fulmen fulmino fulminas; in er quoque, verber verbero verberas, uber exubero exuberas, agger aggero aggeras, iter itero iteras; in or, labor laboro laboras, vapor vaporo vaporas, memor memoro memoras, honor honoro honoras; in ur robur roboro roboras, fur furor furaris, murmur | murmuro murmuras, augur auguris auguro auguras; in as quoque, nugas indeclinabile nugor nugaris, vas vadis vador vadaris; in es, aries arieto arietas, miles milito militas, comes comitor comitaris, sedes sedo sedas, locuples locupletis || locupleto locupletas, heres heredis exheredo exheredas; in is quoque turpis turpo turpas, tenuis tenuo tenuas, tristis contristor contristaris, testis testor testaris; in os, os oris oro oras, ros roris roro roras, dos dotis doto dotas; in us, decus decoris decoro decoras, ulcus ulcero ulceras, pondus pondero ponderas, olus oleror oleraris, munus muneror muneraris; aes aeris adaero

---

1 fucus fuco fucas *P Putschius* focus suffoco cas *B* ς 4 humerus humero humeras *P* 5 ch (ch *om. B*) stomachus etiam graecum stomachor *B P* 7 percolas decolo decolas peculium depeculior depeculiaris a plurali nomine Qō est haec arma m *P* depeculior aris a plurali nomine quod est haec arma *tf* depeculor aris a plurali nomine arma *B* 11 ut est r liber *P* 13 etiam *om. B* 15 exceptionibus omnibus observatis (*corr.* -tionibus) *B* 16 fiunt] faciunt *B P* 17 in o ut concio *t* N contio *P*: in o *om. B* 20 in n ut semen *t* in n semen *B* N IN N semen *P* flumen no nas *B* in r uerber *B* R in er quoque uerber *P* 21 agger aggero iter itero labor laboro napor naporo naporas *P. item in reliquis verbis a tertia declinatione derivatis interdum secundae personae omissae sunt in P* 24 in ur *om. P* 25 indeclinabile G nugor *P* 26 uadis D uador *P* 27 comitaris D sedes *P* 30 dotas R in us *P* 32 holus holeror munus muneror aes aeris adaero adaeras D laus laudis laudo fraus fraudo C pax paco nex necis neco necas *P* honus honero munus munero in aes aeris adaero laus laudo fraus fraudo pax paco nex neco *B* holus holeror aris munus muneror ris aes aero as laus dlauo as fraus fraudo as in ax quoque ut pax paco as in ex ut nex neco as *t*

p. 2157. 58 P. p. 165. 66 L.

adaeras; laus laudis laudo laudas, fraus fraudo fraudas; pax paco pacas; nex necis neco necas, vindex vindicis vindico vindicas, iudex iudico iudicas, remex remigo remigas, lex lego legas; radix eradico eradicas, cornix cornicor cornicaris; vox voco vocas, nox noctis pernocto pernoctas; merx, mercis mercor mercaris; hiems hiemis hiemo hiemas; praeceps praecipitis praecipito praecipitas.

A quarta etiam et quinta, aestus aestuo aestuas, fluctus fluctuo fluctuas, tumultus tumultuor tumultuaris, gelu gelo gelas; in es, ut rabies rabiei rabio rabias, macies macio macias, maceries macero maceras, luxuries luxurio luxurias, glacies glacio glacias. licet pauca sint harum duarum declinationum exempla, quia pleraque nomina quartae declinationis incorporalium sunt rerum vocabula et ipsa magis a verbis derivata cognoscuntur, ut visus nisus motus nutus; idemque potest etiam in quinta deprehendi, ut acies facies fides res.

Ex omnibus itaque supra scriptis exemplis manifeste monstratum est de nominibus facta verba primae esse coniugationis. hoc quoque idem e contrario potest observari, ut, siquid verbum nomini appositum consonante praecedente non sit primae coniugationis, non ex nomine deductum, sed nominis esse principium cognoscatur, ut scribo scribis scriba, advenio advenis advena, perfugio perfugis perfuga, molo molis mola, consulo consulis consul, vado vadis vadum et hic vas, mergo mergis haec merges mergitis, quiesco quiescis haec quies, caedo caedis haec caedes, luo luis haec lues, struo || struis haec strues, metuo metuis metus, tribuo tribuis tribus, parco parcis parcus, gradior graderis gradus, fido fidis fidus, pando pandis pandus, coco cocis cocus, ludo ludis ludus, curro curris currus, vivo vivis vivus; et reliqua verba, quae sunt enumerata, cum monstrabantur nomina, quae de indicativo praesentis temporis verborum derivata non generalibus clausulis terminata nec in multis adeo nominibus inventa probantur, quia omnia verba quae non sunt primae coniugationis, quamvis adhaerent nominibus, non ab illis duci monstrantur, sed e contrario nominum esse primordia. formido quoque formidas et caligo caligas et propago propagas et palpo palpas et indago indagas verba, licet primae sunt coniugationis et habent adhaerentia sibi nomina formido caligo propago palpo indago, tamen, quia non respondent syllabis genitivi nominum, merito mihi videntur magis nomina de verbo tulisse, quam de nominibus ipsa traducta. nam et siquis velit attendere perspi-

4 nox noctis] pernox *B* 5 mercaris M hiems *P* 7 etiam] enim *P* 9 macies macio as maceries macerio luxories luxorio *P* macies macio uel macero luxuries luxurio *B* 11 plerumque *P* 13 nutus] risus *P* itemque *P* 14 conprehendi *P* 17 siquid uerbum nomini appositum (obpositum *corr.* app. *B*) *Bf* siquod uerbum nomini simile *P* siquid simile uerbum nomini appositum *t* 19 cognoscatur *om. B* 21 vadum et *om. B* 25 coco cocus *P* coquo coqus (*corr.* -quus) *B* 28 terminantia *P* 29 quae omnia uerba quia non sunt ς 31 e contrario possunt nominum *P* formidas, caligas, propagas *om. BP* 32 indagor indagaris *P* 36 ipsa producta *BP* etiam ipsa traducta *t* ipsa deducta esse *f*

p. 166. 67 L. p. 158. 59 P.

cacius, artis subtilitatem mirabitur, quae coniugationum distinguens confusionem a positione verborum traducta verbalia nomina, paucissima quidem et ea ipsa vix in duabus aut tribus terminationibus ex prima, ex aliarum vero coniugationum verbis multa et a pluribus clausulis progenuit nomina. et ceterarum quidem coniugationum praesens indicativum, quia nominum traductiones in verbi finalitatem non suscipit, et maxime tertiae, indifferenter multa de se nomina facere non prohibuit. primae vero coniugationis positio, quia multas nominum suscipit ab omnibus tam declinationibus quam clausulis traductiones in verbo, merito de se nomina non adeo concessit proferre. secunda enim et quarta licet interdum a nominibus derivata verba suscipiunt, tamen de genitivo nominum per incrementa syllabarum, quibus utraque coniugatio cognoscitur, id est per eo secunda, per io quarta, derivata carent huius modi confusione. unde potest etiam illa quaestio solvi ||, quam quidam ex supervacuo proponunt dubitantes, ea verba, quae superius a singulis tam declinationibus quam finalitatibus nominum derivata primae coniugationis esse monstravimus, utrum verba de nominibus, an nomina de verbis procreantur. nam si de verbis essent nomina, non diversas et quasi singulares ex uno fine verborum haberent clausulas, sed, sicut participia vel nomina verbalia, deberent eodem modo plura sub una eademque terminatione finiri, quod e contrario cernitur. nominum enim de verbi positione traductorum absque paucis generalibus, quas superius ostendimus, reli|quas speciales et tam clausulis quam declinationibus diversas et in rarioribus exemplis inventas terminationes, verborum vero de nominibus factorum et generales finalitates et ad unam tantum pertinentes coniugationem et in exemplis innumerabilibus apparentes videmus. ex eo quoque, quod uniformiter et sibi congrue ab omni terminatione nominum plura verba consonantibus praecedentibus traducta primae sunt solius coniugationis syllabarum etiam genitivi rationem et in verbo servantia, manifestissime probantur verba de nominibus esse traducta. ut enim feminina nomina masculinis adhaerentia et ab illis gigni dicuntur et pares eis semper habere syllabas coguntur, ut ater atri atra, tener teneri tenera, longus longi longa, arduus ardui ardua, sic haec verba de nominibus fieri dicimus, quod genitivorum syllabis positio verbi respondet, ut sacer sacri sacro sacras, liber liberi libero liberas, vigil vigilis vigilo vigilas, semen seminis semino seminas, memor memoris memoro memoras, miles militis milito militas,

---

1 quae] quia *P* 2 uerbialia *B P* 3 et (ex *add. al. m.*) aliarum *P* 5 praesens praeesse indicatiuum *P* 6 nominum multas traductiones *tς* maxime e tertia *B P* maxime a tertia *tς* 7 indesinenter (*superscr. al. m.* uel indifferenter) multa de se nomina facere non prohibuit *t* indesinenter non prohibuit *P* indesinenter non *B* indifferenter non prohibuit multa de se nomina facere *ς* 13 deriuatae *Bς* 14 quaestio solui sola *P* praeponunt *B* 19 sicut *om. B* uerbialia *B P* 23 diuisas *B* 26 ex eo quoque quod *fς* ex eo quoque quia *t* ex (*superscr.* eo) que quod *B* ex eo quod *P* 34 respondet *tς* responderet *B P* 36 seminas sic et memor *P*

p. 2159. 60 P. p. 167. 68 L.

iudex iudicis iudico iudicas, manceps mancipis mancipo mancipas. et sic semper ex certis et manifestis incerta regulantur et ambigua; nemoque dubitat, quod priora prorsus a verbis sunt nomina, in quibus naturaliter substantia nominis antecedit actum qui spectatur in verbis.

Exempli causa de multis libet proferre || pauca, ut esca inesco inescas, unda inundo inundas, pax pacis paco pacas, radix eradico eradicas, piscis piscor piscaris, cor cordis concordo discordo recordor, odor odoror odoraris, Horatius in epodo

proiectum odoraris cibum:

radius radio radias, humus humo humas, fumus fumo fumas, contio contionor, limen elimino, cacumen cacumino, 'summasque cacuminat aures' Ovidius metamorphoseon libro I: rumen ruminis rumino,

ilice sub nigra pallentes ruminat herbas

Virgilius in bucolico: aurum inauro inauras, Horatius in epistularum libro I

ut te

confestim largus fortunae rivus inauret:

scortum scortor scortaris, gurges gurgitis ingurgito, Cicero in Pisonem 'numquam te in tot flagitia ingurgitasses'. cras adverbium, crastinus nomen, et ab eo verbum procrastino; dies nomen, perendie adverbium, comperendino verbum. praeterea de verbis etiam derivata verba consonante praecedente primae semper sunt, ut omnis frequentativa forma. nec ad aliam potest huiusce modi verborum derivatio venire coniugationem, nisi forte incidat in clausulam, iam ante cuidam coniugationi generaliter deputatam, ut in urio desinentia meditativa esse quartae facit ipsa formae finalitas et inchoativa tertiae; etiamque in sco desinentia perfecta, si tamen non sint a nominibus, quasi in possessionem tertiae solius concesserunt. singulisque formis derivativorum verborum singulas accipere coactis ad differentiam sui coniugationes iure meditativa quidem quartam in io terminatione meruerunt, sicut in eo desinentia, sive primitiva sive derivativa sint, solam secundam etiam in forma perfecta habent; frequentativa vero et inchoativa, carentia vocali ante o, primam et tertiam invicem necessario sortiuntur; meritoque utraque forma derivativorum ad eam maxime venit coniugationem, in qua suae finalitatis

---

3 quod priora uerbis sunt quaedam nomina *Bt* 4 exspectatur *B* expectatur *P* 5 libet] licet *B*ς 8 in epodo] 6, 10 12 metam. libro I] III 195 14 in bucolico] 6, 54 epist. libro I] 12, 9 16 largius *t* fortunae rivus] imber *B* 17 in pisone *P*: 18, 42 18 in] int̄, *h. e.* inter *P* 19 procrastino] crastino *B* dies item perendie *BP* dies nomen item perendie *t* dies item nomen perendie *f* 20 de aduerbiis *P* 21 ut] et *P*: et omnia frequentatiuae formae ς 23 incedat *P* iam ante (*superscr.* dictam) cuidam coniugationum *B* iam ante dictam cuidam coniugationum *P* iam ante cuidam coniugationem *t* 24 meditatiua quartae coniugationis esse facit ipsa forma finalitatis *t* meditatiua fore quartae facit ipsa formae finalitas *P* meditatiua quartae q (*superscr.* solius) facit ipsa forma finalitatem (*corr.* formae finalitas) *B* 25 et inchoatiua esse tertiae *P* 28 coactas *P* 30 sint] essent *BP* solam coniugationem secundam *P* 31 habent *t* habeant *BP* carentes *P*

p. 168. 69 L. p. 2160—62 P.

inveniebat etiam primitiva. et sic alias similiter traductiones || verborum antecedente consonante prima sibi tantum coniugatio vindicat, seu a verbis seu a nominibus veniant. qualia sunt in co vel in to vel in lo vel in cinor vel in cito vel etiam in alias quasdam terminationes desinentia. in quibus etiam illud est observandum, quod per earum ipsarum clausularum incrementa derivatio verbi solet provenire, ut vello vellis vellico, fodio fodis fodico, nutrio nutrico, albus albi albico, claudus claudico, faber fabrico, alter altercor, communico frondico debilito nobilito oscito periclitor ventilo pullulo gratulor latrocinor febricito; parique modo etiam commissor sarcino [opem tuli] opitulor, praesto praestolor. in go quoque desinentia i brevi antecedente, ut navigo remigo litigo mitigo fumigo, sive a nominibus figurantur in verba, sive inest eis verbi quod est ago quaedam compositio, quia cum nomine componuntur, ad primam iure perveniunt coniugationem. eodem modo etiam ab adverbio intus vel intro verbum fit intro intras, et *a* penitus item penetro, et ab eo quod est temere temero temeras. |

Et ne diutius isdem rationibus inmorer (tempus enim me citius quam exempla deficiant), si omnes huius modi traductiones verborum primae solius coniugationis existant, sic esse potest aliquis contentiosus, ut non alia quoque verba, quibus adhaerent nomina, si primae non sint coniugationis, fateatur de nominibus esse traducta. ut totam igitur regulam recolligere videar, illud etiam addam supra dictis, quod, a quacumque declinatione nominum traductum sit verbum, siquidem in eo desinat, eius est coniugationis, cuius et alia sunt in eo desinentia, quae primitiva sunt et a nulla deducuntur origine, id est secundae solius coniugationis, ut canus cani caneo, calles callis calleo, flos floris floreo, lux lucis luceo, frons frondis frondeo, census census censeo. in uo || vero principalia quidem tertiae solius inveniuntur, ut inbuo acuo induo arguo luo nuo spuo ruo suo, futuo statuo. vacuo autem viduo insinuo tenuo fluctuo aestuo mutuor tumultuor infatuo, quia ex nominibus vacuus viduus sinus tenuis fluctus aestus mutuus tumultus fatuus derivata sunt, iure sibi prima vindicat coniugatio. nam tribus et metus et lues et strues magis ipsa deducuntur a verbis tribuo metuo luo struo, quam faciunt verba. si autem

---

3 in to vel in lo] in ito uel in lo uel in lor *P* 6 ipsarum *om. B* 7 fodio dis co cas uel fido dis fidico nutrio co albus albico claudus claudico faber fabrico alter alterco communis co frondis frondico debilis debilito nobilis nobilito oscis oscito periculum periclitor uentus uentilo pullus pullulo gratus gratulor *t* 8 alterco *P* 10 sarcino opem tuli opitulor praesto praestolor *B* sarcinor opem tuli opitulor praesto praestito praestolor praeco praeito *P* farcino opitulor praesto praestulor *t* 12 eis uerbis (*superscr.* quaedam compositio) ab eo uerbo quod est ago compositio *B* est ab ago *P* 13 cum a nomine *P* iure ueniunt *B* 14 coniugationem solius eodem *P* 15 a *om. B P* 17 in hisdem *B* 18 deficient *B* 19 solius *t* ς solum *B P* 21 diducta *B* 25 secundae sunt solius *P* 29 fatuo statuo *P* futuo *superscr.* statuo *B* 30 tumultuor infatuo *t* tnmultuor infatuor *P* infatuo tumultuor *B* 31 fatuus tumultus *B*

p. 2162. 63 P. p. 169. 70 L.

in io desinat, tum considerabimus: et siquidem nomen ei appositum habeat ultra duas syllabas et paenultimam in i desinentem sequente vocali, secundum datas in ante dictis observationes primae erit coniugationis; hoc autem non consecuto verbum in io desinens a nomine derivatum, a quacumque venerit declinatione, paucis illis exceptis, quae superius ad tertiam pertinentia notavimus, quartae erit sine dubio coniugationis, cuius etiam primitiva sunt in io desinentia. idque his confirmatur exemplis: a prima quidem declinatione bulla ebullio, poena punio; a secunda superbus superbio, blandus blandior, largus largior, insanus insanio, murus murio et munio (sive a nomine quod est moenia moenio et munio), saevus saevio, servus servio, lascivus lascivio; hisque similiter a nomine balbus verbum fit balbutio, licet non servavit omnem observationem clausulae; a tertia quoque rete retis inretior, pes pedis impedio, moles molis molior, mollis mollio, stabilis stabilio, finis finio, inanis exinanio, insignis insignio, saepes saepio, sitis sitio, vestis vestio, custos custodio, mens mentior, pars partior, sors sortior; a quarta item gestus gestio. notatur crux crucio crucias, cum carens observationibus primae debuit esse quartae coniugationis. calcio enim calcias non a calx calcis, sed a calcius derivatum, quia paenultimae non infertur consonans, iure videtur esse primae coniugationis. consonante vero praecedente semper verba de nominibus derivata praedictis || modis primae sunt solius coniugationis. adeoque vera videtur esse observatio clausularum, quod ex una terminatione nominis duae verbi factae derivationes diversam pro qualitate finalitatis coniugationem meruerunt: ut ab eo quod est meta metor quidem metaris primae est coniugationis, metior metiris quartae; servus servo servas primae, servio autem servis, quod in io desinit, quartae est; et a sanus sano quidem sanas primae, insanio autem insanis quartae fit; et ab eo quod est aptus apto aptas fit verbum, ab eo autem quod est ex eo compositum nomen ineptus ineptio ineptis verbum fit. ut enim in io desinentia verba, nisi habeant adhaerentia nomina trisyllaba i paenultimam puram habentia, primae esse coniugationis non possunt, sed ad quartam perveniunt, paucis illis exceptis, quae sola sibi tertia vindicat; sic quacumque consonante antecedente ex nominibus facta verba, siquidem servent consonantem nominis, primae sunt coniu-

---

1 considerabimus ut si nomen ei (ei *om. B*) quidem habeat appositum ultra *BP* considerabimus utrum nomen quidem habeat appositum ultra *f*ς 3 uocali et secundum *f* 5 venerit] uenit *P* 11 hisque] sicque *P* itemque *t*ς 12 fit] est *P* non obseruauit *corr.* non seruauit *B* non obseruat *P* 14 impedio] impedior *P t*ς 16 item] autem *P* 17 cum careat *P* 18 calcius] calceus *B* 25 metor metaris primae est coniugationis metior quidem metiris quartae *P* metor quidem metaris primae est metior iris quartae est coniugationis *B* 28 quarta fit *P* sit, *superscr.* quartae *B* ab eo autem quod est ex eo ς quod autem est ex eo *P* quod est ex eo fit *corr.* ab eo autem quod ex eo *B* 30 nomina non minus trisyllaba ς nomina non minus trisyllabis *f* 33 antecedente consonante *B* ex nominibus facta uerba ς nomina ex se facientia uerba *BP*

gationis. i vero quam non habuit nomen in verbo addentia respuuntur a prima coniugatione et ad quartam plerumque redeunt et una syllaba crescunt a genitivo nominis, ut punio superbio custodio gestio ineptio; quod in verbis primae coniugationis a nominibus deductis non solet evenire. nam positio verbi, sive quaelibet consonans sit ante o sive i vocalis, a quacumque nominis veniat terminatione, syllabas solet genitivi nominis servare, ut turba turbae turbo turbas, nuntius nuntii nuntio nuntias, ulcus ulceris ulcero ulceras, spes spei spero speras. tantum quartae declinationis nomina parem nominativo genitivum habentia vincunt verba ab eisdem nominibus derivata et, ut u non amittant, crescunt una syllaba, ut | fluctus fluctuo, aestus aestuo, tumultus tumultuor, sinus sinuo et insinuo. e quoque ante o habentia derivata verba, quae iure secundam coniugationem sequuntur, una syllaba genitivum nominis vincunt, ut aeger aegri aegreo, miser misereor, census censeo. eademque diversitas || clausularum differentiam coniugationum etiam [a terminatione nominum] in secunda solet facere coniugatione, ut a nomine venientia verba, siquidem non in eo desinant, primae sint coniugationis, in eo vero desinentia modis omnibus ad secundam perveniant, ut albo albas et albeo albes, ut Virgilius Aeneidos libro XII 'campique ingentes ossibus albent': durus duro duras et dureo dures, unde duresco, densus denso densas et denseo denses; miser quoque miseri miseror miseraris primae, misereor vero secundae. sicut in aliis quoque verbis primitivis idem evenit, quae in eo quidem desinentia secundae coniugationis sunt, e autem carentia tertiae sunt, ut ferveo ferves et fervo fervis, unde Virgilius in octavo libro 'fervere Leucaten' dixit: strido stridis, ut Virgilius georgicon libro IIII 'stridere apes utero', strideo strides, ut Lucanus sexto libro

auribus incertum feralis strideat umbra:

tueor et tuor, quod apud Statium in libro III legimus,

hosne ego complexus genitrix, haec oscula nati
vestra tuor? sic vos extremo in fine ligavit;

ex quo compositum etiam intuor idem in eodem libro dixit,

armigeras summi Iovis exultante caterva

---

3 ineptio] impedio *B* 9 habentia nominis uincunt *P* uincunt — derivata et *om. Bf* 10 crescunt in uerbis una *Pf* 15 differentiam coniugationum a nomine uenientium etiam in secunda solet facere coniugatione *t* differentiam coniugationum e (*superscr.* a nomine) uenientium solet facere *B* 17 sint] sunt *BP* 18 perueniunt *BP* 19 libro XI *BP: Verg. Aen.* XII 36. *cf. Priscian. l.* VIII *p.* 397, 7 24 in octavo libro] *v.* 677 25 leucaten *corr.* leocaten *B* georg. libro IIII] *v.* 556 26 utero] At uero *P* libro *om. P: Lucan. Phars.* VI 623. *cf. Prisc. l.* VIII *p.* 443, 24. *l.* IX *p.* 479, 22. *l.* X *p.* 521, 7 27 ferali *P* 28 tueor et tuor] et tueor *BP* apud Statium in libro III] *v.* 151 legimus ut hosne ego *f* legimus ut nonne ego *corr.* legimus uel hosne ego *B* legimus non ego *Pt* 30 si quos *corr.* sic uos *B* sic quos *Pf* si ques *t* extrema *corr.* -mo *B* 31 in eodem libro] III 532 32 armigeres *t* exultante caterua ς exultantes caterua *Btf* saltantesque caterua *P*

p. 2164. 65 P. p. 171–73 L.

intuor, Inachii sunt hi tibi, concipe, reges:

idem etiam aliud ab eo compositum in VIII libro Thebaidos extulit, contuor, ut

namque modo infensos utero mihi contuor enses. |

Sola itaque prima coniugatio syllabas genitivorum nominis custodire solet in verbi traductione, notatis illis paucis terminationibus in co vel in to vel in lo vel in cinor vel in cito vel in uo a quarta declinatione traductis [et in io a quinta], et siquae sunt tales derivationes, quas quasi praeter aliarum morem crescentes superius observavimus; illo quoque generaliter, ut omnis ambiguitas tollatur, addendo, || quod, licet duplex sit terminatio latinorum in positione verborum, id est aut o aut or indicativo praesenti desinens, absque corruptis, quae regulis analogiae carent, ut sum es est, possum prosum edo et similibus, sciendum est in or quidem desinentia verba, si passiva sint, suorum activorum coniugationem servare, id est, sive vocalis seu consonans sit ante o, addita r littera non mutatur coniugatio, si permaneat eadem verbi significatio, ut curo curor, doceo doceor, scribo scribor, audio audior; mutato vero genere vel significatione verbi, licet nihil aliud nisi r adsumat, tamen non observat eandem coniugationem, ut sperno spernis spernor sperneris, aspernor deponens aspernaris; conspicio conspicis aspicio aspicis conspicior conspiceris aspicior aspiceris, conspicor deponens conspicaris; sterno sternis sternor sterneris, consternor autem deponens consternaris; facio neutrum, gratificor gratificaris, ludificor ludificaris; sentio item sentis, adsentor deponens adsentaris; gero geris, morigeror morigeraris. et e quidem habentia ante or secundae sunt coniugationis, ceu ante dictum est, ut liceor polliceor medeor reor mereor misereor vereor fateor tueor, et quae ex his singulis componuntur. i autem ante or habentia observationibus primae carentia coguntur ad quartam venire coniugationem, ut amicior blandior ordior largior molior opperior metior sortior par|tior adsentior, exceptis gradior et morior et patior, quae tertiae sunt correptae solius. orior autem et potior tam tertiae quam quartae quosdam motus habent. in uor quoque desinentia primitiva tertiae sunt, ut fruor frueris liquor liqueris, loquor loqueris, sequor sequeris. quorum posteriora ad consonantium regulam pertinere videntur et in cor desinentium verborum habere praeteritum, ut locutus sum, secutus sum. consonantibus vero solis antecedentibus in

---

1 inachii sunt (*supersc.* hi *corr.* in *marg.* qui) tibi *B* inachis sunt tibi *t* inachis sunt hi tibi *f* conciperegressus idem *B* concipe reges idem *P* concipere reges idem *tf* 2 in VII libro *P: Stat. Achill.* I 131. *cf. Prisc. l.* VIII *p.* 444, 12 4 utero] utroque *corr.* utrosque *B* uteroque *t* enses] esse *B* 7 vel in lo vel in cinor *om. B* 8 et in io a quinta *om. B t* 9 aliarum *f* aliorum *corr.* aliarum *B* aliorum *P t* 18 nisi r tantum adsumat non observat *B* 19 coniugationem] significationem *P* spernis *om. B P* 28 blandior largior ordior languior mollior operior *P* 29 partior *om. P* adsentior *om. B* 35 secutus sum et reliqua *P*

p. 173. 74 L. p. 2165—67 P.

or desinentia, si passiva || non sint nec deriventur ab activis, ut illorum sequantur coniugationes, sive deponentia sint seu communia, uniformis illa regula vindicat ut primae tantum modo sint ipsa quoque coniugationis observationem secuta generalem, quia pleraque sunt a nominibus derivata, ut precor vador vagor suffragor [gratior] negotior auxilior opitulor gratulor racemor rimor peregrinor dignor aucupor aquor miror adversor testor convivor rixor et similia: exceptis paucis, quae sunt tertiae correptae, ut labor fungor sequor liquor loquor queror revertor utor nitor, et quae ab his singulis componuntur, quae ideo excepta iure sunt tertiae coniugationis verborum, quia nullam videntur originis nominum occasionem monstrare (idemque hoc etiam in superius relatis, id est in ior vel in uor desinentibus verbis, observari potest, quod ad tertiam illa pertinent coniugationem, quae quasi primitiva nominum carent communione, ut gradior morior patior orior potior fruor liquor sequor exsequor; a nominibus derivata i quidem paenultimam puram habentibus primae sunt, hoc autem privata quartae coniugationi necessario deputantur, quod et in io desinentibus verbis, id est activis vel neutralibus, fieri praediximus, paucis illis superius notatis ad tertiam redeuntibus primitivis): exceptis etiam in cor desinentibus communibus vel deponentibus as vel es vel is ante cor habentibus, quae, sive primitiva sint seu derivativa, solius tertiae sunt, ut nascor irascor vescor ulciscor nanciscor paciscor expergiscor comminiscor adipiscor vel antique apiscor obliviscor; meritoque haec quoque verba, licet quaedam ex his derivata sunt a nominibus, tertiam coniugationem non ef|fugerunt, quae unam in sco terminationem tam in derivativis, quae formae sunt inchoativae, quam in || primitivis, quae formae sunt perfectae, sola possidet. semelque hoc generaliter est observandum, quod in io seu in ior desinentia verba vel primae sunt tantum derivativa, vel quartae tam primitiva quam derivativa, sed observatione primae coniugationis carentia; consonantem vero ante o vel or habentia verba prima quidem coniugatio, quamvis plerumque derivativa, tamen habet interdum et primitiva. tertia vero absque in sco desinentibus inchoativis et communibus vel deponentibus in scor desinentibus, in quibus solis terminationibus habet derivativa, in omnibus reliquis finalitatibus non facile derivativa, sed primitiva tantum verba habere reperi-

---

5 ut precor preces uador uas uagor suffragor gratulor negotior negotium gratior gratia auxilior auxilium opitulor racemor *P* gratior *corr.* gratulor *B* grator *f* gratulor *t* 6 gratulor racemor *om. Btf* peregrinor moror dignor *t* aucupor aquor *om. Btf* 7 testor testificor et similia *B* testificor et similia *tf* 10 quia non ullam *P* 14 exsequor nominibus diriuata *P* exsequor ex nominibus autem diriuata *t* 15 penultimam puram habentia *BP* penultimam nominis puram habentia ς 22 adaepiscor uel (*superscr.* antiqui) indepiscor *B* adipiscor uelut antiqui apiscor *t* 27 uel primae sint tantum diriuata *P* uel primae sunt cum sint tantum deriuatiua *Bt* 30 coniugatio (sibi *add. t*) uendicat quamuis *Bt* 34 non facile habet diriuatiua sed primitiua tantum uerba habere solet sed *P*

p. 2167. 68 P. p. 174. 75 L.

tur. sed quia in omnibus iam ante dictis sunt tam primitiva, de quibus aliquid potest ignorari, quam derivativa, quorum dubia est originatio, nequid restet ambigui, placet etiam specialiter || singulas terminationes verborum scrutari. quoniam autem de verbis in eo vel in eor vel in io vel in ior vel in uo vel in uor desinentibus iam ante dictis nihil, ut opinor, addi potest, nisi hoc, quod nec secunda, quae semper in eo desinit, verbum potest habere disyllabum absque neo nes net verbo, quod nevi facit in praeterito, et fleo fles flet (unde et beo creo screo meo, licet in eo desinentia secundae deberent esse, tamen primae sunt; eo quoque et queo quartae sunt coniugationis), nec in io desinentia, cuiuscumque sint coniugationis, minus tribus esse syllabis possunt, notatis primae quidem hio hias et pio pias, quartae vero fio fis, scio scis, et interdum cio cis, unde componitur excio excis excire, quod et cieo secundae coniugationis invenitur; reliquas terminationes verborum consonantibus praecedentibus per ordinem in sequenti tamen libello contemplabimur. |

LIBER II

DE FINALITATIBVS

Omnia in bo vel in bor desinentia verba quacumque vocali seu consonante praecedente primae sunt coniugationis, ut libo libas, probo probas, orbo orbas, titubo titubas, cubo cubas, excubo excubas, subo subas, Horatius in epodo 'iamque subando'. excipiuntur pauca quae ad tertiam correptam perveniunt coniugationem. a quidem antecedente longa unum deponens invenitur, lābor lāberis, unde 'labitur uncta vadis abies' apud Virgilium VIII libro Aeneidos legimus, a quo et || participium lapsus fit; quamvis sub eodem sensu etiam primae coniugationis activum vel neutrum invenitur antecedente a, sed brevi, ut lăbo lăbas lăbat, unde in II libro Aeneidos Virgilius dixit 'labat ariete crebro ianua'. scaberet etiam, quod tertiae personae imperfecti temporis subiunctivi modi quandam speciem servans apud Horatium in I libro sermonum reperitur, ut

saepe caput scaberet vivos et roderet ungues,

notamus quasi tertiae coniugationis, licet nullum eius alium motum apud

---

1 tam primitiua uerba — quam diriuatiua uerba *P* 5 vel in uo vel in uor *om. P* 7 absque neo nes net uerbo quod neui faciat in praeterito et fleo et geo unde beo et creo screo meo *P* absque neo nes net et fleo fles flet uerbo quod neui et fleui fecerunt (*corr.* facit) in praeterito unde et beo creo meo *B* 9 esse sed tamen *P* 13 excire *om. B* 15 tamen *superscr. in B, om. t* contemplabimur FINIT LIBER.I. DE DISCERNENDIS CONIUGATIONIBUS. INCIP. II. DE FINALITATIBUS *P* contemplabimur explicit lib. I. incipit. II. *B* 21 in epodo] 12, 11 iamque subando refert *t* 24 libro aeneidos octauo *P*: *v.* 91 27 in II libro Aen.] *v.* 492 uirgilius dixit Custodes sufferre ualent labat ariete crebro ianua *t* 29 in I libro serm.] 10, 79 (71) 32 notamus etiam quasi *P*

p. 175. 76 L. p. 2168—70 P.

aliquem inveniri cognovimus, nisi infinitivum || scabere apud Menippeum Varronem in Catamito; quod venire a positione verbi quod est scabio vel scabo, unde scabies nomen est derivatum, et verisimile potest existimari. i vero antecedente haec tantum sunt tertiae coniugationis, brevi quidem ut bibo bibis, longa vero ut scribo scribis. item u vocali longa antecedente unum est tertiae coniugationis, ut nubo nubis; m vero consonante antecedente duo sunt, ut lambo lambis, unde Virgilius II libro Aeneidos dixit 'lambere flamma comas', et a verbo cumbo, quod simplex in usu non est, composita, incumbo incumbis, procumbo procumbis, accumbo accumbis, succumbo succumbis, quorum primitivum sine m enuntiatur tamque simplex quam compositum sine m prolatum primae coniugationis est, ut cubo cubas, incubo incubas, procubo procubas, excubo excubas.

In co desinentia verba primitiva seu derivativa quacumque vocali antecedente primae sunt coniugationis, ut placo placas, vaco vacas, neco necas, seco plico mico dimico emico frico dico paenultima brevi, cuius futurum in I libro Aeneidos Virgilius posuit,

conubio iungam stabili propriamque dicabo,

unde dedico indico abdico componuntur: albico item albicas, Horatius carminum libro I

nec prata canis albicant pruinis:

vellico vellicas, idem sermonum libro I 'vellicat absentem Demetrius': claudico claudicas, vindico vindicas, duplico duplicas, eradico eradicas, Terentius in Andria

di te eradicent, ita me miseram territas:

mendico mendicas, suffoco suffocas, loco locas, voco vocas, quod paenultimam nominis longam in verbo corripuit. notantur tertiae coniugationis coco cocis et quae ab eo componuntur, decoco percoco incoco. cui verbo licet nomen adhaeret cocus, tamen non ab eo verbum, sed a verbo nomen deduci monstratum in supra dictis sufficienter existimo. excipiuntur pauca etiam, quae tertiae sunt coniugationis differentiae causa: i quidem vocali longa antecedente, dico dicis, id est narro, ut distet || ab eo cui brevis i antecedit et sensu et coniugatione et tempore. unde merito suis respondent primitivis ab utroque composita, ut [edico edicis] praedico praedicis longitudinem primitivi servans tertiae est coniugationis,

---

1 inueniri *t* interim *BP* interim inueniri *f* menippeum] memphum *t* memphium *f* 2 in camito *Btf* 7 uirg. lib. V aeneidos *B*: *Aen.* II 684 9 cumbo] *cf. Prisc. t.* X *p.* 507, 3 11 enuntiatur tamque simplex *B* enuntiatum tamque simplex *P* nunciatur tam simplex *t* 13 excubo excubas *om. P* 15 uoco uocas *P* 16 breui ς breuis *BP* 17 ut conubio *P*: *Verg. Aen.* I 73 20 carm. libro I] 4, 4: *cf. Prisc. t.* VIII *p.* 397, 10. 432, 1 21 nec] haec *Btf* 22 idem] item *BP* serm. libro I] 10, 87 (79) demetrias *Ptf* 24 in Andria] III 4, 22 25 di te eradicanti tamen miseram territam *P* te eridicant ita me miseriram territam *t* eradicent me tam miseram territamque *f* miserum *B* 27 notantur *tf* notatur *BP* 34 ab utraque *P*

p. 2170. 71 P. p. 176. 77 L.

praeteritum perfectum tempus in xi faciens, ut praedixi, quando quod graece προλέγω monstrat; praedico autem praedicas item brevitatem primitivi servans primae est, praeteritum perfectum tempus in avi faciens, ut praedicavi, cum quod graece κηρύσσω significat. et indico tam indicis longa i antecedente, ut apud Virgilium libro I Aeneidos 'et divum templis indicit honorem', apud eundem libro VII

hoc et tum Aeneadis indicere bella Latinus,

ex quo perfectum indixi fit, ut Lucanus libro II | 'indixitque nefas'; quam indicas, ut apud Horatium carminum libro I

me tabula sacer
votiva paries indicat uvida
suspendisse potenti
vestimenta maris deo,

et apud Ovidium in XI libro metamorphoseon

omnia servavit, lapidis color indicat illud,

apud eundem in XV

cornua fronte gerit, quem vobis indicat auctor;

ex quo perfectum fit indicavi. duco quoque u longa antecedente tam in simplici quam in omnibus compositionibus tertiae coniugationis est, ut abduco abducis, adduco adducis, subduco subducis, induco inducis, educo educis, id est extraho. in una tantum compositione educo u brevi profertur differentiae causa, significans nutrio, et tum solum primae est coniugationis, ut apud Virgilium in libro X

quattuor hic iuvenes, totidem quos educat Vfens.

tamen videtur educo educas verbum rationabilius a nomine verbali, quod est dux ducis, derivatum iure primae esse coniugationis, ut tempus etiam nominis in paenultima verbi servatum significat.

Consonante quoque quacumque absque s antecedente in co finita | verba primae sunt coniugationis, ut pecco peccas, calco calcas, sulco sulcas, mulco mulcas, trunco truncas, Lucanus in libro VI 'caesorum truncare cadavera regum', ex quo componitur obtrunco obtruncas. sic etiam verbum inesco inescas, quod Terentius in Adelphis ponit, 'nescis inescare homines, Sannio', primae est coniugationis, licet

---

5 libro primo tecta simul diuum templis indicat honorem *t: Aen.* I 632 6 libro VII] *v.* 616 7 latinis *P* 8 Lucanus libro II] *v.* 4 9 ut] et *P* carm. libro I] 5, 13 11 unida *al. man. superscr. in B* uinida *t* uiuido *Pf* 13 uestimenta deo maris *P* maris deo uestimenta *t* 14 in XI libro met.] *v.* 405 15 et illud *corr.* illum *B* 16 in XV] in XII *Btf* in duodecimo *P: v.* 596 17 geritq. *corr.* gerit quem *B* gerit quae ς uobis ille indicat auctor *B* actor, *h. e.* actorum *t* 20 educo cis id est extraho in una *t* educo educis id est extraho Extra haec in una *P* educo inde educis ex (*corr.* extra) hoc in una *B* 23 in libro X] *v.* 518 25 uerbiali *BP* 30 Lucanus in libro VI] *v.* 584 caesorum bello truncare ς: cesorum truncare cepit cadauera regum *f* 32 inaesco inaescas *P* in Adelphis] II 2, 12 33 nescis inaescare *P* inescare, *superscr. al. man.* nescis *B* Saonio ς insanio *B* sane *Ptf*

p. 177. 78 L. p. 2171. 72 P.

s habeat ante eo; quod a nomine esca deductum tam nominis servavit scripturam in verbo, quam regulam a nomine derivatorum verborum. notantur tertiae vinco vincis et ab eo composita, convinco convincis, devinco devincis; parco quoque, quod solum r ante co habens est tertiae coniugationis. s vero antecedente, siquidem sint inchoativa, tertiae sunt sine dubio, ceu praedictum est, coniugationis, ut horresco tepesco calesco erubesco. | quae non solum a verbis secundae coniugationis, sed etiam a labo labas, quod est primae coniugationis, labasco et, licet raro, a nominibus etiam derivata inveniuntur, ut vesperasco iuvenesco glisco. et si non sint inchoativa [s ante co habentia], si tamen non a nominibus deriventur, tertiae sunt similiter, ut pasco pascis pavi, cresco crescis crevi, compesco compescis compescui, disco discis didici, adsuesco adsuevi, posco poposci, quiesco quievi, unde nomen derivatum quies quietis inquieto inquietas verbum primae coniugationis facit, rationabiliter syllabis genitivi nominis respondens. praedicta autem verba non esse inchoativa praeteritum perfectum tempus ostendit. inesco vero inescas, ut nec inchoativum nec primitivum, sed a nomine esca deductum, iure primae coniugationis est. in cor desinentia, cuiuscumque sint generis vel significationis, nisi as vel es vel is ante cor inveniatur, primae sunt coniugationis quacumque vocali seu consonante antecedente, ut precor precaris, suspicor suspicaris, ludificor ludificaris, iocor iocaris, mercor mercaris, graecor graecaris, Horatius in sermonum libro II 'vel si Romana fatiget militia adsuetum graecari'. bacchor quoque baccharis, ut Virgilius Aeneidos libro IIII

bacchatur qualis commotis excita sacris ||
thyas,

et stomachor stomacharis, ut Terentius in Eunucho

id equidem advenienS mecum stomachabar modo,

licet in chor aspiratum desinunt, ut a nominibus baccha stomachus derivata, tamen huic regulae sunt inputata et ad primam iure perveniunt coniugationem. as autem vel es vel is ante cor inventa, etiamsi a nominibus deducantur, sine dubio tertiae sunt, ut dictum est, coniugationis, ut nascor irascor vescor ulciscor nanciscor paciscor comminiscor adipiscor obliviscor expergiscor. |

---

1 quod a nomine *f* quod quia a nomine *P* quia a nomine *Bt* aesca *P* 2 deriuatiuorum *P* 6 cauesco *P* 7 sed etiam (*superscr.* a uerbis primae coniugationis ut) labo labas quod est primae labasco *B* sed etiam a labo as quod est primae labesco *t* 9 iuuenisco *P* et si non sint (*superscr.* a uerbis) tamen inchoatiua (*superscr.* sunt) s ante co habentia si non a nominibus deriuantur *B* et si non sunt (*corr.* sint) tamen inchoatiua s ante co habentia si non a uerbis sint sed a nominibus diriuentur *P* 16 inaesco uero inaescas *P* 22 in serm. libro II] 2, 10 uelut si *P* 24 Aen. libro IIII] *v.* 401 27 est stomachor *P* est et stomachor *B* in eunu (*superscr.* idem) equidem *B* in eunucho inde quidem *tf*: *Eun.* II 3, 32 28 stomachabatur *P* 30 perueniunt *Pf* pertinent *Bt* 34 adaepiscor *B*

p. 2172. 73 P. p. 179. 80 L.

In do desinentia verba vocali praecedente, siquidem sint a nominibus derivata, generali regula primae subiacebunt coniugationi verborum, ut sedes sedis sedo sedas, nudus nudo nudas, foedus foedo foedas [tardus tardo tardas], heres exheredo exheredas, Cicero pro Sexto Roscio 'exheredare filium pater cogitabat': lapis lapido lapidas, ex quo componitur dilapido, Terentius in Phormione

priusquam dilapidet nostras triginta minas:

fraus fraudo fraudas, laus laudo laudas [cor concordo concordas], udus udo udas; et ab eo videtur quasi subudo per syncopam sudo sudas factum, unde sudor nomen derivatur. in do autem desinentia nec a nominibus deducta, naturaliter longa vel brevi syllaba antecedente, tertiae sunt coniugationis, ut vado vadis, invado invadis, rado radis, cedo cedis, incedo incedis, pedo pedis, Horatius sermonum libro I

nam displosa sonat quantum vesica, pepedi:

fido fidis, strido stridis, laedo laedis, caedo caedis, inlīdo inlīdis, occīdo occīdis, quae a laedo et caedo composita longitudinem diphthongi servaverunt: item rodo rodis, prodo prodis, ludo ludis, cudo cudis, Terentius in Heauton timorumeno 'argentum cudo', excudo excudis, procudo procudis, Virgilius Aeneidos libro I

ac primum silici scintillam excudit Achates,

item libro VI

excudent alii spirantia mollius aera,

item georgicon libro I

durum procudit arator
vomeris obtunsi dentem, cavat arbore lintres:

|| trudo trudis, detrudo detrudis, abstrudo, obtrudo; [rudo] et cuius apud Persium legimus infinitivum rudere, |

findor, ut Arcadiae pecuaria rudere credas,

ab eo venire potest quod est rudo rudis, ut est ex participio eius, quo

---

1 verba *om. P:* uerba uocali seu quacunque consonante antecedente *f* 4 pro .VI. roscio *Bf* in VI libro pro sexto roscio *t:* 19, 53 5 filium suum pater *f* ex quo componitur dilapido *om. B* 6 delapido *Ptf* in Phormione] V 8, 4 7 dilapidet nostras stringit animas *B* delapidet nos nostras stringit animas *P* delapidet nos nostras stringit manus *t* delapidant (*superscr.* nos) nostras constrigit (*corr.* constringit) animas *f* 13 serm. libro I] 8, 46: *Prisc. l.* X *p.* 515, 6 15 laedo dis cedo dis inlido dis occido dis *t* laedo caedo inlido occido *B P* 16 quae a laedo ꝙ qua (*superscr.* a) laedo *B* quae ledo *Pt:* quia caedo et laedo *f* obseruauerunt *B* 18 inauton toromenom causam timme non *B* in metamorphoseon *Pt: Heauton tim.* IIII 4, 18 19 Aen. libro I] *v.* 174: *cf. Prisc. l.* X *p.* 515, 17 20 primam *P* silici scintillam *B* silicis scintillam *Pf*ꝙ scintillam silicis *t* 21 libro VI] *v.* 847 22 excudent *P*ꝙ excudunt *Btf* 23 georg. libro I] *v.* 261: *cf. Prisc. l.* X *p.* 519, 9 25 obtonsi *B, corr. al. m.* obtunsi *P* dentem (*superscr.* canat) arboreq. aduntem (*corr.* arbore luutrem) trudo *B* 26 abstrudo obstrudo rudo et cuius *P* abstrudo rudo et cuius *corr. al. m.* abstrudo et rudo cuius *B* abstrudo et rudo cui *t* abstrudo is et rudo cuius *f* apud perseum *P: Pers. sat.* 3, 9 27 ridere *corr. al. man.* rudere *P* 29 ab eo — rudis *recenti manu add. B* ut est et participium (*corr.* ut est ex participio) eius quo uirgilius utitur suspicari (potest *add. al. m.*) *B* ut est ex participio eius quo utitur uirgilius suspicari potest *P* ut suspicari ex participio eius potest quo uirgi-

p. 180. 81 L. p. 2174. 75 P.

Virgilius utitur, suspicari: Aeneidos enim libro III dicit

primusque rudentem
contorsit laevas proram Palinurus ad undas,

item libro VII

hinc exaudiri gemitus iraeque leonum
vincla recusantum et sera sub nocte rudentum,

item georgicon libro III

comminus obtruncant ferro graviterque rudentes
caedunt.

nomen quoque, quo navis funes significantur, id est rudentes, non aliunde reor deductum, ut idem docet Virgilius in I libro Aeneidos dicens

insequitur clamorque virum stridorque rudentum.

plaudo plaudis, cludo vel claudo claudis; cado quoque cadis, licet antecedens a corripitur, tertiae est coniugationis; et occido incido decido occidis incidis decidis etiam, quando a cado sunt composita, i tamen paenultima correpta est. edo quoque es, licet anomalum est per personas, et divido dividis, quamvis paenultimam corripit, tamen nihil discrepant a coniugatione. notantur primae coniugationis duo producentia i, trucido trucidas, formido formidas, quod in eadem voce tam verbum quam nomen significat, et unum i corripiens, trepido trepidas, quod a trepidus trepidi nomine veniens iure primae est coniugationis. n quoque ante do habentia tertiae sunt similiter coniugationis, ut scando scandis, ascendo pando pendo tendo prehendo incendo offendo findo scindo condo tundo mando fundo; nisi tamen eius modi verba de nominibus deriventur: tunc enim sine dubio primae coniugationis erunt, ut unda undo undas, inundo inundas, abundo abundas, exundo exundas, Virgilius Aeneidos libro XII ‖ 'ad caelum undabat vortex', | idem in eodem 'hinc densi rursus inundant', idem in libro IIII georgicon

ergo apibus fetis idem atque examine multo
primus abundare et spumantia cogere pressis
mella favis:

fecundus fecundo fecundas, idem in eodem

et viridem Aegyptum nigra fecundat harena:

---

lius utitur *t* 1 Aen. libro III] *v.* 561 3 leuam proram *P* proram leuam *t* undam *Pt* 4 libro VII] *v.* 15 5 exaudire *t* exaudiri et *f* 7 georg. libro III] *v.* 374 10 non aliunde nisi a rudo reor diductum *B* 11 in I libro Aen.] *v.* 87 16 licet diffectiuum et anomalum est *P* 17 corripit *corr. al. man.* corripuit *B* corripuit *P* 23 condo distundo *corr., ut videtur,* condo distendo *B* condo distondo *P* 24 eiusdem modi *P* 26 Aen. libro XII] *v.* 673 27 in eodem] *Aen.* XII 280 hinc densi rursus inundant *f* hinc densi rursus (*superscr. al. man.* fluctus) inundabant *B* hinc rursus densi inundant fluctus *P* hinc densi rursus inundat fluctus *t* 28 in libro IIII georg.] *v.* 139 29 ergo apium atque *corr. al. m.* ergo apibus fetis idem atque *B* ergo apibus foetis idem atque *f* ergo apibus fetis atque *Pt* 30 habundare *P* 32 in eodem] *georg.* IIII 291 33 et — harena] uirilem et us *corr.* et uiridem aegyptum nigra fecundat harena *B*

p. 2174. 75 P. p. 181. 82 L.

secundus secundo secundas, idem Aeneidos libro III

rite secundaret visus omenque levaret.

ab eo quoque quod est menda vel mendum [nomine] (utramque enim terminationem veteres usurpant: Cicero in praetura Siciliensi 'quod mendum ista litura correxit', Ovidius artis amatoriae libro I

nocte latent mendae vitioque ignoscitur omni,

idem eiusdem libro II

eximet ipsa dies omnes ex corpore mendas)

verbum fit emendo emendas, ut Iuvenalis libro V

et tamen uno

semodio scobis haec emendat servulus unus,

et Statius Thebaidos libro I

quo tempore tandem

terrarum furias abolere et saecula retro

emendare facta.

sed etiam differentiae significationis causa tam primae quam tertiae quaedam ex his inveniuntur, | ut mando mandis, id est manduco, ut primitivum, tertiae; mando mandas, quasi in manum do, id est permitto, quasi derivativum vel compositum, primae est; unde etiam amendo amendas, commendo commendas facta sunt. item quod ad fusionem quidem attinet fundo fundis, ut primitivum, tertiae est, unde fundus nomen, id est ager, derivatur, quod fundit nobis fructus [aut aliud nomen fundus, quod altitudinem significat]; fundo autem fundas verbum, id est fundamenta pono, quod a nomine quod est fundus, id est πυθμήν, derivatur, unde et profundus componitur, a quo fundamenta dicuntur, iure primae coniugationis est. verbum vero monosyllabum do das simplex quidem || primae est, et si cum adverbiis vel disyllabis praepositionibus componatur, servat coniugationem, ut circumdo circumdas, pessumdo pessumdas; cum monosyllabis autem praepositionibus vel cum nominibus compositum tertiae fit coniugationis, ut trado tradis, reddo reddis, perdo perdis, prodo prodis.

---

1 Aen. libro III] *v.* 36 2 secundarent — levarent ς 3 nomen *t* 4 in praetura Siciliensi] *in Verr. act. sec.* II 42, 104 quod *om f* 5 ista litura *f* ista litora *B* ipsa litora *P* ista littera *t* art. am. libro I] *v.* 249 6 mundae *corr. al. man.* mendae *P* uitioseque *corr.* uitiaque *f* 7 idem in eodem libro II et eximet *B* idemque eodem libro II eximet *t* item eodem lib. II eximet *f*: II 653 8 ex] e *P* et *t* 9 uerbum ex eo fit *B* libro quinto *P* in V *f*: *Iuv. sat.* 14, 66 10 et tamen uiuos emedio scopis nec emendat *P* ut tamen unius emendo scopis haec emendat *t* et tamen uiuus emedio scopis emendat *f* 12 Thebaidos libro I] *v.* 268 13 tandem] tarde *B* 14 curias *P* abolere coepit et secula retro acta emendare facta laborat sed etiam *t* abolere uoluit et secula retro emendare facta sed etiam *f* 15 facta (*superscr.* en sat laborat) sed etiam *B* 13 differentiae et significationis *P* 18 in *om. B* permitto] promitto *t* 19 amendo as *B* emendo emendas *P* emendo as *t* emendo *f* 22 aut aliud *tf* ut aliud *P* et est aliud *B* at aliud est ς 24 quod est *om. P* 30 ut trado tradis reddo reddis perdo prodo sic etiam credo uendo ac retundo et uenumdo *P* ut trado dis reddo dis (*superscr.* dedo) prodo dis perdo dis sic etiam credo uendo ac redundo et uenundo *B* ut trado is reddo is perdo dedo condo indo prodo is praedo sic etiam credo uendo a cretum do et uenundo *f*: *cf. Prisc. l.* X *p.* 516, 8

p. 182. 83 L. p. 2175. 76 P.

sic etiam credo vendo a cretum do et venum do, ut quidam putant, composita. sed quamvis praeter consuetudinem sit latinorum verborum, ut eadem manente finalitate compositio sola mutet coniugationem, videtur tamen hoc imitatione Graecorum mutatum, apud quos simplex quidem verbum circumflexum ὄρκω̃ ὄρκοῖς tertiae, compositum autem ἐὐορκω̃ ἐὐορκεῖς ἐπιορκω̃ ἐπιορκεῖς primae est, simplex graecum σὐλω̃ σὐλᾷς secundae, compositum vero ἱεροσὐλω̃ ἱεροσὐλεῖς primae circumflexorum est coniugationis. quod perspicaciores Graecorum refutantes adfirmant huius modi verborum declinationes non a verbis simplicibus esse, sed magis a nominibus compositis ἔὔορκος ἐπίορκος ἱερόσὐλος, unde composita verba facta verbis in declinatione non respondere primitivis. ex quo mihi quoque videtur do verbum in simplicitate praeter regulam declinatum suam in compositione cepisse proprietatem. primitivum enim existens tertiae debuit esse coniugationis, quia in do desinentia verba tunc tantum modo primae sunt coniugationis, cum a nominibus derivantur, primitiva vero tertiae solius, ut ante lata demonstrant exempla. quod igitur, cum esset monosyllabum, perdidit, ut non esset tertiae, sed primae coniugationis, more scilicet aliorum monosyllaborum, sicut no nas nat, flo, sto, for | faris fatur, id in compositione recipit, ut ad tertiam solam pertineat coniugationem, absque duabus compositionibus, id est circumdo circumdas, pessumdo pessumdas, in quibus videtur integrum servari, cum naturaliter his in unitatem non sic cohaeret. in dor desinentia primae sunt || coniugationis, ut vador praedor verecundor.

In go vel in gor desinentia verba ex antecedentibus litteris dinoscuntur. a igitur ante finalem habentia syllabam primae sunt coniugationis, ut propago propagas, vagor vagaris, indagor indagaris, refragor refragaris. notantur tertiae ago agis, ut primitivum, et ab eo composita, sive servent a in compositione, ut perago circumago, seu mutent eam, ut exigo subigo, seu penitus excludant, ut dego cogo. e ante go praecedente tertiae sunt, ut lego legis, dego degis etiam ab ago compositum. excipiuntur nego negas, lego legas e longam habens ad differentiam pri-

---

4 Graecorum] graeca *BP* 9 esse *om. B tf* 10 hιερocγλoc inde composita uerba facta uerbis *B* ιερocγλoc idē unde composita uerba facta sunt uerbis *P* ιepoclλωc immolator unde uidentur composita graeca uerba facta uerbis *t* 12 quoque *om. B* 13 enim *om. B* 15 diriuentur *P* 17 quod igitur cum esset monosyllabum *t* quod igitur do esset monosyllabum *P* quod igitur cum circumflexum esset et monosyllabum *B* 20 pertinet *P* 21 uidentur integra seruari *B P t* uidetur integra coniugatio obseruari *f* 22 in unanitatem *P* sic *al. m. add. B* 26 uagor nagaris indagor refragor notatur *P* uagor uagaris (*superscr. al. m.* indagor aris) refragor garis notatur *B* uagor garis refragor garis indagor garis Notantur *t: cf. p.* 459, 32 28 perago circumago] perago *corr.* circumago *B* circumago *P* 29 ut cogo (*superscr. al. m.* dego) *B* 31 excipiuntur nego as lego as enim primae est e longam habens ad differenciam primitiui et a nomine quod est lex diriuatum lego enim e legitime et iure seruans e longam nominis primae est coniugationis *t* excipitur nego as lego as e longam habens ad diferentiam primitiui et a nomine quod est lex is deriuatum legitime et iure seruans e longam nominis primae coniugationis est *f* lego enim legas (primae est *al. m. add. P*) e *PB*

mitivi et a nomine quod est lex legis derivatum. lego enim legas legitime et iure servans e longam nominis primae est coniugationis. adlego quoque et ablego et relego, licet aliud significare videntur, eiusdem sunt coniugationis, ut a lego, quod paenultimam longam habet, derivata: Virgilius in III libro georgicon

atque ideo tauros procul atque in sola relegant
pascua,

Terentius in Andria 'ne a me credas adlegatum hunc senem', Cicero Verrinarum quarto libro 'causam sese dimisso atque ablegato consilio defensurum negavit', Lucanus

dum bella relegem,
extremum Scythici transcendam frigoris axem,

Statius Achilleidos II libro |

Peleus te nato socerum et Thetis hospita iungunt
adlegantque suos utroque a sanguine divos;

Ovidius in Ibide participium ponit,

ille relegatum gelidas aquilonis ad oras
non sinit exilio delituisse suo.

i ante go antecedente, siquidem sint ex praepositione et ago verbo composita (tunc enim servant primitivi coniugationem) tertiae sunt, ut exigo subigo adigo abigo prodigo colligo, sicut etiam perago circumago. carentia vero praepositionis observatione brevi quidem i primae sunt coniugationis, ut lĭgo lĭgas, rĭgo rigas. litĭgo quoque || litĭgas, remĭgo remĭgas, navĭgo navĭgas, licet quibusdam videntur ab ago verbo composita, tamen, quia cum nominibus sunt composita, iure primam coniugationem meruerunt. longam i ante go habentia, siquidem trisyllaba sint, primae sunt similiter, ut instīgo vestīgo fatīgo calīgo; disyllaba vero tertiae, ut fīgo fīgis, flīgo flīgis, unde adflīgo conflīgo sunt composita. o antecedente

---

1 lego enim legas legitime longitudinem (*deleto v.* longitudinem) e iure seruans longam *P* lego enim e legitime et iure seruans e longam *B* 2 quoque — a lego *om. B* 4 deriuata ut uirg. *B* deriuatiua (*corr.* derinata) sunt uirgilius *P* 5 in III libro georg.] *v.* 212 8 in Andria] V 3, 28 ne *tf* De *corr.* Ne *P*, *om. B* 9 Verrinarum quarto libro] *act. sec.* II 80, 73 causam sese demisso ablegatoque consilio *t* causam sese ipso atque ablegato consilio *B* causam esse (*corr. al. m.* sese) misso de ipso atque oblegatum (*corr.* ablegato) consilio *P* causam sese de ipso allegato consilio *f* 10 defensuram *corr.* -um *P* Lucanus] *Phars.* VI 324 12 extremam *corr.* -um *P* 13 achilleidos I lib. *B* achileidos primo libro *P*: *Achill.* II 224 14 pelius te nato socerum (*superscr.* et) tethis hospitam (*corr.* -ta) iungunt *P* peleus te natus socerum et tyhis hospitacia iungunt *t* peleus et natus socrum et thithis ospitam iungant *f* 15 suos *al. m. add. P* utrosque *tς* 16 in ibide *f* in ibidem *Pt* in I lib. *B*: *v.* 11 17 legidos *corr. al. m.* gelidas *P* agelidos *t* ad oras non ausus sit exliso (*corr. al. m.* non sinit exilio) delituisse suo *B* ad oras non sinit excelso delituisse suo *f* ad oras non sinit excelso exilio diliucius se suo *t* adorans .... (*corr. al. m.* adoras non sinit exilio) delituisse suo ..... *P* 19 uerba *P* 20 tunc seruabant *t* et tertiae sunt *BP* ut exigo alligo (*deleto v.* alligo) subigo adigo abigo prodigo colligo Sunt (*corr. al. m.* sicut) etiam *P* ut exigo abigo subigo abigo prodigo sicut etiam *B* ut abigo exigo subigo prodigo redigo adigo transigo sic etiam *f* 21 circuago *P*

p. 184. 85 L. p. 2177. 78 P.

primae sunt, ut rogo rogas, interrogo interrogas. cogo enim cogis ab ago compositum, quod ostendit et in praeterito perfecto suo coegi, servat coniugationem primitivi. u antecedente primae sunt, ut fugo coniugo conrugo nugor nugaris, quae a nominibus fuga iugum ruga nugas facta iure sunt primae. notatur tertiae sugo sugis, ut primitivum. item n vel r antecedentibus ante go, nisi sint a nominibus, quacumque vocali anteposita tertiae sunt omnia coniugationis, ut tango frango pango, Horatius epistularum libro I

nec cum venari volet ille, poemata panges:

plango fingo mingo ningo tingo extingo stringo restringo cingo pingo lingo ringor | iungo ungo emungo pungo fungor spargo mergo tergo vergo invergo surgo. purgo enim purgas a purus nomine derivatum et iurgo iurgas ab eo quod est iure urgeo traductum et l ante g adsumens vulgo, a quo etiam promulgo promulgas componitur, a vulgus nomine deductum, merito primae sunt coniugationis.

Adspirationem ante o habentia latina duo sunt, quae nullam occasionem derivationis monstrantia tertiae sunt coniugationis, ut traho veho, et quae ex his componuntur, retraho subtraho adveho provcho subveho. nam triumpho bacchor stomachor et graeca sunt, et a nominibus derivata iure primae sunt coniugationis.

Aio et meio, quod et mingo dicitur, i || pro consonante ante o habentia, tertiae sunt, ut primitiva, et licet defectiva sunt, habent tamen quaedam signa tertiae. tertia enim persona pluralis aiunt et infinitivus meiere apud Iuvenalem in primo libro lectus,

cuius ad effigiem non tantum meiere fas est,

indicant coniugationem praedictam. nam scio fio, quae sunt quartae, et

---

3 ut cònfugo còùiugo (*superscr.* conrugo) nugor garis *B* ut (*superscr. al. m.* fugo) confugo iugo coniugo rugor rugaris nugor nugaris *P* ut confugo iugo corrugo nugor aris *t* 5 sugo sugis ut primitiuum item n uel r uel l antecedentibus ante go nisi sint *B* sugo sugis (ut primitiuum item *add. al. m.*) n uel r antecedentibus go ut primitiua nisi sint *P* 8 in epistolarum libro primo *P:* 18, 40 9 nec cum uenari uellet *t* nec cum uenerati uolet *f* nec cum ueneratione ualet *P* ne cum uenerati (*superscr.* one) uolet *B* panges *P* pangas *Btf* 10 tingo extingo restingo cingo pingo stringo lingo singo (*corr.* ringo) sungo iungo ungo emungo spungo mergo (*superscr.* spargo) tergo surgo inuergo fungo (*corr.* -or) *B* tinguo extinguo stringo restringo cingo pingo sungo iungo ungo emungo fungor mergo tergo surgo inuergo *P* pingo, stringo, singo, quod nunc singultio dicimus, iungo ς 12 diriuatur ex quo et r ante go adsumens iurgo iurgas ab eo quod est iure urgeo traductum et uulgo a quo etiam promulgo promulgas cum a uulgus nomine traductum merito componitur primae sunt coniugationis *P* deriuatur et i ante o (*corr.* der. ex quo et r ante go) adsumens iorgo iorgas (*corr.* iurgo iurgas) ab eo quod est iure urgeo traductum et mulgo (*corr.* uulgo) etiam promulgo (*corr.* prouulgo) as componitur a mulgo (*corr.* uulgus) nomine diductum merito primae sunt coniugationis *B* diriuatur et g in uerbo adsumens iurgo ab eo quod est iure et urgueo traductum et uulgo ex quo etiam prouulgo as componitur a uulgus nomine deductum merito primae coniugationis sunt *t* 16 adspirationis *P* 23 infinitiuum *BP* 24 apud Iuvenalem] *sat.* 1, 131 lectum *B* lectum est *P* 26 indicant *Lindemannus* indicat *BP* et hio quod est primae *tf* et hio quod primitiuum (*corr.* primae) est *B*

p. 2178. 79. P. p. 185. 86 L.

hio et pio, quae sunt primae, i vocalem ante o habent, de quibus abunde dictum in ante latis existimo.

In lo desinentia a vel e vel i vocalibus antecedentibus primae sunt coniugationis, ut halo halas, exhalo exhalas, anhelo gelo protelo vigilo sibilo ventilo, excepto alo alis, id est nutrio, intellectus causa, ut carens gravi spiritu etiam coniugatione differat ab eo quod adspiratum primae est coniugationis, halo halas, significans spiro, unde 'exhalat opaca mefitim' Virgilius in VII libro protulit. similiter o etiam vel u antecedentibus primae sunt, ut volo volas, dolo dolas, ambulo ambulas, ululo ululas, maculo maculas, pullulo pullulas, simulo simulas, cumulo exulo vapulo, excepto colo colis, quod | etiam o brevem habet, quod ad culturam pertinet. nam percolo, id est defaeco, quod longam habet o, primae est coniugationis et a nomine quod est colum compositum, quod significat instrumentum rusticum, unde Virgilius pluraliter 'colaque praelorum' in libro II georgicon dixit. excipiuntur similiter occulo occulis, consulo consulis, ex quo consul nomen derivari praediximus, et ad differentiam verbi quod est primae coniugationis volo volas verbum anomalum volo vis, et ab eo composita malo mavis, nolo non vis, et molo molis, unde Horatius compositum dixit in libro sermonum I, 'non alienas permolere uxores'; licet immolo immolas primae est, ut Virgilius in libro X 'lapsumque superstans immolat ingentique umbra tegit'. || sed a molo molis verbo primitivo, unde compositum permolo permolis permolere, nomen derivatur mola, ut est 'ipsa molam manibusque piis' in Virgilii libro quarto Aeneidos; et a nomine mola fit verbum primae coniugationis compositum derivatum servans coniugationem, ut immolo immolas. consonante quacumque antecedente vel duabus l tertiae magis inveniuntur, cum primitiva sint, coniugationis, ut fallo fallis, vello vellis, tollo tollis, percello percellis, excello excellis, quod etiam excelleo antiqui dixerunt, psallo graecum psallis, ut Salustius in Catilinario 'psallere et saltare elegantius, quam necesse erat probae', Horatius epistularum libro II

---

2 in antelatis exemplis existimo *t* ς 6 graui spiratu *P* adspiratum habet primae *deleto v.* habet *P* 7 significans etiam spiro fonte sonat seuamque exhilat opaca mesiim *t*: *Verg. Aen.* VII 84 8 mefitim de fatu, *deletis v.* de fatu *P* 10 pululo pululas *P* pululo *B* pullulo *f* 11 excepto *f* ς exceptis *B P* 12 defaeco] disco defato *P* 15 in libro I georgicon *B P* in primo libro georgico *t*: *georg.* II 242 18 uolo uis tertiae *B* 19 I *om. B*: *Hor. sat.* I 2, 34 20 primae est ut uirg. in lib. X *t* primae ut uirg. lib. X *B* primae ut uirgilius in libro secundo *P*: *Aen.* X 540 21 superstant immolant *corr.* superstans immolat *B* superstant immolant *t* 22 tetigit *t* 23 ipsa molam manibusque piis portans in uirgilii libro quarto aeneidos *P* ipsam molam manibusque molebant piis in uirg. lib. IIII *B* ipsa molam manibus uertitur (*corr.* uertunt) uirgl. lib. VIII *t* ipsam molam manibus uertitis piis in uirgilii lib. IIII *f*: *Aen.* IIII 517 25 compositum uel deriuatiuum a nomine seruans *B. fortasse* compositum deriuatorum a nomine servans 28 fallo uello tollo praecello praecellis excello excellis *P* fallo uello tollo procello excello *B* fallo is tollo is quod etiam extollo is percello is excello is *f* 29 salustius in catilenaria *B* salustius catilinario *P*: *c.* 25, 2 30 et psallere et saltare *t* 31 probe *B P* epistr. lib.

p. 186. 87 L. p. 2179. 80 P.

psallimus et saltamus Achivis scitius unctis:

pello pellis, id est trudo, unde componitur appello appellis. nam quod ad salutationem pertinet, licet simplex non facile invenitur, tamen in compositione differentiae sensus causa primae est coniugationis, ut appello appellas. bello autem bellas vallo vacillo scintillo stillo, ut a nominibus bellum vallum vacillum scintilla stilla derivata, generali regula iure primae sunt. in lor quoque desinentia primae sunt omnia, ut palor, unde in V libro Virgilius dixit 'palantes Troas agebat', praestulor fabulor osculor adulor aemulor epulor gratulor iaculor regulor.

In mo desinentia quacumque vocali seu consonante praeposita, primitiva seu derivativa, primae sunt coniugationis, ut amo clamo aestimo domo humo autumo hiemo fumo spumo flammo armo lacrimo firmo, nisi sint primitiva e brevem habentia: tunc enim tertiae sunt coniugationis, ut emo emis, gemo gemis, premo tremo. notatur primae cremo cremas. i quoque brevi ante mo inventa primae sunt, ut aestimo lacrimo exanimo, nisi composita sint ex his quae e ante mo habent in || simplicitate et in compositione eam etiam in i mutaverunt: tunc enim solius tertiae sunt coniugationis, ut conprimo exprimo interimo adimo dirimo. in quibus notantur dēmo dēmis, prōmo prōmis, quia ab eo quod est emo secundum quosdam composita longitudinem praepositionis servaverunt, sicut pĕrimo pĕrimis brevitatem: quibusdam non ab eo videntur composita. sumo item solum tertiae coniugationis invenitur u longam servans, sicut vomo o brevem ante mo habens; et como paenultima longa a compono concisum, ut est apud Statium Thebaidos libro III

inplet amore sui, comunt furor iraque cristas,

apud eundem libro VIIII

hunc toto capies pro corpore crinem,
comere quem frustra me dedignante solebas.

in mor pauca quidem, primae tamen inveniuntur, quippe a nomine derivata, ut rimor rimaris a rima, racemor racemaris a racemo.

In no desinentia quacumque vocali antecedente brevi vel longa pri-

---

(*superscr.* I) psallimus *B* epistolaram libro psallimus *P* epistularum libro primo psallimus *t*: *epist.* II 1, 33 1 saltemus *f* scitius unctis ς citius unctis *P* dictionibus (*superscr.* citius) unctis *B* cicius uictis *f* diucius uinetis *t* 5 bello autem bellas scintillo uallo uagillo stillo stillas et a *P* bello autem bellas uallo scintillo uacillo stillo as et (*corr.* ut) a *B* 6 uacillum] uagillum *P* 7 pallor *BPtf* 8 in V libro] *Aen.* V 265 palliantes *Bt* pallentes *Pf* 15 i quoque (*superscr.* brē) ante mo habentia primae *B* 18 adimo (derimo *add. al. m.*) in quibus *P* 19 notantur *t* notatur *corr. al. m.* notantur *P* notatur *B* 23 habens] habet *P* habet *corr.* habuit *B* et como penultima lon. a compono concessum (*corr.* concisum), *superscr. al. m.* como comas ut at illa denario comat ut est como *B* et como ut est at illa denario comat et como penultima longa a compono et concisum *P* et como penultima longa a compono concisum est *t* 24 lib. III tebaidos *f* thebaidos lib. IIII *B* thebaidos libro quarto *P* libro quarto thebaidos *t*: *Theb.* III 424 25 inpleto more *corr. al. m.* inplet amore *P* impleto more *f* impletas more *t* itaque *corr. al. m.* iraque *P* 26 libro VIII *BPt* VIII lib. *f*: *Theb.* VIII 901 27 crimen *Pt* 28 comere quem me frustra comere digata (*corr.* dignata) solebas *f* me me dignante *P*

p. 2180. 81 P. p. 187. 88 L.

mae sunt solius coniugationis, ut no nas nat monosyllabum, Ovidius in libro I metamorphoseon | 'nat lupus inter oves', sano sanas, mano ceno alieno sereno: i longa antecedente declino declinas, propino, Iuvenalis libro I 'quando propinat Virro tibi', supino festino divino; i brevi antecedente fascino inquino nomino gemino termino attamino contamino destino procrastino conglutino: item longa o obsono obsonas, Terentius in Adelphis 'obsonat, potat, olet unguenta', dono donas; item brevi o sono sonas, tono tonas: item u longa antecedente, ut ieiuno ieiunas: exceptis paucis, quae tertiae sunt coniugationis, ut primitiva, cum pleraque praedictorum derivativa sunt. et unum quidem exceptorum a brevem ante no habet, cano canis, quam in i mutant ex eo composita, ut occino concino succino, Persius 'cui verba? quid istas succinis ambages?'; || duo vero i ante no habent, lino linis, sino sinis, et unum o, pono ponis, et quidquid ab eis componitur, ut oblino oblinis, desino compono repono et similia. consonante quacumque antecedente primae sunt similiter coniugationis, quippe a nominibus pleraque traducta, ut damno damnas, pugno pugnas, signo signas, regno regnas, verno vernas, hiberno hibernas: exceptis item primitivis ad tertiam iure venientibus coniugationem, sperno spernis, sterno sternis, temno temnis, cerno cernis (ex quo decerno et discerno), et omnibus quae ab eis singulis componuntur. in nor desinentia communia vel deponentia similiter primae sunt solius coniugationis, ut opinor opinaris, conor criminor dignor peregrinor patrocinor minor vaticinor venor. consternor quoque et aspernor, ut deponentia, primae sunt coniugationis, licet sperno et sterno activa, ex quibus, quantum ad vocem, videntur fieri, tertiae sunt, ceu praediximus; tamen consterno etiam consternas differentiae significationis causa primae invenitur, ut Statius libro VII Thebaidos

adiurat turmasque metu consternat inani,

---

1 in primo metamorphoseon *P: v.* 304 3 i longa antecedente declino as i breui antecedente gemino termino attamino contamino fascino inquino distino nomino procrastino conglutino propino iuuenalis lib. I quando propinat uiro (*corr.* uirro) tibi (*superscr.* i lon. antē declino) popino festino diuino item longa o obsono as *B* i breui antecedente gemino termino attamino contamino distino fascino inquino nomino procrastino conglutino longa i propino iuuenalis lib. I quando propinat uirro tibi sopino sopinas festino diuino declino item longa o opsono *P* i longa antecedente ut sopino festino declino propino i breui antecedente ut gemino termino attamino contamino fascino inquino destino nomino procrastino conglutino iuuenalis lib. primo quando propinatur item longa o obsono *t* Iuvenalis libro I] *sat.* 5, 127 4 Varro *fς* 7 in Adelphis] I 2, 37 . obsonat et (*superscr.* optat) potat olet *B* 8 tono tonas item u longa pro consonante i antecedente ut ieiuno ieiunas *P* tono as ieiuno item iermus *B* 12 perseus *P: sat.* 3, 19 cui] quid *corr. al. m.* cui *B* 13 ambies *corr. al. m.* ambages *P* duo uero i ante no habentia *B* i uero ante no abentia *P* duo uerba i ante no habent *f* 16 deducta *P* 19 sperno spernis sterno sternis *om. B* 25 tertiae ceu *B P* tertiae sunt coniugationis ceu *t* 27 ut *om. P* libro VIII thebaidos *B t: Theb.* VII 130 28 inani *om. P:* inani refert hippolite infelix uela coloni cuius, *deletis v.* refert — coloni, *quae ex versu Ovidii p.* 480, 3 *huc translata sunt, B*

p. 188—90 L. p. 2181. 82 P.

cuius participium passivum praeteriti temporis Ovidius in V libro fastorum refert, |

Hippolyte infelix, vellem coluisse Dionen,
cum consternatis deripereris equis.

In po verba primitiva vel derivativa primae sunt coniugationis, ut crepo crepas, discrepo dissipo culpo usurpo turpo nuncupo occupo mancipo, Horatius sermonum libro II

quaedam, si credis consultis, mancipat usus:

participo participas, anticipo, Ovidius metamorphoseon libro III

tardius exierant, sed per compendia montis
anticipata via est:

palpo palpas, quod in eadem voce tam nomen quam verbum significat. tertiae pauca primitiva reperiuntur, et sunt haec, scalpo scalpis, sculpo sculpis, carpo repo serpo strepo rumpo, et quae ex his componuntur. in por quoque desinentia communia vel deponentia primae sunt, ut aucupor aucuparis. ||

In quo vel in quor primitiva quidem, quae et pauca sunt, tertiae sunt, ut linquo linquis, relinquo relinquis, delinquo delinquis, inquam vel inquo defectivum inquis, cuius pluralem Horatius sermonum libro I refert, 'communi sensu plane caret, inquimus', et imperativum Terentius in Phormione, 'tum autem video patrem filium ab sese amittere invitum, inque', sequor sequeris, loquor loqueris, līquor līqueris deponens prima syllaba producta, ut Virgilius in I libro georgicon

vere novo gelidus canis cum montibus humor
liquitur et zephyro putris se gleba resolvit,

quamvis neutrum sive activum primae coniugationis invenitur, prima tamen syllaba correpta, līquo līquas, clīquo clīquas, Lucanus libro VII

excussit cristas galeis capulosque solutis |
perfudit gladiis ereptaque pila liquavit,

Persius

Phyllidas, Hypsipylas, vatum aut plorabile siquid,
eliquat, ac tenero supplantat verba palato,

Ovidius fastorum libro IIII

---

1 fastorum (*superscr.* refert hipollite infelix uellim coluisse dionem) ipse dionen *B: fast.* V 309 3 uellem *Pt* uelim *f* uelles ς dionē *f* didonem *Pt* 4 deripereris *B* depereris *P* diripiris *t* deripere *f* 6 maucipo occupo *BP* 7 sermonum lib. V *t: epist.* II 2, 159 8 mancipatus usus *P* mancipatus est usus *t* mancipatis (*corr.* -tus) uisus *f* 9 libro III] lib. II *Bt* libro secundo *P: metam.* III 234 19 inquo] inquio *P: cf. Prisc. l.* X *p.* 495, 14 sermonum libro I] 3, 66 20 communi] cum *P* 21 in Phormione] V 8, 25 patrem filium *Pf* filium patrem *t* patrem *om. B* 22 inuitium *corr.* inuidum *B* inuidum *tf* 22 liquor] *Prisc. l.* VIII *p.* 398, 3 23 in I libro georg.] *v.* 43 27 Lucanus libro VII] *v.* 158 28 scapulasque solutas *P* scapulasque solutis *f* capillosque solutos *t* 29 gladius *t* arreptaque *P* 30 perseus *P: sat.* 1, 34 31 philidas *P* 32 tenera supplantant uerba palatum *t* 33 fastorum libro IIII] *v.* 151

p. 2182. 83 P. p. 190. 91 L.

nec pigeat tritum nigro cum lacte papaver
sumere et expressis mella liquata favis.

cum vero sint a nominibus, tunc iure primae sunt coniugationis, ut aequus aequo aequas, propinquus propinquo propinquas, obliquus obliquo obliquas, antiquus antiquo antiquas, aqua aquor aquaris, Virgilius libro IIII georgicon

sed circum tutae sub moenibus urbis aquantur.

In ro desinentia e antecedente omnia primae sunt coniugationis, ut libero liberas, lacero desidero considero aggero numero genero impero blatero, Horatius libro sermonum II 'magno blateras clamore': itero iteras, idem libro I carminum

nunc retrorsum
vela dare atque iterare cursus
cogor relictos.

excipiuntur pauca primitiva, et quae ab eis singulis componuntur, tertiae coniugationis, ut gero geris, digero aggero, unde 'aggeritur tumulo tellus' in III libro Aeneidos Virgilii legimus; ex quo verbo nomen fit agger, et ab eo verbum derivatum aggero aggeras est primae coniugationis, ut idem ‖ Virgilius refert in libro XI Aeneidos

aggerat et longo praedam iubet ordine duci:

tero item teris detero protero; sero item seris, ex quo componuntur insero dissero prosero desero (nam obsero obseras iure primae est coniugationis a nomine quod est haec sera huius serae, et ab eo compositum est resero reseras); queror item deponens correpta paenultima quereris; fero etiam, | quod licet anomalum est, tertiae tamen esse coniugationis ex quibusdam eius motibus ostenditur, et ab eo similiter derivata, ut infero suffero perfero. vociferor autem, quod est a fero, et morigeror, quod est a gero compositum, vel quia cum nominibus componuntur, iure primae sunt coniugationis verborum. observandum est tamen quod, quae superius ut tertiae coniugationis verborum notavimus, omnia disyllaba sunt, quod in aliis e ante ro habentibus raro reperitur. et quacumque alia vocali antecedente ro syllabam similiter verba sunt primae coniugationis, ut aro aras, paro spiro deliro voro ploro roboro, Horatius carminum libro IIII

rectique cultus pectora roborant:

laboro obscuro instauro inauro figuro, Horatius epistularum lib. II

---

1 nigro] niueo ς 5 libro IIII georg.] *v.* 193 10 sermonum *al. m. add. P*: *sat.* II 7, 35 magno blateras clamore iterare itero *P* magno blatteras iterare clamore itero *t* 11 libro I carm.] 34, 3 13 vela] uel *P* 15 tertiae sunt coniugationis *P* 16 tumulo tellus] terrae tumulus *B* 17 in II lib. *BP*: *Aen.* III 63 19 in lib. X *B* in libro secundo aeneidos *P*: *Aen.* XI 79 22 iure primae coniugationis *BP* est primae coniugationis *t* 23 et ab eo *om. B* 29 quod uerba quae *P* 33 paro spero spiro *BP* deliro iuro ς delibero uoro *B* delibero iuro *P* carm. libro IIII] 4, 34 35 relictique *t* 36 epist. lib. II] 1, 126

p. 191. 92 L. p. 2183. 84 P.

os tenerum pueri balbumque poeta figurat:

exceptis uro uris et quaero activo quaeris, ex quo composita, licet ae diphthongon in i longam convertunt, coniugationem tamen servant, ut inquiro inquiris, Lucanus libro VIIII 'inquire in fata nefandi Caesaris', conquiro conquiris. consonante etiam quacumque antecedente primae sunt, ut celebro celebras, tenebro consecro obsecro quadro migro latro lustro narro erro. notantur tertiae coniugationis curro curris, verro verris, Statius Thebaidos libro IIII

sat dubium coetu solante timorem
fallere et incultos aris adverrere crines.

in ror desinentia deponentia vel communia primae sunt, ut exsecror morigeror feneror miror moror odoror || furor lucror, excepto queror, ut ante dictum est, tertiae.

In so similiter primae sunt coniugationis, quia derivativa sunt. nam vel a nominibus pleraque derivantur, vel certe frequentativa sunt, ut lasso lassas penso spisso denso, quod et denseo secundae coniugationis, ut in eo terminatum, licet raro lectum, invenitur, ut extulit in primo libro georgicon Virgilius,

denset erant quae rara modo, et quae densa relaxat,

idem in XII libro Aeneidos |

vela dabit, vos unanimi densete catervas;

cuius infinitivum Salustius historiarum libro II refert, 'ille festinat subsidiis principes augere et densere frontem': convaso convasas, Terentius in Phormione 'aliquid convassem': accuso accusas, merso curso cesso. excipiuntur accerso arcesso lacesso facesso capesso incesso, cuius inpersonale infinitivum Virgilius duodecimo libro dixit,

incessi muros, ignis ad tecta volare;

Statius quoque in libro I Thebaidos extulit eius activum vel neutrale verbum infinitivum 'hanc etiam poenis incessere gentem decretum est', idem libro III

---

1 poeta] poema *B* poetarum *t* 4 lucanus lib. VIII *Pt* lucanus lib. VII *B: Pharsal.* VIIII 558 inquire in fata nefandi *t* inquire in facta nefandi *f* inquirere in fata nefandi *P* inquire nefanda (*superscr. al. m.* in fata) nefandi *B* 8 thebaidos lib. VII *Bt* thebaidos libro septimo *P* thebaidos liber UIII dicit *f*: IIII 202 9 coetu solent et in morem *P* coctos solent et (*superscr.* coetus soluant cibos) in morem *B* coetus soleant inmorem *t* cetus solent et inmorem *f* 10 et in occultis aris et uerrere *t* 16 ut lapso as *B* 17 in primo libro georg.] *v.* 419: *cf. Prisc. l.* VIII *p.* 444, 6 t q̄ mō et a 19 denset *t* densat *P*: dense terant q̄. rara modo q̄ deserelaxat *B* 20 in XII libro Aen.] *v.* 264 21 vela dabit *om. Ptf* unanimi *Pf* unanimes *Bt* densete *tf* densate *corr.* densete *B* densate *P* 22 libro refert secundo *P* lib. III refert ς festinat *om. Ptfς* 23 princeps ς densare *P* frontem ς fontem *BPtf* conuasso conuassas *P* 24 in Phormione] I 4, 13 conuasem *B* 25 capesso pesso cesso incesso *P* 26 impersonale *superscr. in B* duodecimo libro] *v.* 596 27 incessi paruerunt muro *deleto v.* paruerunt *B* ignis *Bf* ignes *t* ignesque *Pς* 28 in libro I Theb.] *v.* 245 neutralem infinitiuum *B* 30 idem in libro IIII *t* idem libro quarto ς: *Theb.* III 301

p. 2184. 85 P. p. 192—94 L.

nec tua cara fides, ne falsa incessere gaude;

cuius idem imperativum libro XI 'solumque quod ante vocasti invideo, ne incesse moras'; licet in eodem libro participium quasi frequentativum ut a prima coniugatione veniens lectum est, 'tecta incessantem'. viso quoque visis et pinso pinsis tertiae coniugationis sunt, ut Persius

o Iane, a tergo quem nulla ciconia pinsit;

et defectivum quaeso quaesis, cuius infinitivum quaesere Salustius in primo posuit historiarum libro. in sor deponentia vel communia similiter primae sunt coniugationis, ut causor commissor grassor. versor conversor diversor aversor adversor, licet a verto || vertis vel a vertor verteris | simplici, quod est tertiae coniugationis, componuntur, tamen ut deponentia primae sunt coniugationis.

In to desinentia, quotcumque sint syllabarum, quacumque vocali vel consonante antecedente, primitiva seu derivativa, primae sunt coniugationis, ut sto stas, praesto resto obsto nato, Virgilius in IIII libro Aeneidos 'natat uncta carina'; veto vetas, vito dubito cogito noto porto muto puto reputo refuto, Virgilius in libro XII Aeneidos 'fors dicta refutet': confuto confutas, Terentius in Phormione 'confutavit verbis admodum iratum patrem': occulto exulto ausculto vasto gesto manifesto, Statius in Thebaidos libro II 'ramus manifestat olivae legatum', Ovidius in metamorphoseon libro XIII

insidias prodet manifestabitque latentem:

eructo eructas, rapto capto salto canto arto, Lucanus in libro IIII

continuus multis subitarum tractus aquarum
artavit clausitque amnem:

lacto, Terentius in Andria 'eorum animas lactas' idem in eadem 'nisi me lactasses amantem': marito maritas, Statius libro II Achilleidos | 'dum Pelea dulce maritat Pelion', Horatius in epodo

---

1 ne falsa *P*ς nec falsa *Btf* incesse (*superscr.* re) gaude *B* incere gaudere *corr. al. m.* incessere gaude *P* 2 cuius *om. B* libro XI] *v.* 389 3 ne incesse ς nec incesse *BP* mores *corr.* morari, *ut videtur*, *B* licet] item *P* 4 tactam *corr.* tecta *B: Stat. Theb.* XI 361 incessante *P* 6 perseus *P*: *sat.* 1, 58 7 o uane *P* o diane *t* 8 quesso sis — quessere *B* 11 uel auertor auerteris *P* uel uertor teris *B* 12 simplici — primae sunt coniugationis *om. P* 16 IIII libro Aen.] *v.* 398 17 uicta carita *corr. al. m.* uncta carina *P* porto] *fortasse* poto 18 libro XII Aen.] *v.* 41 19 in Phormione] III 1, 13 admotum *P* 21 thebaidos lib. III ramum *t: Theb.* II 389. ligatum *corr. al. m.* legatum *P* ligatum *t* 22 libro XIII] libro IIII ς: *metam.* XIII 106 23 prodet *corr.* prodit *B* prodit *Pt* prodeat *f* manifestabit *corr.* -bitque *B* manifestauitque *Ptf* 24 in libro IIII] lib. IX ς: *Pharsal.* III 368 25 continuos *Bt* continuis *f* 26 amnem *corr.* animum *B* 27 in andria dite eorum *B*: *Andr.* V 4, 9 animos lactas ς lactas animas *f* in eodem *BP: Ter. Andr.* IIII 1, 24 28 statius in secundo thebaidos libro dum pela dulce maritat pleon horatius *P* dum pelli (*corr.* pellea) dulci maritat peleon (*corr.* pelion) statius II achilleidos horatius *B* dum pelle adlucem maritat plelon stacius II lib. achilleidos horatius *t*: *Achill.* II 342 29 in epodo] 2, 9

p. 194. 95 L. p. 2185. 86 P.

altas maritat populos:

leto letas, Ovidius in Ibide

quique Lycurgiden letavit et arbore natum,

idem in III metamorphoseon libro 'letataque corpora vidit': exceptis paucis tertiae coniugationis, quae et disyllaba sunt et primitiva, a quidem antecedente scato scatis, licet non sit eius frequens usus; cuius infinitivum etiam Lucretius in V libro protulit,

largifluum fontem scatere atque erumpere lumen,

ex quo Horatius participii praesentis accusativum in III libro carminum refert,

sic et Europe niveum doloso
credidit tauro latus et scatentem
beluis pontum mediasque fraudes
palluit audax:

e autem vocali et c consonante antecedente pecto necto flecto et plecto antique: e brevi || antecedente duo, peto ac meto: r antecedente similiter duo, verto et sterto: geminata t ante o unum, mitto, et s antecedente aequaliter unum, sisto. in tor quoque deponentia vel communia primae sunt, ut scrutor testor antestor, ut Horatius sermonum libro I 'licet antestari'. notantur tertiae coniugationis plector amplector complector nitor utor et ab eis composita; vertor quoque et revertor.

In vo, v vocali pro consonante ante o posita, omnia primae sunt coniugationis: pleraque enim sunt derivativa, ut levo levas, servo curvo. notantur tertiae duo, vivo vivis, unde nomen est derivatum vivus, et lavo lavis, ut Virgilius in X libro | 'lavit inproba teter ora cruor', Horatius carminum libro II

villaque, flavus quam Tiberis lavit,

idem sermonum libro I

ora manusque tua lavimus, Feronia, lympha;

quod et primae coniugationis invenitur, Iuvenalis libro I

---

1 altas maritat populos *t* altos marito populos *P* altos (*corr.* -as) maritas (*corr.* -to) populos *B* 2 in Ibin ς: *Ov. Ib.* 503 3 quique] quippe *P* quinque *t* licorciden *corr.* ligorciden *B* ligocorgiden *P* ligocorride *t* et] ex *Pt* natam *Bt* 4 in quarto libro metamorphoseon ς: *met.* III 55 5 sunt et primitiua *t* sunt (*superscr.* et) primitiua *B* sunt primitiua *P* 7 etiam *om. B* in VI libro *BP* in VII libro *tf*: *Lucr.* V 598 9 in III libro carm.] 27, 25 11 sic et] citet *P* cicet *t* niuem *t* niuemqui *P* 12 credit *P* latius et *P* lati et *t* 15 e autem uocali antecedente et c ut flecto is necto is pecto is r similiter antecedente uel s ut uerto is sterto is sisto is mitto is *t* e autem consonante antecedente (*superscr.* c) tertiae coniugationis ut flecto tis necto tis pecto tis r similiter antecedente ut uerto tis sterto tis (*superscr. al. m.* s antecedente ut mesto i antecedente ut) sisto tis mitto tis *B*: *cf. Prisc. l.* X *p.* 536, 5 *sqq.* et c consonante *om. P* 18 sisto] sto *P* 19 serm. lib. I] 9, 76 23 deriuatiua *f* deriuata *BP* 24 diriuatiuum *P* 25 in X libro] *v.* 727 26 carminum libro secundo ς carminum libro I *BPt*: *carm.* II 3, 18 27 uillaque ς uellaque *B* bellaque *t* bella *P* flauusque thiberis *t* 28 serm. lib. I] 5, 24 29 tuas *Pt* pherronia *P* 30 Iuvenalis libro I] *sat.* 2, 152

nec pueri credunt, nisi qui nondum aere lavantur,

cuius supinum Horatius in libro I sermonum protulit,

ast ubi me fessum sol acrior ire lavatum admonuit.

I vero ante vo antecedente tertiae coniugationis primitiva inveniuntur, ut solvo solvis, volvo volvis, calvo calvis, id est decipio, ut est apud Salustium in historiarum libro III 'contra ille calvi ratus quaerit, extisne an somnio portenderetur thesaurus'. in vor desinens deponens unum est, convivor, quod primae est, generali regulae deponentium serviens, cum non respondet suo primitivo, id est vivo vivis, vel quia de nomine quod est conviva derivatur.

In xo desinentia pauca sunt, primae quidem coniugationis, ut laxo laxas, luxo vexo taxo. sed tertiae non inveniuntur nisi pexo pexis, texo texis, nexo nexis: faxo enim faxis defectivum est. || nexo autem tam nexas, ut ostendit Virgilius participium dicens 'nexantem nodis', quam nexis, ut Accius in Deiphobo

nos continuo ferrum eripimus [omnibus] manibus manicas neximus;

licet nexi lectum est, quod etiam a necto nectis, sicut a pecto pectis pexi potest esse. in xor similiter desinentia primae sunt coniugationis, ut rixor amplexor. |

In or passiva quacumque praecedente vocali vel consonante coniugationem suorum sequuntur activorum, ceu ante diximus.

Composita quoque in omnibus terminationibus simplicium suorum coniugationes, eadem scilicet manente finalitate, sequuntur, si tamen cum verbis vel cum praepositionibus, cum quibus frequentius solent coniungi, componantur: cum verbis, ut tepefacio calefacio madefacio patefacio liquefacio; cum praepositionibus, ut capio praecipio decipio, facio inficio afficio deficio, fero praefero perfero infero affero suffero defero, turbo proturbo, scribo describo conscribo, neco eneco, vinco convinco, fraudo defraudo, fundo infundo, cedo discedo concedo, ligo inligo, ago perago circumago subigo exigo cogo, traho subtraho, halo exhalo, fallo refello, clamo reclamo, emo coemo, no adno, pono expono repono depono inpo-

---

1 haec *corr.* nec *B* 2 in libro I serm.] 6, 125 5 I vero ante vo] *Prisc. l.* X *p.* 506, 7 7 calui (*corr. al. m.* caluit) ratusq. retextis ne somnio (*superscr.* os) tenderetur thesauris (*corr.* -rus) *B* caluiratus c̄ querere tectis ne asomno portenderet thesauros *t* caluiratus q; rite textis netui somnio portendet (*corr.* -deretur) thesaurus *f* extis an *P* extis num *editores Sallustii* 9 deponentium *om. P* 10 respondens *corr.* -det *B* respondens et *P* 11 est *om. P* 13 non inueniuntur ꝝ non inuenitur *P* non inueni *B* 14 faxo enim faxis defectiuum est nexis enim et tam nexas *P* faxo is defectiuum tamen (*superscr.* nexis enim et) nexas *B* faxo defectiuum nexo enim tam̄ nexas *t* nexo] *Prisc. l.* IX *p.* 469, 12. *l.* X *p.* 538, 1 15 Virgilius in V ꝝ: *Aen.* V 279 16 in deiphebo nos *Pf* inde inphobano sinos nos *t* 17 arripimus *t* omnibus manibus manicas *Pt* omnibus manicas *Bf* 19 licet nexui *Bt* 20 pexui potest esse in xor *Bt* pexi in xor *P* 21 rixor trixor amplexor *P* 26 solent iungi *B* 29 affero] aufero *B* proturbo] perturbo *t* 30 conscribo *om. P* 33 depono inpono *om. P*

no, crepo discrepo, repo adrepo inrepo, aro exaro, curro incurro discurro concurro, penso dispenso compenso, viso inviso, canto decanto, mitto inmitto submitto, curvo incurvo, solvo dissolvo, duco deduco educo, nisi sensus causa mutetur coniugatio, producta quidem paenultima tertiae, educo educis, correpta autem paenultima primae, educo educas, id est nutrio, non extraho, ut Virgilius in libro X

quattuor hic iuvenes, totidem quos educat Vfens;

quod a nomine dux ducis posse fieri praediximus. et manduco manducas, licet a duco ducis verbo videtur componi, tamen cum nomine compositum, quasi manum ad os duco, iure primae est. intellectus autem differentia solet || interdum et in simplicitate verborum mutare coniugationem, ut dico dicis et dico dicas, mando mandis et mando mandas, fundo fundis et fundo fundas; sicut sero quidem seras a nomine quod est haec sera, licet correpta paenultima, et lego legas producta paenultima primae sunt, ut a nominibus sera et lex venientia; sero autem seris correpta similiter paenultima, ex quo dissero prosero insero fiunt, et lego legis, unde diligo sublego componuntur, differentiae causa ut primitiva tertiae sunt. pello quoque pellas, quod simplex in usu non est, unde appello appellas, primae est; pello autem pellis, ex quo inpello inpellis, depello depellis, tertiae; sicut volo volas et volo vis intellectus causa diversas coniugationes meruerunt. sono | enim sonas et sono sonis, unde sonere infinitivus, crepo crepas et crepo crepis, unde et crepere, fulgeo et fulgo, unde et fulgĕre, ferveo et fervo, unde et fervĕre, oleo et olo, unde et olĕre paenultima correpta, strido stridis et strideo strides, sicut albo albas et albeo albes, denso densas et denseo denses, duro duras et dureo dures, maturo maturas et matureo matures, ex quibus induruit et maturuit perfecta veniunt, haec auctoritas sola vetustatis, non artis tradidit ratio. unde nec omnes motus haec eadem verba tritos et usitatos in utraque coniugatione habere noscuntur.

Cum nominibus autem composita verba mutant plerumque coniugationem. nam generali regulae nominum subiecta et quasi a nominibus derivata iure ad primam veniunt coniugationem verborum, ut litigo litigas, remigo remigas, vociferor vociferaris, morigeror morigeraris. et maxime excludentia i, quam in simplici verbo ante o habuerunt, etiamsi cum praepositione componantur, mutant coniugationem, ut aedifico aedi-

---

2 concurro *om. P* compenso *om. P* 3 curvo incurvo *om. P* 6 non extraho *om. B* in libro X] *v.* 518 7 quattuor *om. B* 14 licet correpta simpliciter penultima *B* 16 dissero] desero *P* 17 diligo sublego *f* dilego sublego *B* dilego subligo *P* relego delego sublego *t* 19 unde appello (*corr.* conpello) las *B* unde conpello as *P*: *cf. p.* 478, 2 21 sono autem (*superscr.* enim) sonas *B* 27 induranit et maturauit *P* ueniunt auctoritate sola uetustatis (*superscr. al. m.* non artis) tradidit ratio *B* 28 tradit *P* motus] meatus *P* 29 dinoscuntur *P* 30 pleraque *P* 32 ut litigo as *t* ut lego (*superscr.* uel litigo) gas *B* ut lego legas, *superscr. al. m.* litiga *P*

p. 2188. 89 P. p. 197. 98 L.

ficas, significo significas, sacrifico sacrificas, laetifico laetificas, amplifico amplificas, terrifico terrificas; mancipo quoque aucupo participo, licet possunt haec quasi a nominibus manceps et auceps et particeps, sicut vindico vindicas, iudico iudicas, indico indicas, auspicor auspicaris, a nominibus vindex iudex index auspex venientia, iure primae || esse. idemque etiam de superioribus intellegi potest, ut a sacrificus laetificus amplificus terrificus nominibus, quae sunt in usu, verba deducantur, hisque similiter excurrisse aedifico et significo verba videantur, licet carent appositis, ad aliorum similitudinem compositis nominibus. et cum solis tamen praepositionibus verba composita, si in compositione careant i, quam habuerunt in simplicitate, mutant coniugationem, ut a capio capis, quod est tertiae, primae fiant coniugationis, ut anticipo anticipas, occupo occupas. ut enim a nominibus verba derivata e vel i addentia una syllaba genitivum primitivi solent vincere, ut canus cani caneo, insanus insani insanio, sors sortis sortior, et e contrario a verbis in eo vel in io vel in uo desinentibus traducta nomina, quae e vel i vel u vocales excludant, minus una syllaba proferuntur, ut arceo arcus, perfugio perfuga, advenio advena, gradior gradus, tribuo tribus, metuo metus: sic etiam in ipsis verbis solet evenire, ut in io verbo desinentia, si in compositione i excludant, omnibus modis unam minuentia syllabam coniugationem quoque mutare cogantur, ut facio facis aedifico aedificas, capio capis occupo occupas; sicut a nomine et capio nuncupo nuncupas facit; eodemque modo a fugio fu|gis fit nomen deductum fuga et ex hoc nomine verbum fugo fugas; quo modo a verbo iungo iungis nomen iugum, et ab hoc || verbum iugo iugas, et molo molis, inde nomen mola, et ab eo verbum immolo immolas. sicut sedeo verbum secundae coniugationis et, quod eiusdem est coniugationis compositum, insideo, unde nomen insidiae, ex quo aliud verbum insidior insidiaris traducitur, ex praeterito perfecto suo, quod est in primitivo sedeo sedi, factum expulsione e, quae ante o erat, productaque paenultima, facit verbum primae coniugationis, sedo sedas (quo modo in circumflexis apud Graecos Syracusano more saepe verbi positio derivatur ab alterius verbi praeterito perfecto, ut *ποιῶ πεποίηκα πεποιήκω, νοῶ νενόηκα νενοήκω*); quod potest etiam a praete-

---

6 ut a laetificus sacrificus amplificus terrificus nominibus *B* ut aedificus (*corr. al. m.* laetificus) sacrificus amplificus terrificus a nominibus *P* 7 deducantur *corr. al. m.* -cuntur *P* diducuntur *B* 8 his (que *add. al. m.*) similiter excurrisse uerba uidentur (aedifico et significo quae *add. al. m.*) licet careant. bpossitis et (*corr. al. m.* obpositione ad) aliorum similitudine (*corr. al. m.* -nem) compositis nominibus *P* videantur *om. B* 9 carent *corr.* careant *B* appositis] positione *B* 10 tamen] tantum *B* 17 profugio profugus *corr.* refugio refuga *B* 19 etiam et in *P* 22 sicut] sic *B* 23 facit *al. m. add. P* eodemque modo fugio is minuens unam syllabam de suo primitiuo fit nomen deductum fuga facit ex hoc nomine fugo as *t* a *ante* fugio *om. P* fuga facit ex hoc (hoc *om. B*) nomine *B P* 27 et quod eiusdem est coniugatione (*corr. al. m.* nis) et compositum ut insideo *P* quod eiusdem est compositum coniugationis insideo *B* 32 diriuatur et ab alterius *P* ut ΠΟΙΩ ΠΕΠΟΙΝ. ΚΑΙ ΠΕΠΟΙΗΚΕ. ΚΑΙΕΝΟΝΚΩ *P*

p. 198 L. p. 2189 P.

rito perfecto, quod est [sedeo] sedi producta paenultima, nomen fecisse haec sedes eadem verbi longitudine etiam in nomine servata. ut ab eo quod est rumpo rupi rupes, sterno stravi strages, sic a nomine sedes derivatum verbum generalis regula nominum iure primae coniugationi dedisse verborum videtur, sedo sedas. a nomine quoque plurali quod est hae sordes sordeo sordes secundae coniugationis verbum deductum, cum fecisset ex se nomen mobile sordidus, ab eo verbum derivans sordido sordidas merito primae dedit illud verborum coniugationi. de monosyllabo autem verbo, quod est primae praeter regulam coniugationis, do das dat, et compositionibus eius rationabiliter non respondentibus primitivo in supra dictis abunde reor esse monstratum.

[Omnia deponentia vel communia consonante antecedente or primae sunt coniugationis, ut suspicor praedor indagor palor rimor opinor aucupor aquor moror adversor scrutor convivor amplexor, exceptis VIIII tertiae coniugationis, labor fungor sequor liquor loquor queror evertor utor nitor, et illis exceptis quae ante cor as vel es vel is habent, ut irascor nascor vescor paciscor nanciscor, et quidquid simile inveniatur, quae iure tertiae sunt, quia haec forma, id est in sco desinens, tertiam coniugationem vindicat sibi.]

CAPITVLA

I De coniugationibus Graecorum et dissimilibus ac similibus regulis eorum ac Latinorum et cognitione coniugationum ex prima persona et anomalis verbis 447, 17
II De quattuor formis verborum et de verbis quae e vel u vel i vel consonantem ante o vel or habent 448, 24
III De generalibus terminationibus nominum derivativorum a prima persona praesentis temporis verborum 451, 31
IIII De specialibus terminationibus ab eadem origine derivatis 454, 13
V De generalibus terminationibus a praeterito perfecto vel verius ab infinitivo futuro 455, 13
VI De verbis derivatis a nominibus 456, 35
VII De nominibus iterum derivatis a verbis 459, 16
VIII De verbis rursum derivatis a nominibus 460, 26
VIIII De verbis derivatis ab adverbiis seu a verbis sive a nominibus 461, 18
X Recapitulatio 462, 17

---

4 generali *B P* coniugationis dedisse uerborum uidetur *P* coniugationi dedisse uerborum *B* coniugationi se dedit uerborum *f* 5 sedo sedas *om. B* 6 coniugationis *corr.* -ni *P* 9 autem, *superscr.* enim *B* enim *P* propter *corr. al. m.* praeter *P* 11 monstratum. deo gratias explicit feliciter ars eutycii *B* monstratum EXPLICIT ARS EVTICIS GRAMMATICI *f. ea quae sequuntur in B P de deponentibus et communibus verbis ex priore libro p.* 465, 35 *sqq. repetita sunt* 13 suspicor — amplexor] miror aduersor moror uagor *B* pallor *P* 20 *capitula ex codice Parisino* 7499 *edita sunt*

XI De verbis inter duas coniugationes 463, 20
XII De numero syllabarum genetivi nominum in verbis et de eadem coniugatione in activis et passivis, si non mutaverint genus vel significationem 465, 5
XIII De communibus et de deponentibus, de terminationibus verborum ac de verbis disyllabis 465, 24
XIIII Secundus liber de finalitatibus, hoc est de consonantibus ante o vel or finalem inventis.

AVGVSTINI
ARS BREVIATA
EIVSDEM REGVLAE

Augustini de arte grammatica duo feruntur libri. quorum alter ab Ioanne Amorbachio in primo volumine operum Augustini Basileae a. 1506 primum editus est hoc titulo, *Eiusdem diui aurelii augustini hipponensis episcopi de grammatica liber incipit*, et in fine libri, *Sancti augustini hipponensis episcopi liber de grammatica explicit.* eundem librum et Augustini editores cum reliquis eius operibus repetiverunt et Putschius inter latinos grammaticos recepit. alterum ex codice Palatino 1746 edidit A. Maius nov. pat. bibl. I 2 p. 165 sqq., deinde Carolus Fridericus Weberus ex codice Bruxellensi, adhibito praeterea Parisino 7520, magis emendatum exhibuit Marburgi a. 1861 ita inscriptum, *ars sancti Augustini pro fratrum mediocritate breviata.* ex manu scriptis autem codicibus utrumque librum continent codex Parisinus 7520 undecimo saeculo scriptus, *incipit ars sci augustini pro fratrum mediocritate breuiata. Lanitas obseruatio — aptus scene. finit. incip. regula augustini epi de nomine. Omnia nomina — indeclinabile est explicit*, et eodem ordine iisdemque inscriptionibus codex Palatinus 1746, de quo supra p. 313 in excerptis Iuliani ex eodem codice editis dictum est. ille qui olim editus est legitur solus in codice Monacensi 6281, olim Frisingensi 81, saec. X f. 1—17 *in nomine dni nri incip regl' aureli augustini de nom. Omnia nomina — indeclinabile est expl.*: cf. vol. IV praef. p. XLIV. alter, qui a Maio editus est, in Bruxellensi codice teste Webero nono saeculo scriptus est sic, *incipit ars sancti augustini pro fratrum mediocritate breuiata. Latinitas est obseruatio — aptus scenae. explicit ars sancti augustini.*

De nomine autem Augustini in priore libro, iam prius quam editus esset alter, suspicionem moverant Benedictini operum Augustini editores Antverpiae a. 1700. qui ea quae in illo libro scripta sunt discrepare videbant ab his quae de suo opere professus est

ipse Augustinus retract. I 6, *per idem tempus, quo Mediolani fui baptismum percepturus, etiam disciplinarum libros conatus sum scribere, interrogans eos qui mecum erant atque ab huius modi studiis non abhorrebant, per corporalia cupiens ad incorporalia quibusdam quasi passibus certis vel pervenire vel ducere. sed eorum solum de grammatica librum absolvere potui, quem postea de armario nostro perdidi, et de musica sex volumina, quantum attinet ad eam partem quae rythmus vocatur.* quare cum et hunc de arte grammatica librum et principia dialecticae et rhetoricae ab Augustino scripta esse negarent, haec omnia inter opera 'olim ipsi perperam adscripta' in appendice tomi primi p. 599 sqq. exhibuerunt. postquam vero novus et ab illo plane diversus de arte grammatica liber inventus est, illo antiquiore iam vulgo inter supposita reiecto, hunc pro genuino Augustini opusculo habere non dubitavit Maius, quamvis ab iis quae ipse Augustinus de studiis suis grammaticis in libro retractationum praedicat non minus alienus sit. saniore iudicio usus W. Crecelius in August. de dialect. (Elberfeldae a. 1857) p. 3 epitomen hanc esse censuit, quam Cassiodorus a se confectam esse diceret de art. et discipl. c. 1, *sed et sanctum Augustinum propter simplicitatem fratrum breviter instruendam aliqua de eodem titulo* (de arte grammatica) *scripsisse reperimus, quae vobis lectitanda reliquimus, ne quid rudibus deesse videatur, qui ad tantae scientiae culmina praeparantur.* denique Weberus p. 4 inscriptionem libri, artem pro fratrum mediocritate breviatam, ita interpretatus est, ut ea quae Augustinus scripta reliquisset post mortem eius in usum fratrum Benedictinorum in compendium redacta esse diceret. ex genuino autem Augustini libro hanc artem sumptam esse conprobari voluit punico vocabulo *dellas* in tractatu de barbarismo posito, quo ante eum usus erat Maius, ut hoc tamquam certissimo argumento Augustinum esse libri auctorem demonstraret. nos, quae partes in his libris Augustino tribuendae sint, non copiose disputabimus. sed fide librorum manu scriptorum, quorum inscriptiones supra positae sunt, illud constat, utrumque librum, quamvis in eodem argumento versetur, tamen a posterioribus grammaticis uni Augustino tributum esse. nam sicut a Donato eiusque interpretibus ea pars quae est de octo partibus orationis bis tractata est, ita ex his Augustini libris qui ferebantur alterum primae editionis locum obtinere voluerunt grammatici eaque de causa pro mediocritate fratrum breviatum dicebant, alterum quasi eruditiorem, propterea quod amplioribus praeceptis et exemplis illius tenuitatem suppleret, regularum nomine inscripserunt. iam vero quid ex libro Augustini, quem ille de grammatica arte se scripsisse dicit, ad libros in hanc formam redactos propagatum sit, dici non potest, siquidem neuter incorruptam illius manum prae se

fert. neque ulla causa est cur alterum genuinum, alterum suppositum esse dicamus, vel cur in breviatam artem plura translata esse ex genuino libro putemus quam in regulas. nam siquid in alterutro libro probabiliter ad Augustinum referri potest, Africanum certe scriptorem prodere videntur nomina oppidorum p. 1990 posita, quae ita scribi vix poterant nisi ab eo qui in Africa vel vixerit vel natus fuerit. sed omnibus iam ad usum scholarum et eam artis tractandae rationem, quam infimae aetatis scriptores sequebantur, compositis non amplius quaerendum est, unde quaeque petita sint.

Omissa igitur controversia de auctore librorum restat ut de his ipsis et de nostra editione pauca dicamus. uterque autem liber praeter vulgares artis regulas pauca quae digna esse memoria videantur continet. nam in arte breviata quae dicitur paucis de latinitate et partibus orationis praemissis octo partes orationis eo fere modo, quem plurimi artium scriptores post Donatum secuti sunt, cum exemplis declinationum exponuntur; deinde breviter de soloecismo et barbarismo tractatur; postremo pauca exempla casuum cum verbis vel nominibus iunctorum, quae idiomata dixerunt grammatici, subiecta sunt. veterum autem scriptorum exemplis non usus est scriptor praeter quattuor versus Vergilii et Ciceronem bis commemoratum. paulo maioris doctrinae indicia praebet alter liber, in quo et artes vel artium scriptores saepius commemorantur, et multa exempla Vergilii, quaedam Terentii et Ciceronis, singula Sallustii et Lucani ad regulas confirmandas adscripta sunt, semel etiam Varronis sententia prolata est p. 2008. quamquam his exceptis ne hic quidem scriptor ultra vulgarem regularum scribendarum modum processit, sed consueto more de octo partibus orationis tractavit. quae cum ita sint, operae pretium non esse existimavi breviatam artem denuo edere; pauca tamen, quae alicuius momenti esse visa sunt, excerpere placuit, in quibus Weberi copiis usus sum. regularum autem librum, quamquam hunc quoque a nova grammaticorum collectione olim abesse volueram neque de emendandi subsidiis quaesiveram, tamen, nequid desideraretur, non omittendum esse iudicavi. nam non solum quaedam quae ab aliis tradita non sunt continet, sed etiam exemplis declinationum auctoritatem aliquam a

Iuvenal. p. 497

*) Praeter ea quae infra exhibita sunt duo exempla Vergilii grammaticis usitata adscripta sunt de conparatione nominum p. 9 ed. Web., *unde etiam ille dixit* (Verg. Aen. I 96) '*o Danaum fortissime gentis Tydide*', et de praepositionibus p. 29 ed. Web., *super, quando de significat, sicuti est* (Verg. Aen. I 754) '*multa de Priamo rogitans*'. Ciceronis autem nomen post declinationem pronominum *cuias nostras vestras* scriptum est p. 17 ed. Web., *sed huius auctorem, in cuius libris inveniatur, non habemus tanti ponderis, ut inperitorum consuetudini resistere valeamus. nam duorum superiorum ipse Tullius auctor est.*

non nullis tributam esse video. itaque ad hunc librum edendum adhibui codicem Frisingensem et editionem principem. quibus ita usus sum, ut Frisingensis codicis scripturam, exceptis quidem levioribus quibusdam vitiis, integram exhiberem; principis autem editionis auctoritatem sequerer, ubicumque non indicata eius discrepantia a scriptura codicis recederem, ceteris locis non omnia quae aliter in illa atque in codice exhibita sunt adnotarem. multa enim ex his non ex codice quo editor usus erat, sed ex coniectura ipsius vel neglegentia repetenda esse adparet.

p. 167 ed. Mai. p. 7 ed. Web.

ARS SANCTI AVGVSTINI PRO FRATRVM MEDIOCRITATE BREVIATA

Latinitas ast observatio incorrupte loquendi secundum Romanam linguam. constat autem modis tribus, id est ratione auctoritate consuetudine: ratione secundum artem, auctoritate secundum eorum scripta, quibus ipsa est auctoritas attributa, consuetudine secundum ea quae loquendi usu placita adsumptaque sunt.

* * *

DE PRONOMINE

p. 172 M. p. 16 W.

Cuius pronomen infinitum personae indefinitae possessivum, tamquam cum dicimus 'cuius servus est', figurae simplicis generis masculini numeri singularis, quod ita declinabitur, cuius cui cuio cuium a cuio, et pluraliter cui cuiorum cuiis cuios a cuiis. sed haec declinatio plus artis quam ponderis gerit. nam nimis vetus est et a nostra consuetudine repudiata. ita et in genere feminino cuia declinatur ut tabula, cuium ut lignum. sed etiam ista, quamvis in eis auctoribus reperiantur qui sunt in manibus et in ore omnium, tamen consuetudo contempsit. per unum enim pronomen, id est cuius vel quorum, omnia infinita possessiva significantur. dicimus enim cuius vel quorum servus sive ancilla sive templum, sed, quod fatendum est, cum molestia discernendae ambiguitatis in genitivo singulari, quando cuius dicimus, et in plurali, quando quorum. cuius enim et quorum quando possessiva sunt, per casus non flectuntur.

* * *

DE VERBO

p. 177 M. p. 24 W.

Modo infinitivo numeris et personis esse, solo tempore finito praeterito fuisse, futuro fore. in quarta specie deficit et in participio praesentis temporis. sed docti quidam temporis recentioris, cum haberent necessitatem magna et divina quaedam interpretandi explicandique, et es-

B codex Bruxellensis
V editio Maii ex codice Vaticano bibliothecae Palatinae 1746 *expressa*

5 scripta] praescripta *V* 13 ponderis *Weberus* pudoris *B V* 26 magnam et diuina interpretandi explicandi *B*

p. 177 M. p. 24 W.

sendi et essendo et essendum et essens dixerunt, quem ad modum scribendi scribendo scribendum scribens.

* * *

DE PARTICIPIO

p. 179 M. p. 27. 28 W.

Sunt quaedam participia eadem et nomina, ut cultus et sapiens, ratione diversa. nam cultus casu genetivo discernitur: a participio enim huius culti facit, venit autem a verbo color coleris colitur; a nomine autem huius cultus facit. sapiens vero ideo etiam nomen dicitur, quod recipit conparationem: facit enim sapiens sapientior sapientissimus. quae ratio mihi non admodum placet. nam et participia videntur conparationem recipere, si loquendi consuetudo permittat vel hortetur auctoritas, sed tantum praeteriti temporis: nam duo futura non admittunt. quis enim non audet dicere armatissimus, quod Tullius ait? nec tamen armaturior aut armandior ab eo quod est armaturus et armandus dici potest. quod fatendum est, si cum tempore accipiantur participia, difficile videtur posse conparationem recipere. nam et illud quod cultum dictum est facit cultior et cultissimus. sed si ad tempus praeteritum referas, non facit. cultus enim ager ex ipso habitu suo cultus est; si autem tempus attendas praeteritum, utique actione cultoris. accidunt participiis etiam figurae, sicut ceteris partibus orationis, simplex, ut scribens, conposita, ut describens.

DE CONIVNCTIONE

Coniunctio est pars orationis adnectens ordinansque sententiam. coniunctioni accidit potestas. potestas est vel quae copulat verba, ut et que ac; vel disiungit, ut aut vel nec neque; aut explet, ut prorsus videlicet scilicet quin etiam et similia; aut quasi causam reddit, ut nam namque enim quamobrem itaque; aut quasi ratiocinatur, ut ergo igitur propterea et similia. et ideo partim copulativae dicuntur, partim disiunctivae, partim expletivae, partim causales, partim rationales. sed multae omnino coniunctiones sunt, de quibus diligenter grammatici deliberant, quo istorum quinque nominum eas vocent, vel utrum aliae differentiae sint adiciendae. quam litem quia et longum et difficile est solvere, illud de coniunctionibus | breve praeceptum sit, ut, cum legimus viros locutionis auctoritate dignissimos, advertamus, quo quaeque loco et in qua sententia poni soleat, ut consuetudine intellegendi bene coniunctionibus uti possimus. nam siquis quaerat, quid sit immo, non facile dixerim, quo modo ei vel definire vel interpretari hanc coniunctionem possimus. proferendo ergo multas sententias, in quibus posita est, miro quodam modo quid valeat insinuamus cum quodam etiam gestu pronuntiandi, ut est

immo, ait, o cives, arrepto tempore Turnus,
cogite concilium

et

---

5 a participio] ut participio *B* ut participium *V* 6 a uerbo ueneror (uenerandi *V*) color *BV* 9 nam participia *BV* 10 hortetur] artetur *B* 12 Tullius] *pro Caec.* 21, 61 15 quod cultus *Weberus* 17 suo (est *add. V*) cultus est autem si ad (ad *om. V*) tempus *BV* 18 praeterita *V* praeterea *B* 23 accidit potestas est *BV* 29 deliberabant *B* 32 praeceptum sit ut *Weberus* praeceptum sicut *BV* 33 aduertamus quoque quae loca *BV* 39 immo ait] *Verg. Aen.* XI 459

p. 179 M. p. 28 W.

immo age et a prima dic, hospes, origine nobis; nostrasque sententias ad tempus fictas adiungere utile est, 'immo tu vade, qui cogis alium', 'immo adde orationi, qui detrahere studes'. huic autem coniunctioni utcumque vicinum est, cum dicimus potius; et ideo ad libros, ut dixi, redeundum est.

* * *

DE BARBARISMO

p. 181 M. p. 30 W.

Sane quidam discernunt inter barbarismum et barbarum, ut barbarismus sit, si pars orationis secundum redditam rationem aliqua superest vitiosa; barbarum autem, si alicuius gentis verbum est non receptum, ut siquis dicat in latino sermone dellas pro carice, quod utique punicum est. si autem nullius omnino gentis verbum pro verbo enuntiatur, tali vitio nec nomen inpositum est.

REGVLAE AVRELII AVGVSTINI

DE NOMINE

p. 1975. 76 P.

Omnia nomina XIII litteris terminantur, quinque vocalibus, a e i o u, sex semivocalibus, l m n r s x, et duabus mutis, c t. *a vocali* a masculino, ut Seneca Catilina Sylla Iuba Cinna Pansa, graeca Sosia Paseta, afra, Iugurtha Micipsa; a feminino femina Musa tabula regula norma forma et talia; a neutro graeca sunt tantum, ut thema schema et talia, et unum latinum, nomen fluminis Turia, dicente Salustio 'flumen Turia'; a communi advena convena indigena Troiugena et talia; ab epicoeno vipera aquila musca locusta ulula, quam nos noctuam dicimus, et talia. diximus de a littera; nunc de e *dicamus*. ab e littera vocali nullum latinum nisi iuncta praepositione masculinum invenitur, ut proconsule propraetore.

---

1 immo age dic hospes ab origine nobis *V: Verg. Aen.* I 753 3 immo adeo ideo *B*) rationi *BV* 4 et ideo et ad *V* et adeo et ad *Weberus* 8 superet *BV* 10 delecs pro curi e quid *B*. '*Dietrich doctissimus collega, v.* delecs *propter quattuor consonas repudiato, pro* dellas, *quo in ulla lingua Semitica scirpi genus significari negat,* debbas *scribendum censet, cum* semâm debbûs *arabice sit cyperus fastigiatus et* debsie *teste Forskalio in Flora Aegypt. p.* LXIX *et* 14 *scirpus corymbosus*' *Weberus* 11 si] esse *BV an* ecce? nuntiatur *BV*

F codex Monacensis 6281 *Frisingensis* 81
ς editio princeps Basilcensis a. 1506

14 IN NOMINE DN̄I NR̄I INCIP. REGL'. AURELI AUGUSTINI DE NOMINE *F* Eiusdem diui aurelii augustini hipponensis epī de grammatica liber incipit ς 16 a vocali *om. Fς* 17 iuua *corr.* iuba *F* uua ς Cinna *Putschius* cinsa *Fς* graeca *Putschius* creta *Fς* pareta ς 20 et unum nomen latinum fluminis (ut *add. F*) turia *Fς: cf. Prob. cath. p.* 3, 13 22 quam nos noctuam dicimus *om.* ς 23 dicamus *om. Fς* nisi iunctam praepositioni ut proconsule *F*

ergo iuncta praepositione fiunt latina, ut dixi, *proconsule* propraetore proquaestore. nam veteres in nominativo casu proconsul dicebant attendentes nullum nomen latinum exire in e litteram nominativo casu genere masculino. a feminino nullum latinum, sed graeca solum, ut Andromache Niobe Libye Hecabe Calliope Euterpe, quorum genitivus in es exit, ut Andromaches Niobes Libyes Hecabes Calliopes Euterpes. sed haec cum graecis tractemus. a neutro e littera in nominativo monile sedile cubile et cetera, quae paulo post in regula generis neutri ponemus. a communi nullum nomen est; similiter nullum ab epicoeno. nunc de i littera tractemus, nominativo quae genera contineat. | a masculino nullum nomen in i; a feminino nullum; a neutro gummi, et est aptoton; a communi nullum: ab omni genere, ut frugi nihili. declinatur sic, hic vir frugi, haec femina frugi, hoc mancipium frugi; genitivo similiter frugi faciet, huius viri frugi, huius feminae frugi, huius mancipii frugi; sic per omnes casus frugi dicimus. sic declinatur nihili, hic nihili vir, haec nihili mulier, hoc nihili mancipium. hoc sono omnes casus declinantur; sic pluraliter viri nihili, feminae nihili, mancipia nihili. ab epicoeno nullum similiter exit in i. ab o littera vocali nominativus terminatus a masculino appellativo, ut ligo ligonis, a proprio nomine, ut Cato Cicero Maro Nero Tubero et talia, a feminino appellativo, ut vertigo indago farrago siligo: in Iuvenali legitur ita,

> sed qui conductis inducitur atque fovetur
> tot medicaminibus coctaeque siliginis offas
> accipit et madidae, facies dicetur an ulcus?

sartago virago lanugo aerugo aurugo crepido: in Iuvenali

> nulla crepido vacat, nusquam pons et tegetis pars:

et talia. a feminino proprio, Carthago; peregrina vero, ut Dido Ino Io Alecto Celaeno Clio Manto, quorum genitivus in us exit, Didus Inus Ius Alectus Celaenus Clius Mantus; sed hoc cum graecis tractemus. a neutro nullus nominativus in o exit; a communi fullo latro caupo et cetera; ab epicoeno struthio hirundo hirudo curculio bufo et talia. ab u vocali solum neutrum, quod in singulari indeclinabile est, in plurali declinatur, ut cornu veru genu tonitru: hoc sono enuntiantur omnes casus in singulari, ut diximus; in plurali declinantur, cornua verua genua, genitivo horum cornuum veruum genuum; et cetera declinabis ad regulam versuum et fluctuum.

Diximus de vocalibus quinque, quibus terminatur nominativus; nunc de semivocalibus dicamus. l littera nominativus exiens, in masculinis appellativis hic sal, in propriis Sol; in femininis unum nomen matronae tantum, Tanaquil; in neutris mel fel; in communibus vigil pugil, unde et Terentius de virgine ‘pugilem esse aiunt’; in epicoenis nullum

---

1 proconsule *posteriore loco om.* $F\varsigma$ 5 haechabe caliope F hecate ς 6 haechabes caliopes F hecates ς 7 munile F 8 neutri non pro omnia nomina ponemus F ne u per omnia nomina ponemus ς 16 hoc sono nominatiui omnes casus $F\varsigma$ 18 terminatus masculino $F\varsigma$ 21 in Iuvenali] *sat.* 6, 471 22 sed quae mutatis ς sed quid mutatis *Putschius* 23 coctaque F 24 accipit *om.* F madida F dicitur F 25 erugo morbus regius aurugo F erugo arugo ς in Iuvenali] *sat.* 5, 8 26 nullo crepido uocat nusquam posset teietes et talia F 27 Ino Io *Putschius* incio F iuno io ς 28 alecto nomen ē celeno F mantico F exit celenus clius manticus didus ius sinus sed F Inus] iunus ς 31 irugo quod est sanguisuga curculio F 33 gelu $F\varsigma$ 34 gelua $F\varsigma$ 38 in masculinis nisi appellatiuus F 40 tanaquil uxor tarquini priscim in neutris F 41 Terentius] *Eunuch.* II 3, 24 agunt F

p. 1977. 78 P.

nomen est. m nominativus exiens: in masculinis nullum latinum est; in femininis Glycerium Phanium Dorcium Philocomasium; in neutris autem templum telum tectum et alia, quorum plurales faciles sunt; in communibus nullum exit in m; sic et in epicoenis. nunc tractemus de semivocali n: n littera terminatus nominativus a masculinis flamen pecten lien, quod est splen; a femininis Siren, plurali Sirenes; a neutris carmen germen gramen et cetera talia, quae postea in regula generis neutri tractabimus; a communibus nominativus exiens in n, tubicen tibicen fidicen cornicen liticen [qui lituis canit]; ab epicoenis oscen [id est avis quae tradit augurium] attagen. nunc de semivocali r *tractemus:* r littera terminatus nominativus a masculinis, ut Caesar iubar Arar Nar victor tutor sopor maeror et alia, quae facilia sunt tam in appellativis quam in propriis; a femininis arbor soror; a neutris marmor aequor et alia; a communibus pauper acer alacer memor auctor; ab epicoenis passer accipiter anser. nunc de s littera semivocali tractemus: s littera terminatus nominativus a masculinis iustus doctus pius; a femininis dos sors mors et talia; a neutris vulnus pectus pecus et cetera, quae mox regulariter tractabimus; a communibus sacerdos inpos conpos similis nobilis agilis; ab omni genere, ut nugas et cetera: de his mox uberius tractabimus: ab epicoenis tigris mus lepus et cetera. nunc de semi|vocali littera x *tractemus:* nominativus in x littera a masculinis vertex cortex pumex, a propriis Pollux; a femininis nex prex fex pax fax et alia; a neutris nullum nomen, nisi omni generi iungatur, ut felix. remanent duae mutae litterae, c t. nominativus exiens in c litteram tenet masculinum, ut allec, tenet neutrum, ut lac. t littera exiens nominativus tenet genus neutrum, ut caput sinciput semicaput.

Nomina generis neutri in um syllabam exeuntia, templum, et declinatur hoc templum huius templi huic templo hoc templum o templum ab hoc templo haec templa horum templorum his templis haec templa o templa ab his templis. simili declinatione et haec omnia procurrunt, ut telum tectum scamnum bellum monstrum portentum oppidum carpentum venenum damnum bonum malum magnum pessimum parvum frumentum medicamentum membrum forum metrum porrum tignum plaustrum claustrum instrumentum olivetum vinetum palmetum quercetum esculetum lauretum argumentum sacrum testamentum iugerum vinum, sed in numero tantum singulari (vina enim poetae dixerunt et Cicero rarius); sic oleum| hordeum triticum ferrum viscum aurum argentum plumbum stagnum vitrum electrum et talia, quae ad pondus veniunt vel mensuram. ex ipsa sunt forma generis neutri quae in ium exeunt; sed haec in genitivo per duo ii scribuntur, ut hoc ingenium huius ingenii. sic impe-

---

2 panium *F* pilocomasium *F* 5 flumen uel pecten *F* 6 a femininis tuen pluralis rienes *F* 7 cetera talia quae post regulas ς cetera quae talia post regulas *F* 9 cornicen liticen quin lituis dicet *F* lyricen cornicen qui in lituis canit ς. id est ab his quae tradunt augurium attagen ς id est ab his quae orabat augurium et adtegem *F* 10 de semiuocali r (r r ς) littera *F*ς 21 tractemus *om. F*ς 23 iungantur *F* mutae c t litterae nominatiuus *F*ς 24 in c littera *F*ς 25 exiens *om. F* 26 sinciput] sincaput *F* 27 declinantur nominatino singulari hoc templum geñ huius templi *etc. F*ς. *notas casuum et numerorum et in hoc et in reliquis exemplis declinationum additas omisi* 32 parvum] prauum *F* 33 porrum *Putschius* portum *F*ς 35 sed nunc tantum in singulari ς 36 et cicerarius (*corr.* et cicero) sic *F* et cicera (*in marg.* al. sicera) sic ς: *Cic. in Verr. act. sec.* I 36, 91. *cf. infra p.* 1990, *Pompei. p.* 177, 32

p. 1978—80 P.

rium imperii, scrinium scrinii, Capitolium Capitolii, tentorium tentorii, armarium armarii [solarium solarii, armentarium armentarii ubi armenta ponuntur], spatium spatii, sacrarium sacrarii [locus in quo sacra ponuntur]; sic horarium horarii, solarium solarii, tectorium tectorii [tentorium tentorii, id est tabernaculum militum], viridarium viridarii, pomerium pomerii [locus post muros], sacrificium sacrificii, folium folii, solium solii, testimonium testimonii; sic rosarium rosarii, aviarium aviarii [locus vel sedes avium], augurium augurii, auspicium auspicii, exitium | exitii, exilium exilii, prodigium prodigii, auxilium auxilii, praesidium praesidii, atrium atrii, aucupium aucupii, adiutorium adiutorii, mancipium mancipii, dolium dolii. est et alia forma generis neutri, quae per us exit, ut hoc pecus huius pecoris huic pecori hoc pecus o pecus ab hoc pecore haec pecora horum pecorum his pecoribus haec pecora o pecora ab his pecoribus. ad hanc formulam declinabimus ulcus ulcera, facinus facinora, vellus vellera, viscus viscera, rus rura, ius iura, nemus nemora, tergus tergora, pectus pectora, genus genera, pondus pondera, corpus corpora, decus decora, funus funera, fenus fenera, olus olera, litus litora, opus opera, rudus rudera, tus tura, tempus tempora, foedus foedera, stercus stercora, onus onera, latus latera. est alia species generis neutri, quae continet nomina in ur exeuntia, ut hoc murmur huius murmoris huic murmori hoc murmur o murmur ab hoc murmore haec murmora horum murmorum his murmoribus haec murmora o murmora ab his murmoribus. ad hanc formulam similia declinabis, ut ebur ebora, femur femora, sulphur sulphora, fulgur fulgora. sed ex hac formula non multa inveniuntur, quo modo pauca sunt generis neutri, quae in or exeunt, ut marmor huius marmoris huic marmori hoc marmor o marmor ab hoc marmore. sic aequor aequora, cor corda. alia species generis neutri, quae continet nomina in ar syllabam exeuntia, ut far huius farris huic farri hoc far o far ab hoc farre; in plurali tres casus habet solos nominativum haec farra, accusativum similiter haec farra, vocativum o farra. non habet ergo genitivum dativum et ablativum. | unde triptota dicuntur in plurali, id est trium casuum, ut sunt iura: non dicimus horum iurum his iuribus, nec aerum aeribus, nec mellorum mellibus, et alia pauca: nec enim multa sunt. hanc ergo formam numero tantum singulari declinabis. et hoc nectar nectaris, lasar lasaris et instar, quod est similitudo [sed tres casus habent, nominativum accusativum et vocativum], et sunt numeri tantum singularis. alia species generis neutri, quae continet nomina in er exeuntia, sed numeri tantum singularis, hoc piper huius piperis huic piperi hoc piper o piper ab hoc pipere. ad hanc formam

---

2 solarium solarii tectorium tectorii armentarium marmentarii (armamentarium armamentarii *Putschius*) spacium ς *Putschius* 3 locus in quo sacra ponuntur *om.* ς 4 horarium horarii *Putschius* orarium orarii *F*ς solarium solarii *corr.* salarium salarii *F* salarium salarii ς tectorium — militum *om.* ς 6 locus post muros *om.* ς 7 locus vel sedes avium *om.* ς 8 agurium agurii *F* 17 funus funera] zunus zunera *F* 18 foedera id est pacta *F* 20 huius murmuris *et sic in reliquis* ς 28 nomina] nominatiuo *F* 33 nec aera aerum aeribus adaeramentum nec *F* 34 multa sunt. haec nomina in um ponunt. est enim morum farrum in genitiuo dicere in dat. his farribus et in abl. ab his farribus. hanc *F* multa sunt. sic nec horum farrum in genitiuo possumus dicere aut in datiuo his farribus. hanc ς 34 declinabis nectar ς 35 lassar (*corr.* lasar) lassaris *F* lasser lasseris ς laser laseris *Putschius*: *cf. fragm. Bob. de nom. p.* 131 *ed. Vind.* 36 sed habet tres casus tantum nom. acc. et uoc. et est numeri ς et *om. F*

p. 1980. 81 P.

declinabis numero tantum singulari ver, hoc ver huius veris huic veri hoc ver o ver ab hoc vere: sic declinabis et siler, genus virgulti, quod ait Virgilius, 'ut molle siler'. similiter declinabis et iuger; sed habet pluralem, ut iuger iugera secundum antiquos, qui dixerunt horum iugerum: uber ubera, tuber tubera. et haec, ut dixi, paucorum nominum sunt. alia species per os, ut ipsum os ora: inde osculum. sed hoc producimus, aliud corripimus, a quo sunt ossa: declinatur hoc os huius ossis huic ossi hoc os o os ab hoc osse haec ossa horum ossuum his ossibus haec ossa o ossa ab his ossibus. alia species generis neutri, quae continet nomina in e exeuntia, ut monile, quod est ornamentum ex gemmis, hoc monile huius monilis huic monili hoc monile o monile ab hoc monili haec monilia horum monilium his monilibus haec monilia o monilia ab his monilibus. similiter declinabis sedile sedilia, praesepe praesepia, torale toralia, ducale ducalia, molle mollia, grave gravia, vile vilia, mite mitia, suave suavia, vitale vitalia, morale moralia, lene lenia, leve levia, ancile ancilia, quod est genus scuti, de quo Virgilius 'laevaque ancile gerebat', facile facilia, | nobile nobilia, agile agilia, mare maria: sed pluraliter tres casus habet tantum, nominativum accusativum et vocativum, genitivum dativum et ablativum non habet: non enim dicimus in genitivo horum marium aut in dativo his maribus aut in ablativo ab his maribus. sic et alia declinabis huic formae similia. huius regulae ablativus in i litteram exit, non in e, quia genus neutrum numquam habet quattuor casus similes, ut faciat in nominativo hoc monile et in accusativo hoc monile et in vocativo o monile et in ablativo ab hoc monile, sed ab hoc monili. inde Virgilius 'instrato saxa cubili', ab hoc cubili: sic et 'sacra mari colitur', item 'hortatur pater ire mari', item 'tenui de vimine', item 'crudeli vulnere', item 'letali vulnere', item 'dulci ex ore recuset'; et cum dicimus 'nobili genere natus', non nobile. sic ergo observabis in nomine neutro quod exit nominativo singulari in e, ut ablativum in i mittat regula perpetua. alia species generis neutri, quae continet nomina in al exeuntia, ut animal, hoc animal huius animalis huic animali hoc animal o animal ab hoc animali haec animalia horum animalium his animalibus haec animalia o animalia ab his animalibus. ad hanc formam declinabis tribunal tribunalia, Lupercal Lupercalia, quae sunt sacra illius genii qui Pan vocatur; unde et Virgilius de ipso loco 'et gelida monstrat sub rupe Lupercal'. alia species generis neutri, quae continet nomina in el exeuntia, ut mel, hoc mel huius mellis huic melli hoc mel o mel ab hoc melle. sic declinabis fel, hoc fel huius fellis huic felli hoc fel o

---

1 gen. huius uerris dat huic uerri — ab hoc uerre *F* 2 sic declinabis hoc siler ut ait virgilius molle ς: *Verg. georg.* II 12 4 qui non dixerunt iugerum *F* qui dixerunt iugerum ς: *cf. Don. p.* 378, 34 *Serv. p.* 434, 22 *Pomp. p.* 193, 22 7 ab eo quod sunt ossa *F* declinantur *F* 8 horum ossuum *corr.* horum ossium *F* horum ossium ς 10 quod — gemmis *om.* ς 13 praesepe] praese *F* 14 torale toralia] collare collaria ς 16 quod est genus scuti *om.* ς laevaque] *Verg. Aen.* VII 188 19 et ablatiuum nec enim in genitiuo *F* 21 huius] huic *F*ς 22 in i littera *F* in i ς 25 monili gen. neutrum non habet quattuor casus similes inde *F* instrato] *Verg. georg.* III 230 26 sacra] *Verg. Aen.* III 73 hortatur] *Verg. Aen.* III 144 27 item in tenui *F*ς: *Verg. georg.* III 166 crudeli] *Verg. Aen.* II 561 28 letali] *Verg. Aen.* VIIII 580 dulci] *Verg. Aen.* XII 802 dulci tristes ex ore recursent ex] et ς recuset] coruscent *Putschius* 29 obseruaris *F* 31 continet *om. F* 35 genii] genus *F* 36 et zelide *F*: *Verg. Aen.* VIII 343

fel ab hoc felle. sed in plurali numero per tres casus currit, nominativum accusativum et vocativum. alia species generis neutri, quae continet nomina in en syllabam exeuntia, hoc crimen huius criminis huic crimini hoc crimen o crimen ab hoc crimine haec crimina horum criminum his criminibus haec crimina o crimina ab his criminibus. ad hanc regulam similia declinabis, carmen carminis, numen numinis, flamen flaminis, agmen agminis, acumen acuminis, gramen graminis, flumen fluminis, stamen staminis, lumen luminis, semen seminis, liquamen liquaminis, fulmen fulminis, rumen ruminis, bitumen bituminis, gluten glutinis, legumen leguminis, fundamen fundaminis, tegimen tegiminis, munimen muniminis, levamen levaminis, specimen speciminis; sed pluralem non admittit: item subtegumen subteguminis. alia species generis neutri aptota, id est indeclinabilis, ut genu, hoc genu huius genu huic genu hoc genu o genu ab hoc genu haec genua horum genuum his genibus haec genua o genua ab his genibus. ad hanc formam declinabis et cornu, ut supra diximus, cornu cornua, veru verua, quae sunt virgae ferreae laniorum, de quibus Virgilius 'veribusque trementia figunt', tonitru tonitrua. sed talium nominum declinatio perrara invenitur. alia species generis neutri, de qua supra tractavimus, quae exit in quattuor nomina duarum mutarum, c et t, ut caput sinciput et lac et allec; sed haec duo pluralem numerum non admittunt. exit item genus neutrum in a, sed in graecis nominibus, ut thema themata, toreuma toreumata, schema schemata, emblema emblemata, theorema theoremata, boethema boethemata et alia. item meminerimus singulas litteras tam in graecis quam in latinis generis esse neutri. dicimus enim unum alfa, unum beta, unum gamma; sic et alias litteras: pluraliter duo alfa, duo beta, duo gamma; sic | tria alfa, tria beta, tria gamma. inde est illud, *τρία κάππα κάκιστα*, id est tria cappa pessima, de Cornelio Sylla, de Cornelio Cinna, de Cornelio Lentulo. hi enim per tres litteras designati sunt in libris Sibyllinis. est et unum nomen generis neutri in a, ut flumen Turia, ut supra diximus.

Genus commune exit per a, ut advena: declinatur hic et haec advena huius advenae huic advenae hunc et hanc advenam o advena ab hoc et ab hac advena hi et hae advenae horum et harum advenarum his advenis hos et has advenas o advenae ab his advenis. ad hanc formulam declinabis Troiugena indigena incola agricola convena caelicola sacricola publicola terricola urbicola plebicola Numida Dalmata ruricola lucifuga Persa Romulida et cetera. in nominativo e et i non habet genus commune, id est non exit in e nec in i, sed in o, ut latro: hic et haec

---

1 sed plurali numero non nisi per tres ς 8 stamen staminis] stramen straminis ς 9 rumen ruminis. rumen est quidam sinus in gula certorum animalium a quo seruant cybos postea masandos. unde ruminare dicimus bitumen *F* 11 specimiuis id est indicio sed pluralem non admittunt *F* 12 subtegimen subtegiminis ς 16 ferrae *F* 17 uerubusque ς: *Verg. Aen.* I 212 22 thema themata thoreuma thoreumata quae sunt uasa atorono (*l.* torno) facta schema schemata id est figura emblema emblemata id est in uasis argenteis quaerentia (*l.* haerentia) theorema theumarata (*corr.* theoremata) id est spectamenta alĳquarum quaestionum considerationes signa signamata boethema boethemata (*corr.* boema boemata) id est adiutoria et alia *F* 26 aliae litterae *corr.* alias litteras *F* aliae litterae ς 27 inde] id *F* *τρία κάππα κάκιστα*] tria cappa cacirca *F*, *lacuna in* ς 29 per *om. F* 36 sacricola] sagricola *F* 37 orbicola *F*ς plebicula nummida *F* ruricula *F* 38 romolda *F* 39 id est — in i *om.* ς

p. 1983—85 P.

latro huius latronis huic latroni hunc et hanc latronem o latro ab hoc et ab hac latrone hi et hae latrones horum et harum latronum his latronibus hos et has latrones o latrones ab his latronibus. ad hanc formulam declinabis homo ganeo degulo caupo fullo nemo helluo, qui et glutto, et talia. per u autem nullum habet in nominativo. ergo exit commune per es syllabam, ut comes, hic et haec comes huius comitis huic comiti hunc et hanc comitem o comes ab hoc et ab hac comite hi et hae comites horum et harum comitum his comitibus hos et has comites o comites ab his comitibus. ad hanc formulam declinantur sospes locuples hospes, licet hospitam dixerit Virgilius, 'hospita tellus'. miles veles [id est levis armaturae miles] interpres ales praepes praes [id est fideiiussor] satelles deses praeses dives Caeres caeles [caelites qui iter sibi faciunt ad caelum] indiges indigetis et cetera. exit in is, ut similis, hic et haec similis huius similis huic simili | hunc et hanc similem o similis ab hoc et ab hac simili hi et hae similes horum et harum similium his similibus hos et has similes o similes ab his similibus. ad hanc formam declinantur agilis facilis fragilis viridis nobilis mobilis dulcis humilis mitis lenis levis mollis civis testis hostis tristis fortis suavis frugalis crudelis inanis gracilis inmanis et cetera. exit per os, ut sacerdos, hic et haec sacerdos huius sacerdotis huic sacerdoti hunc et hanc sacerdotem o sacerdos ab hoc et ab hac sacerdote hi et hae sacerdotes horum et harum sacerdotum his sacerdotibus hos et has sacerdotes o sacerdotes ab his sacerdotibus. ad hanc formam declinantur custos inpos conpos nepos. exit per us, ut sus, hic et haec sus huius suis huic sui hunc et hanc suem o sus ab hoc et ab hac sue hi et hae sues horum et harum suum his subus hos et has sues o sues ab his subus. exit per er, ut pauper, hic et haec pauper huius pauperis huic pauperi hunc et hanc pauperem o pauper ab hoc et ab hac paupere hi et hae pauperes horum et harum pauperum his pauperibus hos et has pauperes o pauperes ab his pauperibus. ad hanc formam declinantur acer alacer [id est laetus]. exit commune in ex, ut opifex, hic et haec opifex huius opificis huic opifici hunc et hanc opificem o opifex ab hoc et ab hac opifice hi et hae opifices horum et harum opificum his opificibus hos et has opifices o opifices ab his opificibus. ad hanc formam declinabis artifex aurifex iudex carnifex index vindex auspex haruspex signifex et alia. exit genus commune in eps, ut princeps: declinatur sic, hic et haec princeps huius principis huic principi hunc et hanc principem o princeps ab hoc et ab hac principe | hi et hae principes horum et harum principum his principibus hos et has principes o principes his principibus. sic declinantur manceps particeps municeps. anceps autem et biceps et triceps et quadriceps multiceps praeceps, haec sex nomina genetivum singularem contra regulam superiorem in tis syllabam mittunt, non in pis, ut anceps ancipitis, biceps bicipitis, triceps tricipitis, quadriceps quadricipitis, multi-

---

4 elluo *F* gluto ς 9 declinatur *F* declinabis similia ut ς 10 licet hospitem *F* hospita] *Verg. Aen.* III 539 bellum, o terra hospita portas miles uel heres id est leuis armator emilies *F* 11 praepes id est fideiiussor et cetera *F. ea quae hoc loco omissa sunt in F addita sunt infra p.* 503, 8 12 Caeres] heres *Putschius* 23 nepos qui est patrimoniae consumptor exit per hus *F* 26 his subus quomodo et subibus *F* his suibus ς ab his suibus ς 30 declinantur ut acer *F* declinantur et alia ut acer ς 35 haruspex] auruspex *F* signifex quod signa facit et alia *F* 38 principium *corr.* principum *F*

p. 1985. 86 P.

ceps multicipitis, praeceps praecipitis. sed ideo in tis syllabam exeunt, non in pis, ut principis mancipis, quia a capitis significatione veniunt, illa autem superiora a capiendi significatione. princeps enim dictus est, quod primus capiat, et manceps, quod manu capiat; anceps autem dictus, quod dubii capitis sit vel inclinati capitis in utramque partem. exit genus commune et in iux syllabam, ut coniux, hic et haec coniux. exit et in ux, ut hic et haec dux redux. exit in ops, quod quidem in omne genus redibit. exit et in ebs, ut caelebs [caelebs dicitur qui non habet uxorem vel quae non habet maritum; qualia sunt numina in caelo, quae absque coniuge sunt, si ad poetas non attendamus], hic et haec caelebs huius caelibis huic caelibi hunc et hanc caelibem o caelebs ab hoc et ab hac caelibe hi et hae caelibes horum et harum caelibum his caelibibus hos et has caelibes o caelibes ab his caelibibus. exit et in yx,ut Phryx, hic et haec Phryx huius Phrygis huic Phrygi hunc et hanc Phrygem o Phryx ab hoc et ab hac Phryge hi et hae Phryges horum et harum Phrygum his Phrygibus hos et has Phryges o Phryges ab his Phrygibus. exit et in us, ut Ligus [similiter ut Phryx locale nomen est], hic et haec Ligus huius Liguris huic Liguri hunc et hanc Ligurem o Ligus ab hoc et ab hac Ligure hi et hae Ligures horum et harum Ligu|rum his Liguribus hos et has Ligures o Ligures ab his Liguribus. exit genus commune et in il, ut vigil, hic et haec vigil huius vigilis huic vigili hunc et hanc vigilem o vigil ab hoc et ab hac vigili hi et hae vigiles horum et harum vigilium his vigilibus hos et has vigiles o vigiles ab his vigilibus. ad hanc regulam declinabis hic et haec pugil. exit et in ul, ut exul, hic et haec exul huius exulis huic exuli hunc et hanc exulem o exul ab hoc et ab hac exule hi et hae exules horum et harum exulum his exulibus hos et has exules o exules ab his exulibus. ad hanc formam declinabis praesulem, hic et haec praesul [quod modo masculinum est consul]. exit et in ur, ut fur, hic et haec fur huius furis huic furi hunc et hanc furem o fur ab hoc et ab hac fure, hi et hae fures horum et harum furum his furibus hos et has fures o fures ab his furibus. ad hanc formam declinabis augurem, hic et haec augur. exit genus commune in or, ut maior memor. sed memor, si talis regula est, non admittit genus neutrum in us, quo modo maior admittit in neutro, ut maius: hic et haec memor huius memoris huic memori hunc et hanc memorem o memor ab hoc et ab hac memori hi et hae memores horum et harum memorum his memoribus hos et has memores o memores ab his memoribus. admittit et neutrum, sed non in regulam generis omnis, ut hoc memor, unde et Virgilius

tum siquod non aequo foedere amantis
curae numen habet, iustumque memorque precatur;

pluralem non admittit. inde non est generis omnis: neque enim dicimus

---

2 significatione non ueniunt *F* 6 iunx *et* coniunx ς 8 redibunt exit et in es ut satelles — ab his satellitibus. ad hanc formam similia declinabis hospes deses praeses ales dives miles ceres ueles uellites qui sunt leuis armaturae milites celes celites qui iter faciunt ad caelum sic indiges indigetis. exit et in eps ut caeleps *F* 9 vel quae] uel qui *F* quae *om. F* 10 adpetas non *F* agapetas non ς agapetas *Putschius* 15 Phryge] phrigi *F* 22 ab hac uigile ς 23 uigilum ς 27 praesulem] praesule *F* 28 quoniam masculinum est ut consul ς 33 si alia regula est *F* ς 35 ab hac memore ς 38 hoc memor] haec memores *F* 39 tum sit quod non equos edere amentes cure nomen *F*: *Verg. Aen.* IIII 520 amantes ς

p. 1986—88 P.

memora vel memoria numina. similiter declinabis auctorem, hic et haec auctor, ut ait Iuno 'auctor ego audendi', hi et hae auctores.

Item de genere omni. exit genus omne in ax, in ex, in ix, in ox, in ux, in ans, in ens, in ons, in ar, in ers, in ors, in us, in es, in am. in ax, ut hic et haec et hoc pertinax huius | pertinacis huic pertinaci hunc et hanc pertinacem et hoc pertinax o pertinax ab hoc et ab hac et ab hoc pertinaci hi et hae pertinaces et haec pertinacia horum et harum et horum pertinacium his pertinacibus hos et has pertinaces et haec pertinacia o pertinaces et o pertinacia ab his pertinacibus. ad hanc formam declinabuntur efficax tenax pervicax dicax sequax rapax mordax capax furax emax fallax mendax nugax vivax. haec omnia ablativum singularem in i litteram mittunt. exit item genus omne in ex secundum ordinem regularum supra ordinatarum, ut simplex, hic et haec et hoc simplex huius simplicis huic simplici hunc et hanc simplicem et hoc simplex o simplex ab hoc et ab hac et ab hoc simplici hi et hae simplices et haec simplicia horum et harum et horum simplicium his simplicibus hos et has simplices et haec simplicia o simplices et o simplicia ab his simplicibus. ad hanc formam declinantur duplex triplex quadruplex quinquiplex sexuplex: septuplex exclusum est, quia septimplex latinum est, quod declinatur ut superius. ex regula ix felix, quod declinatur hic et haec et hoc felix huius felicis huic felici hunc et hanc felicem et hoc felix o felix ab hoc et ab hac et ab hoc felici (ex sono generis neutri; a propriis nominibus in e exit, ab hoc Felice, et generis est masculini) hi et hae felices et haec felicia horum et harum et horum felicium his felicibus hos et has felices et haec felicia o felices et o felicia ab his felicibus. ad hanc regulam declinatur pernix, quod significat velocem. ex regula ox, ut ferox; declinatur sic, hic et haec et hoc ferox huius ferocis huic feroci hunc et hanc ferocem et hoc ferox o ferox ab hoc et ab hac et ab hoc feroce (ex sono generis masculini et feminini) hi et hae feroces et haec ferocia horum et harum et horum ferocium his ferocibus hos et has feroces et haec | ferocia o feroces et o ferocia ab his ferocibus. ad hanc formam declinabitur atrox velox. ex regula ux unum nomen est trux, hic et haec et hoc trux huius trucis huic truci hunc et hanc trucem et hoc trux o trux ab hoc et ab hac et ab hoc truci (a sono generis neutri) hi et hae truces et haec trucia horum et harum et horum trucium (a sono generis neutri) his trucibus hos et has truces et haec trucia o truces et o trucia ab his trucibus. ex regula ans, ut praestans hic et haec et hoc praestans huius praestantis huic praestanti hunc et hanc praestantem et hoc praestans o praestans ab hoc et ab hac et ab hoc praestanti (ex sono generis neutri) hi et hae praestantes et haec praestantia horum et harum et horum praestantium (a sono generis neutri) his praestantibus hos et has praestantes et haec praestantia o praestantes et o praestantia ab his praestantibus. ad hanc formam declinantur amans clamans cantans luctans constans prostans regnans pugnans

---

1 nomina *F* 2 ait *Putschius* at *Fς*: *Verg. Aen.* XII' 159 audiendi *F* 4 in ux ans ens ons ars ers ors am us es. in ax *F* in ux ans ens ars ers ors in us es. in ax ς 11 ablatiuum singularem et alia in i mittunt ς ablatiuo singulari et in alia in i mittunt *F* 18 quinquiplex sexuplex exclusum ẽ quia septimplex *F* quintuplex sextuplex exclusum est et quia septemplex ς quintuplex sextuplex septuplex excluso m quia et septemplex *Putschius* 22 ex sono — masculini *hoc loco om. F* 25 felicibus sono generis neũi a propriis nominibus in e exit ab hoc felici et generis est masculini ad *F* 32 ut trux id est asper *F* 43 prostans] prestans *F*

p. 1988—90 P.

mirans minans miserans aestuans versans et alia. ex regula ens, ut amens, hic et haec et hoc amens huius amentis huic amenti hunc et hanc amentem et hoc amens o amens ab hoc et ab hac et ab hoc amenti (a sono generis neutri similiter) hi et hae amentes et haec amentia horum et harum et horum amentium (a sono generis neutri) his amentibus hos et has amentes et haec amentia o amentes et o amentia ab his amentibus. ad hanc formam declinantur demens potens inpotens praepotens prudens inprudens pudens inpudens frequens infrequens sedens haerens moriens merens tenens egens ferens cedens saeviens serviens sapiens insipiens decipiens et talia. ex regula ons, ut sons, hic et haec sons huius sontis huic sonti hunc et hanc sontem et hoc sons o sons ab hoc et ab hac et ab hoc sonti (a sono generis neutri) hi et hae sontes et haec sontia horum et harum et horum sontium (a sono generis neutri) his sontibus hos et has sontes et haec sontia | o sontes et o sontia ab his sontibus. ad hanc regulam declinatur insons [id est innocens]. haec duo tantum sunt generis omnis. ex regula ar, ut par, hic et haec et hoc par huius paris huic pari hunc et hanc parem et hoc par o par ab hoc et ab hac et ab hoc pari (a sono generis neutri) hi et hae pares et haec paria horum et harum et horum parium his paribus hos et has pares et haec paria o pares et o paria ab his paribus. ad hanc formam declinantur inpar et suppar, quae sola tria sunt generis omnis. ex regula ers, ut iners, hic et haec et hoc iners huius inertis huic inerti hunc et hanc inertem et hoc iners o iners ab hoc et ab hac et ab hoc inerti hi et hae inertes et haec inertia horum et harum et horum inertium his inertibus hos et has inertes et haec inertia o inertes et o inertia ab his inertibus. ex regula ors, ut vecors, hic et haec et hoc vecors huius vecordis huic vecordi hunc et hanc vecordem et hoc vecors o vecors ab hoc et ab hac et ab hoc vecordi (a genere neutro) hi et hae vecordes et haec vecordia horum et harum et horum vecordium his vecordibus hos et has vecordes et haec vecordia o vecordes et o vecordia ab his vecordibus. ad hanc regulam declinantur excors concors discors consors dissors. sed haec duo, id est consors et dissors, in genitivo singulari tis syllabam habent, ut consortis dissortis. dissors autem dicitur dissimilis sortis. ex regula us, ut vetus: declinatur sic, hic et haec et hoc vetus huius veteris huic veteri hunc et hanc veterem et hoc vetus o vetus ab hoc et ab hac et ab hoc veteri (a sono generis neutri), hi et hae veteres et haec vetera horum et harum et horum veterum his veteribus hos et has veteres et haec vetera o veteres et o vetera ab his veteribus. hoc solum nomen est generis omnis. *ex regula* es, ut teres [quod est rotundum]: declinatur hic et haec et hoc teres [teres dictum a terendo]. ex regula am, nequam: aptoton est: uno enim sono de|clinatur *per* omnes casus per omnia genera.

De genere epicoeno. est autem genus epicoenon, quo sub uno arti-

---

7 declinatur ut haec demens *F* praepotens] prepotens *F* 9 saeviens] seuuens *F* 10 ut sons quod significat nocens *F* 21 sola tria] solitiria *F* 31 discors consors dissors sed haec *Putschius* discors dissors sed haec ς dscors sed et haec *F* 33 autem] enim *F* 38 nomen generis omnis es *F* nomen in us est generis omnis es ς 40 ex regula aũ aptoton est *F* ex regula autem apfota est nequam ς 41 declinatur (declinantur ς) omnes casus per omnia genera *addita declinatione v.* nequam *F*ς 43 De genere epicoeno *om. F* De nominibus generis epiceni et differentia eiusdem generis a communi ς quo] quod *F*ς

culo intellegitur uterque sexus, ut puta hic passer: iam sub hoc articulo qui sonat hic illic est et femina. declinatur hic passer huius passeris huic passeri hunc passerem o passer ab hoc passere hi passeres horum passerum his passeribus hos passeres o passeres ab his passeribus. sic et haec aquila: sub uno articulo qui sonat haec ibi et masculum intellegimus. sic et haec tigris, sub quo sono intellegitur et masculus; sic et haec hirundo, ibi intellegis et masculum; sic hic struthio, ibi intellegis et feminam; sic sorix stelio musca. ergo hoc interest inter genus commune et epicoenon [deinde alia differentia, quia in genere communi et homines sunt et pecora, in epicoeno pecora tantum], quod in genere communi ambo articuli sunt, id est hic et haec, ut hic et haec canis; epicoenon autem cum articulo uno communicat masculum et feminam, ut cum dico hic passer, sub ipso articulo qui sonat hic intellegitur et femina. sic in nomine generis neutri, quod est hoc pecus, sub articulo qui sonat hoc intellegitur et femina, ut Virgilius ait 'lenta salix feto pecori'; et in pecore, licet sit genus neutrum, auditur illic et genus feminum, cum dixit 'feto pecori', id est gravido.

Nunc dicendum de nominibus quae aut numeri sunt tantum singularis aut numeri tantum pluralis. *in masculino tantum pluralia*, ut cancelli manes penates: in feminino tantum pluralia, ut thermae exequiae insidiae divitiae nundinae kalendae; item in nominibus civitatum, Amyclae Thenae Athenae Syracusae Thebae Tuburnae Saldae Abiturae Macomades Cales Carrae Asirae Lares Furnitum, quae loca tunos dicuntur, et alia similia: in neutro tantum singularia, ut aurum argentum plumbum stagnum piper triticum oleum vinum, quamquam Virgilius vina et Cicero rarius, hordeum, poetica licentia dedit plurali, ut 'serite hordea campis': in neutro tantum pluralia castra moenia arma exta [id est viscera] Bactra [quae est civitas Parthiae]; ergo et haec civitas generis neutri est numero tantum plurali.

Sane sunt nomina sub duplici enuntiatione, ut tribunus militum, praefectus urbis, praefectus fundis, praefectus annonae, praefectus vigilibus, plebis scitum, senatus consultum. quorum nominum una pars declinatur, altera non declinatur, ut puta praefectus vigilibus, nominativus ipse flectitur per casus, praefectus praefecti praefecto praefectum praefecte a praefecto; vigilibus sic manet nec flectitur: ut senatus con-

---

2 quo sonat *F*ς 5 sic] sed *F*ς quo sonat *F*ς 6 sic et trigis sub sono masculus *F* 7 ibi intellegitis *utroque loco F* 8 sorex stellio ς 9 deinde alia differentia *om.* ς 11 id est hic et haec cum nomine communicat ut hic *F*ς 12 epicenum autem cum articulo uno masculino communicat nomen femininum ut cum ς in epicoenon autem cum articulo uno communicat nomen femininum et cum *F* 14 sic in articulo generis neutri *F*ς 15 lenta] *Verg. bucol.* 3, 83 19 in masculino tantum pluralia *om. F*ς 21 item] id ē *F*, *om.* ς amicle teneat. tenes iracusae *F* 22 tuburnae ς tubenae *F:* oppidum Tuburnicense *Plinius n. h.* V 4, 29 abiturae ς habitudine *F. dici videtur* oppidum Abutucense *apud Plinium l. c.* 23 cales carreasi relares furnitum quae loca tunos (turnos ς) dicuntur *F*ς. Assuras *inter urbes Africae ponitur itin. Anton. p.* 47, 49, 51 *ed. Wess.*, Φουρνίτα πόλις Λιβύης *Steph. Byz. p.* 670, 15 *ed. Mein. pro corrupto v.* tunos *Putschius scripsit* Furnos 25 oleum hordeum uinum ς et] at ς rarius declinatur autem nominatiuus solus poetica licentia dedit plurali ut serite ordea campis et alia in neutro *F* rarius, poetica licentia dedit plurali ut serite bordea campis, declinatur autem nominatiuus solus, in neutro ς: *cf. supra p.* 498, 36. *ea quae interposita sunt de nominativi declinatione ad regulam nominum compositorum pertinere videntur* 26 serite] *Verg. georg.* I 210 31 vigilibus] uirgl' *F, item infra*

sultum, hoc consultum huius consulti huic consulto hoc consultum o consultum ab hoc consulto; senatus autem genitivus est, hic non flectitur.

De nomine, quantum rudi conveniebat, plenius exposuimus; nunc de pronomine est dicendum, quae est secunda pars de octo partibus orationis.

DE PRONOMINE

Ideo pronomen dicitur, quia vicem fungitur nominis, ut ille iste ipse. nam quo modo dicendo nomen explicamus personam, ut Virgilius, sic pronomina prope eiusdem potestatis sunt, cum tacito nomine dicimus 'hic fecit', 'iste fecit'. pronomina aut finita sunt aut infinita aut minus quam finita. finita sunt quae notant certam personam, ut ego; infinita, ut quis quisque quicumque quaecumque qui aliqui quae aliquae. minus quam finita sunt pronomina quae non sic definiunt personam, ut non egeant monstratore, quo modo dicimus ego: nam ipsum tu non plene finitum est, nisi in personam direxeris digitum. sic ergo haec minus quam finita dicenda sunt. habent enim quandam designationem, sed non plenae significationis, quo modo ego: ut puta pone esse turbam, tamen non sic significanter tu dicitur in turba, quo modo de turba cum unus dixerit ego; sed ut de multis unum significemus, quem quaerimus, aut nomen addimus aut digitum intendimus, ut appareat certius, quem vocemus. ergo tu ille et iste et alia, quae possunt ex parte aliqua definire personam, minus quam finita vocanda | sunt. prima persona tam in singulari numero quam in plurali, cum dicimus nos, non habet vocativum casum; quia nemo se vocat, o ego, o nos. ergo sic declinatur ego mei mihi me a me nos nostrum nobis nos a nobis: vocativum enim, ut dixi, non habet tam in singulari quam in plurali. sequitur declinatio secundae personae: tu tui tibi te o tu a te vos vestrum vobis vos o vos a vobis. sane prima persona et secunda, id est ego et tu, generis omnis est: nam et vir dicit ego et femina ego et mancipium ego; sic tu, et viro dicimus tu et feminae et mancipio. sic in plurali generis omnis est, ut nos vos. ex tertia persona haec est declinatio, masculino genere ille illius illi illum o ille ab illo illi illorum illis illos o illi ab illis, genere feminino illa illius illi illam o illa ab illa illae illarum illis illas o illae ab illis, genere neutro illud illius illi illud o illud ab illo illa illorum illis illa o illa ab illis. iste similiter et ipse ad formam superiorem declinabis tam ad genera quam etiam ad numeros. sane quaestio est in hoc pronomine, ipse, quare cum istud et illud in genere neutro dicimus, dicamus ipsum, ut ait Virgilius 'atque ipsum corpus amici', non dixit ipsud. sed haec quaestio solvitur hoc modo: antiqui enim magis ipsus dicebant in nominativo singulari generis masculini quam ipse. hanc antiquitatis rationem adtendentes artis scriptores pronomen hoc ad formam nominis transtulerunt; et quo modo in nomine iustus iusta iustum dicimus et perfectus perfecta perfectum, sic enuntiabitur et hoc pronomen ipsus ipsa ipsum, non ipsud, quo modo istud et illud.

---

7 nice ς 12 quaecumque] quemcumque quamcumque *F* 14 monstratorem *F* demonstratore ς 15 direxeris] duxeris *F*ς 17 sic tu significanter dicitur ς sic significantius dicitur *F* 22 prima persona dicitur ego tam *F*ς 26 sed sequitur *F*: sequitur — personae *om.* ς 36 ipse *om. F* 37 cum] quia *F* dicimus *om. F* 38 atque] *Verg. Aen.* I 486 39 ipsius *corr.* ipsus *F* 41 arte scriptores *F* transtulerunt ut quomodo *F*ς 43 ipsius ipsa ipsum non ipsius *F*

p. 1992—94 P.

Dicendum de infinitis: genere masculino qui cuius cui quem o qui a quo qui quorum quis vel quibus, ut Virgilius 'quis ante ora patrum', quos o qui a quibus | feminino genere quae cuius cui quam o quae a qua quae quarum quis quas o quae a quibus, genere neutro quod cuius cui quod o quod a quo quae quorum quis (sed iam secundum usum quibus dicimus) quae o quae a quibus. antiqui quis genere communi dixerunt, hic et haec quis, huius quis, huic qui, hunc et hanc quem, o quis, ab hoc et ab hac qui. inde venit ablativus exiens in bus, a quis autem ablativus pluralis ab ablativo venit qui exit in o, quo modo in regula nominum ablativus cum exierit in o, dativum pluralem in is mittit, ut a iusto iustis, a docto doctis, a perfecto perfectis, a fortunato fortunatis. ergo, ut superius dixi, antiqui hic et haec quis dixerunt, et quo modo in nominibus hic et haec similis, hic et haec agilis, hic et haec facilis, sic in pronominibus hic et haec quis, ab hoc et ab hac qui. inde Virgilius, cum de socia Camillae diceret, ait 'quicum partiri curas', id est cum qua partiri curas. item sunt alia infinita: uter, et declinatur uter utrius utri utrum o uter ab utro utri utrorum utris utros o utri ab utris. inde addita in conpositione que syllaba facit uterque et significat ambos; et tamen singulari sono est, sed significatione duali. nam cum dixit Virgilius

constitit in digitos extemplo arrectus uterque,

duo significati sunt, cum dixerit uterque; cum autem arrectus, noluit spectare pluralitatem, ut sit in plurali utrique. sed hoc interest, quia uterque, licet duo significet, tamen solos duo; utrique autem duo significat, sed sic ut in singulis multi sint: si dicam 'utrique exercitus', duo significo, sed sic in singulis turbam intellegi volo. haec quidem distincta sunt, sed iterum auctoritate confusa sunt. nam cum ait Virgilius 'super utraque quassat tempora', confudit: dicere enim debuit 'super utrumque tempus'. loquebatur enim de duobus temporibus tantum, cui utrumque | tempus sufficiebat, ut diceret 'super utrumque quassat tempus'. ergo ut declinavimus masculinum pronomen, sic femininum declinabimus, utra mulier, utrius mulieris, utri mulieri, utram mulierem, o utra mulier, ab utra muliere, utrae mulieres, utrarum mulierum, utris mulieribus, utras mulieres, o utrae mulieres, ab utris mulieribus; sic neutro utrum mancipium, utrius mancipii, utri mancipio, utrum mancipium, o utrum mancipium, ab utro mancipio, utra mancipia, utrorum mancipiorum, utris mancipiis, utra mancipia, o utra mancipia, ab utris mancipiis. sic declinamus eius contrarium, quod est neuter: masculino neuter, feminino neutra, neutro genere hoc neutrum mancipium. unde usus iam arripuit ut dicamus 'generis neutri', cum dicere debeamus generis neutrius, quo

---

1 dicendum de infinitis numero singulari nominativo qui *F* de declinatione infinitorum nominativo quis ς 2 quis ante oram patrum *F*: *Verg. Aen.* I 95 16 quicum] *Verg. Aen.* XI 822 17 infinita quas uter *adscr. in marg.* interrog̃ *F* infinita quae interrogativa ς 18 Inde dicta conpositio quae syllaba *F* 19 et tamen in singulari *F* 21 constitit] *Verg. Aen.* V 426 extimplo *F* uterque rectus duo *F* 22 noluit (noluit *F*) expectari *F*ς 23 ut sit plurali in utrique *F* 24 solus *F* solum ς 25 sint] s̃ *F* si dicas *F*ς 26 sed sic̄ in *F* 27 super] *Verg. Aen.* V 855 28 quassa *F* 29 cui utraque temporibus sufficiebat ac̄c̄ ut diceret utrum quassat temporibus (*corr.* tempus) *F* cui utrumque tempus sufficiebat accusatiuus ut diceret utrumque suum tempus ς 33 utrarum] utrum *F* 40 debeamus neutrius quo modo ς debeamus genere quo modo *F*

modo utrius. addita que syllaba declinatur pronomen ipsum ad regulam supra dictam, in masculinis uterque, in femininis utraque, in neutris utrumque; sic pluraliter in masculinis utrique, in femininis utraeque, in neutris utraque mancipia. est et aliud pronomen, ullus ullius ulli ullum o ullus ab ullo ulli ullorum ullis ullos o ulli ab ullis, femininum ulla ullius ulli ullam o ulla ab ulla ullae ullarum ullis ullas o ullae ab ullis, neutrum ullum ullius ulli ullum o ullum ab ullo ulla ullorum ullis ulla o ulla ab ullis. ad hanc formam declinabis et nullus nulla nullum, sic et alius huius alius huic alii, sic alter huius alterius huic alteri, sic totus huius totius huic toti, sic solus huius solius huic soli, sic unus huius unius huic uni, unde Virgilius

huic uni forsan potui succumbere culpae.

sunt et qualitatis pronomina, hic et haec qualis huius qualis genere communi; a genere autem neutro hoc quale huius qualis haec qualia horum qualium. sunt et quantitatis, | ut quantus tantus quanti tanti, declinantur ut iustus iusti; a feminino quanta tanta, declinantur ut iusta; a neutro quantum tantum, declinantur ut iustum. item pronomen a masculino quotus totus, a feminino quota tota, a neutro quotum totum, pluraliter a masculino quoti toti, a feminino quotae totae, a neutro quota iugera, quotorum iugerorum. sunt relativa, quae ad interrogantem referuntur, ut 'quis est?', respondetur 'is est', et declinatur a masculino is eius ei eum o is ab eo ei eorum eis eos o ei ab eis, a feminino ea eius ei eam o ea ab ea, a neutro id eius ei id o id ab eo. ergo cum loquimur de itinere, 'per id iter' dicendum est, non 'per eum iter', quia eum in accusativo casu masculini generis est; pl. ea itinera, eorum itinerum, eis itineribus, ea itinera, o ea itinera, ab eis itineribus; item per id templum, per id monstrum, per id tectum, per id caput, non per eum, nisi in genere masculino tantum.

DE VERBO

Verba quattuor modis accipimus: primo modo, cum verba pro fallaciis accipimus, cum dicimus 'verba illi dedit', fefellit eum, unde et Terentius dixit 'cui verba dare difficile est'; secundo modo verba pro oratione dicimus, 'verba fecisse Ciceronem in curia'; tertio modo verba dicimus pro sententiis vulgaribus, quae proverbia dicuntur, ut Terentius dixit

verum illud verbum vulgo est quod dici solet;

quarto modo verba dicimus haec quae percurrimus cum temporibus et personis, ut clamo clamas clamat. hic et personae sunt tres, ut clamo ego clamas tu clamat ille, et tempus est praesens; deinde pl. clamamus nos clamatis vos clamant illi; tempore praeterito inperfecto clamabam ego clamabas tu clamabat ille clamabamus nos clamabatis vos clamabant illi; tempore praeterito perfecto clamavi ego clamasti tu clamavit ille clamavimus nos clamastis vos clamaverunt illi; tempore praeterito plusquam-

---

1 addita coniunctione que syllaba ς addita coniunctione quae syllabae *F* 5 o ullus] o ullum *F* 12 huic uni forsitan (*corr.* forsan) *F* forsitan huic uni ς: *Verg. Aen.* IIII 19 19 iugerorum] iugeorum *F* iugerum ς 31 cum uerba dare *F* cui dare uerba *Putschius: Ter. Andr.* I 3, 6 32 iniuria *F* 35 verum] *Ter. Andr.* II 5, 15 uerbo uulgo est *F* uerbum est uulgo *Putschius* 36 quae recurrimus ς quaerere currimus *F* quae decurrimus *Putschius* 37 clamo ego — imperfecto *om. F* 41 clamavimus — clamaverunt illi *om.* ς 42 clamastis vos *om. F*

p. 1995–97 P.

perfecto, ubi significamus non solum nos aliquid perfecisse, sed etiam dudum, et di|cimus clamaveram ego clamaveras tu clamaverat ille clamaveramus nos clamaveratis vos clamaverant illi; tempore futuro clamabo ego clamabis tu clamabit ille clamabimus nos clamabitis vos clamabunt illi. hucusque *de* modo indicativo: totum hoc quod diximus indicantis est. nunc de modo imperativo. ideo autem dicitur imperativus, quia sonum habet imperandi. sed iste modus non habet primam personam, quia nemo sibi imperat, sed ad secundam personam loquitur et ad tertiam: numero singulari ad secundam clama, ad tertiam clamet, pl. ad secundam clamate, ad tertiam clament; futuro tempore ad secundam clamato, ad tertiam similiter clamato. sed quare similiter facit in secunda et tertia, est ratio; sed nunc praetermittenda est, ne ad aliam rem transeamus. redeamus ad pluralem: ad secundam clamatote, ad tertiam clamanto. nunc de modo optativo. sic autem dicimus, quia optantis modo loquitur, prima persona tempore praesenti utinam clamarem, secunda utinam clamares, ad tertiam utinam clamaret, pl. ad primam personam utinam clamaremus, ad secundam utinam clamaretis, ad tertiam utinam clamarent; praeterito tempore ad primam personam utinam clamassem ego, ad secundam utinam clamasses tu, ad tertiam utinam clamasset ille, pl. utinam clamassemus nos, utinam clamassetis vos, utinam clamassent illi; futuro tempore prima persona utinam clamem ego, utinam clames tu, utinam clamet ille, utinam clamemus clametis clament. nunc de modo subiunctivo. ideo autem sic dicitur, quia eget aliqua re, ut impleat sententiam suam, ut puta cum clamem clames clamet, pendet hic sensus indigetque aliqua re, ut sententia compleatur, ut si dicam 'cum clamem, quare me tacere dicis?'. ideo ergo coniunctivus modus dictus est, quia ei coniungitur aliquid, ut sententia locutionis plena sit. ergo declinemus hunc modum, ut superiores. declinatur autem per personas tres, prima | persona praesentis temporis cum clamem, secunda cum clames, tertia cum clamet, pl. prima persona cum clamemus, secunda cum clametis, tertia cum clament; praeterito tempore inperfecto prima persona cum clamarem, secunda cum clamares, tertia cum clamaret, pl. prima persona cum clamaremus, secunda cum clamaretis, tertia cum clamarent; tempore praeterito perfecto cum clamaverim clamaveris clamaverit clamaverimus clamaveritis clamaverint; tempore praeterito plusquamperfecto cum clamassem clamasses clamasset clamassemus clamassetis clamassent; tempore futuro cum clamavero clamaveris clamaverit clamaverimus clamaveritis clamaverint. nunc de modo infinito, qui ideo infinitus dicitur, quia superiores definiunt personas primam secundam et tertiam; hic autem modus sine personis est et habet solum tempus praefinitum, praesens praeteritum et futurum, ut puta clamare praesens est, clamasse praeteritum, clamatum ire futurum. ecce vides designare tantum tempora, non personas: clamare enim et clamasse et clamatum ire, nescitur persona, nisi velis iungere et dicere 'clamare debet ille'; tunc quasi fit finitum. si autem non subiungas ille vel ipse vel iste, fit, ut dicitur, infinitus modus: nam et numero singulari vel plurali infinitus est. cum enim dico clamare clamasse, nec finitum est, utrum de uno an de duobus dicam. isti autem

---

1 solum *om. F* 5 de *om. F*ς 12 ne ad aliam (et ne ad alia ς) transeamus redeamus ad rem pluralem *F*ς 13 clamanto] clamatote *F* 25 ac si dicam ς hic si dicat *F* 27 ei] et *F* 47 autem] ergo ς

p. 1997—99 P.

sunt modi, per quos omnia verba cursant. iam ad formam unius verbi, quod percurrimus, percurramus verba cetera similiter, amo amas amat, canto cantas cantat, pulso pulsas pulsat, freno frenas frenat, armo armas armat, inpugno inpugnas inpugnat, capto captas captat, paro paras parat, separo separas separat, accuso accusas accusat, | mando mandas mandat, gravo gravas gravat, lavo lavas lavat, genero generas generat, creo creas creat, ligo ligas ligat, alligo alligas alligat, sacrifico sacrificas sacrificat, cito citas citat, vulnero vulneras vulnerat, macero maceras macerat, lacero laceras lacerat, aro aras arat, calco calcas calcat, memoro memoras memorat, calcio calcias calciat, lanio lanias laniat, investigo investigas investigat, vallo vallas vallat, domo domas domat, circumvallo circumvallas circumvallat, curvo curvas curvat, medico medicas medicat, consulto consultas consultat, intimo intimas intimat, insinuo insinuas insinuat, frequento frequentas frequentat, celebro celebras celebrat, ministro ministras ministrat, palpo palpas palpat, socio socias sociat, muto mutas mutat, postulo postulas postulat, quasso quassas quassat, denso densas densat, enervo enervas enervat, eviscero evisceras eviscerat, verbero verberas verberat, macto mactas mactat, fugo fugas fugat, elimino eliminas eliminat, celo celas celat, signo signas signat, sono sonas sonat, ventilo ventilas ventilat, contristo contristas contristat, sereno serenas serenat et alia. istis omnibus adicitur r littera, et fiunt passiva, ut amor amaris amatur, pulsor pulsaris pulsatur, secor secaris secatur, curor curaris curatur. sic omnia percurris per illos modos, quos superius diximus, indicativum imperativum optativum coniunctivum infinitum. sane ex hoc sono, quo verba activa ordinavimus, id est quibus nos agere aliquid significamus, sunt similes soni, sed ad verba pertinent neutralia. sed ne te commoveat, quare dicuntur neutralia, haec ratio est, quia nec agunt aliquid nec patiuntur, ut est sto iaceo cubo sedeo. haec in nulla actione sunt, in nulla passione. sunt alia neutralia abusu dicta, quae habent actionem, sed passionem nullam [ut certo habet actionem, sed non dicimus certor], ut curro. ex quo sono multa sunt, quae cum | in o exeunt, or non admittunt, ut haec verba, pugno pugnas pugnat, bello bellas bellat, ceno cenas cenat, nato natas natat, ambulo ambulas ambulat, navigo navigas navigat, commeo commeas commeat, aestuo aestuas aestuat, regno regnas regnat, gelo gelas gelat, dico dicas dicat, exulo exulas exulat, sacrifico sacrificas sacrificat, cachinno cachinnas cachinnat. haec omnia primae coniugationis sunt, quia secundam personam haec omnia verba in as syllabam mittunt, ut canto cantas, pulso pulsas, freno frenas, inpugno inpugnas, armo armas, salto saltas, curvo curvas, pugno pugnas. ergo audisti primam coniugationem, scire debes secundam verbi personam per as syllabam exire. nam inde dicitur coniugatio, quod sibi ad unum sonum multa coniungat [has coniugationes Graeci *συζυγίας* dicunt]. sic et similia omnia inventa ad hanc percurris.

Secunda autem coniugatio est quae in secunda similiter persona quaeritur et exit per es, ut teneo tenes, praebeo praebes, moneo mones,

---

1 cursuntur *F*ς 2 quod currimus percurramus cetera uerba ς quod currimus uerba cetera *F* 10 calcio as at *F* calceo calceas calceat ς 23 percurreris *F*ς 29 passione] possessione *F* 31 multa] mutae *F* 36 cacinno nas nat *F* 37 quae secundam personam horum omnium uerborum in as *F*ς 42 coniungant *F* *συζυγίας Putschius συζυγίαια* ς, *om. F* 43 similia ad hanc omnia inuenta percurris *F* similia omnia hac (haec *Putschius*) inuenta percurris ς *Putschius*

p. 1999—2001 P.

deleo deles, tergeo terges, arceo arces, egeo eges, terreo terres, mulceo mulces, impleo imples, compleo comples, repleo reples, suppleo supples, mordeo mordes, spondeo spondes et alia. et his adicitur r littera, et fiunt passiva, tenеor teneris, mordeor morderis, arceor arceris, mulceor mulceris, impleor impleris. declinabis haec passiva per modos et tempora et personas: per modos, ut dixi, indicativum imperativum [promissivum] optativum coniunctivum infinitum, hoc est quod dixi per modos: per tempora autem, id est per praesens praeterita vel futura. personas autem dixi primam secundam et tertiam, ut teneor teneris tenetur, pluraliter tenemur tenemini tenentur. haec sicut dixi observabis. sed quo modo, ut superius dixi, prima coniugatio, quae exit in as, ut amo amas, capit et verba neutralia, ut certo certas, nato natas, in quibus r littera non admittitur (nec enim dicimus cer|tor nator), sic in hac coniugatione secunda, quae exit in eo es, ut moneo mones, doceo doces, sunt multa quae non admittunt r litteram in prima persona, ut algeo alges, scateo scates: algeor enim non est latinum: sic ferveo ferves, torpeo torpes, pendeo pendes, invideo invides, quamquam Horatius poeta invideor dixit, sed hoc nova usurpatione: sic emineo emines; nec *enim* dicimus emineor. hae duae coniugationes, prima et secunda, quas diximus exire in as et in es, ut amo amas, moneo mones, futurum semper tempus in bo syllabam mittunt, ut amabo monebo. sic servabis, ubicumque futurum tempus in bo syllabam mittas, quia sunt aliae duae coniugationes, quae futurum tempus in am syllabam mittunt, non in bo, et vocantur ipsae coniugationes tertia correpta et tertia producta. tertia correpta est quae imperativum modum in e correptam mittit, ut scribe tolle carpe occide sere lege. ergo vidisti imperativum sic exire, tertia coniugatio est correpta, quae semper futurum tempus in am mittit, numquam in bo, ut scribam legam tollam carpam, quia latinum non est, si dixeris scribebo legebo tollebo carpebo. tertia coniugatio producta similiter ex eodem imperativo modo colligitur. cum enim imperativus modus exit in i litteram, tertia coniugatio producta est, ut audi nutri senti muni sarci leni et alia. similiter etiam haec futurum tempus in am mittunt, ut muniam leniam nutriam audiam. sed tertia correpta infinito modo e correptam habet ante novissimam syllabam, ut legere tollere carpere scribere; tertia vero producta infinito modo i habet ante novissimam syllabam, quae i producitur, ut munire lenire audire sarcire sentire venire. unde in omnibus verbis hae coniugationes observantur. quae exeunt in as et in es, futurum tempus in bo mittunt, ut saepius dixi. quae autem in is exeunt, futurum tempus in am mittunt, numquam in bo, nisi auctoritate praesumpta: nam ars hoc prohibet. | sed aliqua verba ponimus tertiae coniugationis correptae, ex quibus et alia consequaris. sunt autem haec, lego tollo erigo carpo cognosco capio fugio mergo sero arguo accipio pono sumo ascendo expono incipio. haec accipiunt r litteram et faciunt passiva verba, legor carpor capior et cetera. sub hac forma sunt neu-

---

6 promissivum *om.* ς 8 id est per praesentia uel futura *F* id est praeterita praesentia uel futura ς 9 prima secunda et tertia *F*ς 10 haec *om. F* quo modo] quō *F*ς 17 quamquam oratius poeta licus dixit sed hoc usurpatione idē deinde emineo *F* quamuis horatius poeta inuideor dixerit sed noua usurpatione sic emineo ς: *Hor. a. p.* 56 18 enim *om. F*ς 23 mittant *F*ς 26 tertia itaque coniugatio ς 28 si dixerit *F* si dixerit quis *F* 29 similiter *post* coniugatio *ponit F*, *post* tertia ς 36 in *om. F* 44 sed hae forme sunt *F*

tralia, quae non accipiunt r litteram, ut cado (non enim dicimus cador), item ruo (neque enim dicimus ruor), facio (neque enim dicimus facior), item fulgesco mitesco fervesco algesco torpesco conpesco nigresco: haec omnia r litteram non habent et dicuntur neutralia [verba inchoativa, quae exeunt in sco]. ergo neutralia memineris numquam admittere r litteram.

Remanent duo alia verba, quae communia dicuntur et deponentia. sed communia ideo dicuntur, quia communiter simul tenent sub uno sono activum et passivum, quo modo in nominibus genus commune dicitur quod et masculinum tenet et femininum sub uno sono, ut sacerdos vel homo, hic et haec sacerdos facit, hic et haec homo. sic et haec verba dicuntur communia et numquam deponunt r litteram, ne non sint latina, ut osculor, si tollas r litteram et dicas osculo, non est latinum. et dicimus, cum agimus, osculor te; dum autem patimur et ab alio afficimur, dicimus osculor a te. sic criminor te, non crimino: cum actionem significamus, id est cum crimen obicimus, criminor te dicimus; cum autem crimen nobis obicitur, criminor a te dicimus, id est crimen a te audio, et est significatio passiva. declinantur autem haec verba, ut superiora, per modos tempora personas. tempore praesenti criminor criminaris criminatur criminamur criminamini criminantur, praeterito inperfecto criminabar criminabaris criminabatur criminabamur criminabamini criminabantur, praeterito perfecto criminatus sum es est | criminati sumus estis sunt, praeterito plusquamperfecto criminatus eram eras erat criminati eramus eratis erant, futuro criminabor criminaberis criminabitur criminabimur criminabimini criminabuntur. imperativus autem modus semper in his verbis in re exit, ut dicas criminare illum, id est crimen illi ingere. optativo modo sic, utinam criminarer criminareris criminaretur criminaremur criminaremini criminarentur, praeterito perfecto utinam criminatus essem esses esset criminati essemus essetis essent, futuro utinam criminer crimineris criminetur criminemur criminemini criminentur. coniunctivo modo cum criminer crimineris criminetur criminemur criminemini criminentur, praeterito inperfecto cum criminarer criminareris criminaretur criminaremur criminaremini criminarentur, praeterito perfecto cum criminatus sim sis sit criminati simus sitis sint, praeterito plusquamperfecto cum criminatus essem esses esset criminati essemus essetis essent, tempore futuro cum criminatus ero eris erit criminati erimus eritis erunt. modo infinito, quem diximus nullas significare personas, facit in praesenti criminari, in praeterito criminatum esse, in futuro criminatum iri. ad hanc formam communia verba declinabis sic, hortor osculor nidificor iaculor tutor consolor scrutor moror feneror amplexor furor, unde est furor furaris furatur, comitor recordor reminiscor percontor minor gestor piscor odoror aucupor venor contemplor speculor sector veneror dignor precor miseror vador [id est fidem dico] calumnior et alia, quae num|quam deponunt r litteram. nam si deponunt, latina non sunt. quis enim dicat reminisco aut recordo vel preco vel digno vel secto? ergo memineris haec semper

---

5 memineris semper numquam *F*ς 8 quia et communiter *F* 14 efficimur et dicimus *F* 26 id est crimini illi ingerere *F* 36 erunt] erint *F* 39 declinabis quae sic *F* consulor *F* 40 moror *Putschius* morior *F*ς amplector ex furor *F* amplector et furor ς 42 dignor memor aut memoror precor misereor audor uador *F* 43 fide *F*ς

p. 2003. 04 P.

cum r littera enuntiare. restat verbum deponens, quod ideo dicitur, quia deponit aliquid de quantitate communis verbi. nam cum participia quattuor habeat verbum commune, praesens criminans, futurum criminaturus, praeteritum criminatus, futurum a passiva significatione criminandus, hoc non habet verbum deponens et ideo dicitur deponens, quia deponit unum participium futuri temporis a verbo passivo, quod exit in dus syllabam. ut puta opinor vel minor verba sunt deponentia: venitur ad participium praesentis temporis, et facit minans, futuro tempore facit minaturus, praeterito facit minatus; futuro a significatione passiva non facit minandus. sic opinans opinaturus opinatus, opinandus non facit; vel si dicas moriens moriturus mortuus, non facit moriendus, quia latinum non est. ergo et hoc deponens verbum sic currit per modos et tempora et personas, quo modo supra dictum est: *ut* commune verbum non deposita r littera latinum est, deposita autem latinum non est, sic etiam deponentia, cum perdiderint r litteram, latina non sunt. subicio itaque nunc pauca verba deponentia, cetera usus latinus docebit. sunt autem *haec*, opinor minor grator gratulor arbitror gratificor auspicor misereor lenocinor meditor luctor conor suffragor vescor laetor morior stomachor orior hariolor argutor paciscor conplector adversor angor queror (a significatione querelae) macior ratiocinor argumentor blandior fabulor nitor labor (a significatione lapsus) vagor rusticor contionor [id est ad populum loquor] moechor iucundor vociferor nanciscor [quod est invenio] suspicor et alia. *haec* memineris, ut iam dixi, cum r littera enuntiare: nam nemo dicit blandio aut pacisco. sic haec omnia declinantur ad | formam declinationis verbi communis quod dixi, criminor.

Tractavimus ergo verba activa, quae dicuntur ab agendo; tractavimus neutralia, quae ideo tale nomen accipiunt, quod nec agunt aliquid nec patiuntur, ut diximus, sto iaceo sedeo cubo et alia; tractavimus etiam alia neutralia, quae agunt aliquid, sed non patiuntur, et quasi semineutralia dicuntur, ut nato curro, aut patiuntur et non agunt, ut vapulo pendeo sudo algeo aestuo febrio ferveo somnio meridio rigeo frigeo tumeo langueo oleo tepeo rubeo fulgeo stupeo et alia. in his omnibus, tam in his quae nequaquam aliquid agunt nec patiuntur, quam etiam in his quae agunt nec patiuntur, quam in his quae patiuntur aliquid nec tamen agunt, numquam adicitur r littera: nam incipiunt non esse latina. tractavimus item communia et exposuimus, unde communia dicuntur, quia actionem in se tenent et passionem. tractavimus deponentia et exposuimus, quare deponentia dicuntur, quia deponunt futuri temporis participium a significatione passiva, quod exit in dus, quia moriendus gloriandus blandiendus et alia, quae veniunt a deponentibus verbis, non dicimus. sane artium scriptores adiecerunt aliam verbi speciem, quam vocaverunt neutropassivam. sed hoc novellum genus verbi euphonia invenit, et in paucis est verbis, ut gaudeo. quoniam durum erat ut diceremus praeterito tem-

---

1 nuntiare *F*ς 4 futurum criminandus a passiua significatione criminandus *F*ς 9 passiui *F*ς 13 ut *om. F*ς 15 nunc pauca] non parua *F* 16 sunt autem opinor ς si autem opiuor *F* 17 grator et gratulor *F* 18 laetor] lezor *F* morior *Putschius* moror *F*ς hariolor lezor id est colore pingor argutor ς 21 uucumdor *corr.* iucundor *F*, *om.* ς 22 quod est inuenior *F* haec *om. F*ς 26 quae ideo dicuntur *F*ς 27 quod non agunt *F* 30 curro ut patiantur et non agant *F* curro alia quae patiantur et non agant ς 32 tepeo] teneo *F*, *om.* ς in his omnibus] haec omnia *F*ς 35 adiicitur in his littera r ς 37 quare deponentia quia *F* quare dicantur deponentia quia ς

p. 2004–06 P.

pore gavisi, mutaverunt illi sonum de praeterito tempore passivi verbi, gaudeo gavisus sum, sic audeo ausus sum, soleo solitus sum, sic fido fisus sum. sed huius novi generis perpauca sunt.

Sunt et alia quaedam pauca verba quae inpersonalia dicuntur et exeunt per syllabas et et tur, ut pudet taedet decet libet paenitet paret piget miseret liquet; et inde dicuntur inpersonalia, quia carent personis duabus, prima et secunda, et solam habent tertiam personam. nam nec pudeo pudes dicimus, nec deceo deces, nec libeo libes, nec pigeo piges, nec misereo | miseres, nec paeniteo paenites, nec pareo pares, nec liqueo liques. scias autem paret et liquet hoc significare quod dicimus 'manifestum est', ut si dicas 'et si paret hoc te dixisse, iniuriam fecisti'; hoc significat et liquet, id est manifestum est. taedet autem taedium esse significat, quo modo piget quasi pigritiam significat. nam cum dicimus 'piget me fecisse', hoc est dicere 'non surgit meus animus probare quod feci'. haec autem omnia verba sic declinantur, pudet me, piget me, miseret me, paenitet me, praeter haec, libet et licet, paret et liquet. his enim dativum iungimus casum, ut libet mihi, licet mihi, paret mihi, liquet mihi. altera vero species, quae in tur exit, et ipsa inpersonalium verborum est, ut itur curritur pugnatur certatur. primam et secundam personam non habent: nam nec eor iris, nec curror curreris, nec pugnor pugnaris, nec certor certaris dicitur. et declinantur haec verba itur a me a te ab illo, pugnatur a me a te ab illo, certatur a me a te ab illo. sic in praeterito inperfecto ibatur a me a te ab illo, currebatur a me a te ab illo, pugnabatur a me a te ab illo; sic in praeterito perfecto itum est a me a te ab illo, cursum est a me a te ab illo, certatum est a me a te ab illo, pugnatum est a me a te ab illo; sic in praeterito plusquamperfecto itum erat a me a te ab illo, cursum erat a me a te ab illo, pugnatum erat a me a te ab illo, certatum erat a me a te ab illo; sic in futuro tempore ibitur a me a te ab illo, curretur a me a te ab illo, certabitur a me a te ab illo, pugnabitur a me a te ab illo; sic pluraliter a nobis a vobis ab illis. imperativo modo eatur a me a te ab illo a nobis a vobis ab illis. modo opativo *tempore praesenti* utinam iretur a me a te ab illo a nobis a vobis ab illis, praeterito perfecto vel plusquamperfecto utinam itum esset a me a te ab illo a nobis a vobis ab illis, futuro tempore utinam eatur a me a te ab illo a nobis a vobis ab illis. modo coniunctivo tempore praesenti cum curratur a me a te ab illo a nobis a vobis ab illis, praeterito inperfecto cum curreretur a me a te ab illo a nobis a vobis ab illis, praeterito perfecto cum cursum sit a me a te ab illo a nobis a vobis ab illis, praeterito plusquamperfecto cum cursum esset vel fuisset a me a te ab illo a nobis a vobis ab illis, futuro cum curretur a me a te ab illo a nobis a vobis ab illis. | modo infinito *tempore praesenti* curri debet a me a te ab illo a nobis a vobis ab illis, praeterito tempore cursum esse debuit a me a te ab illo a nobis a vobis ab illis, tempore futuro cursum iri debet a me a te ab illo a nobis a vobis ab illis.

Sunt et alia verba quae inchoativa dicuntur et ex subita affectione nascuntur et exeunt in sco syllabam, ut ardeo ardesco, caleo calesco,

---

14 surget *F* 20 nec eor iris *Putschius* nec eor nec eris *Fς* 21 dicitur *om. F* 32 tempore praesenti *om. Fς* 41 tempore praesenti *om. Fς* 44 iri] esse *F* 46 dicuntur ex subita effectione *F*

p. 2096. 07 P.

candeo candesco, labo labasco, tepeo tepesco, ferveo fervesco, vireo viresco, algeo algesco, dormio dormisco et alia. haec omnia praeteritum non habent. nam potest calui et fervi facere, et non calesco vel fervesco calui fecit vel fervi, sed a ferveo fervi, a caleo calui. nam calescui fervescui et virescui latina non sunt. et ideo inchoativa dicuntur praeteritum tempus non habere, quia quae inchoamus adhuc perfecta non sunt. et omnia quae dixi in sco exire semper neutralia sunt nec accipiunt r litteram. et ideo admonui esse neutralia, ne te perturbet esse quaedam verba in scor exeuntia et tamen admittere praeteritum tempus, ut obliviscor oblitus sum, paciscor pactus sum, adipiscor adeptus sum, et iam necdum neutralia sunt, in quibus diximus praeterita tempora cessare. sunt alia quae frequentativa dicuntur, quibus aliquid frequentius factum significatur, ut a dicto dictito, a lego lectito, a scribo scriptito, a clamo clamito, a cio cito, quod significat frequenter voco, unde nunc aliquos voce praeconis citatos dicimus, id est frequenter vocatos, et alia. sunt alia perpauca quae desiderativa dicuntur, ut esurio, id est edere desidero, parturio, parere desidero, et, ut dictum est a Cicerone de philosophis, morturiunt, mori desiderant. sed haec, ut dixi, pauca sunt, quae in sonum latinitatis introducta sunt.

DE ADVERBIO

Adverbium ideo dictum est, quia | adhaeret verbo, nec potest verbi vis significantius sonare, nisi iungatur adverbium. ut puta verbum est dico navigo valeo curro et alia; haec non plena significatione sunt, nisi adiciantur adverbia, ut bene male docte feliciter, ut bene dicit, imperite dicit, prospere navigat, infeliciter navigat, integre valeo, debiliter valet, agiliter currit, tardius currit. vides quia verborum plena significatio esse non potest, nisi fuerint adverbia coniuncta. sic alia adverbia iunguntur ad explendam verbi significationem, ut sunt locorum adverbia, temporum adverbia, ut hic dico, hic habito, intro eo, intus sum, foras eo, foris sum, hinc navigo; sic de tempore cras navigo, hodie navigo, et alia quae aliis artibus late dicta sunt et intellectu plana sunt. ideo haec ponere nolui, quia ad discendi fastidium brevitas opportuna est.

Sane in adverbiis haec observare debemus: quando in e exeant, quando in ter syllabam, hoc ablativus casus docet. nam quando ablativus exit in o, adverbium in e mittit, ut a docto docte, a iusto iuste, a perfecto perfecte, a pio pie, a valido valide, a fortunato fortunate, a magno magne, ab amplo ample, a minimo minime, et alia. quando autem in ter syllabam exit adverbium, similiter, ut dixi, ablativus docet: ab agili agiliter, ab humili humiliter, ab acri acriter, a forti fortiter, a levi leviter, a gravi graviter, a iugi iugiter. sed sunt quaedam quae, cum aspere sonarent, dimissa sunt nec ad hanc regulam tractanda sunt, ut a miti mititer non dicimus, a tristi tristiter non dicimus. talia, ne aspere sonarent, perdiderunt ultimam syllabam, ut a sapiente sapienter, non sapientiter, a prudente prudenter, non prudentiter, a praestanti praestanter.

---

1 labao labasco ς labeo labesco *F* 7 neutralia] naturalia *F* 10 etiam haec dum *F*ς 14 cito] citito *F* voco] uocito ς uocato *F* 15 uacatos *F* alia perparua *F* 17 Cicerone] cerone *F* morituriunt *Putschius* mortui sunt *F*ς 18 pauca] parua *F* 24 docte] nocte *F* 30 quae] quaeque *F* 31 intellecta plena *F* adeo haec *F* ideo hic ς 35 exit in o admittit aduerbium ut a docto *F*

p. 2007–09 P.

non praestantiter. sic ergo observemus, ut nec euphoniam applicemus ad regulam aut euphoniam reiciamus. nam euphonia, id est suavitas bene sonandi, admissa est ad latinum sermonem, ut aspera temperet; et ab arte et ratione recessum est, ubi asperitas offendebat auditum, sicut Cicero | ait 'impetratum est a ratione ut peccare suavitatis causa liceret'. sed tamen in paucis admissa euphonia est. nam ratio locuples est et iuris latissimi. sane contra has regulas auctoritas ausa est et in paucis praesumpsit, ut diceret Cicero humaniter, cum humane dicere debuit, et Terentius 'vitam parce ac duriter agebat' pro dure. sed tamen ipsi auctores modestius et cum quodam pudore contra regulam pauca praesumpserunt. nam et falso dixerunt pro false et necessario pro necessarie et sedulo pro sedule et raro pro rare et crebro pro crebre et tuto pro tute; sic et alia tamen pauca non licenter, sed verecunde usurpata.

Sane sunt adverbia et per alias syllabas exeuntia, a fundo funditus, a caelo caelitus, a radice radicitus, a penetralibus locis penitus, a stirpe stirpitus: item in im, a vico vicatim, ab ostio ostiatim, a viris viritim: item a nimio nimis, ut 'ne quid nimis': exeunt in ens, ut recens, id est recenti tempore, Virgilius 'sole recens orto', id est recenti tempore. ergo haec omnia adverbia sunt sine differentia. item inter intro et intus hoc interest: intro in motu est, intus in situ, ut intro eo, intus sum. est enim motus eo, sum situs est.

Est etiam quaedam obscuritas in adverbiis secundo tertio quarto quinto sexto et secundum tertium quartum quintum sextum, ut puta 'secundo factus est consul' et 'secundum fuit consul'. secundo autem ad ordinem pertinet, secundum ad numerum: ut puta cum dico 'secundo factus est consul', pertinet, ut dixi, ad ordinem, quod primo alter factus sit et sic alter secundo; cum autem dicimus secundum consul vel tertium vel quartum vel quintum vel sextum, ad numerum pertinet, quod sexies fuerit consul. inde Cicero de Mario sic ait, 'sextum consul', id est qui sex consulatus meruit, et 'septimum consul', quod est septies consulatum meruit. hoc Varro distinxit in libris numerorum. et cetera iam plana sunt in adverbiis et ex | quibusvis artibus intellectu facilia.

ITEM DE ADVERBIO

Adverbium est pars orationis, quae adiecta verbo significationem eius explanat atque implet, ut scribo bene, lego optime. adverbio accidunt significatio figura gradus. adverbia aut a se nascuntur, ut heri nuper, aut ab aliis transeunt, ut docte sapienter ab eo quod est doctus et sapiens.

Adverbiorum significationes sunt multae. sunt enim aut temporis, ut heri nuper; aut personae, ut mecum tecum; aut loci, ut hic istic.

---

3 aspere temperet *F* 4 sicut] sic *Fς* 5 imperatum *F*: *Cic. orat.* 47, 157 peccare causa suauitatis causa *F* 6 amissa *F* et uiris latissimi *F* et uiris latinissimis ς 7 presumpsit (*superscr.* ut) diceret *F*. *fortasse* praesumpsit dicere 9 uitam pareat duriter agebat ducere (*corr.* producere) *F*: *Terent. Andr.* I 1, 47 13 tamen] tam *F* ueretum de usurpata *F* 15 a neutralibus *F* ab stirpe stirpiter *F* 19 Virgilius — tempore *om. F*: *Verg. georg.* III 156 19 sine] sane *F* item intro et intus hoc est *F* 22 in aduerbiis de secundo *Fς* 24 et secundus fuit *F* 26 consul ut dixi *F* 29 sextum consul] *Cic. in Pis.* 9, 20 30 qui sex consolatos et septimum consul *F*: *Cic. de nat. deor.* III 32, 81 septies] septimum ς 31 Varro] *cf. Gell. noct. att.* X 1 32 plana] plena *F*

p. 2009. 10 P.

sed adverbia loci alia sunt interrogativa, unde ubi qua, alia responsiva, illinc hinc illo; sunt duplicis formae, ut intus intro foris foras. quorum observatio talis est: foris et intus in loco, ut intus est, intus fuit, intus futurus est, foris erat fuerat futurus erat; de loco, intus venio, foris venio; foras autem et intro ad locum significant, ut foras eo, intro eo, foras ieram, intro ieram. haec quattuor modis figurantur, per locum, ad locum, in loco, e loco: per locum, ut 'hac iter Elisium nobis'; ad locum, ut 'huc ades o Galatea'; in loco, ut

hic et Naricii posuerunt moenia Locri;

e loco, ut

hinc me digressum vestris deus appulit oris.

sunt quae pariter in loco significant et de loco, ut intus sum, intus venio. sunt quae in locum et in loco et e loco, ut penitus eo sum venio. sunt adverbia significationem numeri habentia, ut semel bis ter; demonstrationis, ut en ecce; adfirmationis, ut quidni quippe; hortationis, ut eia; interrogationis, ut cur quare nempe. similitudinis, ut sic quasi; comparationis vel praelationis, ut magis potius; dubitandi, ut fortasse; adnuendi, ut plane sane; discretionis, ut seorsum segregatim; optandi, ut utinam; vocandi, ut heus; respondendi, ut heu; derogandi, ut nequaquam frustra; iurandi, ut edepol ecastor; prohibendi, ut ne; negandi, ut non haut minime; congregandi, ut una simul; ordinandi, ut deinde denique; mirandi, ut papae; laudandi, ut euge; exclamandi, ut pro; dolendi, ut ei; | eligendi, ut vaha; ingemescendi, ut ei em. sed haec quae animi affectum significant a multis interiectiones dicuntur, qui interiectionem separatam ab adverbio et partem orationis aliquam idcirco volunt, quia adverbii proprium est quod verbo adiungi potest. Graeci autem interiectionem ab adverbio non separant, propterea quia motus animi qualitati adsignant, et haec omnia sub genere qualitatis putant adverbia. sunt adverbia quantitatis, ut longe alte, qualitatis, ut bene male.

Adverbia non solum ab appellationibus transeunt, hoc est a nominibus appellativis, ut a pulchro pulchre, sed *etiam* a propriis, ut Tullius Tulliane; a pronominibus etiam, ut a meo tuo meatim tuatim; a verbis quoque, ut curro cursim; deprehenduntur ex utroque, ut pedetemptim a pede et tempto, id est a nomine simul et verbo. sunt etiam adverbia, quae utrum a nomine transeant an a verbo incertum est, ut furtim. incertum est enim an a fure, quod nomen est, transeat, an a verbo furor furaris. a participiis quidam nolunt, sed inveniuntur, ut a decente decenter. a nominibus tracta adverbia sex modis terminantur, aut in e, ut docte pulchre honeste, aut in r, ut velociter, aut in im, ut ubertim singillatim, aut in us, ut radicitus mordicus, aut in u, ut noctu diu, aut in i, ut domi humi vesperi. adverbia qualitatis in e litteram exeuntia produci debent. haec tamen dissentiunt, quae aut in comparativo aut in superlativo gradu vacillant, ut bene male, aut quae ab appellatione

---

1 loci alia] localia *F*ς qualia responsiua *F* qua responsiua ς 3 intus fuit futurus est intus erat futurus erat foris *F*ς 5 foras eo foras uenio intro eo intro uenio ς foras eo foras uenio *F* 7 ut haec iter *F*: *Verg. Aen.* VI 542 8 huc] *Verg. bucol.* 9, 39 9 hic] *Verg. Aen.* III 399 lucri *F* 11 hinc medi graessum usis dicitur appolitoris *F*: *Verg. Aen.* III 715 15 quidni] quidnisi *F* quidem ς 20 ut depolle caste *F* 23 elegandi ut naha *F* eligendi ut uah ς quae *om. F* 25 ab *am. F* 31 sed a propriis *F*ς 35 incertum sit ut futurum incerte est enim *F* 37 a docenti docenter *F* 38 sex] sed *F*

non transeunt, ut inpune saepe. ceterum facile et difficile, quae adverbia ponuntur, nomina sunt, ex quibus haec nascuntur adverbia, faciliter et difficiliter; sed usus haec quasi adverbia vindicavit. quaecumque nomina qualitatis fuerint aut quantitatis, ea, si dativo singulari o littera terminantur, adverbia in e productam mittunt, ut iusto iuste. sed haec veteres indifferenter posuerunt, ut humaniter duriter. quaecumque autem i littera terminantur, in ter syllabam mittunt, ut agili nobili audaci difficili, agiliter nobiliter audaciter | difficiliter. sed ex his quaedam per syncopen euphoniae causa dicimus, ut audacter difficulter sapienter constanter.

Sunt adverbia communia cum aliis partibus orationis. nominibus sunt communia, ut ait Sallustius 'falso queritur de natura sua genus humanum' pro false; Virgilius 'et pede terram crebra ferit' et

multa Iovem manibus supplex orasse supinis:

coniunctioni: ut, quando adverbium est, plura significat, similitudinem sic,

ut quondam Creta fertur labyrinthus in alta;

tempus sic, 'ut regem aequaevum' et

ut vidi, ut perii, ut me malus abstulit error;

qualitatem, ut

Troianas ut opes et lamentabile regnum;

quantitatem, ut

quibus Hector ab oris
expectate venis? ut te post multa tuorum
funera;

coniunctionem autem significat sic, 'ut faciem mutatus et ora Cupido pro dulci Ascanio': praepositioni, ut pro.

Sed figura in adverbiis aut simplex est, ut docte prudenter, aut composita, ut indocte inprudenter. gradus adverbiis accidunt, quotiens appellationes unde transeunt conparantur, ut docte doctius doctissime. recipiunt et diminutionem, ut meliuscule. quamquam conparationem recipiunt et quae a se nascuntur, ut nuper nuperrime.

Adverbiis omnibus praepositio separatim adici non debet, quamquam lectum sit abhinc apud Terentium,

interea mulier quaedam abhinc triennium,

et apud Virgilium 'exinde per amplum mittimur Elisium', et dehinc, ut 'dehinc ubi libera colla' et 'deinde feraces plantae inmittuntur'. quae omnia, et siqua alia sunt similia, ut proinde, placuit contra regulam accentuum proferri, ne separatim additae praepositiones videantur adverbiis.

---

3 usus in haec *F* 6 quaeque autem *F* quae autem ς 9 difficulter] difficiliter *F* 11 Salustius] *Iug.* 1 12 et pede terso crebra perit *F*: *Verg. georg.* III 499 crebro ς 13 multa] *Verg. Aen.* IIII 205 supinus *F* 14 ut quando secum aduerbium est *F* ut quando aduerbium secum est ς: *cf. Diom. p.* 408, 10 14 sicut quondam creata *F*: *Verg. Aen.* V 588 15 laberintus *F* 16 ut regem aequeum *F*: *Verg. Aen.* II 561 17 ut vidi] *Verg. bucol.* 8, 41 abstulit error *om. F* 19 troiana sospes et *F*: *Verg. Aen.* II 4 21 quibus] *Verg. Aen.* II 282 22 ut — funera] ut quis ante *F* 24 sicut facie *F*: *Verg. Aen.* I 658 cupidet pro *F* 29 conparationem recipiunt et diminutionem et quae *F* ς 32 apud Terentium] *Andr.* I 1, 42 34 exinde] *Verg. Aen.* VI 743 per amplum mittimus *F* per altum mittitur ς 35 dehinc libera collega *F* dehinc talia fatur ς: *Verg. georg.* III 167 deinde feroces *F*: *Verg. georg.* II 79 39 aduerbiis Modo pro disiunctiua — pro inde unguunt MODO DE PARTICIPIIS *F* aduerbiis et modo pro disiunctiua — pro deinde unguntur. De participiis ς. *subiecta sunt exempla* et *coniunctionis infra p.* 521, 8 *sqq. exhibita*

p. 2011—13 P.

DE PARTICIPIO

Haec pars orationis et a verbo accipit partem et a nomine: namque inde participium dicitur. exit autem haec pars orationis in praesenti tempore in ens et in ans syllabas, ut legens amans, futuro tempore in rus, ut legens lecturus, amans | amaturus, in praeterito lectus amatus, futuro legendus amandus. vides hanc partem orationis ire per tempora. omnia haec a verbo mutuatur: nam verbo conveniunt tempora. quod autem declinatur per casus, hoc a nomine mutuatur: nam declinatio casualis ad nomen pertinet, ut hic legens huius legentis huic legenti hunc legentem o legens ab hoc legente. ergo quod haec pars orationis vel per tempora vel per casus currit, participium vocatur, quod partem capiat nominis, partem verbi. non laboriosa pars est orationis, sed intellectu facilis. nam praesenti tempore exit in ans et in ens, ut amans legens, futuro agendi significatione in rus, ut amaturus lecturus; a patiendi significatione in tus et in dus, ut amatus legendus. sane ipsum praeteritum tempus tribus syllabis terminatur, in tus, ut scriptus lectus, in sus, ut occisus visus, in xus, ut fixus; plus non invenies. ergo, ut diximus, praesens in ens et in ans, futurum in rus, praeteritum in tus, futurum tempus in dus. sunt sane nomina, quae sono participia putantur, sed nomina sunt. participia enim illa sunt quae a verbis veniunt, ut a lego legens lecturus lectus legendus; tunicatus et galeatus et clipeatus et tropaeatus nomina sunt, non participia, quia non a verbo veniunt. est unum participium praeteriti temporis in omni latino sermone, quod in formam nominis [vel declinationem] conversum est, ut est mortuus. est enim ab eo quod *est* morior, et participium praeteriti temporis in tus exire debuit per unum u, non per duo. nam ubi geminata u littera in nominativo est, nomen est, non participium, ut fatuus ingenuus arduus carduus exiguus beluus, ut Cicero dixit, et talia. contra regulam participiorum mortuus putatur esse participium, sed in vim regulamque nominis conversum est.

DE CONIVNCTIONE

Coniunctio est pars orationis nectens ordinansque sententiam. coniunctioni accidunt figura ordo potestas. figura est qua apparet figura simplex *vel composita*, sed equidem; ordo quo apparet, quae praeponi tantum possit ut nam, quae subiun|gi, ut que, quae praeponi et subiungi, ut et igitur.

Potestas coniunctionum in quinque species dividitur. sunt enim copulativae et que ast at atque, disiunctivae aut ve vel neve nec neque an utrum, expletivae quidem equidem autem tamen porro videlicet proinde denique utique, causales si etsi tametsi etiamsi siquidem quando quandoquidem quin quinetiam sin sinetiam quamquam quamvis sinautem seu sive nam namque nisi nisisi enim etenim sed ut praeterea interea quam-

---

2 nam deinde *F* 3 haec pars orationis *Putschius* pars huius orationis *F*ς 6 uideus *F* ire] esse ς, *om. F* 7 a uerbo mutantur *F* 8 mutatur *F* 17 occasus *corr.* occisus *F* 19 tempus] semper *F*ς participio mutantur *F* 22 tropeatus *F* trophaeatus ς est unum participium praeteriti temporis in uus quod exire debuit ς 25 quod morior *F* 26 littera nominatiuus *F*ς 28 belluus ς dixit ut talia *F* dixit in us ut talium ς 34 figura est quae apparet figura simplex sed *F*ς 35 quo] quod *F* ¡quoque ς 39 atque quod disiunctiuae *F* neve] ue *F* 41 quandoquidem] equidem *F*ς

p. 2013. 14 P.

obrem quare praesertim item itemque ceterum alioquin, rationales ita itaque enim enimvero quia quapropter quippe quoniam quoniamquidem ergo igitur ideo idcirco scilicet propterea. ex his et copulativa multa significat. saepe autem transit in alterius speciem potestatis: modo in expletivam, ut

et quae tanta fuit Romam tibi causa videndi?

modo pro qualitatis vel quantitatis, ut 'timeo Danaos et dona ferentis': modo pro disiunctiva, ut

et quisquam numen Iunonis adorat
praeterea aut supplex aris inponit honorem?

modo pro causali ponitur, ut 'et claro silvas c. a. m.' pro 'nam claro s. c. a. m.' * ut

quorum Iphitus aevo
iam gravior, Pelias et vulnere tardus Vlixi,

pro 'etiam vulnere tardus': modo pro adverbio accipitur ordinandi, ut 'corpusque lavant frigentis et ungunt', pro deinde ungunt. item aut coniunctio multa significat. modo enim pro adverbio discretionis accipitur, ut

ante urbem pueri et primaevo flore iuventus
exercentur equis domitantque in pulvere currus
aut acris tendunt arcus aut lenta lacertis
spicula contorquent:

modo pro temporis significatione, ut

aut ante ora deum pinguis spatiatur ad aras,

id est nunc ante ora deum spatiatur ad aras; item

aut agmina curru
proterit aut raptas fugientibus ingerit hastas.

Figurae coniunctionum duae sunt, simplex, ut nam, conposita, ut namque. ordo coniunctionum in hoc est, quia aut praepositivae coniunctiones sunt, ut | at ast, aut subiunctivae, ut que autem, aut communes, ut et igitur. sunt etiam dictiones quas incertum est utrum praepositiones an adverbia nominemus, quae tamen omnes facile dinoscuntur. nam et coniunctiones pro aliis coniunctionibus positae inveniuntur potestate mutata.

DE PRAEPOSITIONE

Omnes praepositiones dicuntur generaliter. species autem hae, aliae accusativae, aliae ablativae, aliae utriusque. accusativae per casum accu-

---

2 quoniam *om. F* 3 et copulativa] *Diom. p.* 417, 1 4 in expletiua ut quae *F: Verg. bucol.* 1, 26 6 uidendi s. t. c. u. u. pro *F* uidendi pro ς 7 timeo danaos et dona ferentes item aut coniunctio ς timeo dona ferentis proximo item aũ coniunctio *F: Verg. Aen.* II 49. *reliqua* et *coniunctionis exempla supra p.* 519, 39 *in F scripta huc transposuit Putschius* 9 et *om. F: Verg. Aen.* I 48 iunionis *F* adoret *Putschius* 10 propterea *F* imponet ς 11 et *om. F*: et claro — a. m. ut *om.* ς· *Verg. georg.* I 460. *lacunam, qua alius significationis definitio excidit, indicavi* 12 ut] et *F* 13 quorum impetus seuiam grauior paleas et uulnere tardius uixi *F: Verg. Aen.* II 435 16 corpusque] *Verg. Aen.* VI 219 figmentis et unguunt pro inde unguunt *F* 17 aut coniunctio] *Diom. p.* 417, 29 19 ante orbem pueri et prima euoffia ut caris arcus aut lenta i. s. c. et aut uersi terga dedere aut ipso porte Modo pro tempr̃ significantes. um. ef. aut ante *F*: *Verg. Aen.* VII 162 23 pro tempore significat ut aut ante ς: *Verg. Aen.* IIII 62 ad aras d. p. s. a a. id est *F* ad aras instaurat donis epulas id est ς 26 aut agmini curro pererit aut *F: Verg. Aen.* XII 329 35 DE PREPOSITIONIBUS *F*

p. 2014. 15 P.

sativum enuntiantur, ut ad apud ante adversum cis citra circum circa contra erga extra intra inter infra iuxta ob penes per prope propter praeter post pone secundum supra trans ultra. in his praepositionibus servanda genera nominum, id est masculinum femininum neutrum commune, servandi etiam numeri, ut puta masculino singulari ad agrum, plurali ad agros; feminino singulari ad villam vel ad possessionem, plurali ad villas vel ad possessiones; sic neutro singulari ad templum, ad Capitolium, plurali ad templa, ad Capitolia; sic communi genere singulari numero ad civem, ad hostem, ad sacerdotem, plurali ad cives, ad hostes, ad sacerdotes. sic ergo omnes praepositiones observabis servatis, ut dixi, generibus, servatis numeris singulari et plurali, servatis similiter pronominibus, secundum genus masculinum ad hunc, pluraliter ad hos; femininum ad hanc, pluraliter ad has; neutrum ad hoc templum vado, pluraliter ad haec templa; sic communi genere ad hunc et ad hanc sacerdotem, pluraliter ad hos et has sacerdotes. ablativae ablativum attendunt tam in singulari quam in plurali servatis generibus numerisque, ut puta a ab abs cum coram clam de e ex pro prae palam sine absque tenus: masculino singulari a fratre, plurali a fratribus, feminino singulari a sorore, plurali a sororibus vel a civitate a civitatibus: ab singulari masculino ab amico, plurali ab amicis, ab agro ab | agris; feminino singulari ab urbe, plurali ab urbibus; neutro singulari ab templo, plurali ab templis; a communi singulari a cive, plurali a civibus, ab hoste ab hostibus. hanc declinationem serva in omnibus his ablativis praepositionibus secundum genera et numeros.

Remanet tertia species praepositionum, quae dicuntur utriusque, quae et accusativum tenent casum et ablativum. sed plerosque ratio harum praepositionum praeterit, et qua distinctione intellegantur non aperte expositum est. differentia haec est in motu et in situ. sed motum putaverunt quidam accusativum tantum tenere. tenet autem utrumque, sed certa ratione. nam motus tunc tenet accusativum tantum, cum a locis in alia loca nos moveri significamus, ut curro in forum vel in campum: si ex alio loco currere nos dicimus in forum vel in campum, accusativum casum tenemus; si autem in uno eodemque loco, ablativum, ut curro in foro, curro in campo. sic ambulo in foro et ambulo in campo: si de alio loco ambulamus in forum, accusativum tenemus; si in eodem loco ambulamus, ablativum tenemus, ut ambulo in foro. sic cadit in forum et cadit in foro *

ingrediturque solo et caput inter nubila condit,

ut est 'in arvis altius ingreditur', id est ambulat: vides motum esse et tamen ablativum sibi vindicare; sed in loco, ut dixi, non de loco in locum. sic lapsus in piscinam et lapsus in piscina: si de alio loco in piscinam labatur, accusativus est; si vero in eadem labatur piscina

---

6 ad positionem — ad positiones *F* 9 civem — cives] uicem — uices *F* 15 sacerdotes ITEM DE PRAEPOSITIONIBUS In his ablativum adtendit *F* sacerdotes sic ad hos et ad has hostes. in his ablatiuum attendit ς 25 dicitur *F* 26 teneat *F* 27 et qua distinctione intellegat ut non aperte expositum eius differentia *F* ex qua distinctione intelligat ut non appareat expositum eius differentia ς 28 in motum et in situm *F* 30 tantum] casum ς in alio loco *F* 36 et cadit in foro id est ambulat ingrediturque *F* et cadit in foro. Virgilius ingrediturque ς: *Verg. Aen.* IIII 177. *lacunam, qua definitio differentiae utriusque casus excidit, indicavi* 38 nubula *F* 39 in arvis] *Verg. georg.* III 75 ingreditur] incliditur *F*

p. 2015. 16 P.

ablativus est. venio autem semper accusativum tenet, quia de loco ad locum quis venit; in loco autem cum iam sit quis, cessat motus. item motus de loco in locum, volvo vel evolvo: 'reperire viam qua evolvere possit in mare se Xanthus', evolvere se ab alveo in mare; in ipso autem loco volvi ablativum tenet, ut 'fundo volvuntur in imo'. altera praepositio utriusque sub. e loco in locum motus accusativum tenet: de hasta Virgilius sic ait, 'sub altum pectus abit', | sub illam rem; item in loco ablativum, 'Troiae sub moenibus altis contigit oppetere', id est cadere vel iacere; Troiae, inquit, sub moenibus altis. item de loco in locum

sive sub incertas zephyris mutantibus umbras,

et subiunxit 'succedimus', ubi est motus de loco in locum. super: 'super Garamantas et Indos proferet imperium', motus est *de loco in locum;* in loco autem, 'gemina super arbore sidunt'. item subter de loco in locum, ut 'angusti subter fastigia tecti ingentem Aeneam duxit'; in loco autem,

cum tamen omnis
ferre libet subter densa testudine casus.

sic sub, si de loco ad locum fiat motus, accusativum tenet, 'sub speluncam curro'; si autem positus sub ipsa spelunca curras, ablativum tenet, 'sub spelunca curro'. sic super, si de loco ad locum fiat motus, accusativum tenet, 'super tectum curro'; si autem positus quis super tectum currat, ablativum tenet, 'super tecto curro'. sic 'subter fluctus mergor': si ex litore motus fiat in dimersionem, accusativus est, ut 'mergor subter fluctus'; si autem iam quis sit in fluctibus, subter fluctibus mergitur. sed multum iuvant hanc locutionem et observationem duo adverbia locorum, quo et ubi. quo in locum motus est, ubi in loco situs est, ut 'quo venit telum? in hostem: ubi haesit? in hoste. quo voluit Catilina telum dirigere? in consulis corpus. ubi voluit defigi? in consulis corpore'. sic enim ait de sica, 'ut eam putes in consulis corpore defigere'. sic cum dicimus 'quo fugimus?' scilicet in locum, 'ubi latet?' in loco. ergo, ut diximus, multum iuvant adverbia haec duo ad confusionem distinguendi praepositiones utriusque casus. sic namque de hac adverbiorum ratione purgatur et illud in Verrinis, 'quod ille in capite ab hostium duce acceperat'. ergo vulnus directum in caput et acceptum in capite. numquid 'quo accipis vulnus' dicimus? minime, sed 'ubi accipis'. et Virgilius * 'quo ire iubes' in locum significat, in

---

1 semper accusativus est quia *F*ς 2 autem iam cum sit quisque cessat *F*ς 3 reperire] *Verg. Aen.* V 807 uiam qua euoluere *Putschius* uiamq; uoluere *F* uiam qua uoluere ς 4 xantus euoluere sed ab alueo *F* xantus. s. ab alueo ς 5 fundo] *Verg. Aen.* VI 581 6 altera praepositio utriusque si sub e loco in locum motus de asta sic ait sub accm pectus habet *F* sic sub e loco in locum motus accusatiuum tenet de hasta Virgilius sit ait sub pectus ς 7 sub altum pectus abit *Putschius*: *Verg. Aen* VIIII 690 item sub ablatiuo troiae *F*ς: *Verg. Aen.* I 95 8 appetere *F* 10 sive sub] *Verg. bucol.* 5, 5 zioris *F* 11 succedimus] subcedibus *F* super motus super garamantas et indos ς Motus supergaramenta sedes *F*: *Verg. Aen.* VI 795 12 proferret *F* de loco in locum *om. F*ς 13 gemina] *Verg. Aen.* VI 203 sedent *F* 14 angustus *F*: *Verg. Aen.* VIII 366 15 aenea *F* in loco autem *Putschius* abl'o autem *F* Alto autem ς 16 cum] *Verg. Aen.* VIIII 513 22 mergo *F*ς 26 ut] in *F* 27 haesit] exit *F* quo] in quo *F* 28 dirigere] trigare *F* 29 ut eam] *Cic. in Catil.* I 7, 16 31 ut diximus tum iuuant *F* ut diximus adiuuant ς 33 in Verrinis] *act. sec.* V 1, 3 ille in caput ς 34 acceperat. acceperat ergo uulnus directus in capite acceptum in capite ς 35 minime *om. F* 36 *excidit versus Vergilii Aen.* III 88 quove ire iubes, ubi ponere sedes?

p. 2016—18 P.

loco autem 'ubi ponere iubes'. situs vero semper ablativum tenet, quia contrarius est motui. nam ipsum nomen sessionem quandam significat, ut puta sum in foro, eram in foro, | fui in foro, futurus sum in foro. sic simpliciter sedeo iaceo cubo sto consisto haereo, omnia haec ad situm pertinent. meditanda igitur sunt et in usum ducenda, ut iam in hac praepositionum forma et recte et nulla haesitatione loquentes studuisse nos diligentius indicemus.

DE INTERIECTIONE

Interiectio non pars orationis est, sed affectio erumpentis animi in vocem, et significat aut laetitiam, ut evax, aut amaritudinem, ut heu, apud Graecos φεῦ. ergo quot sunt perturbati animi motus, tot voces reddunt. et vocantur interiectiones, quod interrumpant orationem, ut est illud,

hic inter densas corilos modo namque gemellos
spem gregis,

sequitur mox interiectio per litteram a, 'a silice in nuda conixa reliquit': in medium orationis interiecta est a littera.

Omnes partes orationis decursae a nobis sunt, quae ad conpendium sufficiant aut occupatis aut neglegentibus. sane quod omisimus in tractatu nominis, reddimus. scire enim debemus nomina numerorum a quattuor usque ad centum aptota esse generis omnis, ut quat|tuor viri, quattuor feminae, quattuor mancipia. sic per omnes casus quattuor dicimus, ut puta virorum quattuor, mulierum quattuor, mancipiorum quattuor; sic accusativo viros quattuor, feminas quattuor, mancipia quattuor; ablativo a viris quattuor, a feminis quattuor, a mancipiis quattuor. sed ideo dixi a quattuor aptota esse usque ad centum, quia duo declinantur, duo duorum duobus duos vel duo o duo a duobus. sic tres declinantur et currunt per casus, hi et hae tres horum et harum trium his tribus hos et has tres o tres ab his tribus, a genere neutro haec tria horum trium his tribus haec tria o tria ab his tribus. ex hac ergo forma intellegimus, quo modo dicamus hic duumvir, quasi duorum hominum unus vir, sic triumvir trium hominum unus vir. ergo hic admisit genitivum. iam quattuor indeclinabile est: quattuorvir dicimus vel quinquevir vel sexvir. unde Lucanus 'septemvirque epulis festus': pro genitivo posuit septem. a ducentis autem usque ad nongentos declinantur nomina numerorum, ut est hi ducenti et hae ducentae. neutro ducenta. mille indeclinabile est.

---

1 ubi ponere nubes secus uero *F* 6 recta *F* 13 hic] *Verg bucol.* 1, 14 14 gregis mox ς grecissat mox *F* 15 per litteram a silicem nuda conexi (*corr.* -xa) relinquit *F* 30 quomodo declinemus (intellegimus *add. F*) hic duumuir *F*ς 31 iam in quattuor *F* 32 ubi indeclinabile ς: ubi *al. man. add. F* 33 Lucanus] *Pharsal.* I 602 fectus *F*, *om.* ς 35 indeclinabile ē expl. *F*

Q. RHEMNII PALAEMONIS ARS

ASPRI ARS

Palaemonis et Aspri artes primum editae sunt Fani anno 1503 hoc titulo, Q. Rhemnii Palaemonis ars grammatica secunda. Ars Aspri iunioris grammatici. Aelii Donati editio prima. Donati de octo partibus orationis editio secunda. Donatus de barbarismo. Servius et Sergius in secundam Donati editionem. Fani, Hieron. Soncinus nonis Sept. 1503'. in initio libri ante Palaemonis artem legitur epigramma Ioviani Pontani,

IOVIANI PONTANI CARMEN DE ARTE PALAEMONIS PER EVM INVENTA AD ANTONIVM PANORMITAM

Grammaticae partes casus et nomina monstrat
ars mea, quoque modo dictio quaeque fluat,
quidve sequens possis verborum noscere formas,
aut quonam fuerint verba premenda iugo.
caetera sunt parvo carptim memorata libello,
plenius ante artes quae docuere meae.
at me confectum carie turpique senecta
rodebat murum dente timenda cohors,
sensissetque iterum crudelia fata Palaemon,
iuvisset pietas ni, Iovianе, tua,
cuius nunc meritis optata perfruor aura,
Antoni doctos iussus adire lares.

non multo antiquiores autem quam editum exemplar sunt codices manu scripti, qui utrumque librum exhibent, Vaticani 1491 et 1492 et Reginensis 1818, chartacei omnes et exeunte quinto decimo saeculo scripti, ex quibus ea quae huc pertinent adscribam *). cod.

*) Indices trium codicum, quos olim exhibui anal. gramm. Halis a. 1848 p. 15 et 25 hic repetam, ut omnes ex uno fonte ductos esse adpareat. cod. Vat. 1491

Vatic. 1491 *Q. Rhemnius Palaemon. Omnia nomina — plenissime dicta. — Aemilius Asper. Ars est — babo uua.* cod. Vatic. 1492 *Iuuenalis* (sat. 7, 215. 6, 452) *de Palemone inquit 'doctique Palemonis artes'. et M. Fabius Quintilianus in libro institutionum artis oratoriae* (inst. I 4, 20)

f. 1 *Capri grammatici ars. Quo ducit — ad similitudinem stellarum* ‖ f. 3 *Agretius. Domino — diuinis* ‖ f. 5 *Q. rhemnius palaemon. Omnia — plenissime dicta.* ‖ f. 12 *Donatus. Barbarismus est una pars — uenit ad urbes* ‖ f. 15 *Seruius nicomediensis. Oratio dicitur elocutio — de interiectione contulit semen:* cf. Serg. in Don. p. 487, 23 ‖ f. 24 *Aemilius asper. Ars est — uua* ‖ f. 28 *Ternutius uerus. Metra uocata — cantica inserantur:* Isidor. I 38, 1 — 16 ‖ f. 28 *Magrobii opusculum. Dubitare neminem arbitror theodere fili — epitritus quartus:* Mall. Theod. p. 525 sqq. ed. Gaisf. ‖ f. 30 *Mallii theodori ars. Metrum dactylicum — turpissimus:* ib. p. 537 sqq. ‖ f. 32 *Sergius maurus. Clarissimo albino — intende laborem:* Serv. de cent. metr. p. 456—464, 11 ‖ f. 34 *Pompeius. Barbarismus est — appellatur barbarolexis:* Pompeii excerpta ‖ f. 35 *Metrorius . . vanque de licteris — an meliboei:* Mai. class. auct. III p. 504 sqq. ‖ f. 37 *Maximus uicturinus. Liquentes — ultra una:* Max. Vict. p. 1963—74 ‖ f. 40 *Sergius de elementis. Litera dicta est — cano troiae:* Serg. de litt. etc. p. 475—485 ‖ f. 43 *Donatus iunior. Vox est — commata:* Don. p. 367—372, 23 ‖ f. 45 *Albinus. Principales partes orationis sunt nomen et uerbum —* de interiectione *callidos homines et similia* ‖ f. 49 *Focas grammaticus. Ars mea — his similia* ‖ f. 58 *Artem uero latinitatis — consecuturum:* Diomedes p. 299.—529 ‖ f. 113 *Q. terentii scauri de ortographia ad theseum. Scribendi — ut squilla neque prae:* Ter. Scaur. p. 2249—54.

Cod. Vat. 1492 *Vetustissimi capri grammatici liber elegantiarum uel orthographiae incipit. Quo ducit — stellarum* ‖ *Incipit liber agroetii de emendatione capri libelli ad pontificem eucherium proemium. Domino — de precibus diuinis. amen τελος codicis uetustissimi capri grammatici elegantiarum et ortographiae* ‖ *Palemonis grammatici uetustissimi de partibus orationis liber. Omnia — dicta* ‖ *Incipit ars donati grammatici in compendium redacta semel postremoque rursus redacta in compendiolum et primo de oratione . . Ratio dicitur elocutio — compendium seruii grammatici ex grammatica donati finit feliciter:* cf. Serg. in Don. p. 487, 23 ‖ *Asper grammaticus — uua* ‖ *Carisii grammatici ars incipit. et haec omnia e diomede collecta uidentur. nam queque iste dicit diomedes dicit. Coniugationes quas graeci anzygias appellant sunt apud nostros prima per a.* sequuntur quaedam ex diversis grammaticis excerpta — *adiciunt quidam t ut lac quanquam lacte melius dicatur ut est apud ennium in annalibus.*

Cod. Regin. 1818 f. 1 *Prisciani grammatici clarissimi liber de declinationibus feliciter incipit. Omnia — inuenias:* Priscian. de nom. etc. p. 443—456 ‖ f. 19 *Iuuenalis de palemone — plenissime dicta* ‖ f. 34 *Capri grammatici uetustissimi ortographie siue elegantiarum libellus feliciter incipit. Haec uia — stellarum* ‖ f. 41 *Eruditi agroetii elegantiarum libellus scolaribus multum conducens feliciter incipit ad eucherium pontificem de politione capri. Libellum — precibus* ‖ f. 49 *Charisii grammatici uetustissimi ars optima et perutilis. Coniugationes — in annalibus:* cf. cod. Vat. 1492 ‖ f. 59 *Aspri maioris grammatica more uetustissimo incipit. Ars — uua.* ‖ f. 62 *Queritur utrum gerundia sint uerba — et haec pro praesenti difficultate sufficiant ad laudem omnipotentis dei qui uiuit et regnat in seculorum secula amen. Disceptant grammatici nonnulli et longis quibusdam ut ita dixerim theorematibus quaerunt mmnam gerundium nomen an uerbum sit — meam sententiam ualete.* ‖ f. 67 Laurentii Vallae versus ‖ f. 75 *Ars mea — similia. Phocae grammatici illustris de nomine et uerbo liber explicit feliciter.*

inquit 'Alii tamen et idoneis dumtaxat auctoribus octo partes secuti sunt, ut Aristarchus de (*et* cod. Regin.) *etate nostra Palemon, qui uocabulum siue appellationem nomini subiecerunt tamquam species eius'. De eodem Eusebius de temporibus ait 'Palemon uicentinus insignis Romae grammaticus habetur, qui interrogatus a consule, quid inter guttam et stillam interesset, gutta, ait, stat, stilla cadit. dicitur hic ab Hieronymo Herennius* (*haberemus* corr. *heremus* cod. Regin.) *Palemon. Palemonis grammatici uetustissimi de partibus orationis liber. Omnia nomina — plenissima dicta. τελως παλεμωνης. — Asper grammaticus ciuis Romanus tempore Antonini philosophi fuit imperante Augusto, de quo Iulius Capitolinus* (vit. Anton. phil. c. 2) *hoc ait, 'usus est praeterea quottidianis grammaticis latinis Trosio Aspro et Polono et Euthochio Proculo'. fuit et alter Asper, qui minor appellatus est, paulo post Hieronymum. cum Paulo diacono et grammatico in uno codice uetustissimo inueni.* in margine alia manu adscripta sunt haec, *Asper Antonino Pio imp. Romae floruit, quem ita erudiit, ut statua ab eo donatus est, scripsitque multa librorum uolumina in grammatica, quae ignauia multorum seculorum deleuit. eques fuit Romanus. Ars est — babo uua.* cod. Regin. 1818 *Iuuenalis* etc. (cf. cod. Vatic. 1492) — *Palemon. Omnia nomina — dicta. — Aspri maioris grammatica more uetustissimo incipit. Ars est — babo uua.* sola Aspri ars praeterea est in codice Gothano 117 item chartaceo exeunte quinto decimo saeculo scripto post Phocae de nomine et verbo librum f. 44, *incipit ars aspri grammatici. Ars est — babo uua.* sequuntur deinde *declinacio uerbi, Verbum finitum actiuum singulare et plurale temporis praesentis meto — metendum est,* Maximi Victorini de arte grammatica et de carmine heroico excerpta, Metrorii qui dicitur liber de finalibus*). post

*) Praeter libros supra indicatos in codice Neapolitano bibliothecae regiae IV A 34 undecimo vel duodecimo saeculo scripto, cuius mentionem feci supra p. 330, et hunc Aspri librum et aliam Palaemonis artem ab ea quam edidimus diversam extare scribit Ianellius catal. biblioth. mus. Borbon. p. 28 'Ars Palaemonis. Titulus: *In nomine Sanctae Trinitatis: Incipit Ars Palaemonis.* Eaque 15 paginae implentur, inter quas tamen, qua caussa nescio, una relicta est vacua. Prima libelli verba haec: *Aggressus quidem iuxta traditionem magistrorum de multis pauca commemorare: nam sicut abscondere aliquod bonum periculosum esse non dubito* etc. Ad calcem haec: *Finit Ars Palaemonis.* Quae profecto alia est ab ea, quam primus edidit Iovianus Pontanus noster, tum Adam Petrus Basileae 1527. Qui vero Epitomes nostrae auctor sit, mihi hactenus inconpertum. Christianus tamen fuit religione. Opus enim adgreditur *auxiliante Christo;* et ad oram libri vox *Christianus* adscripta'; ibid. p. 29 'Ars Asperi grammatici. Habes apud Putschium p. 1716 (1726?). In Codice *Aspri*'. sed in hoc codice quam fidem habeat Aspri nomen, vel num idem liber sit, quem Putschius edidit, mihi non constat. Palaemoni autem in libris manu scriptis tribuitur ars ex arte Maximi Victorini quae vulgo fertur excerpta, in codice Parisino 7559 saec. X, f. 62 *incipit ars palamonis de metrica institutione de exametro uersu seu heroico,* et in codice Vindobonensi

principem editionem Palaemonis et Aspri libri editi sunt in editione Ascensiana Parisiis a. 1516 et in Putschiana, Palaemonis in editione Basileensi a. 1527, Aspri per Caesarium Lipsiae a. 1527 et Friburgi a. 1533 et a Lindemanno in primo volumine grammaticorum.

Sed non esse hos libros a veteribus grammaticis, quorum nomina prae se ferunt, scriptos, sicut olim creditum est, non puto iam argumentis demonstrandum esse. ac ne illud quidem ullo modo probari potest, quod de Palaemone se probaturum esse promiserat Osannus symbol. litter. II p. 228, excerpta ex genuinis illorum libris a recentioribus grammaticis collecta et variis mutationibus depravata nomina veterum auctorum, a quibus originem duxissent, traxisse. immo tam diversa sunt omnia ab iis quae certis testimoniis de Palaemonis et Aspri doctrina tradita sunt, ut non dubitem quin nulla antiquitatis fide nitantur nomina nobilissimorum grammaticorum his libris inscripta.

Itaque ut primum de Palaemone dicam, quaecumque vel adscripto hoc nomine a grammaticis citantur vel probabiliter ad eius doctrinam revocantur apud Charisium Diomedem Consentium Phocam, et siqui praeterea eodem auctore usi sunt, eorum nihil in hoc libro legitur. neque vereor nequis hoc ita abutatur, ut illa ex recentioris cuiusdam Palaemonis arte, de qua supra p. 334 disputatum est, recepta, haec de quibus nunc agitur genuina Remmii Palaemonis excerpta esse dicat. nam nihil omnino in hoc libro scriptum est quod non ab iis grammaticis, quorum libros nunc etiam habemus, peti potuerit vel aliqua probabilitatis specie antiquiorem originem sibi vindicet, sed omnia in notissimis et maxime vulgaribus grammaticorum praeceptis de sex partibus orationis, de nomine pronomine verbo participio adverbio praepositione, (coniunctionis enim et interiectionis expositio omissa est) versantur, eaque in formam regularum et quaestionum satis neglegenter redacta neque certo ordine conposita sunt. et multa quidem partim iisdem verbis scripta, partim uberius et accuratius explicata leguntur in regulis Augustini. alia similiter cum institutis Probi consentiunt, ex quo genere sunt haec, p. 1369 de conparatione nominum Prob. p. 56 sqq.; p. 1371 de dativo et ablativo plurali quartae declinationis Prob. p. 116; p. 1374 de nominibus in *as* exeuntibus Prob. p. 79. hos igitur vel his similes regularum scriptores is qui haec scripsit videtur secutus esse. ea vero quae ipse addidit maximam partem inepta sunt, ut p. 1370 de deminutione nominum, p. 1378 de pronominibus *id* et *idem, qui* et *quidam* idem significantibus. quo tempore au-

16 saec. VIII, f. 56 *incipit liber palemonis de arte:* cf. Endlicher catal. cod. philolog. latin. bibl. Palat. Vindob. p. 220, analect. gramm. Vindob. p. 202.

tem haec scripta vel in hanc formam redacta sint, nec quaerere multum interest nec dici certo potest. sed Palaemonis certe nomen non puto multo antiquiore tempore, quam quo codices qui illud exhibent scripti sunt, libro inpositum esse. nam si falso inscriptum esse nomen recte statuimus, sequitur ut praenomen Quinti, quod in codice Vaticano 1491 et in principe editione legitur, addi non potuerit ante inventum Suetonii librum de grammaticis, quem post annum 1457 in Italiam travectum esse constat: cf. Reiffersch. Suet. rel. p. 409. nam uno Suetonio teste hoc fuisse Palaemoni praenomen traditum est. iam vero cum Iovianus Pontanus et Suetonii librum diligenter tractaverit suaque manu descripserit et Palaemonis artem a se in lucem protractam esse glorietur, haud scio an ab hoc illud nomen regulis ex veteribus grammaticis collectis praepositum sit, sive ipse primum collegit, sive ab alio collectas habebat.

De Aspri arte priusquam dicam, sciendum est eodem nomine in veteribus codicibus inscriptam esse artem grammaticam ab hac de qua nunc agitur longe diversam. quae quoniam nondum edita est neque a nobis edetur, libros manu scriptos, quos quidem vidi, hoc loco indicabo. eorum igitur antiquissimus est Bernensis 611 septimo saeculo, ut videtur, scriptus, f. 42*—f. 70* *Partes orationis quot sunt? octo. quae? nomen pronomen uerbum aduerbium participium coniunctio praepositio interiectio. De nomine. Nomen quid est? pars orationis. nomeni quot accedunt? sex. quae? qualitas conparatio genus numerus figura casus. qualitas nominum in quo est? bipertita est, quia aut appellatiuum nomen est aut proprium, proprium ut Hierusalem Sion Iordanis, appellatiuum autem est ciuitas mons fluuius. proprium simeliter ut Michael Petrus Stephanus Esaias Aaron, appellatiuum autem ut angelus apostulus martyr propheta rex* — De interiectione *metum ut attat et siquae sunt similia.* Aspri nomen post eam partem quae est de pronomine et ante eam quae sequitur de verbo scriptum est, *expli. at asperi. de verbo,* et in indice sub finem codicis f. 92* eadem manu scripto, *ars donati exposita ab aspero.* Codex Bernensis 207 saec. X f. 130 — f. 140 *incipit ars asperi grāmati. Partes orationis sunt octo — attat et siqua sunt similia.* Codex Sangermanensis 1180 saec. IX f. 16 — f. 23 *incipit ars aspri grammatici de nomine. Partes orationis sunt octo — attat et siqua sunt similia. expl. ars aspri.* Codex Frisingensis 81 saec. X f. 114 — f. 126* *incip. ars asperi de partibus oration. Partes orationis sunt octo — attat et siqua sunt similia.* ex hoc descriptus est codex Tegernseensis 181 saec. XI. codex Sangallensis 876 saec. IX p. 3 — p. 29 deleta inscriptione *Partes orationum quot sunt — attat et siqua sunt similia.* ad Aemilium Asprum autem, Terentii Vergilii Sallustii interpretem, saepius a grammaticis citatum nihil ex hoc libro pertinet, qui ea aetate, qua

in arte Donati exponenda maxime studia grammaticorum versabantur, scriptus est. nam minorem artem Donati secutus hic grammaticus de octo partibus orationis disseruit et maximo exemplorum numero congesto et declinationibus nominum adpositis praecepta illius illustravit. de pronomine vero etiam maximam partem ex ipsa Donati arte repetivit his praemissis, *de pronomine vero nihil apertius fieri potest, quam quomodo in arte legimus Donati.* eruditionis autem nulla in hoc libro sunt vestigia, neque ulla veterum scriptorum exempla adscripta sunt.

Ad hunc igitur librum respexisse videtur is qui in codice Vaticano 1492 de vita Aspri scripsit, cum post ea quae de vetere grammatico ex Iulii Capitolini vita Antonini neglegenter collecta exhibuit alterum etiam minorem fuisse Asprum scriberet, qui paulo post Hieronymum vixisset. nam illum veterem Antonini philosophi aequalem fuisse voluit, hunc recentiorem. idem secuti sunt ii qui in codice Vaticano 1491 Aemilium Asprum et in codice Reginensi 1818 Aspri maioris artem inscripserunt. diversa ratione usi sunt editores inde a principe editione, qui cum recte intellexissent non posse hunc librum veteri grammatico tribui, ut ab illo discernerent, Aspri iunioris artem inscripserunt. Lindemannus vero propter cultum dicendi genus hunc iuniorem qui dicitur Asprum non recentiorem esse Prisciano existimavit. cui consentiens Osannus symbol. litt. II p. 305, cum ea quae a Consentio de barb. p. 402, 15 et in excerptis Charisii p. 534, 39 Aspri nomine citantur huic iuniori quem dicit nescio quo modo vindicanda putaret, librum non satis integrum ad nos perlatum esse censuit. denique Hermannus Hagenus in schol. Bernens. ad Verg. bucol. atque georg. (suppl. annal. philol. vol. IV) p. 728 de altero Aspri libro vel commentario in Donatum, quem a scholiasta Bernensi in Verg. georg. IV 238 citatum esse intellexit, dicens, quamvis hunc satis diversum esse ab arte quae vulgo fertur videret, tamen, ne duos fuisse Aspros artis explanatores statueret, ita eum cum illa coniungendum esse existimavit, ut hunc librum de quo nunc agimus partim auctum partim decurtatum esse diceret. quod quo modo fieri potuerit non intellego, siquidem tam dissimilia sunt omnia, quae in duobus libris scripta sunt, ut neque alterum ex altero ductum neque utrumque ex eodem fonte derivatum esse adpareat.

Sed omnino huius sive iunioris sive Aemilii Aspri artis nulla umquam a grammaticis facta est mentio. nam quae antiquiores adscripto Aspri nomine citaverunt dubitari nequit quin ad Aemilium Asprum, veterem grammaticum, de quo disputavit Ribbeckius proll. in Verg. p. 128 sqq., referenda sint; recentiores commentario in Donatum, qui in manu scriptis libris Aspro tribuitur, usi sunt; ab

hac vero arte aliena sunt omnia. neque ulla eius memoria extat praeter codices excepto uno Neapolitano, quem in adnotatione p. 527 indicavi, sub finem quinti decimi saeculi scriptos. etiamsi igitur et ipse liber et nomen auctoris cui adscribitur aliquanto antiquioris aetatis fidem habeat, quam Palaemonis ars, quae una cum illo ab Italis et scripta et edita est, tamen ne huic quidem libro maiorem auctoritatem tribuo. tam multa enim et in definitionibus et in divisionibus partium orationis et in verbis quibus praecepta artis efferuntur et in genere tractandi a more antiquorum grammaticorum dissentiunt, ut recentis potius quam veteris scriptoris manum prodant. quod quamquam manifestum esse puto uni cuique, siquis haec cum iis quae de iisdem rebus a veteribus grammaticis tradita sunt conparare voluerit, tamen non nulla quae huc pertinent non distinctis generibus, sed ordinem libri secutus in uno conspectu ponam, p. 1725 *alia nobis peregrina nomina;* ib. *syllaba est litterarum inter se coeuntium una iunctura;* p. 1726 exempla syllabarum positione longarum maximam partem diversa ab iis quos grammatici ponere consueverunt (certis enim et usu traditis exemplis in hoc genere uti solent), non nulla vero etiam plane perversa sunt; p. 1728 *in quibus duobus frequentissime comparatio et superlatio spectatur;* p. 1729 *ex hoc sensu est;* ib. *una appellatione per omnes articulos efferuntur;* p. 1730 *positio est qua spectatur, utrum interrogativa sint pronomina — aut responsiva — aut segregativa — aut privativa;* p. 1731 *figurae sunt septem, simplex, ut lego, composita, ut relego, inchoativa, ut calesco, frequentativa, ut lectito, desiderativa, ut dormito, impersonalis, ut piget taedet, et alterius formae, ut statur, paragoga, ut facesso lacesso capesso;* ib. *quarta* (coniugatio), *cum alio quolibet modo verbum effertur, ut odisti meministi;* p. 1732 *adverbia fiunt — aut elective, ut potius, aut discretive, ut seorsum, aut congregative, ut una pariter simul, aut declinative, ut funditus;* ib. *qualitas et quantitas accidunt adverbio, cum aut absoluta sunt adverbia, ut bene alte, aut comparativa, ut melius altius, aut superlativa, ut optime altissime;* p. 1733 *vis est, cum aut complectendi sunt coniunctiones — aut repetendi — aut vincunt — aut consentiunt — aut connexivae sunt coniunctiones — aut supernexivae;* p. 1734 de praepositionibus *accusativo autem adnexae plerumque adverbiorum vim habent;* p. 1736 *interiectio est — aut refectionis, ut evax.* in hoc igitur ab antiquioribus grammaticis dissensu non debet magnam vim habere quod quaedam sane, quae ab antiquiore memoria possint propagata videri, in hoc libro scripta sunt. nam nihil ex hoc genere est, quod non ab aliis quoque grammaticis, in primis Mario et Maximo Victorino, quos scriptor secutus esse videtur, traditum sit. ergo si verum est, quod quidem uno Neapolitani codicis testimonio constat, iam undecimo saeculo huic

libro Aspri nomen inscriptum esse, quod ipsum alia ars de octo partibus orationis prae se fert, relinquitur illud quod saepius de hoc genere artium grammaticarum monuimus, ut illum librum qui minorem Donati editionem sequitur pro minore arte habitum eique hanc alteram tamquam maiorem artem additam et eodem nomine inscriptam esse a recentioribus grammaticis dicamus.

In edendis Palaemonis et Aspri libris usus sum codice Vaticano 1491 a Brunnio cum Putschii exemplo collato et editione Ascensiana ex Fanensi, quam ipsam non vidi, expressa; in Aspro praeterea Gothano codice, quem a Duebnero collatum in schedis Lindemanni habui. e quibus manu scriptorum codicum integra scriptura exhibita est; ex edito exemplo leviora quaedam omissa sunt, ea tamen cautione adhibita, ut, ubicumque non indicata discrepantia editionis Ascensianae a codicibus recederetur, cum illa consentire ea quae recepta sunt constaret.

Q. RHEMNII PALAEMONIS ARS

p. 1365. 66 ed. Putsch.

Omnia nomina quinque vocalibus ablativo casu terminantur, a e i o u, id est quicquid declinaveris de nomine, ablativum casum in has litteras ducit, ut puta haec Iulia ab hac Iulia, hic paries ab hoc pariete, hic et haec agilis ab hoc et ab hac agili, hic doctus ab hoc docto, hic versus ab hoc versu; praeter pauca aptota, quae nos turbare non debent, quia pauca sunt. ut puta nequam homo. ab hoc nequam homine, nugas ab hoc nugas dicimus: hic videtur ablativus suscepisse m et s, sed in aptotis, non legitimis et regularibus nominibus, quae certo ordine declinantur. ergo ablativus casus singularis dat nobis regulam ad declinationem pluralis numeri, id est ad genetivum dativum et ablativum pluralem, quo modo recte inveniantur. unde si ablativus habuerit a et o, parem regulam dant, id est ut genetivum pluralem in rum mittant, dativum et ablativum pluralem in is, ut ab hoc docto horum doctorum, ab hac docta harum doctarum, sic ablativum in is, ab his doctis viris et ab his doctis mulieribus; praeter haec pauca, quae contra artem suscepta sunt, ut mulabus libertabus deabus natabus filiabus equabus asinabus, eodem modo ambabus et duabus. diximus de duabus vocalibus, id est a et o, quae parem regulam habent. restant tres vocales, i e u, quae similiter disparem regulam habent. nam si ablativus i habuerit, in ium; si e correpta fuerit, in um; si producta, in rum; si u, in uum genetivum pluralem mittunt, dativum et ablativum in bus, ut puta ab hoc forti horum fortium his et ab his fortibus, ab hoc homine horum hominum his et ab his hominibus, ab hoc versu horum versuum his et ab his versibus, ab hac re harum rerum his et ab his rebus.

Sed ut colligas ablativum, quando exeat in has litteras, regulam genetivi singularis attende. si enim in ae exierit genetivus, ablativum in

V codex Vaticanus 1491
ς editio Ascensiana a. 1516

---

1 Q. RHEMNIVS PALAEMON *V* Q. RHEMNII PALAEMONIS VICENTINI ARS GRAMMATICAE SECVNDA *ς* Palemonis grammatici uetustissimi de partibus orationis liber *codex Vaticanus* 1492 3 id] idem *V* 6 deberet *V* 7 homine *om. V* 8 uidetur *codex Vaticanus* 1492 uester *V* iure *ς* 11 ad genetiuum dictum et ablatiuum casum *V* ad genitiuum datiuum pluralem casum *ς* 12 habnit *V* 15 sic ablatiuum in is ut his *ς* sic dat. in is ab his *V* 17 eodem modo *codex Reginensis* 1818 eodemque *Vς* 18 quia parem *Vς* 20 si ablatiuus in i uel u habuerit si e correpta *V* si ablatiuus i uel e uel u habuerit si i in ium si e *ς* 21 si producta in rum si i in ium siue in um genetiuum *V* 27 si ae exerit *V*

p. 1366. 67 P.

a mittit, ut huius Iuliae ab hac Iulia, huius Musae ab hac Musa. si genetivus in is exierit, plerumque in e, aliquando in i, numquam in o mittit ablativum, ut puta huius parietis ab hoc pariete, huius hominis ab hoc homine. in genere communi nominativus et genetivus si habuerint is, ablativum in i mittunt, ut hic et haec agilis, hic et haec facilis, ab hoc et ab hac agili vel facili. siqua sunt quae differant ab hac regula, magis usu quam ratione factum est: ut puta haec ovis huius ovis ablativum in i mittere debuit, et tamen in e mittit, ut ab hac ove, non ovi. sed hoc, ut diximus, usu magis quam ratione factum est. genetivus si habuerit i in genere masculino, ablativum in o mittit, ut huius docti huius iusti ab hoc docto ab hoc iusto. sed ideo dixi in genere masculino hoc observari debere, quia in genere feminino invenitur genetivus i habere et in e exire ablativus, non in o, ut puta huius rei ab hac re, huius speciei ab hac specie. genetivus si habuerit us, ablativum in u mittit, ut huius versus huius fluctus, ab hoc versu ab hoc fluctu. sic ergo de genetivo singulari trahis regulam ad ablativum singularem, quia ablativus casus dat regulam ad genetivum et dativum pluralem, quam supra memoravi.

Alia regula: nominativus si is habuerit, aut parem habebit genetivum, ut hic ignis huius ignis, haec puppis huius puppis; aut si crescit genetivus, per has crescit, per n r t d: per n, ut puta sanguis sanguinis; per r, ut cinis cineris, pulvis pulveris; per t, Samnis Samnitis; per d, cuspis cuspidis.

Alia regula: ablativus cum habuerit e, numquam adiungit um in nominativo, ut puta verbere in ablativo, quaeritur utrum in nominativo um | habeat, ut dicamus hoc verberum. sed prohibemur regula ablativi, qui cum habuerit e, in nominativo numquam habebit um. ergo si hoc verberum non dicimus, quo modo dicemus? utique hoc verber, et dicimus in ablativo ab hoc verbere et pluraliter haec verbera, quo modo ubera. sic huic regulae contrarius *non* est nominativus. nam si nominativus um habuerit, numquam mittet ablativum in e, et hoc observabis perpetuo.

Alia regula: genetivus cum habuerit is, numquam mittet ablativum in o, ut puta ne dicas 'paupero patre natus sum'. genetivus enim singularis is habebit, ut huius pauperis. ergo ablativus non potest exire in o, sed aut in e aut in i.

Alia regula: genus neutrum in nominativo si habuerit e, in i terminatur ablativus, ut hoc mare ab hoc mari, non ab hoc mare. ne dicas ab hoc monile, sed ab hoc monili. numquam enim genus neutrum quattuor habet casus similes: ut in nominativo e, sic in accusativo, sic in vocativo, et non in ablativo. deinde quia *in* his nominibus generis neutri ablativo casui adici debet a littera, ut possit statim fieri nominativus pluralis, ut puta ab hoc monili, adice a litteram, et facit haec monilia: ab hoc sedili, adice a, et facit haec sedilia: ab hoc facili, adice a, et

---

6 facili uel agili *V* 8 non ovi *om. V* 9 magis quam ratione *om. V* 13 ablativus *om. V* 16 singulari *om. V* 27 habuit e in ablatiuo in nominatiuo nunquam habebit um *V* habuerit e in ablatiuo nunquam habebit in nominatiuo um ς 28 uerber ut dicimus *V* uerbere ut si dicimus ς 29 et] ut *V* 30 contrarius est nominatiuus *V* contrarius nominatiuus ς 31 nunquam amittet *V* et hoc *om.* ς 40 quia his *V* quia iis ς 41 casui adduci *V* casu adduci ς nominativus] numerus *V* 42 adice] adduce ς, *in lacuna om. V* 43 adduce *utroque loco V*ς

facit facilia. sic ergo per omnia observabis in talibus dumtaxat nominibus.

Alia regula: genus neutrum numquam in nominativo habet a nisi in graecis, ut puta schema thema, huius schematis thematis. quo modo genus femininum in nominativo numquam exit in e nisi in graecis, ut Andromache.

Genus neutrum cum in us exierit nominativo, necesse est ut crescat una syllaba in genetivo et ablativum in e mittat, ut puta hoc pecus huius pecoris ab hoc pecore, hoc facinus huius facinoris ab hoc facinore: praeter vulgus et pelagus, quia vulgus apud antiquos tam masculino genere dictum est quam neutro. pelagus vero ideo ad hanc regulam non pertinet, quia graecum est.

Genus neutrum quando in nominativo habet um, | genetivo pares syllabas dat, ut puta hoc templum huius templi, hoc telum huius teli. genus neutrum quando in nominativo habet ium, in genetivo geminat i litteram, ut puta hoc gaudium huius gaudii. hoc imperium huius imperii, hoc ingenium huius ingenii. sic observabis in ceteris, quia genetivus minor esse non debet nominativo. nam et in genere masculino si nominativus ius habuerit, necesse est in genetivo geminet i, ut puta hic filius huius filii, hic Mercurius huius Mercurii, hic genius huius genii, hic Iulius huius Iulii. si vero nominativus us tantum habuerit, non geminat i in genetivo, ut puta hic Coronatus huius Coronati, non Coronatii, hic Honoratus huius Honorati, non Honoratii.

Genus neutrum si habuerit nominativum in e, ut puta hoc monile hoc sedile, necesse est ut genetivus is habeat, ut huius monilis huius sedilis, ablativus i, ut ab hoc monili ab hoc sedili.

Quodcumque nomen in nominativo er syllabam habet, tunc exit in o ablativus ipsius, quando secundae est declinationis et non crescit una syllaba in genetivo singulari, quando genetivus i habuerit, non is, ut puta hic aper facit ablativo ab hoc apro, quia genetivum huius apri facit. si vero nominativus er habuerit et genetivus is, ablativum non mittit in o, sed in e, ut puta hic pater, ablativus in e, ab hoc patre, quia genetivus singularis is habet, ut huius patris.

Omnia monosyllaba generis masculini et feminini accusativum in em mittunt excepto uno nomine, id est vir virum. nam cetera in em mittunt, ut diximus, ut puta sol hunc solem, Mars hunc Martem, ars hanc artem, sors hanc sortem, mors hanc mortem, fons hunc fontem, ros hunc rorem, lex hanc legem, mos hunc morem, Lar hunc Larem, par hunc et hanc parem, fur hunc furem. vides omnia monosyllaba, ut diximus, in em exire accusativo casu.

Genus neutrum tres casus habet similes, nominativum accusativum et vocativum. ideo hoc monemus, ut, si de pelago tibi mentio sit, dicas 'per medium pelagus navigavi', ideo quia accusativus similis est nominativo, scilicet in genere neutro.

Nunc regulam comparationis accipe. | masculinum genus comparatur per has syllabas, per us, per er, per ex: per us, ut doctus doctior doctissimus; per er, ut asper asperior asperrimus, niger nigrior nigerrimus.

---

1 in talibus *om.* V^c 8 mittit *V* 10 tam *om.* *V* 14 dat] habet ς 22 hic Honoratus — Honoratii *om.* ς 24 nominatiuum in *om.* ς 26 ablatino i ut ab *V* ablatiuo ab ς 27 in ŭto .v. syllam *V* 28 una *om.* ς 33 patris] pauperis ς 37 sors — mortem *om.* ς 44 scilicet] sed *V*; scilicet — neutro *om.* ς

p. 1369. 70 P.

rimus, tener tenerior tenerrimus. per ex in genere masculino unum nomen est quod vadit per gradus, senex senior, superlativum non habet: neque enim dicimus senissimus. commune genus quod comparari potest per has syllabas exit, per is et er: is, ut hic et haec agilis, hic et haec agilior et hic agilissimus, sic brevis brevior brevissimus, sic levis levior levissimus et haec levissima. sed ab hac regula defecerunt pauca euphoniae gratia, ut facillimus dicas, non facilissimus, quo modo fortissimus, et simillimus, non similissimus. sed haec pauca nos turbare non debent. per er vero comparatur genus commune, sed in paucis nominibus, ut hic et haec acer acrior acerrimus haec acerrima, hic et haec pauper pauperior pauperrimus haec pauperrima. genus omne per has syllabas comparatur, per ax ex ix ox ux ans ens ons ers ors am us: ax positivo, ut efficax, comparativo efficacior, superlativo efficacissimus, sic fallax fallacior fallacissimus; ex, ut simplex simplicior simplicissimus; ix, ut felix felicior felicissimus, pernix pernicior pernicissimus; ox, ut velox velocior velocissimus, ferox ferocior ferocissimus; ux, ut trux trucior trucissimus; ans, ut amans amantior amantissimus; ens, ut sapiens sapientior sapientissimus; ons, ut insons insontior insontissimus; ers, ut iners inertior inertissimus, sollers sollertior sollertissimus; ors, ut vecors vecordior vecordissimus; am, ut nequam; us, ut vetus. dativo adicis or et facis comparativum, fortior; genetivo adicis simus, ut fortissimus. a nequam ut dicas nequior, de quovis casu tollis am et adicis i et or et facis nequior; adicis issimus et facis nequissimus. ab eo vero quod est vetus dativo adicis or et facis comparativum veterior; subducis huic i et o et adicis imus et facis veterrimus. sic observabis et in femininis et neutris et facies | veterrima veterrimum. vetustissimus autem a vetusto venit, et facit vetustus vetustior vetustissimus; sic feminino vetusta vetustior vetustissima; sic neutro vetustum vetustius vetustissimum.

Sunt nomina generis neutri quae tres casus tantum in plurali numero habent, nominativum accusativum et vocativum, ut iura, accusativo haec iura, vocativo o iura. sic et maria et vina et mella et fella et aera. vocantur autem triptota.

Genetivus aut par esse debet nominativo aut *non* plus una syllaba excedere. sed inventa sunt pauca nomina contra regulam venire, ut anceps, quod duarum syllabarum est, in genetivo duabus syllabis crevit: facit enim ancipitis, praeceps praecipitis, supellex supellectilis, iter itineris. quaestio est, si princeps principis et praeceps praecipitis, quare non praecipis, quo modo principis, dicamus. sed princeps, quod primus capiat, dictus est et venit a capiendo; praeceps autem a capitis significatione dicitur, quod praebeat caput.

Quaestio est, quando producimus decoris, quando corripimus. genere neutro corripimus ab eo quod est decus, masculino producimus ab eo

---

2 non habens ς 5 agilissimus] agillimus *V*ς 6 leuissimus uel leuissima ς et leuissimus et leuissima *V* 7 dicat *V*ς 10 hic et haec acrior acerrimus uel acerrima *V* acerrimus pauper ς 11 pauperrimus uel pauperrima *V*ς 20 datiuo aditis or *V*: datiuo adducis or ut forti comparatiuum fortior ς 21 adiicis *constanter V* adducis *constanter* ς fortissimus nequam *V* 22 de quovis casu *om.* ς 23 simus et facit nequissimus *V* simus et fit nequissimus ς 24 vetus] ueter ς subdiicis huic datiuo i et o et adiicis imus *V* subducis huic i et o et r et adducis rimus ς 26 facies] facias *V* 30 habent *om. V*, *post* vocativum *add.* ς 32 triptota. Alia regula. Genitiuus ς 33 non *om. V*ς 35 est et in genitiuo ς duas syllabas *V*ς 36 facitque ancipitis ς

p. 1370. 71 P.

quod est decor. producitur autem decoris, quo modo honoris candoris coloris.

Nomina quae finem significant non diminuuntur, ut ipse finis, non dicimus finiculus; dicimus novissimus, non dicimus novissimulus; dicimus extremus, non dicimus extremulus; dicimus ultimus, non dicimus ultimulus. et ratione, quia quae in fine sunt non habent quo minuantur.

Sunt nomina in singulari numero neutri generis, in plurali masculini, hoc caelum hi caeli, non caela; quo modo sunt, quae in singulari masculini, in plurali neutri, ut hic Tartarus, in plurali haec Tartara.

Nomina tertiae declinationis quae in o exeunt nominativo singulari generis sunt feminini, exceptis paucis masculini generis, quorum numero sunt ordo ligo, et iis quae communis generis sunt, ut homo nemo bubo et mango. nam cetera feminine enuntiamus, ut Carthago Carthaginis, virgo virginis, imago imaginis, indago indaginis, siligo siliginis, sartago sartaginis, ferrugo ferruginis, farrago farraginis.

Est alia quaestio, quare dicamus in ablativo singulari ab hoc arcu et plurali dativo et ablativo his et ab his arcubus, et non sic facit in dativo et ablativo plurali a versu versubus *a fluctu fluctubus*, sed his et ab his versibus et fluctibus. ea ratione fit, propter differentiam alterius similis nominis. si ab eo quod est arcus arcibus diceremus, non arcubus, fieret confusio illius nominis cum eo quod est arx arcis, licet sine discretione aliqua specubus et tribubus dicamus ab eo quod est specus et tribus, et ab eo quod est veru verubus eodem modo. versus vero et fluctus et cetera in dativis et ablativis pluralibus i habent ideo, quia haec nomina non turbat similium nominum confusio vel similitudo. ergo quo modo arcubus dicimus ab eo quod sunt arcus propter arces, sic artubus ab eo quod sunt artus propter artes. hic vitus ab hoc vitu vitubus facit: nam vitibus ab eo quod sunt vites. sic ergo observabis, cum similia nomina inveneris.

Quaestio est, unde intellegitur e productum in ablativo, unde correptum. si accipit rum genetivus pluralis, facit in ablativo singulari e productum; si um, correptum, et e mutat in i. sed melior regula est ut de dativo plurali cognoscamus, utrum productum est an correptum. unde si productum est e in ablativo singulari, accipiet bus et facit dativum pluralem. nam si correptum est, mutat in i, ut faciat dativum, ut puta ab hac re, adice bus, et facit rebus; ab hac specie, adice bus, et facit speciebus. ergo sic intellegis productum esse. ab e vero correpto non sic, si adicias bus, ut ab hoc homine hominebus, sed mutat e in i et accipit bus, et sic erit latinum, et correptum erit.

Omnes litterae generis neutri sunt numeri tantum singularis et aptote dicuntur, ut puta hoc a, huius a, huic a, hoc a, o a, ab hoc a; sic b, sic c,

---

1 producitur] producit *V* ς 6 et ratio est quia ς in fines sunt *V* 8 quae in singulari hic tartarus *V* 12 et iis quae] iis quae *V* et quae ς 16 quare cum dicamus *V* quia cum dicamus ς 18 versubus *om. V* a fluctu fluctubus *om. V* ς 19 ea] etiam ς 21 nominis ab eo quod est arx arcis ς nominis ab eo quod sunt arces *V* discreptione *V* 22 et *ante* ab *om. V* 24 ideo quia haec nomina conturbat *V* ideoque haec nomina conturbant ς 26 propter arces *om. V* 27 hic uictus ab hoc uictu uictubus facit ς: *cf. Prob. instit. p.* 116, 22 29 intellegitur *in lacuna om. V* et unde correptum si accipit ς unde compertum est si acciperet *V* 30 e productum si um correptum est et e mutat ς in e productum si nō correptum est mutat *V* 31 sed melior regula est. dativo plurali rum producit, um autem est correptum ς 36 productum esse ab hoc uerbo. pariete cui si adiicias bus non sic et ab hoc homine hominibus *V* 39 et aptotae ς a poetis *V*

p. 1371–73 P.

sic d, sic omnes. si vero adicias 'littera', fiunt generis feminini, ut dicas a littera, c littera. et multa alia nomina quae | ad pondus et mensuram veniunt numeri sunt tantum singularis, ut puta aurum argentum triticum oleum; sed 'multa alia' dicimus, non omnia.

Nomina quae in al exeunt, in el, in il, in ol, in ul, in ar, in er, in ir, in or, in ur, in an, in en, in in, in on, in ablativo habent e, ut puta nominativo al, Hannibal, ablativo ab hoc Hannibale; nominativo el, ut fel mel, ablativo ab hoc felle melle; nominativo il, ut vigil pugil, ablativo a vigile a pugile; nominativo ol, ut sol, ablativo sole; nominativo ul, ut exul, ablativo exule; nominativo ar, ut far, ablativo farre; nominativo nectar, ablativo nectare. quae vero in ar exeunt neutri generis et a ante is producunt in genetivo, ablativum in i mittunt, ut hoc calcar huius calcaris, hoc lacunar huius lacunaris, ab hoc calcari lacunari. ab eo quod est par pare vel pari dicimus. er si habuerit nominativus, attende genetivum: si is habuerit, tunc mittit in e, ut hic pater huius patris ab hoc patre; quamvis ab imbri septembri dicamus, sicque in aliis quibusdam, quae nota sunt et mensium tantum nomina. in ir praeter vir cetera in e mittunt. nominativo or, ut marmor, ablativo a marmore. nominativo ur, ut fur, ablativo a fure, augur ab augure. nominativo an, ut paean paeane. nominativo en, ut hic pecten, ablativo a pectine, flamen flamine, lien liene, rien riene; in feminino haec Siren, ablativo ab hac Sirene; in neutro hoc carmen ab hoc carmine; sic in masculinis a cano compositis, ut tibicen tibicine, fidicen fidicine; in epicoeno oscen ab oscine. ea nomina quae nominativo in in finiuntur necesse est ut in ablativo e habeant, ut puta nominativo hic delphin delphine. sic etiam quae in on, ut hic Memnon, hic Orion, ab hoc Memnone Orione. et quaecumque huius modi inveniuntur, necesse est ut in e mittant ablativum. sane quia dixi quae exeunt in al nominativo in e exire ablativo, verum est. sed ne occurrat quaestio nominis illius quod est tribunal (facit enim ablativo ab hoc tribunali, et cervical ab hoc cervicali), facere deberet tribunale | et cervicale, quia nominativus singularis *non* debet esse minor nominativo plurali duabus syllabis. sed in his nominibus, quae perpauca sunt, magis usus obtinuit. quaeritur autem, utrum hoc ossum dicamus an hoc os. sed si hoc ossum diceremus, numquam dativus pluralis in bus exiret, sed in is: ait enim Virgilius 'atque ossibus implicat ignem'. etenim nomina generis neutri in nominativo um habentia in ablativo o habent, ut hoc templum ab hoc templo, dativo plurali templis facit. unde si ossibus legimus in Virgilio, non exiret dativus pluralis in bus nisi ablativo singulari in e terminato. ablativus ergo exiret in e aut u aut i. sed quia nec u exit, nec nominativus pluralis ossua facit, nec i terminatur, ne ossi dicamus, remanet ab osse. nam genetivus ideo exit in is, quia nominativus os habet, non um. unde declinamus sic, hoc os huius ossis huic

---

6 in on in un e habent in ablatiuo ut puta in al *editio Basileensis* in on in un et habent nominatiuum ut puta in al *V*ς 7 Hannibal] animal ς Hannibale] animale ς 14 nominativus] gts *V* 18 mittunt Si inuentiuntur nominatiuo or ς. *lacuna post* mittunt *relicta est in V* 20 nominatiuo hic pecten *V* 22 in neutro in en, ut hoc carmen *V*ς sic a masculinis a cano composita ς 23 in epicoeno ab oscen oscine ς in epicoena ab oscen oscene *V* 24 quae nominatiuo in in definiunt ς que in en uel in in definiunt *V* 26 etiam] et *V* 28 mittent *V* 30 cervical *om. V* 30 ceruicali cum facere ς 32 non *om. V*ς 35 Virgilius] *Aen.* VII 355 41 ne] ut ς

ossi hoc os o os ab hoc osse, et pluraliter haec ossa horum ossium his ossibus haec ossa o ossa ab his ossibus. sed hoc nomen corripimus in nominativo singulari; ab eo vero quod sunt ora, id est vultus, nominativo singulari producitur os, et facit hoc os huius oris huic ori hoc os o os ab hoc ore, et pluraliter haec ora horum orum his oribus haec ora o ora ab his oribus.

Alia regula est, quo modo declines terga et tergora. terga autem sunt dorsa, et tergora veniunt a genere neutro quod in us exit in nominativo singulari, ut hoc tergus, et pluraliter nominativo haec tergora. et declinabis hoc nomen sic, quo modo pecus et vulnus. tergum autem declinabis, quo modo templum.

Alia regula est: nomina semper generis masculini et feminini, quae habuerint a in nominativo, genetivum et dativum in ae mittunt, ut puta hic Seneca huius Senecae huic Senecae, haec Iulia huius Iuliae huic Iuliae. sed inveniuntur pauca nomina vel pronomina contra hanc regulam venientia, ut, cum in nominativo a solum habeant, in genetivo ius accipiant, in dativo i, ut sola solius soli, tota totius toti, una unius uni, ulla ullius ulli, nulla nullius nulli, utra utrius utri, aliqua alicuius alicui, illa illius illi, ista istius isti, ipsa ipsius ipsi. pauca sunt, quae turbare nos non debent. superior autem regula in immensum tenditur, ut haec Musa huius Musae. haec analogia est, id est regula perpetua. horum vero nominum et pronominum anomalia est, id est inaequalis declinatio contra regulam; sed in paucis est, ut dixi.

Nomina quae in as exeunt tunc exeunt in e ablativo singulari, si genetivus is habuerit, ut Maecenas Maecenatis ab hoc Maecenate. ideo dixi attendendum esse genetivum singularem, quia inveniuntur nomina quae in as exeunt et tamen non in e mittunt ablativum, sed in a, ut Aeneas ab hoc Aenea, Menalcas ab hoc Menalca. ergo cum inveneris nominativo as, genetivum attende: si habuerit is, sic pronuntia, ablativus quod in e exit. sed si tibi ablativus notus est et de genetivo dubitas, scito quia in is exit, cum in e fuerit ablativus terminatus. gentilia quoque ablativum in i mittunt, ut Arpinas Arpinati, Capenas Capenati. sed veteres haec nomina magis in is et in e nominativo pronuntiabant, ut hic et haec Arpinatis et hoc Arpinate.

Nominativus in es ablativum in e mittit, ut heres herede, nisi genetivus in ae exierit, ut Anchises Anchisae: tunc enim ablativus etiam in a exit: et locuples, quod omnis generis est, a locuplete vel locupleti.

Nominativus *in* is si fuerit in genere masculino vel feminino, ablativum in e mittit, ut hic collis hic vomis hic lapis, ab hoc colle vomere lapide, haec lis ab hac lite, haec vitis ab hac vite, haec cutis ab hac cute. pauca vero masculina in i vel in e mittunt, ut ignis vectis amnis anguis postis. illa quoque feminina in i etiam exeunt, quae accusativos in im mittunt, ut puppim puppi, restim resti; et ab his quae sunt vis et strigilis ab hac vi ab hac strigili ablativos dicimus; ab eo quod est avis ab ave vel avi. in communi quoque genere is in nominativo ablativum in e mittit, nisi neutrum genus sit in e, ut puta hic | et haec hostis ab hoc *et ab hac* hoste; licet civis a cive vel civi faciat.

---

12 masculini femininiq: si habuerint *V* 19 ipsi sed quae pauca sunt nos ς 29 ablatiuo *V* ablatiuum ς 34 Arpinatis] arpinas ς 38 nominatiuus is si *V* nominatiuus si is ς 41 vero] adeo *V* 43 uis et (et *om.* ς) strigilis ut ab *V*ς 47 et ab hac *om* *V*ς

p. 1375. 76 P.

Os si habuerit nominativus, in e mittit ablativum, ut haec dos ab hac dote, hic mos ab hoc more, hoc os ab hoc osse.

In genere neutro si nominativus us habuerit, ablativum in e mittit, ut hoc vulnus huius vulneris ab hoc vulnere, praeter vulgus et pelagus. vetus autem, quod est omnis generis, a vetere vel veteri, ablativum in e et in i mittit. in genere masculino us si fuerit in nominativo, genetivum in i mittit, ablativum in o, ut hic doctus huius docti ab hoc docto. sic in femininis quae exeunt in us, si genetivus i habuerit, in o mittit ablativum, ut haec laurus *huius lauri* ab hac lauro, haec cypressus huius cypressi ab hac cypresso. quod si genetivus is exierit, ablativum in e mittit, ut haec virtus huius virtutis ab hac virtute. si vero nominativus us habuerit et genetivus us, ablativum in u mittit, sic in masculinis, sic in femininis: in masculinis, ut hic versus hic fluctus, genetivo huius versus huius fluctus, ablativo ab hoc versu ab hoc fluctu; in femininis nominativo haec porticus haec quercus, *genetivo* huius porticus huius quercus, ablativo ab hac porticu ab hac quercu. sic per cetera observabis. sed si talium nominum te declinatio turbaverit, tanta vis est regularum, ut aut de genetivo aut de dativo aut de ablativo, scilicet de istis tribus uno invento, docearis de totius nominis declinatione singularis pluralisve numeri. quare hoc dixerim: puta si sint nomina fluctus aut versus, quorum declinationem nescias, mihi crede quia, in quacumque lectione aut ablativum inveneris aut dativum aut genetivum, horum trium unum si habeas notum, docebit te de omnibus casibus. ut puta si scias quia ab hoc fluctu, sequitur quia nominativus singularis us habeat, sic genetivus, et dativus ui habeat, accusativus um, vocativus us. ecce unus casus docuit te declinationem omnium. sic si inveneris dictum in genetivo huius versus, docebit te quod ablativus docuit. sic si inveneris ui in dativo, huic versui, et ipse hoc te docebit, quod et ablativus et genetivus. vides ergo uno invento casu in quacumque auctoritate lectionis doceri te, quem ad modum totum nomen declines. in iis vero nominibus, quae in o mittunt ablativum, regula est ut genetivus i habeat, dativus o: ut puta si legas ablativo casu positum lauro, sequitur ut genetivus i habeat, huius lauri, dativus huic lauro, sequitur ut nominativus us habeat, laurus.

Verum quia lapsi sumus ad has supra dictas regulas, nunc redeamus ad rem. loquebamur enim, si nominativus in as exierit, quando mittat in a, quando in e; diximus de es regula, quae in a mittit ablativum et in e; diximus et de regula os, quia semper in e mittit; diximus et de us regula, quo modo observandum sit. quae regula plerumque in e genere neutro mittit praeter illa duo, vulgus et pelagus; in genere masculino vel feminino aut in u aut in o aut in e mittit. quod ut cognoscas, quando in o, quando in e, quando in u, genetivum attende: si habuerit et ipse us, in u mittit ablativum tam in masculino quam in feminino; et si i, in o, et si is, in e.

Ergo quantum necessitas temporis passa est, regulas non paucas no-

---

2 hic mos ab hoc more *om.* ς 6 in i ex se mittit *V* in i et in e ex se mittit ς 8 sic] si *V* si in genetiuo i *V*ς 9 huius lauri *om. V*ς 10 genetiuo *V* 15 genetivo *om. V*ς 16 sic cetera ς 18 scilicet] sed ς 21 mihi] inde ς 22 horum] quorum *V*ς 23 te de] redde *V* 25 ui] i *V*ς 26 sic inueneris *V* 27 sic inueneris *V* 29 auctoritate] ueritate ς 30 in iis] in us *V*ς 31 genetivus — huic lauro *om. V* 37 ablatiuum in e *V*

minum scripsimus. pauca de pronominibus dicamus, in quibus non ardua moles est.

DE PRONOMINE

Pronomina aut finita sunt aut infinita aut minus quam finita. finita sunt quae notant certam personam, ut ego; infinita, ut quis quicumque aliquis. minus quam finita sunt pronomina quae non sic plene definiunt personam, ut non egeant monstratore, quo modo ego: nam et ipsum tu non plene finitum est, nisi in personam direxeris digitum: sic ergo minus quam finita dicenda sunt. habent enim quandam designationem, sed non plenae significationis, quo modo ego. ut puta pone esse turbam, minime significanter dicitur in turba tu, quo modo de | turba si dixerit unus ego. sed ut de multis significemus quem quaerimus, aut nomen adicimus aut digitum intendimus, ut appareat certius, quem vocemus. ergo et tu et ille et iste et hic et alia, quae quasi possunt ex parte definire personam, minus quam finita vocanda sunt.

Regula: prima persona, quae dicitur ego, tam in singulari quam in plurali numero non habet vocativum casum, quia nemo se vocat. sed cum forte contigerit ut dicamus o ego, o nos, non tam pronominis ratione quam interiectionis, id est dolendi gratia quam vocandi.

Quaestio, a qua declinatione veniat quis, quod significat quibus, et unde veniat ipsum quibus, cum dicimus. sed dativus pluralis cum exit quis, ab ablativo singulari venit qui exit a quo, cum nominativus exit qui, non quis: quo modo in nominibus a docto doctis, a iusto iustis, sic a quo quis. dativus pluralis qui exit in bus, id est quibus, ab ablativo venit singulari qui exit a qui: quo modo in nominibus omnia quae exeunt in ablativo in i dativum pluralem in bus mittunt, sic in hoc pronomine a qui ablativo, dativo in bus, quibus. eius nominativus erit quis, non qui, quod antiqui communi genere dixerunt, hic et haec quis, ab hoc et ab hac qui; ut ab eo frequenter invenimus lectum quicum, quod significat cum quo vel cum qua. nam Virgilius ait, cum de femina loqueretur, 'quicum partiri curas', id est cum qua partiri.

Quaestio alia pronominis, quae ita obscura est, ut vix a paucis solvatur, quare, cum dicamus illud istud in genere neutro, ut puta illud vel istud templum, ipsud non dicamus, sed ipsum. sed quae in e exierunt in masculinis, ipsa sunt quae genus neutrum sic fecerunt, illud istud. ipsum vero ideo, non ipsud, quia apud antiquos magis in us mittebant nominativum generis masculini, ut dicerent ipsus. hoc habemus in Terentio, 'ipsus Pamphilus' dixit, non ipse Pamphilus. et quo modo | in regula nominum omnia quae in masculino genere us habent nominativo singulari in feminino a habent, in neutro um, ut doctus docta doctum, pius pia pium, sic ex nominum regula emanavit analogia, ut ab hoc pronomine, ut puta quia ipsus dicebant antiqui, fiat in feminino ipsa, in neutro ipsum, quo modo dicimus de nomine iustus iusta iustum.

---

8 direxeris] dixeris *V* 11 significanter *editio Basileensis* significantius *V*ς in turbam *V*ς 13 ut appareat *Putschius* aut apparet *V*ς 19 dolendi gratia contingit quam uocandi ς 22 nominativus] ablatiuus *V* 23 in nominibus] in omnibus *V* 24 ab *om. V* 29 ab eo] adeo *V* 30 Virgilius] *Aen.* XI 822 32 uix cum paucis *V* 34 exeunt ς 36 mittebant] intendebant ς 40 ut *om. V* 41 ut ab hoc] et ab hoc *V* 42 puta *om. V*

p. 1378. 79 P.

Pronomen quod dicitur idem et masculino et neutro servit: nam et idem homo dicitur et idem tempus. is pronomen sic declinabis, is homo, eius ei eum ab eo, et pluraliter ii eorum eis vel iis eos eis vel iis; femininum ea eius ei eam ab ea, et pluraliter eae earum eis vel iis eas eis vel iis; neutrum id eius ei id ab eo, et pluraliter ea eorum iis vel eis ea iis vel eis. ideo volui hoc pronomen declinatum esse, quia facit aliquibus dubietatem, praecipue in accusativo casu. unde si tibi mentio fuerit nominis neutralis in accusativo singulari, sic dicis, ut puta 'per id templum transeamus', 'per id pelagus navigemus', 'per id iter progrediamur'. cui ad ornatum adiecta est em syllaba et facit idem, non quia aliud significat id et aliud idem; sed idem ornatius dicimus, quo modo quidam, dam syllaba ad ornatum accessit, non quia aliud significat qui et aliud quidam. sic idem, sic eadem, acceperunt dem syllabam, non ut aliud significarent, sed ut euphonia esset. etenim studium fuit omnibus musicare latinitatem et id addere, quod in aures laberetur, id demere, quod rancidius offenderet auditum.

Dicta sunt de pronomine illa quae paulo obscura videntur; cetera a diligentibus artigraphis plene declinata sunt, quae facile reperias.

DE VERBO

Verborum ratio ita lata est, ut nominis, ita quoque inusitata est, ut in nominibus demonstravi. namque plurima in verbis, quae rancidule audiebantur, polita sunt, ut per anomaliam mollius sonarent, quam per rectam regulam, quam postea dicemus. | verba tribus modis accipimus: dicimus verba pro fallaciis, ut puta 'dedit mihi verba'; dicimus pro sermonibus quibusque, ut 'fecit verba Cicero'; dicimus verba haec, quae per modos et tempora et personas declinamus. sunt autem principalia verba activa passiva neutra communia deponentia. de ceteris vero dicemus istis catholicis et generalibus explicatis. activa sunt quibus nos aliquid agere significamus, ut lego legis legit, scribo scribis scribit. passiva sunt quae de activis nascuntur, quibus nos pati aliquid enuntiamus, ut legor legeris legitur, scribor scriberis scribitur. neutralia sunt quibus nos nec agere nec pati aliquid demonstramus, ut sedeo iaceo sto et alia, in quibus nullum negotium est nec agendi nec patiendi. communia sunt quae in or desinunt, numquam in o, et tam agere quam pati significant, ut criminor illum, criminor ab illo: nec enim dicimus crimino illum. deponentia sunt, quod deponant passivitatem et sumant activitatem, et cum passive enuntientur in r littera, nihil tamen patiuntur, sed solum agunt, ut luctor luctaris luctatur, convivor loquor nanciscor et cetera talia. sane illud monemus, quo modo in nominibus maior quantitas est masculini et feminini generis, neutri vero minor et communis, sic et in verbis multa sunt activa, multa aeque passiva, non tanta neutralia nec communia nec deponentia. et propter hoc regula activorum passivorumque in immensum tenditur. ceterorum vero verborum regulae a diligentibus colliguntur.

---

3 eos eis vel iis *om.* *V* 6 quia] qui *V* 8 per idem templum *V*ς 9 per iter pergradimur *V* per iter pergrediamur ς 13 idem] iisdem *V* isdem ς 14 essent *V* 15 musicari *editio Basileensis* laboretur id demeret *V* 16 offendisset *V* 17 uiderentur ς 24 fallacia *V*ς 25 haec et quae *V*ς 36 deponant passiuitatem et sumant actiuitatem cum ς deponant passiuitatis et sumant actiuitatis et cum *V* 39 monemur *V*ς in omnibus *V*ς 41 sunt] fuerunt ς aeque et passiua ς 43 in *om.* *V*

p. 1379–81 P.

Ergo diximus de generibus, quot sunt; nunc dicendum de coniugationibus, per quarum regulas omnia verba sine offensione funduntur. quas coniugationes siquis animadverterit diligenter, quasi ex vado vitiorum emergens citius ad portum latinitatis accedet. quaerendum est autem de illis, quae sint et ubi quaerantur, quo proficiant, id est quid te doceant cavere. sunt autem coniugationes a e i. sed tertia tam | correpta est quam producta; sed correpta aliam vim habet praeteritis suis, aliam producta. diximus quot sint et quae sint; dicendum est, ubi quaerantur. quaeruntur autem in indicativo modo tempore presenti secunda persona ante novissimam litteram, sed in activis et neutralibus; in aliis vero tribus verbis, passivis et communibus et deponentibus, ante novissimam syllabam. quod ut scias, apertius intimabo. dixi enim, ubi quaerendum sit; restat quarta pars, quae nos docet, quare inventae sunt, id est ob quam utilitatem. earum igitur utilitas duplex est: docet te de futuro tempore, quando in am syllabam exeat, quando in bo; docet iterum in finitum modum, quando corripiatur, quando producatur. ergo redeamus ad primam coniugationem et de eadem lucidius tractemus.

Prima coniugatio, quae est a, quaeritur in activis et neutralibus verbis, ut diximus, ante novissimam litteram in secunda persona. venit ab his quattuor modis, ab o, ut clamo clamas clamat, ab eo, ut commeo commeas commeat, ab io, ut lanio lanias laniat, ab uo, ut fluctuo fluctuas fluctuat. et quia cognoscis utique primam esse, iam quid te doceat, hinc attentius considera, ut, talia cum inveneris, in bo mittas futurum tempus ipsorum, ut clamabo dicas laniabo fluctuabo commeabo. ecce docui te de promissivo tempore; de infinito docebo te. et quia producere debes eum, dicis clamare laniare fluctuare commeare, ut ante re novissimam a littera produci possit semper. diximus de prima; dicendum et de secunda, quae dicitur e et venit ab uno modo, id est ab eo tantum, ut terreo terres, doceo doces, praebeo praebes, sedeo sedes, habeo habes. ergo et haec, quo modo superior, parem regulam dat, ut promissivum modum in bo mittat, terrebo docebo praebebo sedebo habebo. et sic omnia huius regulae observabis. sic etiam infinitum producit, quo modo prima coniugatio, terrere docere monere sedere. ergo duae istae parem regulam habent. remanet tertia coniugatio, quae tam producta est quam correpta, quae | et ipsa quaeritur ubi etiam superiores, sed in activis, ut diximus, et neutralibus verbis. venit autem ab his modis, ab o, ut lego legis, scribo scribis, ab io, ut rapio rapis, facio facis, ab uo, ut ruo ruis, fluo fluis. ergo et haec te docet, ut futurum tempus mittas in am, non in bo, quo modo superiores, et facit futurum *in* am, ut faciam scribam legam. nec dicas faciebo scribebo legebo, quia tertia coniugatio in am semper promissivum tempus mittit. quam coniugationem, ut dixi, quaeris in secunda persona ante novissimam litteram. infinitum vero modum corripit, ut legere facere scribere ruere, non, quo

---

4 portum *Putschius* postem $V\varsigma$ 5 quid] qui $V\varsigma$ 6 coniugationes *om.* ς sed haec tertia $V\varsigma$ 7 aliam uim habet praesentis sui. aliam productam diximus. quot sunt et quae sint dictum est ubi ς 8 dicendum] deinde V 16 quando corripiatur producatur V quando corripitur quando producitur ς 22 et quia] atqui ς, *om.* V quid] quod $V\varsigma$ 25 de infinito *om.* V 26 dicas ς 27 de prima A inde et de V de prima deinde de ς 31 terrebo] tenebo $V\varsigma$ 39 et facit futurum am V et facit am ς 41 coniugatio nam semper promissiuum tempus mittit in am quam ς

p. 1381. 82 P.

modo superiores, producit. quantum apertius potuit, dictum est de tertia correpta; nunc attende, quae sit ratio tertiae productae, vel quo modo potest discerni a tertia correpta, cum utraque in uno i constet, quod ante novissimam litteram inventum est. puta exempli gratia dicimus fugio fugis et sentio sentis per is. unde habet intellegi, utrum correpta an producta sit? sed intellegitur sic, id est de imperativo modo: si exeat in i, a tertia producta venit, ut sentio sentis, imperativo modo senti facit; haurio imperativo modo hauri facit; servio servis, imperativo modo servi facit. tertia vero correpta, licet simili forma exeat, tamen hoc discernitur de ipso imperativo, quem semper in e mittit, ut fugio fugis, fuge facit; ruo ruis, rue facit. ergo discernuntur sic, quia correpta in e mittit imperativum, producta in i. sed quid docet ipsa tertia producta, attende: futurum tempus etiam in bo, sed magis in am, ut puta de futuro sic dicimus, servio serviam et servibo, nescio nesciam et nescibo; sed magis in am mittit quam in bo. infinitivum vero producit semper, ut puta haurire sentire nescire. nam regula est activorum et neutralium verborum, ut in quacumque coniugatione addas re syllabam ad imperativum modum. ut puta a prima coniugatione exit imperativus in a, ut clama voca lania; adice re, et facit infinitivum, clamare laniare vocare. a secunda coniugatione exit imperativus in e productum; huic adice re, et facit infinitivum, mone monere, doce docere, praebe praebere. a tertia coniugatione correpta exit imperativus in e correptum; huic adice re, et facit infinitivum, ut scribe scribere, lege legere, tolle tollere. a tertia coniugatione producta imperativus exit in i; huic adice re, et facit infinitivum, servi servire, audi audire, hauri haurire. sed quaestio de dic duc et fac, numquid addita re integre sonuerit infinitivus. sed hoc usu plurimum valuit. nam Virgilius dicit dice et Terentius face; quibus si adicias re, faciunt integre sonare infinitivum modum, dicere facere ducere.

Abunde dicta sunt de coniugationibus activorum neutraliumque, quae quaeruntur, ut diximus, in secunda persona ante novissimam litteram. nunc restat de passivorum et communium et deponentium verborum coniugationibus dicere, quae quaeruntur ante novissimam syllabam, non litteram, ut puta clamor clamaris: ante ris syllabam a habet prima coniugatio, quae in bor habet mittere promissivum, ut clamabor clamaberis clamabitur clamabimur clamabimini clamabuntur. in communibus primae coniugationis, ut puta criminor criminaris, a ante ris syllabam, et in bor habet mittere promissivum, ut criminabor criminaberis criminabitur criminabimur criminabimini criminabuntur. in deponentibus primae coniugationis, ut luctor luctaris, ante ris syllabam a littera est: prima coniugatio quae in bor mittit promissivum modum, ut luctabor luctaberis luctabitur luctabimur luctabimini luctabuntur. diximus de prima coniugatione passivorum et communium deponentiumque verborum, quae ante novissimam syllabam quaeruntur. nunc dicendum de secunda coniugatione ipsorum verborum, quae similiter illic quaeruntur, ubi et prima in pas-

---

1 producant quantum est uno aptius dictum est *V* 3 constent *V* ς 4 inventum] iuuenturus *V*, *om.* ς 6 sed intelligatur *V* hoc intelligitur ς si exit *V* 9 hoc] nec *V* 10 fugis] fugi *V* 13 attende cuius futurum tempus etiam est in bo ς 14 sic] sit *V* si ς sed magis — in bo *om.* ς 17 ut *om.* *V* 19 addiice *V* 20 productus in e *V* ς 22 coniugatione *om.* *V* 26 fac nunquam enim addita ς sonauerit *V* ς 29 quae *om.* *V* 36 a *om.* *V* 39 prima coniugatio *om.* ς 43 dicendum] deiu ς 44 uerborum et quae ς 44 ubi primum in pasiuis ς

sivis, ut moneor moneris: ante ris e invenimus, quae est secunda coniugatio, quae in promissivo tempore exit in bor, ut monebor moneberis monebitur monebimur monebimini monebuntur. in communibus vereor vereris, ante ris e invenies, quae mittit promissivum in bor, ut verebor vereberis verebitur verebimur verebimini verebuntur: commune est enim, ut vereor te, vereor a te. in deponentibus, ut medeor mederis, ante ris e invenies, quae mittit futurum tempus in bor, ut medebor medeberis medebitur medebimur medebimini medebuntur. remanet tertia coniugatio, cuius locum implevit e littera correpta, ut in passivis legor legeris legitur: ante ris e est. sed quia correptum est, locum tenet pro i; sic per hoc, quoniam e correptum est, procedet; et quo modo in activis promissivum modum in am mittit, non in bo, sic in passivis in ar mittit, non in bor. sic in communibus ac deponentibus, ut puta sequor sequeris: ante ris e correptum est pro i correpto; mittit promissivum in ar, ut sequar dicas, non sequebor. remanet tertia coniugatio producta, ut puta in passivis, ut nutrior nutriris: ante ris i productum est. quia tertia est, exit in ar, ut dicamus de futuro nutriar; et quia producta, exit etiam in bor, ut dicamus et nutribor. ergo sic observabis in communibus et deponentibus. infinitivus vero ipsorum verborum a prima coniugatione secunda et tertia producta in ri exit, ut puta a prima, ut clamari, a secunda moneri, a tertia producta nutriri. a tertia vero correpta numquam exit in ri, sed in i, ut puta legi dicimus in infinitivo et scribi, non legeri et scriberi; et ungi, non ungeri, quia ungo dicimus, non ungeo. nam quo modo de ungeri et ungi habita quaestio est, quid diceremus, sic de tergeri et de tergi. sed et infinitivo tergeri dicimus, non tergi, quia indicativo tergeo facit, non tergo. sic in ceteris observabis, ut, ubi inveneris secundam coniugationem ri habere infinitivo modo, eo dicas indicativo activae significationis, caveri doceri, terreor terreri, coerceor coerceri; licet pauca primae coniugationis in eo exeant in indicativo activae significationis, ut puta meo meas, beo beas, laqueo laqueas, nauseo nauseas, enucleo enucleas, creo creas, excreo excreas. eodem modo queo et eo, quae duo tantum tertiae coniugationi accesserunt productae. sunt autem pauca verba quae magis per anomaliam dicuntur, ut fero fers, volo vis, sum es, edo es.

Quantum ratio postulavit de coniugationum ordine tractavimus. nunc de participiis pauca dicenda sunt.

DE PARTICIPIO

Participia dicta sunt, quod partem capiant nominis partemque verbi. trahunt enim a nomine casus, a verbo tempora, ut puta legens lecturus. ecce iam tractum a verbo aliquid, id est tempus: nam legens praesentis temporis participium est, lecturus futuri. et declinantur quo modo nomina, ut puta hic legens huius legentis huic legenti; et sic per omnes casus declines tam singulariter quam pluraliter. sic et hic lecturus huius

---

1 ante ris e et inuenimus *V* ante ris e sed inuenimus ς 7 quae mittit] quia ς 9 impleuit quarta littera ς 10 pro i] per i *V*ς 11 quoniam e] ante e ς correptum est quod cedet et per i quoniam in *V*ς 16 i productum habet. ego quia est ς 17 de futuro ut nutriar *V*ς et producta exit in bor ς 24 ungeo]. ungio *V* habita quaestione quid ς 25 diceremus ne sic *V*ς et *om.* ς 29 exeant indicatiuo ς exeunt in indicatiuo *V* 32 coniugationi cesserunt ad productum *V*ς 35 ratio] tū *V* 40 iam] enim ς 42 hic] sic *V*ς

p. 1384—86 P.

lecturi huic lecturo. ecce traxit a nomine declinationem. sane omnia participia in praesenti tempore aut in ans exeunt et veniunt a prima coniugatione, ut amans clamans, aut in ens et veniunt a secunda vel tertia correpta vel producta, ut monens legens serviens. nam monens a secunda coniugatione est, legens a tertia correpta, serviens a tertia producta. futuri temporis participia semper in rus exeunt ab omnibus verbis, nisi a passivis. praeteriti temporis semper aut in tus aut in sus aut in xus: in tus, ut lectus scriptus amatus, in sus, ut falsus lapsus, in xus, ut nexus. est et unum in uus, ut mortuus. futuri temporis participia a passivis vel communibus semper in dus. nam deponens numquam habet duo futura: nec enim dicimus 'luctandus est ille' aut nascendus, sed habet unum, ut luctaturus nasciturus locuturus; licet apud veteres talia quoque communis generis reperiantur. sane regula est, participia omnia praesentis tem|poris generis esse omnis, id est quaeque exeunt in ans quaeque in ens, ut hic et haec et hoc amans legens serviens.

DE ADVERBIO

Adverbia aut ab aliis veniunt aut ex se. sunt loci, temporis: ut puta loci, hic istic illic et cetera quae locum significant; temporis, ut hodie cras heri et cetera quae tempus significant. ab aliis adverbia veniunt, aut a nomine aut a participio, ut a docto docte, a iusto iuste. sane adverbiorum biformis regula est: ablativo enim diriguntur adverbia. unde si habuerit ablativus o, adverbium in e mittit, ut supra dictum est, a docto docte, a iusto iuste, ab impio impie, a religioso religiose. si vero ablativus in i exierit, adverbium in ter mittit, ut a simili similiter, ab agili agiliter, a veloci velociter, a forti fortiter, a grandi granditer et cetera talia.

DE PRAEPOSITIONE

Praepositiones notae sunt accusativae et ablativae: ut puta ad praepositio *in* masculinis, ut ad illum vado, in femininis, ad il|lam vado, in neutris, ad illud vado templum vel theatrum; et pluraliter in masculinis, ad illos, in femininis, ad illas, in neutris, ad illa templa vado. sane sic tibi per hoc nomen interrogatio fit, ut puta si dico 'ad quem vadis?' vel ad quam? vel ad quod? in plurali vero vide ne dicas 'ad templa vadis?', sed 'ad quae templa?'. sic 'ad quae loca pergis?' sic 'ad quae palatia? ad quae spatia?' et alia similia. in ablativis autem dicimus 'a te venio'; sic ab illo, a theatro, ab illa, a nobis, ab aedibus, ab illis venio. remanent praepositiones utriusque, quae discernuntur de motu et situ: de motu, ut puta 'quo is?' vides quia moves. sed quid respondebitur? ad accusativum casum, ut dicas in forum, in templum, in balneum. si vero situs est, et significas te fuisse alicubi, ablativo respondebis, ut dicas in foro fui'; sic 'in thermis fui'. ergo tu sic attende, ut, si fueris iam alicubi,

---

4 ut monens] ut metuens $V\varsigma$ ut moerens *Putschius* nam moerens ς 9 uus] unus V 10 in dus *om.* ς 11 futura *in lacuna om.* V 12 habetur unum V 14 id est quaecunque ς 18 temporis] tempus V 22 unde] nam ς 24 mittit] exierit ς 28 praepositio masculinis $V\varsigma$ 30 in masculino ad illos in feminino $V\varsigma$ 31 sane si tibi $V\varsigma$ 32 ut si dico puta ad V 37 discernunt ς 38 quia mouet ς sed quid ergo respondebitur V 40 significat se $V\varsigma$ 41 sic in thermis fui *om.* ς fuerit tam alicubi V fuerit alicubi ς

p. 1386 P.

ablativo respondeas; si adhuc velis ire, accusativo. abunde dictum sit de praepositionibus. nam cetera in artibus habemus plenissime dicta.

ASPRI GRAMMATICI ARS

p. 369 L. p. 1725 P.

Ars est comprehensio praeceptorum ad utilitatem usui accommodata per artificis sui exercitationem, medendi, ut medici, declamandi, ut rhetoris, legendi, ut grammatici. grammatica est scientia recte scribendi et enunciandi interpretandique poetas per historiam * formatam ad usum rationemque verborum, quam Terentius [et] Varro primum ut adhuc rudem appellatam esse dicit litteraturam.

DE LITTERA

Littera est minima pars vocis explanatae. sunt autem, ut etiam ratiocinatorum usu receptum est, litterae latino sermoni accommodatae una et viginti, quibus Graecorum accedunt duae, z et y. nam Mezentium et Hylam et alia nobis peregrina nomina scribere et enunciare proprio sono non possumus. litterarum aliae vocales sunt, aliae consonantes: vocales quinque, a e i o u: consonantium aliae semivocales, septem f l m n r s

2 nam] iam *V* habemus in artibus plenissime dicta. Rhemnii Palaemonis Grammatici libello FINIS ς

V codex Vaticanus 1491
G codex Gothanus 117
ς *editio Ascensiana Parisiis a.* 1516

3 INCIPIT ARS ASPRI GRAMMATICI *G* AEMILIVS ASPER *V* Aspri maioris ars more uetustissimo incipit *codex Vaticanus bibliothecae Reginae* 1818 ARS ASPRI IVNIORIS GRAMMATICI ς 6 declamandi ut rhetores *G* delarandi et oris *V* 7 grammatica] *Max. Victor. p.* 1937 *Mar. Victor. p.* 2450 et enunciandi *codex Vaticanus* 1492 *Regin.* 1818 et nunciandi *G* et nunctiandi *V* pronunciandi ς 8 interpretandique poetas (poematae *G*) per historiam formatam ad usum rationemque uerborum *G* ς interpretandique rationemque uerborum *V et codex Vaticanus* 1492 interpretandique rationem uerborum *codex Regin.* 1818. *lacunam indicavit Lehrsius Herod. script. tria p.* 389. *cf. Mar. Victor. p.* 2451 ut Aristoni placet grammatice est scientia poetas et historicos intellegere formam praecipue loquendi ad rationem et consuetudinem dirigens formata *Lindemannus* 9 Terentius etiam Varro ς Terrentius uarro *codex Regin.* 1818. *Varronis definitionem tradiderunt Marius Victorinus l. c. Augustinus de ord.* II 12, 35 *sq. Isidorus* I 3, 1: *cf. Wilmanns. de Varr. lib. gramm. p.* 99 ut *om. cod. Regin.* 1818 10 dicit] dicunt *G* litterationem *coniecit Wilmannsius l. c.* 11 DE LITTERA *sicut reliquas inscriptiones om. V* 12 explinatae *G*: et ideo a plerisque explanata, a non nullis intellegibilis dicitur *Mar. Vict. p.* 2451 rationatorum *V* ratiocinatore ς. primordia grammaticae artis litterae communes existunt, quas librarii et calculatores secuntur *Isid.* I 3, 1 13 sermone *V G* 15 et pronunctiare *V*

p. 1725–27 P. p. 309. 10 L.

x, *aliae* mutae, novem b c d g h k p q t. item h in earum numerum redigitur, quando non aspirationis, sed litterae loco ponitur. littera tribus modis intelligitur, nomine quo enunciatur, potestate qua valet, figura qua scribitur et, ut alii, ordine quo constat.

DE SYLLABA

Syllaba est litterarum inter se cocuntium una iunctura vel enunciatio litterarum cum adiectione temporis. syllaba autem sine vocali littera vel litteris non potest fieri. syllaba|rum aliae longae, aliae breves. longae aut natura fiunt aut positione et habent bina tempora. natura duobus modis intelligitur, cum vocalis || per se longa est, aut cum vocales duae inter se iunctae producuntur, ut ae. positione longae syllabae fiunt modis octo: primo modo, quoties desinit in consonantem et excipitur ab altera consonante, ut 'arma virumque cano'. ar enim natura brevis est, tamen positione fit longa, quia desinit in consonantem r et excipitur a consonante m: ita arma vi dactylus, qui constat ex longa et duabus brevibus. secundo modo fit longa syllaba, quoties desinit in duas consonantes, ut 'ast ego, quae divum incedo regina Iovisque'. ast enim positione longa est, quia desinit in s et t ambas consonantes. tertio modo longa syllaba est positione, quoties excipitur a duabus consonantibus, ut 'Atrides Proti'; nam etsi a correpta est, tamen positione fit longa, quia sequuntur t et r: quarto modo, quoties desinit syllaba in duplicem litteram, ut 'ex illo celebratus honor': quinto, quoties syllaba excipitur a duplici littera, ut 'exulibusne datur ducenda Lavinia Teucris': sexto, quoties excipitur a vocali consonantis loco posita, ut 'at vero ingentem quatiens Mezentius hastam': septimo, quoties desinit syllaba in vocalem loco consonantis positam et excipitur a consonante, ut 'audieras et fama fuit': octavo modo, quoties syllaba excipitur a vocali consonantis loco posita, ut 'Troiaque nunc stares Priamique arx alta maneres'. breves sunt syllabae, quae vocali correpta efferuntur et habent tempora singula.

DE PEDIBVS

Pedes simplices sunt duodecim: bisyllabi, hoc est binarum syllabarum, quatuor, || pariambus spondeus iambus trochaeus. trisyllabi, hoc est ternarum syllabarum, octo, anapaestus dactylus brachysyllabus molos-

---

1 aliae *ante* mutae *om. VGς* novem] VIII ς h *priore loco om. G* numero *V* 2 regitur *VG* 4 et ut alii ordine quo constat *V* ut alii et ordine constat *G*, *om.* ς 6 enunciatio literae uocalis (tum *add. G*) adiunctione temporis *Gς* 9 fiunt] sunt ς 10 intelligitur cuius uocalis per se longa est aut cum uocalesue inter se iunctae producuntur *G* intelligitur aut cum uocalis per se longa est aut cum uocalis uocali inter se iunctae producunt ς intelligitur cum uocales inter se producuntur *V* 13 ar enim syllaba positione fit longa ς natura] cum *G* 14 r excipitur *V* 15 ita et arma *Gς* 17 ast] *Verg. Aen.* I 46 regina Iovisque *om. Gς* 18 positione est *V* 20 Atrides] *Verg. Aen.* XI 262 Proti *om. Vς* nam si *VG* 22 ex illo] *Verg. Aen.* VIII 268 honos ς 23 exulibusne] *Verg. Aen.* VII 359 24 lauinea *G* Teucris *om. VG* 25 at vero] *Verg. Aen.* X 762 quatiens] quotiens *VG* 26 et *om. G* 27 audieras] *Verg. bucol.* 9, 11 28 syllaba a uocali excipitur consonantis loco posita ς excipitur syllaba a uocali composita *V* syllaba a uocali loco posita *G* Troiaque] *Verg. Aen.* II 56 29 maneret *G* 33 pariambus] pyrrichius ς spondius *V* trochius *V* 34 trinarum *G*

p. 310 11 L. p. 1727. 28 P.

sus amphibrachus creticus bacchius palimbacchius. pariambus constat ex duabus brevibus et est minimus solusque duo habet tempora, ut est homo. huic contrarius est spondeus, qui constat ex duabus longis et habet tempora quatuor, ut moles. iambus constat ex brevi et longa temporum trium, ut apes. huic contrarius est trochaeus, qui constat ex longa et brevi temporum trium, ut acer. anapaestus constat ex duabus brevibus et longa temporum quatuor, ut aries. huic contrarius est dactylus, qui constat ex longa et duabus brevibus temporum quatuor, ut caelifer. brachysyllabus, quem quidam tribrachum vocant, [qui] constat ex tribus brevibus temporum trium, ut iaculum. huic contrarius est molossus, qui constat ex tribus longis et est de simplicibus pedibus maximus temporum sex, ut Aeneas. amphibrachus constat ex brevi et longa et brevi temporum quatuor, ut amicus. huic contrarius est creticus, quem et amphimacrum appellant, qui constat ex longa et brevi et longa temporum quinque, ut alipes. bacchius constat ex duabus longis et brevi | temporum quinque, ut saetosus. huic contrarius est palimbacchius, qui constat ex brevi et duabus longis temporum quinque, ut Achates.

DE PARTIBVS ORATIONIS

Partes orationis sunt octo, nomen pronomen verbum adverbium participium coniunctio praepositio interiectio.

DE NOMINE

Nomen est pars orationis qua res quaeque appellatur, sive est animalis, ut homo Cato, sive inanimalis, ut arbor || lapis, sive etiam incorporalis, ut perfidia clementia. nomini accidunt quinque, qualitas genus numerus figura casus. qualitas nominum bipertita est: aut enim propria sunt nomina aut appellativa. propriorum alia praenomina dicuntur, ut Caius Marcus, alia gentilia, ut Iulius Porcius, alia cognomina, ut Caesar Cato, alia agnomina, ut Numidicus Germanicus. sunt et unica, ut Romulus, et bina, ut Paris Alexander, et quae omnia unius sunt, ut Publius Cornelius Scipio Africanus. appellativorum alia animalia dicuntur, ut homo bos, alia inanimalia, ut arbor lapis, alia incorporalia, ut sapientia prudentia; alia gentem significant, ut Gallus Graecus, alia numerum, ut duo tres, alia ordinem, ut secundus tertius; alia sunt primae positionis, ut ager capra, alia derivativa, ut agrarius caprarius, alia diminutiva, ut catulus catellus, alia ad aliquid, ut pater mater, alia qualitatis, ut sapiens doctus, alia quantitatis, ut longus latus. in quibus duobus frequentissime comparatio et superlatio spectatur. est enim absolutum, ut doctus longus, comparativum, ut doctior longior, superlativum, ut doctissimus longissimus. genera nominum sunt quinque, masculinum, ut hic Cato, femininum, ut haec Porcia, neutrum, ut hoc scamnum, commune aut

---

1 pariambus] pyrrhichius ς 2 et] ut *G* 5 apes] uapes *V* 6 acer] uenter ς 8 temporum quatuor *om. VG* 9 quidem *G* 10 ut aculum *V* 12 temporum quatuor *om. VG* 15 alipes] insulae ς 16 saetotus *V* Romanus ς 17 Achates FINIT. Partes *G* 20 praepositio *om.* ς 22 qua res ς que (*corr.* qua *V*) res *VG* 24 accedunt *constanter VG* sex quinque qualitas comparatio genus *V* 27 ut C. marcus *G* ut C. Marius *V* ut C. Caius M. Marcus ς 28 ut Romulus *om. V*: Romulus *om. G* 35 catellus] catillus ς 36 duo frequentissime *V* duo frequentissima *G*ς 37 et] est *V* expectatur *G*ς expectator *V* 38 superlatiuus *V* 40 haec Porcia ς haec porta *VG*

p. 1728—30 P. p. 311. 12 L.

duobus generibus, ut hic et haec fortis, aut tribus, ut hic et haec et hoc elegans, promiscuum, in quo aut masculina sunt semper, ut corvus turdus, aut semper feminina, ut aquila cornix. numeri accidunt duo, singularis, ut hic Cato, pluralis, ut hi Catones, || communis, ut dies nubes. sunt quaedam nomina semper singularia, ut aurum oleum, quaedam semper pluralia, ut Puteoli Saturnalia; alia forma singularia, sed vi pluralia, ut populus exercitus, aut contra forma pluralia, sed vi singularia, ut idus nonae. figura nominum duplex est: aut enim simplicia sunt nomina, ut probus, aut composita, ut improbus. componuntur autem nomina modis quatuor: aut enim integra corruptis | iunguntur, ut insulsus, aut corrupta corruptis, ut armiger, aut integra integris, ut inpotens, aut corrupta integris, ut armipotens. casus nominum sunt sex, nominativus, ut hic Cato, genitivus, ut huius Catonis, dativus, ut huic Catoni, accusativus, ut hunc Catonem, vocativus, ut o Cato, ablativus, ut ab hoc Catone. addunt et septimum casum, veluti cum dicimus nos 'terra vel mari vectos', qui speciem ablativi habet, nec tamen est. ipse enim aliquotiens per accusativum liquidius explicatur, non utique 'terra vel mari vectos', sed 'per terram vel mare vectos'. ex hoc sensu est 'multum ille et terris iactatus et alto'. sunt quaedam nomina quae non flectuntur in varios casus declinata, sed una appellatione per omnes articulos efferuntur, ut frugi nequam, quae Graeci monoptota appellant. sunt quae declinationem omnino in quosdam casus non recipiunt, ut fas nefas tantum per nominativum et sponte tantum per ablativum in usu habentur.

DE PRONOMINE

Pronomen est pars orationis quae idem quod nomen, sed minus plene || significat. pronomini accidunt qualitas significatio positio genus numerus ordo figura persona casus. qualitas est, quia sunt aut infinita pronomina, ut quis, aut finita, ut ipse. significatio pronominum in octo partes divisa est: aut enim personam significant, ut quis quae, aut rem, ut hoc istud, aut gentem, ut cuias nostras, aut numerum, ut quot tot, aut ordinem, ut quotus totus, aut qualitatem, ut qualis talis, aut quantitatem, ut quantus tantus, aut ad aliquid; quorum quaedam aut utraque singularia sunt, ut meus tuus, aut utraque pluralia, ut nostri vestri, aut extrinsecus singularia, ut noster vester, aut intrinsecus pluralia, ut mei tui. positio est, qua spectatur, utrum interrogativa sint pronomina, ut quis uter, aut responsiva, ut hic iste, aut segregativa, ut quisquis uterque, aut privativa, ut nequis neuter nemo nihil. numerus pronomini accidit singularis, ut ego quis, pluralis, ut nos quanti, communis, ut quae quanta. numerus apud Graecos propter dualem numerum motus habet novem, in sermone nostro quatuor: aut enim unum unius significamus, ut meus tuus, aut multos multorum, ut nostri vestri, aut unum

---

1 ut hic et haec sacerdos aut tribus generibus ς, *om. G* 3 aquila] aliqua *V* 7 aut contra] alia contra ς sed *om.* ς 15 nos terram uel mare *VG* uectus *G* 16 per accusatiuum aliquid ius explicat *G* 17 mari] mare *VG* 18 per terram mare *VG* uectus *G* multum] *Verg. Aen.* I 3 23 habent *VG* habetur ς 32 aut ad aliquid ut quorum quaedam *V* aut aliquid ut quorum quidam *G* aut ad aliquid ut quidam quaedam ς 33 ut nostri — singularia *om. G* 35 qua expectatur *V* 36 responsa *V* segatiua *V* 39 motus] motos *V* modos ς 40 insermo nostro *corr.* in nostro *V* aut enim unius numerum significamus ς aut enim unius significamus *VG*

p. 312. 13 L. p. 1730. 31 P.

multorum, ut noster vester, aut multos unius, ut mei tui. ordo accidit pronominibus: nam aut praepositiva sunt pronomina, ut quis quantus, aut subiunctiva, ut is tantus. figura pronominum duplex est: aut simplicia sunt pronomina, ut ego tu, aut composita, ut egomet tumet. persona, prima, ut me mihi, secunda, ut te tibi, tertia, ut se sibi. persona finitis tantum pronominibus accidit, infinitis numquam. ca|sus sunt sex, nominativus, ut quantus, genitivus, ut quanti, dativus, ut quanto, accusativus, ut quantum, ablativus, ut quanto: vocativus rarus est, sed tamen invenitur ab eo quod est meus o meus.

DE VERBO

Verbum est pars orationis actum aut passivitatem cum tempore et || persona significans. verbo accidunt qualitas significatio numerus figura tempus persona coniugatio. qualitates sunt quinque, finita, ut lego, imperativa, ut lege, optativa, ut utinam legerem, adiunctiva, ut cum legam, infinitiva, ut legere. significationes sunt quinque, activa, ut lego; passiva, ut legor; neutra, quae habet speciem activae, sed non habet vim, quia non habet passivitatem, ut curro; deponens, quae habet speciem passivae, sed non habet vim, quia non habet activitatem, ut suspicor; communis, quae et agendi et patiendi pariter obtinet interpretationem, ut consolor illum et consolor ab illo. numeri duo, singularis, ut lego, pluralis, ut legimus. figurae sunt septem, simplex, ut lego, composita, ut relego, incohativa, ut calesco, frequentativa, ut lectito, desiderativa, ut dormito, impersonalis, ut piget taedet, et alterius formae, ut statur, paragoga, ut facesso lacesso capesso. tempora sunt tria, praesens, ut lego, praeteritum, ut legi, futurum, ut legam. praeteriti gradus sunt tres, imperfectus, ut legebam, perfectus, ut legi, plusquamperfectus, ut legeram. [futuri gradus sunt duo, perfectus, ut legam, plusquamperfectus, ut legero.] personae sunt tres, prima, ut lego, secunda, ut legis, tertia, ut legit. coniugationes sunt quatuor, prima, si quando verbum finita qualitate singulari numero praesenti tempore secunda persona per a et s litteras enunciatur, ut laudas; secunda, cum idem verbum e et s litteris terminatur, ut sedes; tertia, cum idem verbum i et s litteris exit, ut curris, aut producta, ut venis; quarta, cum alio quolibet modo verbum effertur, ut odisti meministi.

DE ADVERBIO

Adverbium est pars orationis quae verbi vim explicat, ut scribo bene. adverbio accidit significatio positio figura qualitas quantitas. significatio est in adverbiis, cum spectamus quid significent. nam aut locum osten-

---

1 ut mei tui sui *G*ς 5 me] mei *VG*ς 7 ut tantus *etc. V* 11 aut] et *VG* 12 verbo accidunt qualitas significatio *om. V* 14 optativa utinam legerem *VG* adiunctiva cum legam *VG*ς 15 infinita *G* 22 inchoativa *G*ς desiderativa] desiderii significativa *V* 25 praeteritum rursus dividitur in praeteritum imperfectum ut legebam, plusquamperfectum ut legeram ς imperfectum — perfectum — plusquamperfectum — perfectum — plusquamperfectum *G* 27 futuri — legero *om. V*ς, *add. G* 29 finitiva qualitate *G*ς 31 secunda cum per eundem uerbum e et s litteris *V* secunda cum per eundem uerbum in e et s litteras *G*ς secunda cum per eadem verbum in e et s litteras *Lindemannus* 32 uerbum in i et s *VG* uerbum et i et s ς 33 aut] et ς aliquolibet *V*ς 36 verbi vim] uerbum *V* 38 cum expectamus *V*ς significet *VG* significetur ς

p. 1731—33 P. p. 313. 14 L.

dunt || aut tempus aut numerum aut ordinem. locum significantia adverbia aut in loco sunt, ut intus, aut ad locum, ut intro, aut per locum, ut hac, aut e loco, ut hinc. tempora quae significant adverbia aut infinita sunt, ut | aliquando nuper iam alias iampridem quondam, aut finita, ut hodie cras perendie, aut in confuso finita, ut olim mox tandem saepe subito repente, aut perfecta in confuso, ut cotidie semper interea, aut sunt praesentia, ut cummaxime nunc. numerum significantia adverbia, ut semel bis ter, aut ordinem, ut iterum tertio quarto. sunt adverbia aut negandi, ut non, aut prohibendi, ut ne, aut promittendi, ut etiam quidni, aut demonstrandi, ut en ecce, aut optandi, ut utinam, aut interrogandi, ut cur quid quare nempe, aut similitudinis, ut ita perinde veluti ceu itidem quasi qualiter taliter, aut dubitandi, ut fortasse; aut personaliter fiunt, ut mecum tecum, aut elective, ut potius, aut discretive, ut seorsum, aut congregative, ut una pariter simul, aut declinative, ut funditus, et quae his proxima sunt, ut meatim tuatim raptim sensim corneliatim tractim; aut sunt hortandi, ut heia, aut vocandi, ut heus, aut respondendi, ut heu; aut eventum significant, ut forte fortuitu; aut ab animo sumuntur, ut sapienter docte, aut a corpore, ut valenter, aut extrinsecus, ut bene fortunate nobiliter; aut modum significant, ut satis largiter nimis parumper plene vaste. positio accidit adverbiis, cum quaedam praepositiva sunt, ut qualiter, quaedam subiunctiva, ut taliter. figura adverbiorum duplex est: aut enim simplicia sunt adverbia, ut probe, aut composita, ut improbe. qualitas et quantitas accidunt adverbio, cum aut absoluta sunt adverbia, ut bene alte, aut comparativa, ut melius altius, *aut* superlativa, ut optime altissime.

DE PARTICIPIO

Participium est pars orationis partem || a nomine, partem a verbo capiens: a nomine genus et casum, a verbo tempora et significationes, ab utroque numerum et figuram. participio accidunt sex, significatio tempus figura genus numerus casus. significationes sunt quinque, activa, quae habet duo tempora, praesens et futurum, ut legens lecturus (nam semper caret praeterito); passiva, quae habet duo tempora, praeteritum et futurum, ut lectus legendus (nam praesens non habet); neutra, quae habet praesens et futurum, ut veniens venturus; deponens, quae habet tria tempora, praesens praeteritum et futurum, ut suspicans suspicatus suspicaturus; communis, quae habet tempora quatuor, praesens praeteritum et duplex futurum, ut consolans consolatus consolaturus consolandus. tempora participiis accidunt tria, praesens, ut legens, praeteritum, ut lectus, futurum, ut lecturus et legendus. animadvertendum autem de

---

5 hodie aut cras *V* hodie nunc cras ς 6 quotidie *V* 7 numeros significantia *V* aut numerum significantia ς numerum significant *Lindemannus* 8 sunt aduerbia etiam negandi, ut non haud, prohibendi ς 10 quidni ut uti aut monstrandi *V* 12 qualiter aliter aut dubitandi *G* qualiter et aliter et dubitandi ς qualiter aut dubitandi *V* 14 seorsum et congregatiue ς declinative] declaratiue *V* 15 raptim sensim] ramtim sentim *V* corneliatim] tornatim ς. *fortasse* contemptim *vel* centuriatim 17 aut enim euentum *VG* 18 sumitur *G*ς 20 accidit (accedit *VG*) in aduerbiis *VG*ς 22 aut composita ut improbe *om. V* 23 qualitas aut quantitas accedit *V* cum] quia *G* 24 altius superlatiue *VG*ς 28 significationem *G*ς 33 nam presentia *V* nam praesenti *G* 39 aduertendum autem de temporibus et significationibus *G* aduertendum autem temporibus est significationibus *V*

p. 314. 15 L. p. 1733. 34 P.

temporibus est et significationibus participiorum, quod neque activa aut neutra praeterita nec passiva praesentia reperiuntur. figurae sunt duae, simplex, ut legens, composita, ut relegens. genera sunt quatuor, masculinum, | ut lectus, femininum, ut lecta, neutrum, ut lectum, commune, ut legens. numeri sunt duo, singularis, ut legens, pluralis, ut legentes. casus sunt sex, nominativus, ut legens, genitivus, ut legentis, dativus, ut legenti, accusativus, ut legentem, vocativus, ut o legens, ablativus, ut a legente.

DE CONIVNCTIONE

Coniunctio est pars orationis copulans ordinansque sententiam. coniunctioni accidunt vis figura ordo. vis est, cum aut complectendi sunt coniunctiones, ut et que atque, aut disiungendi, ut vel nec aut neve ceterum, aut dubitandi, ut sive seu siquidem, aut repetendi, ut sed, aut ad aliquid, ut magis; aut rationales sunt, ut quia ideo propterea enim, aut vincunt, ut immo, aut consentiunt, || ut etiam, aut comparant, ut tam, aut subiciunt sententiam, ut equidem enimvero, aut compellunt, ut saltem tamen videlicet, aut concludunt: quarum tres species sunt, relativae, ut quamquam·quamvis etsi, praelativae, ut si sin; sunt et mediae, hoc est quae et incohant sententiam et includunt, ut et atque, quas generaliter complecti diximus: aut connexivae sunt coniunctiones, ut igitur ergo proinde itaque praesertim quatenus, aut rationativae, ut quoniamquidem quandoquidem, aut supernexivae, ut similiter. nam omnes nominibus suis designari non possunt propter multitudinem generum aut subtilitatem discriminum, quibus aliae ab aliis differunt. sed ex his omnibus has quas enumeravimus maxime usurpant. figura coniunctionum duplex est: nam aut simplices sunt, ut uti si, aut compositae, ut utinam siquidem. ordo coniunctionibus accidit, cum quasdam in principio ponere possumus, ut quamquam, quasdam non possumus, sed semper subicimus, ut que ve.

DE PRAEPOSITIONE

Praepositio est pars orationis quae praeposita aliis partibus orationis vim et significationem earum adiuvat. praepositiones sunt propemodum hae, a ab cum de di dis per prae in ex inter praeter propter apud penes trans ante sine erga ob subter am con e pro post circum. certus vero numerus propter difficultatem discriminandorum ab adverbiis et coniunctionibus significatuum non potest comprehendi. indubitatae tamen praepositiones existimantur ablativi casus septem, a ab de pro ex cum prae. accusativo autem adnexae plerumque adverbiorum vim habent suntque omnino undecim, ad per ob post trans apud penes ante propter praeter

---

1 neque actiua praeterita (neque *add.* ς nec *corr.* aut, *ut videtur*, *add.* *G*) neutra nec passiua *VG*ς 2 reperiunt *V* recipiunt ς 6 dativus — legente *om.* *V* 11 complectente coniunctiones *V* 12 neve] ue ne ς 15 comparañ *G* comparantur *V*ς 17 saltim *V* 18 etsi] sed *VG* sin *om.* *VG* 20 complectendi diximus *Putschius* aut connexi q: sunt prepositiones *V* 24 differuntur *VG* 25 enarrauimus ς usurpantur *V* coniunctionum *V* 28 sed] et *G*ς 32 uim nominis significationem earum *V* earum] eius *G*ς 33 cum] con *VG* de *om.* *G* 34 trans — 39 penes *om.* *G* subter an con ς subter cum *V* 36 significatum *V* 38 accusatiue autem adnexe *V* accusatiui autem adnixae ς 39 propter *G* prope *V*ς

p. 1734—36 P. p. 315. 16 L.

inter. utriusque casus sunt duae, in et sub. aliae praepositiones numquam ab aliis partibus separantur et non nisi verbis participiisque et adverbiis participiorum ‖ iunguntur: verbis sic, concurrit recurrit, participiis sic, concurrens, adverbiis | sic, composite requisite disiecte constricte. aliae omnino aliis partibus orationis carere non possunt, ut cum apud penes, neque aliis quam casibus iunguntur, id est nomini pronomini participio, ut cum Cicerone, cum illo, cum dilecto; apud Ciceronem, apud illum, apud dilectum; penes Ciceronem, penes illum, penes dilectum. conveniunt autem hae aut accusativis aut ablativis casibus. aliae separari aut iungi possunt, ut sub in ex. separantur hoc modo, sub monte, ex monte, in monte; ‖ adiunguntur sic, subscribit inrepit excurrit.

DE INTERIECTIONE

Intertectio est pars orationis affectum animi significans, aut indignantis, ut he, aut timentis, ut hui, aut recordantis, ut hem, aut silentium iniungentis, ut ist, aut immutantis, ut attat, aut admirantis, ut papae, aut prohibentis, ut hah, aut conquirentis, ut ahah, aut gementis, ut voi vae, aut refectionis, ut evax, aut irridentis, ut bombax babo va.

---

1 inter] intra ς 2 et aduerbiis a participiorum *VG* 4 composite] concurrens *V* 7 cum delecto ς cum electo *G* 8 aput dilectum *G* apud delectum ς, *om. V* penes delectum ς penes electum *G* 15 attat] at at *V*ς 16 hah] ah *G* ah ah ς conquerentis ς ahah] hah *G*ς 17 aut ridentis *G* va] uua *VG*ς

FRAGMENTVM BOBIENSE DE NOMINE ET PRONOMINE

DE NOMINE

Nam legimus apud Lucretium et Vergilium 'terrai frugiferai' pro terrae frugiferae et 'aulai medio' pro aulae, 'atque aurai simplicis ignem' pro aurae, item 'dives pictai vestis' pro pictae; apud Salustium quoque 'duobus senati consultis' pro senatus; apud Terentium etiam 'nihil ornati, nihil tumulti', item 'eius anui causa' pro ornatus tumultus anus; item apud Vergilium 'libra die somnique' pro diei, et apud Salustium 'dubitavit acie pars' pro aciei. sed haec omnia usurpando vindicavit sibi vetustas, posteritas explosit. omnis etiam nominativus secundae declinationis us pura terminatus praecedente i littera genitivum suum per duas i proferri faciat necesse est, ne minorem eum habeat numero syllabarum, cum vel superare genitivus vel certe debeat adaequare nominativum suum, ut Horatius Horatii. similiter et neutra eiusdem declinationis quae i habuerint ante um geminabunt i litteram ob eandem rationem, ut folium folii, otium otii, tugurium tugurii, peculium peculii, licet haec antiquitas per *ἀποκοπήν*, id est ablata i littera, enuntiaverit, ut ipse de se Horatius 'vatis Horati memorem sepulchro scalpe que|rellam', Vergilius 'pauperis et tuguri congestum est', item

Fragmentum de nomine et pronomine initio mutilatum e codice Vindobonensi 17 olim Bobiensi saec. VIII f. 11—14 editum est in analectis grammaticis Vindobonae a. 1837 p. 127—141. adscripta est discrepantia codicis Bobiensis (B)

---

2 DE NOMINE *om. B* 3 terrai frugiferai Ennius in annalibus *Charisius p.* 19, 1 frugiferai Ennius in annalibus *exc. Char. p.* 538, 27: *cf. Enn. annal. v.* 479 *ed. Vahl. Lucretii exempla citavit Priscianus l.* VII *p.* 285, 7 frugeferai *B* 4 aulai] *Verg. Aen.* III 354 atque] *Verg. Aen.* VI 747 5 dives] *Verg. Aen.* VIIII 26 6 apud Salustium] *Catil.* 36 duobus senati decretis: *cf. Charis. p.* 22, 18 *exc. Char. p.* 539, 12 7 nihil] *Terent. Andr.* II 2, 28 eius] *Terent. Heauton. tim.* II 3, 46 anui *B* anuis *Charisius p.* 54, 31 8 libra] *Verg. georg.* I 208 9 apud Salustium] in historiis *Priscian. l.* VII *p.* 367, 6 10 aciei] acei *B* 18 Horatius] *carm.* IIII 6, 43 reddidi carmen docilis modorum vatis Horati III 11, 51 nostri memorem sepulcro scalpe querellam 19 menorem *B* pauperis] *Verg. bucol.* 1, 69

p. 128. 29 V.

nec spes libertatis erat nec cura peculi,

item

Parthenope studiis florentem ignobilis oti,

et alibi

hic tamen ille urbem Patavi sedesque locavit

pro Horatii tugurii peculii otii Patavii.

De vocativo singulari. per omnes declinationes in latinis nominibus idem erit vocativus qui et nominativus, praeter graeca, quae et suis regulis serviunt et latinis, et praeter ea quae et secundae declinationis sunt et us terminantur. ea enim modo e, modo i vocativum determinant suum: tunc i, cum us pura fuerit antecedente i littera et propria sint, non appellativa; ablata enim eadem us syllaba faciunt vocativum, ut Vergilius o Vergili, Terentius o Terenti: tunc e, cum ex his tribus vel unum defuerit, aut pura us, aut i antecedens, aut ipsa proprietas. excipitur unum filius: hoc enim, quamvis non sit proprium, tamen regulae propriorum inrepsit et vocativum suum fecit o fili, sicut Iulius o Iuli.

De genitivo et dativo pluralibus. prima declinatio et secunda genitivum pluralem faciunt addita rum syllaba ablativo casui singulari, ut ab hoc poeta horum poetarum, ab hoc docto horum doctorum. hic tamen aliquotiens ornatus gratia vel metri necessitate vel consuetudine vetustatis per *συγκοπήν* pronuntiatur. in prima quidem declinatione in his quae composita sunt, ut caelicolarum caelicolum, omnigenarum omnigenum: Vergilius

superoque nitentem
caelicolum regi mactabam in litore taurum,

idem

omnigenumque deum monstra et latrator Anubis.

amforae etiam non amforarum, sed amforum: ita enim semper esse dicendum iam inde antiquitus obtinuit. in secunda vero declinatione tantum cum sint generis masculini, ut virorum virum: 'arma virum tabulaeque': modiorum modium, sicut Tullius ubique, sestertiorum sestertium. nam neque femi|nini generis neque neutri nomina placuit hoc modo enuntiari per genitivum pluralem, ac maxime neutra, ne et hic fieret *συνέμπτωσις* nominativi singularis, et essent iam non triptota, sed tetraptota, ut puta pro templorum templum, quod est nominativi et accusativi et vocativi. item utriusque supra dictae declinationis dativus et ablativus pluralis is syllaba terminatur, exceptis quae ambiguitatis causa discernendae contra rationem recepta sunt, filiabus deabus equabus mulabus, item ambabus duabus, domo domorum domibus. idque antiqui

---

1 nec] *Verg. bucol.* 1, 33 3 Parthenope] *Verg. georg.* IIII 564 oti] uti *B* 5 hic] *Verg. Aen.* I 247 20 consuitndine *B* 24 superoque] *Verg. Aen.* III 20 25 caeliculum *B* 27 omnigenumque] *Verg. Aen.* VIII 698 30 arma] *Verg. Aen.* I 119 34 CYEMNTWCIC *B*

p. 129, 30 V.

paene in omnibus faciebant, quae sub eadem finalitate in utroque genere nunc proferuntur, ut puta magni magnis et magnae magnis, pudici pudicis et pudicae pudicis, liberti libertis et libertae libertis. haec antiqui ob discernendum sexum in femininis magnabus pudicabus libertabus dicebant; sed a posteris illa tantum quae superius diximus in usu retenta sunt propter iuris necessitatem, quod omnem ambiguitatem auferre voluerunt ex testamentis atque legatis.

Tertiae declinationis ablativus singularis aut e aut i terminatur. i si fuerit terminatus, addita um syllaba facit genitivum pluralem, ut ab hoc facili horum facilium, forti fortium. e vero finito eodem casu modo e littera in um conversa fiet genitivus pluralis, ut ab hoc homine horum hominum, modo in i commutata et addita um, ut ab hoc colle horum collium, ab hoc monte horum montium. quando tamen e, quando i terminetur, technici vix distinxerunt, ideoque, ut ex illorum traditione colligere potui, quam potero paucis exponam. neutra omnia quae nominativo singulari a fuerint terminata et ablativo singulari e littera finiuntur eademque in um syllabam commutata facient genitivum pluralem, ut poema poemate poematum, emblema emblemate emblematum, plasma plasmate plasmatum. et sunt omnia huius modi graeca nullo alio genere sub hac finalitate in tertiam veniente declinationem. qui autem poematorum emblematorum plasmatorum declinaverunt, vitiose et contra rationem locuti sunt, nec est eorum auctoritas admittenda, licet magni sint nominis. item omnia neutri generis e terminata et ablativo singulari i littera finientur et addita um syllaba facient genitivum pluralem, ut mo-nile monili monilium, sedile sedili sedilium, praesepe praesepi praesepium. | omnia nomina o terminata et ablativo singulari e finientur et eadem in u commutata et adsumpta m littera facient genitivum pluralem, ut hic Cato ab hoc Catone horum Catonum, haec virgo ab hac virgine harum virginum. nullum excipitur: nam pondo indeclinabile est; item octo non solum indeclinabile, sed etiam numeri pluralis, et nunc de singulari loquimur nominativo. i quae terminantur indeclinabilia sive aptota seu monoptota sunt, eaque omnino duo tantum reperiuntur, frugi et nihili, et sunt generis omnis, hic et haec et hoc frugi, huius frugi, huic frugi, hunc et hanc et hoc frugi, o frugi, ab hoc et ab hac et ab hoc frugi; similiter pluralia; eodemque exemplo hic et haec et hoc nihili.

Omnia al terminata, si peregrina fuerint, et ablativo casu e finientur et ea in um conversa facient genitivum pluralem, ut hic Annibal ab hoc Annibale horum Annibalum; si vero latina et neutri generis, ablativum in i mittent et addita um syllaba genitivum facient pluralem, ut hoc vectigal [τὸ τέλος] vectigali horum vectigalium, bidental bidentali biden-

---

6 uoluit *B* 11 litteram *B* 14 ideoque ut quod *B* 20 uenientem *B*
40 τὸ τέλος, *sicut reliquas huius modi glossas graecas, eadem manu superscriptum habet B*

p. 103. 31 V.

talium. omnia el terminata, si peregrina fuerint, superiori regulae servient; si vero latina, neutri generis erunt et tantum numeri singularis et in obliquis geminabunt l litteram et ablativo e finientur, ut hic necamel ab hoc necamele horum necamelum; hoc vero mel ab hoc melle, hoc fel ab hoc felle. mella tantum triptoton est; vicit propter auctoritatem Vergilianam, 'mellaque decussit foliis', et alibi

mella fluant illi, ferat et rubus asper amomum.

omnia il terminata masculina ablativum singularem in e mittunt eaque mutata in um syllabam faciunt genitivum pluralem, ut hic pugil ab hoc pugile horum pugilum, vigil vigile vigilum. feminina praeter unum Tanaquil nulla sunt; hoc tamen ipsum eandem regulam servat. neutra quoque praeter unum nihil nulla sunt, quod tamen ipsum tres solos casus recipit, nominativum hoc nihil, accusativum hoc nihil, vocativum o nihil. ol nulla praeter unum sol terminantur, quod tamen ablativo casu singulari e finitur et ea in um conversa genitivum facit pluralem, si tamen in pluralem numerum flectendum hoc nomen est, sicut omnium nominum ✻, nisi quando pro diebus ponitur, ut

tres adeo incertos caeca caligine soles.

omnia ul terminata ablativo casu singulari e finiuntur et ea in um syllabam conversa faciunt genitivum pluralem, ut hic consul ab hoc consule horum consulum.

Omnia n littera terminata ablativum singularem in e mittunt et eadem in um conversa faciunt genitivum pluralem, ut hic paean ab hoc paeane horum paeanum, fulmine fulminum, Memnone Memnonum. delfin et Telchin Latini delfinus et Telchinus pronuntiare maluerunt, ne cogerentur delfinibus et Telchinibus dicere. nam quod legimus

delfinum caudas utero commissa luporum,

potest *συγκοπή* esse pro delfinorum, sicut 'arma virum tabulaeque' pro virorum.

Omnia ar terminata masculina vel feminina ablativo casu singulari e finiuntur eaque in um conversa faciunt genitivum pluralem, ut hic Caesar ab hoc Caesare horum Caesarum. neutra vero ablativo singulari i finiuntur et addita um syllaba faciunt genitivum pluralem, ut hoc lacunar [*το καλάθωμα*] ab hoc lacunari horum lacunarium, hoc pulvinar ab hoc pulvinari horum pulvinarium. excipiuntur duo, far et lasar, quae masculinorum regulae serviunt.

---

3 littera *B* 5 uicit *adscr. in marg.* ΕΠΕΚΡΑΤΗCΕΝ *B* 6 mellaque] *Verg. georg.* I 131 7 mella] *Verg. bucol.* 3, 89 10 pugilum] pugilium *B* uigilum] uigilium *B* 16 sicut omnino nunquam nisi *coniecit editor Vindobonensis, excidisse videtur adnotatio de nominibus elementorum plurali numero carentibus, inter quae* sol *refertur exc. Char. p.* 550, 21 18 tres] *Verg. Aen.* III 203 20 faciant *B* 24 flumine fluminum *corr.* fulmine fulminum *B* 27 delfinum] *Verg. Aen.* III 428 28 arma uerum *B: Verg. Aen.* I 119 33 ut hacunar *B* 34 *τὸ καλάθωμα editor Vindobonensis* ΤΟ ΚΑΛΩΘΩΝ *B*

p. 131—33 V.

Omnia er terminata, cum amissa e sine incremento genitivum singularem per ris syllabam proferant, in hanc commutata finali syllaba casus nominativi, ablativum singularem modo e finient eaque in um commutata facient genitivum pluralem, ut hic pater huius patris ab hoc patre horum patrum, haec mater huius matris ab hac matre harum matrum: modo i, et adsumpta um syllaba facient genitivum pluralem, ut hic imber huius imbris ab hoc imbri horum imbrium, hic uter huius utris ab hoc utri horum utrium. cum vero er manente finali is adsciverint syllabam, ablativum singularem e terminabunt eaque in um conversa facient ge|nitivum pluralem, ut passer passeris passere passerum, anser anseris ansere anserum, pauper pauperis paupere pauperum, celer celeris celere celerum; sic et uber [οὖθαρ] tuber [τῦδνον] giber [κύρτωμα] et acer [σφένδαμνος], quando arborem significat, licet quibusdam haec acerus nominativo dici debere placeat; sic et piper cicer [ἐρέβινθος] aether siser aer, et siqua similia. omnia etiam quae ex nominibus derivata ter syllaba terminantur et feminina ex se faciunt tris syllaba terminata, ut hic equester haec equestris, campester campestris, paluster palustris, ablativo casu singulari i finiuntur et addita um syllaba faciunt genitivum pluralem, ab hoc equestri horum equestrium. acer et alacer [ὁ πρόθυμος] ablativo casu singulari i finiuntur et addita um facient genitivum pluralem, ab hoc acri horum acrium, ab hoc alacri horum alacrium, licet hic alacris lectum sit: Vergilius

ut videt
Aenean, alacris palmas utrasque tetendit.

sed melius est, immo rectius, hic alacer et haec alacris, ut hic acer et haec acris. inde enim etiam neutra hoc acre et hoc alacre, sicut campester campestris campestre, equester equestris equestre. praeterea etiam superlativi gradus regula hunc exigit nominativum, qui detractis syllabis ultimis duabus ad positivum redit, ut acerrimus acer, sicut asperrimus asper, nigerrimus niger, pauperrimus pauper. Iuppiter, cum sit ἑτερόκλιτον, regulae minime subicietur, Iuppiter Iovis Iovi Iovem ab hoc Iove. omnia or terminata ablativo singulari e finiuntur eaque in um conversa facient genitivum pluralem, praetor praetore praetorum, actor actore actorum, Nestor Nestore Nestorum, arbor arbore arborum, cor corde cordum, marmor marmore marmorum, aequor aequore aequorum. nihil excipitur. omnia etiam ur terminata eidem regulae serviunt, ut turtur turture turturum, augur augure augurum, fur fure furum, murmur murmure murmurum.

Omnia as terminata ablativo casu singulari e finiuntur eaque in um conversa faciunt genitivum pluralem, seu graeca fuerint seu la|tina, seu masculina seu feminina, ut Thoas Thoante Thoantum, dorcas dorcade dorcadum, anas [ἡ νῆσσα] anate anatum, mas mare marum, as [ἡ λίτρα]

14 EPEBINTOS *B* 15 siser *expunctum est in B* 23 ut videt] *Verg. Aen.* VI 684 41 ἡ νῆσσα] MNHCCA *B*

p. 133. 34 V.

asse assum, pubertas pubertate pubertatum, Maecenas Maecenate Maecenatum. neutra duo sunt, fas et nefas, monoptota trium casuum tantum. excipitur unum vas, quod singulari tertiae declinationis est, plurali vero numero secundae, hoc vas huius vasis huic vasi hoc vas o vas ab hoc vase haec vasa horum vasorum his vasis haec vasa o vasa ab his vasis.

Omnia es terminata, seu graeca seu latina sint, masculina aut feminina, ablativo casu singulari e finiuntur et ea in um conversa faciunt genitivum pluralem, ut paries pariete parietum, miles milite militum, heres herede heredum, Chremes Chremete Chremetum, abies abiete abietum, sedes sede sedum, merces mercede mercedum, nubes nube nubum, caedes caede caedum, rupes rupe rupum.

Omnia is terminata latina communia neutra in e venientia ex se generantia, ut hic et haec docilis hoc docile, ablativo singulari i finiuntur additaque um syllaba faciunt genitivum pluralem. quae si propria fuerint, ablativum singularem in e mittent, ut hic et haec cerealis et hoc cereale ab hoc et ab hac cereali horum et harum cerealium, hic vero Cerealis ab hoc Cereale; sic et agilis amabilis vitalis, et siqua talia. huic regulae subicientur et quae a masculinis in ter exeuntibus feminino genere tris syllaba terminantur, equester equestris, paluster palustris, equestri equestrium, palustri palustrium. omnia is terminata latina, seu communis generis sine neutro seu cuiuslibet alterius generis, eundem habentia genitivum nominativo suo, ablativo singulari modo e littera finiuntur eaque in um conversa faciunt genitivum pluralem, ut hic et haec canis ab hoc et ab hac cane horum et harum canum, hic et haec iuvenis ab hoc *et ab hac* iuvene iuvenum, hic panis ab hoc pane horum panum; inter quae excipiuntur hic ignis igne ignium, navis nave navium, | orbis orbe orbium, finis fine finium, crinis crine crinium: modo i, et addita um faciunt genitivum pluralem, haec puppis ab hac puppi harum puppium, turris ab hac turri turrium, securis ab hac securi securium, hic Liris ab hoc Liri, Fabaris ab hoc Fabari, Tiberis ab hoc Tiberi, et, ut dicit Plinius Secundus in libris dubii sermonis, hic salis ab hoc sali. quorum etiam accusativi praeter salis contra propriam tertiae declinationis finalitatem non in em, sed in im syllabam veniunt, hanc puppim, hanc turrim, hanc securim, hanc restim [σχοῖνον], hunc Lirim, hunc Fabarim, hunc Tiberim. similiter et funis ab hoc funi horum funium, accusativo tamen per em, non, ut supra dictum, per im elato. attamen et ab hac puppe et ab hac turre et ab hoc fune et ab hoc sale dicimus. omnia is terminata quae in genitivo singulari crescunt ablativo singulari e finiuntur eaque in um conversa faciunt genitivum pluralem, ut hic cinis cineris cinere cinerum, pulvis pulveris pulvere pulverum, cuspis cuspidis cuspide

---

12 neutrum in e veniens *editor Vindobonensis* 18 et quia quae *B* feminini generis *B* 25 et ab hac *om. B* 30 ab hoc fabri *B* plenius secundus *B*

p. 134. 35 V.

cuspidum, cassis cassidis casside cassidum, Samnis Samnite Samnitum, licet Salustius Samnitium dixerit. excipitur unum lis litis lite litium, non litum. omnia is terminata graeca, seu masculina seu feminina fuerint, ablativo singulari e finiuntur eaque in um conversa reddunt ex se genitivum pluralem, ut Paris Paride Paridum, Daphnis Daphnide Daphnidum, Lais Laide Laidum, Thais Thaide Thaidum.

Omnia in os desinentia latina, seu masculina seu feminina vel communia, ablativo casu singulari e finiuntur eaque in um conversa faciunt genitivum pluralem, ut custos custode custodum, flos flore florum, nepos nepote nepotum. neutra omnino duo sunt quae in os veniant, alterum producte, alterum correpte, ut os oris ori os ab ore ora orum oribus, item os ossis ossi os ab osse ossa ossuum ossibus. in os desinentia graeca, si crescant in genitivo singulari, supra dictae regulae serviunt, ut Eros Erotis Erote Erotum, heros herois heroe heroum; si non crescant, magis propriae regulae quam latinae subiacebunt, ut Peneleos Penelei seu Penelco, Androgeos | Androgei seu Androgeo: 'primusque Coroebus Penelei dextra' aut, ut alii tradiderunt, Peneleo; item 'in foribus letum Androgei' aut, ut aliis placet, Androgeo. magis tunc secundae quam tertiae declinationis erunt huius modi nomina, cum ad latinam venerint regulam.

Omnia us terminata latina, masculina aut feminina, communia seu neutra, ablativo singulari e finientur eaque in um conversa facient genitivum pluralem, ut mus mure murum, palus palude paludum, laus laude laudum, Venus Venere Venerum, crus crure crurum, pectus pectore pectorum, vellus vellere vellerum, grus grue gruum, vetus vetere veterum. nullum excipitur omnino. quin immo etiam graeca, cum huius erint declinationis, eidem regulae subiacebunt, Oedipus Oedipode Oedipodum, Melampus Melampode Melampodum.

Omnia nomina, quae b consonantem ante s semivocalem habebunt et monosyllaba erunt, et ablativo e finientur eaque in i conversa et addita um syllaba facient genitivum pluralem, ut haec trabs ab hac trabe harum trabium, haec plebs ab hac plebe harum plebium, si tamen in pluralem numerum flectitur, haec urbs ab hac urbe harum urbium, haec scrobs ab hac scrobe harum scrobium. et universa haec quattuor erunt supra dicta, quamvis quidam his adnumerent nubs [*νέφος*] corbs [*κόφινος*] orbs, sed absurde meo iudiciolo, cum tanta auctorum adversentur exempla, *in* quibus hic corbis et hic orbis et haec nubes legimus. nam de scobis [*τὸ πρῖσμα*] nominativo dubitatur, an haec scobs et non magis haec scobis habeat nominativum suum. item omnia nomina, quae consonantem ante s semivocalem habebunt nec erunt communia, et ablativo

16 primusque] *Verg. Aen.* II 424 17 tradederint *B* in foribus] *Verg. Aen.* VI 20 19 ad latina *B* 35 adnumerens *B* 36 sed absurde] id est absorde *supersor.* non inabsorde *B* 37 in *om. B*

p. 135—37 V.

casu singulari e finientur et ea in i conversa et addita um facient genitivum pluralem, ut mens mente mentium, dens dente dentium, mons monte montium, fons fonte fontium, frons fronte frontium, pons ponte pontium. | si omnis generis fuerint, ablativo singulari et e et i terminabuntur et aut e in i conversa aut i manente et addita um syllaba facient genitivum pluralem duplici modo, ut hic et haec et hoc prudens, ab hoc et ab hac prudente et prudenti, horum et harum prudentum et prudentium; similiter et participia. ubi p aut m antecesserit s semivocalem, ablativo singulari e finientur, eaque in um conversa genitivus erit pluralis, ut haec daps ab hac dape harum dapum, hic adeps ab hoc adipe horum adipum, haec ops ab hac ope harum opum, haec stips ab hac stipe harum stipum, haec stirps ab hac stirpe harum stirpum, haec hiems ab hac hieme harum hiemum. excipiemus ea quae sunt omnis generis, ut hic et haec et hoc praeceps biceps triceps: facient enim ab hoc et ab hac praecipiti bicipiti tricipiti, horum et harum praecipitium bicipitium tricipitium, et ab hoc praecipite bicipite tricipite, horum et harum praecipitum bicipitum tricipitum; similiter et hic et haec et hoc particeps, ab hoc participe et ab hoc participi, horum et harum participum et participium. ubi r antecesserit, et ablativo e finientur, et ea in i commutata et addita um fiet genitivus pluralis, ut haec ars ab hac arte harum artium, pars parte partium, sors sorte sortium, fors forte fortium, Mars Marte Martium, si in pluralem numerum aut hoc aut illud flectitur.

Omnia x littera terminata quacumque antecedente vocali seu consonante, nisi trium generum fuerint, id est eius quod omne dicitur, ablativum singularem e finient eaque modo in i *commutata* et addita um facient genitivum pluralem, ut fax falx [τὸ δρέπανον] lanx, face facium, falce falcium, lance laucium, nix nive nivium; modo in um tantum conversa eundem casum creabunt, ut rex rege regum, lex lege legum, grex grege gregum, salix salice salicum, cicatrix cicatrice cicatricum, calix calice calicum. si vero trium generum fuerint omni modo et ablativo i finientur et addita um syllaba facient genitivum pluralem, ut hic et haec et hoc fallax, ab hoc et ab hac fallaci, horum et harum fallacium, hic et haec et hoc felix, ab hoc et ab hac felici, horum et harum felicium, velox veloci velocium, atrox atroci atrocium, trux truci trucium. felix, quando proprium erit, ab hoc Felice, per e, non per i faciet ablativum, sicut et Iuvenalis Mar|tialis Vitalis, ab hoc Iuvenale Martiale Vitale, et siqua similia.

Haec fere sunt in ablativo tertiae declinationis quae ad fixas et certas regulas redigi possunt; siquid secus repertum fuerit, auctoritati potius et consuetudini vel euphoniae quam rationi, quae ab illis superatur, adtribues.

---

8 similiter ut participia *B* 9 ablat. singularem e fenitur *B* 10 ab hoc adepe horum adepum *B* 23 quaecumque antecedenti *B* 25 commutata *om. B*

p. 137. 38 V.

Quarta declinatio omni modo addita um ablativo singulari faciet genitivum pluralem, ut curru curruum, manu manuum. qui et ipse aliquotiens in carmine συγκοπήν patitur, ut est 'ille manum patiens' pro manuum, et illud 'quae gratia currum armorumque fuit vivis' pro curruum sine dubio, quia infertur 'armorumque fuit'.

Quinta declinatio et ipsa addita rum ablativo singulari casum faciet saepe dictum, ut ab hac re harum rerum, ab hac acie acierum; nisi quod interdum apud antiquos in his quae es ultimam nominativi singularis puram habuerint r littera ablativo additae syllabae subducitur, et facit genitivum pluralem per eum syllabas, ut specieum pro specierum, facieum pro facierum; sed modo non utimur hac enuntiatione.

Item tertiae quartae quintae declinationum dativus pluralis bus syllaba terminatur, sed in tertia et quarta i littera antecedente, ut patribus hominibus legibus urbibus praetoribus fluctibus curribus manibus porticibus casibus; praeter pauca utriusque [tertiae quartae] declinationis, quae discretionis causa vel archaismi i litteram in u convertunt, ut partubus arcubus artubus. nam partes partibus, partus vero partubus; arces arcibus, arcus vero arcubus; artes artibus, artus vero artubus facient. item τῷ ἀρχαισμῷ lacus lacubus. item in tertia declinatione boves boum bubus. item et quae neque i neque u, sed o praemittunt bus syllabae, ut duo duobus, ambo ambobus, quae tamen et anomala sunt ac sola reperiuntur. in quinta vero declinatione e producta semper antecedente, ut rebus spebus diebus aciebus. |

EXEMPLA DECLINANDORVM NOMINVM PER SINGVLAS FORMAS

Declinationis primae generis masculini hic poeta huius poetae huic poetae hunc poetam o poeta ab hoc poeta hi poetae horum poetarum his poetis hos poetas o poetae ab his poetis, generis feminini haec rosa huius rosae huic rosae hanc rosam o rosa ab hac rosa hae rosae harum rosarum his rosis has rosas o rosae ab his rosis, generis communis hic et haec advena huius advenae huic advenae hunc et hanc advenam o advena ab hoc et ab hac advena hi et hae advenae horum et harum advenarum his advenis hos et has advenas o advenae ab his advenis. formae secundae generis masculini hic bonus huius boni huic bono hunc bonum o bone ab hoc bono hi boni horum bonorum his bonis hos bonos o boni ab his bonis, generis feminini haec pinus huius pini huic pino hanc pinum o pine ab hac pino hae pini harum pinorum his pinis has pinos o pini ab his pinis, generis neutri hoc templum huius templi huic templo hoc templum o templum ab hoc templo haec templa horum templo-

---

3 ille] *Verg. Aen.* VII 490 4 quae] *Verg. Aen.* VI 653 corrum *B* 15 tertiae et quartae *editor Vindobonensis* 25 generis masculini nom. hic poeta — et pluraliter nom. hi poetae *B. item in reliquis numeri pluralis vel singularis et casuum notas modo additas in B modo omissas constanter omisi*

p. 138—40 V.

rum his templis haec templa o templa ab his templis. formae tertiae generis masculini hic rex huius regis huic regi hunc regem o rex ab hoc rege hi reges horum regum his regibus hos reges o reges ab his regibus, generis feminini haec frux huius frugis huic frugi hanc frugem o frux ab hac fruge hae fruges harum frugum his frugibus has fruges o fruges ab his frugibus, generis neutri hoc opus huius operis huic operi hoc opus o opus ab hoc opere haec opera horum operum his operibus haec opera o opera ab his operibus, generis communis hic et haec sacerdos huius sacerdotis huic sacerdoti hunc et hanc sacerdotem o sacerdos ab hoc et ab hac sacerdote hi et hae sacerdotes horum et harum sacerdotum his sacerdotibus hos et has sacerdotes o sacerdotes ab his sacerdotibus, | generis omnis hic et haec et hoc felix huius felicis huic felici hunc et hanc felicem et hoc felix o felix ab hoc et ab hac et ab hoc felici hi et hae felices et haec felicia horum et harum et horum felicium his felicibus hos et has felices et haec felicia o felices et o felicia ab his felicibus. formae quartae generis masculini hic currus huius currus huic currui hunc currum o currus ab hoc curru hi currus horum curruum his curribus hos currus o currus ab his curribus, generis feminini haec manus huius manus huic manui hanc manum o manus ab hac manu hae manus harum manuum his manibus has manus o manus ab his manibus?, generis neutri hoc genu huius genu huic genu hoc genu o genu ab hoc genu haec genua horum genuum his genibus haec genua o genua ab his genibus. haec antiqui etiam singulari numero sic ut masculina et feminina declinabant, dicentes huius genus et huius cornus et huic genui huic cornui. unde et Lucanus 'cornus tibi cura sinistra, Lentule, cum prima, quae tum fuit o. b. c. q. l. d.', et Livius ubique in historia; posteritas inter monoclita posuit. formae quintae generis masculini hic dies huius diei huic diei hunc diem o dies ab hoc die hi dies horum dierum his diebus hos dies o dies ab his diebus, generis feminini haec res huius rei huic rei hanc rem o res ab hac re hae res harum rerum his rebus has res o res ab his rebus. horum nominum genitivus et dativus singularis e paenultimam litteram modo productam modo correptam habent, productam, cum es syllaba nominativi casus singularis pura fuerit, id est non praecedentem habuerit consonantem, ut dies diei, acies aciei, correptam, cum praecesserit consonans, ut res rei, spes spei.

DE PRONOMINE

Vniversorum pronominum secundum Latinos generalis trina divisio est. aut enim finita sunt pronomina aut minus quam finita aut in|finita. rursus finitorum alia sunt principalia, alia derivativa: finita principalia

---

25 Lucanus] *Pharsal.* VII 217 26 et libius *B*

p. 140. 41 V.

tria, ego tu ille; finita derivativa V, numero singulari meus tuus suus, numero plurali noster vester, horumque feminina scilicet et neutra. minus quam finita VI, iste ipse hic is idem sui, item cum suis femininis et neutris. ex quibus idem et masculini et neutri generis est; sed in masculino i producitur, in neutro corripitur. sui casus habet IIII tantum, genitivum dativum accusativum ablativum, genitivum sui, dativum sibi, accusativum se, ablativum a se; et est omnis generis numeri utriusque. infinita VII, quis qualis talis quantus tantus quotus totus, cum suis videlicet femininis et neutris. his addunt quidam quot et tot, ex quibus quotus et totus facta sunt, sicut a quis cuias et a noster nostras, a vester vestras, cuiatis nostratis vestratis, quae Graeci *ποδαπός ἡμεδαπός ὑμεδαπός* dicunt.

Quae ex pronominibus casum vocativum recipiunt? finitum principale secundae personae merito: ad hanc enim a prima dirigitur sermo profectus, tu, ut

tu quoque litoribus nostris, Aeneia nutrix,
a. m. f. c. dedisti.

item finita derivativa a prima persona venientia, quae quamvis a prima deducantur, secundae tamen obtinent locum, ut ad eas quoque iure sermo profectus dirigatur a prima (nam in his quae ex secunda nascuntur * de his sermo non ad eas dirigitur), o mi vel o meus, o mea, o meum, o noster, o nostra, o nostrum: Terentius 'mi Pamphile', 'mi Phaedria', Vergilius 'proice tela manu, sanguis meus', Terentius 'mea Glycerium, inquit, cur te is perditum?', item alibi 'Thais mea m. s.', alibi 'o noster Chreme'.

Quare, cum ille illa illud et iste ista istud neutra sua per d litteram faciant, ipse ipsa ipsum non per d, sed per m litteram facit? quia apud antiquos non solum ipse, sed etiam ipsus | dicebatur, et sicut meus mea meum, ita ipsus ipsa ipsum fecit, non ipsud.

Quare ablativo casu dupliciter a quo vel a qui et a qua vel a qui, item dativo plurali quis vel quibus, a quis vel a quibus dicimus? quoniam apud antiquos non solum qui viri, puta qui iudices, sed etiam ques viri, ques iudices, nec solum quae feminae, sed etiam ques feminae dicebatur, ut iuxta regulam secundae et tertiae declinationis a quo quidem quis viris, a qui vero quibus viris merito fiat: 'quis ante ora patrum' et 'quis neque mos neque cultus erat'.

---

16 tu quoque] *Verg. Aen.* VII 1 aeneia] in ea *B* nutrix dedisti a. m. f. c. dedisti *B* 20 nascuntur] *'quae post hanc vocem sequuntur adeo evanida, ut amplius legi non possint, ea spatium octo vel novem literarum explent'. editor Vindobonensis* 22 mi Pamphile] *Terent. Andr.* I 5, 51 mi fedria *B: Terent. Eun.* I 2, 15 23 proice] *Verg. Aen.* VI 836 mea clicerium inquid *B: Terent. Andr.* I 1, 107 24 Thais] *Terent. Eun.* III 2, 2 25 o noster] *Terent. Andr.* V 2, 5 27 facit] faciat *B* apud anticus *B* 32 apud anticus *B* 'puta *tribus punctis in codice notatur' editor Vindobonensis* 33 sed etiam quaes feminae *B* 35 quis ante] *Verg. Aen.* I 95 36 quis neque] *Verg. Aen.* VIII 316

p. 141 V.

Nomina similia pronominibus alius ullus nullus unus totus alter alteruter uter uterque neuter. horum feminina ac neutra genitivum ac dativum casus singulares eosdem habent, quos masculina, similiter ut pronomina, unde etiam similia his putantur: alia alius alii, ulla ullius ulli, nulla nullius nulli, una unius uni, tota totius toti, altera alterius alteri, alterutra alterutrius alterutri, utra utrius utri, utraque utriusque utrique, neutra neutrius neutri; similiter aliud alius alii, ullum ullius ulli, nullum nullius nulli, unum unius uni, totum totius toti, alterum alterius alteri, alterutrum alterutrius alterutri et cetera.

---

2 ac] hac *B* 9 cetera. EXPLICIT DE PRONOMINE FELICITER BONO MILICHO ROMALCO *B*

DE DVBIIS NOMINIBVS

Libellum de dubiis nominibus e codice Vindobonensi 89 olim Salisburgensi saeculo nono scripto primus edidit Mauricius Hauptius una cum Ovidii halieuticis et Gratii et Nemesiani cynegeticis Lipsiae a. 1838. in libro autem quo usus erat unius, ut videtur, membranae iactura facta ea quae ab initio scripta erant usque ad p. 575, 17 *pluraliter autem cancromata dicenda sunt* perierunt; reliqua leguntur f. 170—175 *Canis gen. fem. — discrepat atrox:* cf. Endlicher catal. cod. philol. latin. bibl. Palat. Vindob. p. 197 sqq. aliud eiusdem libelli exemplum manu scriptum Lauduni Gallorum inventum est in codice bibliothecae publicae Laudunensis 463, quem descripserunt ii qui catalogum bibliothecarum gallicarum provincialium ediderunt, catalogue général des manuscrits des bibliothèques des départemens I p. 246. in eo igitur codice saeculo duodecimo, ut visum est illis qui catalogum fecerunt, scripto tractatus de nominibus legitur omissa inscriptione, *Egiptus gen. fem. ut dauid letata est egiptus — ymnus gen. masc. finit.* sed post v. *os de ossum gen. neutri, ut Virgilius postquam pavor* p. 90 H librarius omissis exemplis scriptorum nomina sola cum notis generum posuit, *opes gen. fem. oleastrum gen. neut.* etc. hoc libro usus Victor Le Clerc in appendice catalogi quem dixi p. 649 sqq. tractatum de nominibus ita edidit, ut in priore parte integram Laudunensis codicis scripturam exhiberet, in posteriore inde a v. *opes* item Vindobonensem codicem non mutatis librarii erroribus exprimeret. postea Fridericus Guilelmus Otto utriusque editionis copiis adhibitis librum amplissimo commentario, in quo multa de nominibus a grammatico tractatis disputavit, instructum separatim edidit Gissae a. 1850. duobus autem codicibus, qui adhuc usurpati sunt, iam accedit tertius Monacensis 14252 olim Emmeramus 252 nono saeculo scriptus, f. 181—191 *incipit ‖ dubiis de ‖ nominibus cuius generis sint. Aegyptus — discrepat atrox.**)

*) Indicem universi codicis subiciam, ut in reliqua quoque parte plurima consentire cum Vindobonensi et Laudunensi codice intellegatur. Cod. Emmer. 252 memb. saec. IX formae quadratae f. 1—3 *Terente Scauro orthographia igitur est*

Itaque cum tres sint codices manu scripti, omnes ita inter se consentiunt, ut ex uno fonte ductos esse adpareat. nam ne unum vel alterum horum ipsorum qui servati sunt e tertio descriptum esse putemus, maxime defectus quidam librorum diversis locis modo in hoc modo in illo inventi obstant. nam in Vindobonensi codice solo omissae sunt observationes de v. *pratum* p. 95 H, *supellex* p. 98, *vertex* p. 102; in Monacensi vero quaedam lacunis corrupta sunt, quae vel Laudunensis integra servavit, ut in v. *crinis* et *callis, culter* et *cardo,* vel Vindobonensis, ut in v. *origo* et *ordo* p. 91, *scalper* et *suboles* p. 101. quare suam quisque auctoritatem ad scripturam archetypi recuperandam habet; sed illud ipsum plurimis et gravissimis vitiis corruptum fuisse consentiens trium codicum testimonium ostendit. quo factum est ut duobus codicibus post principem editionem inventis praeter restitutas in initio libri observationes sexaginta novem, quae in illa omissae erant, non multum ad emendationem reliquae partis conferretur et nunc plurima sic, ut olim edita erant, repeterentur. nam vitia quoque scripturae, quae quidem corrigi poterant, quoniam multa quae prave scripta sunt non errori librariorum sed neglegentiae scriptoris tribuenda esse adparet, maximam partem correxerat Hauptius, idemque molestissimo negotio, a quo magna pars emendationis in hoc libro pendet, ut exempla scriptorum a grammatico citata apud illos quaererentur et indicarentur, perfunctus erat. pauca duorum editorum qui eum secuti sunt opera praestitit. scripturam autem trium codicum, quibus usus sum, integram exhibui. in quo de Vindobonensi et Laudunensi superiorum editorum fidem secutus sum, Monacensem ipse excussi. ceterum in indicandis iis quae e libris scriptorum christianorum citata sunt editionem Gallandii, qua sola in plurimis uti poteram, secutus sum. quae res effecit ut numeri olim ex aliis editionibus adscripti saepius mutandi essent. de non nullis autem locis, qui nec a prioribus inveniri nec a me suis auctoribus adsignari potuerunt, accuratius quaerendum esse non existimavi.

De argumento libri quamquam uberius disputare mihi proposi-

— *multis et claris scriptoribus tractata dilatatur:* excerpta de orthographia. ‖ f. 3—5* epistula Coronati ad Luxorium, de magis, de trinitate, interrogationes et responsiones variae, excerptum Hieronymi. ‖ f. 5*—173 *incipit prologus hic prologus indicat quibus glosis — aduersum me. explicit prologus. incipiunt glosae affatae et reliquae* etc. *Abauus — lolium. expliciunt glosae deo gratias amen:* glossae ex vetere et novo testamento. ‖ f. 173*—174* *de duodecim scriptoribus Hieronymi. Uis nunc — hominem sunt. finit.* ‖ uno folio vacuo relicto f. 176—184* *incipiunt synonyma Ciceronis. Ueturio suo — sustinet. explicit synonima artis rethoricae deo gratias amen.* ‖ f. 185—191 *incipit dubiis de nominibus — atrox.* ‖ f. 191—197* *incipit de propriaetate sermonum uel rerum. Inter metum et timorem — commentaria uolumina dicuntur. deo gratias quod perficimus opus nostrum amen:* de differentiis.

tum non est, tamen pauca dicam, propterea quod ea de re non recte iudicari a non nullis viris doctis video. nam quoniam illud egisse scriptorem adparet, ut genera nominum definiret, qua de causa et in Monacensi codice inscriptioni *de dubiis nominibus* additum est *cuius generis sint*, et Hauptius tum, cum librum initio mutilatum edidit, *de generibus nominum* inscripsit, fuerunt qui, quaecumque in hoc libro scripta essent nomina, vario genere usurpata esse crederent. qua in re vereor ne longe a consilio grammatici aberraverint. primum enim satis magnus est vocabulorum numerus, in quibus non de genere quaeritur, sed de numero, quia vel singulariter vel pluraliter tantum vulgo dicebantur. quo pertinent haec, *barba capillum cunae comae mel Quirites scalae;* eodemque iure referemus alia multa, quorum quamquam genus indicatum est, tamen dubitari nequit quin propter observationem numeri recepta sint, ut *aedes carcer frumentum metallum mentum moenia nares opes odium pavimentum sulphur supellex.* deinde sunt alia in quibus de ratione scribendi dubitatur, ut *babae carecta coturnix cortina crocodilus,* quod genus postea praetermisisse videtur grammaticus. sed ab huius modi observationibus proxime absunt eae, in quibus non tam de incerto unius nominis genere quam de variis vocabulorum formis agitur, ut in v. *ambago bracas biremas circos confligit conpago erinaceus elefantus materies peristromum.* accedunt quaedam vocabula ipsa quoque in priore parte libri posita, quae propterea videntur recepta esse, ut eorum significatio definiretur vel ut ipsa a similibus, quibuscum inferioris aetatis consuetudine permiscebantur, distinguerentur, *aestus ager barones baxeae beavit contiguum candens conpellat diurnum.* denique etiam in iis quorum genus sane a grammatico definitum est sunt multa quae numquam incerti generis apud Latinos fuerunt, sed propterea, ni fallor, scripta sunt, quod alio genere apud Latinos alio apud Graecos dicebantur. nam in hac utriusque linguae diversitate observanda singulare studium posuisse grammaticos intellegitur ex iis quae de idiomatibus generum (nam ita dicere consueverunt) edidimus vol. I p. 551 sqq. et vol. IV p. 573 sqq. et quae ex eodem genere in glossariis Labbaei p. 199 sqq. collecta sunt. quibuscum nomina ab hoc grammatico conposita ita consentiunt, ut maxima pars eorum de quibus ipse commentatus est etiam in illis indicibus inveniatur. ab hoc igitur de generibus nominum scribendi more per scholas grammaticorum propagato is quoque qui hunc librum scripsit profectus est. sed diverso ab idiomatum scriptoribus consilio usus exempla scriptorum vel antiquorum vel recentiorum, quibus genera nominum stabiliret, circumspexit. atque in his solis omnis huius libri utilitas posita est, quandoquidem in multis,

quae nullius pretii aestimanda sunt, conplura quae nec tradita ab aliis et haud dubie ab antiquiore auctore petita sunt exhibet.

Iam vero de auctore a quo scriptor has antiquitatis reliquias accepit etsi nihil certo confirmari potest, tamen conparatis iis quae a reliquis grammaticis tradita sunt nullum puto inveniri posse, ad quem potius illa referantur quam Caprum, cui plurima quae nunc apud grammaticos de dubiis nominum generibus scripta legimus deberi haud inprobabile est. nam in excerptis Iulii Romani apud Charisium, in Prisciani libris, in Nonii capite tertio quod est de indiscretis generibus, in catholicis Probi, in Servii commentario in Vergilium, denique in Capri libro de orthographia qui vulgo fertur multa leguntur nomina, quae partim iisdem exemplis adpositis partim substitutis aliis in hunc quoque librum recepta sunt. quare quo certius de illo consensu constaret et de communi fonte iudicari posset, locos grammaticorum quos dixi subiecta adnotatione indicavi. quamquam facile plura adscribi, non nulla etiam quae posui fortasse rectius omitti potuisse scio. ex illis igitur grammaticis Iulius Romanus saepius Caprum nominat. Priscianus autem ea quae in quinto libro de generibus nominum scripsit apud Caprum et apud Probum de dubiis generibus inveniri ait p. 171, 14, eosdemque auctores etiam in reliquis libris saepius appellat, quae videtur causa esse, cur conplura quae apud eum scripta sunt cum catholicis Probi consentiant. Nonium quoque propter eius cum Prisciano et Charisio consensum Capro usum esse puto, quamquam Hertzius annal. philol. nov. a. 1862 p. 786 non hunc ipsum, sed Probum a Capro postea exscriptum eius auctorem fuisse voluit. sed quae ad hanc sententiam confirmandam attulit ab iis quae de Capro tradita sunt dissentientia haud scio an rectius posterioribus grammaticis, qui minus accurate illius doctrinam sequebantur, quam Capro multa ex Probi copiis omittenti tribuamus. deinde Servius, qui de dubiis nominibus disputans Caprum nominavit in Verg. Aen. IX 709; X 344, 377, 788, plura quae de eadem re tradit ab hoc petivisse videtur. denique Capri liber qui vulgo dicitur, etsi non a Capro scriptus, sed multo inferiore tempore conpositus est, tamen quaedam ex illius libris excerpta continere iure creditur. ex quo etiam illud adparet, diu apud grammaticos duravisse Capri memoriam. itaque ut alii grammatici in generibus nominum definiendis Capri potissimum copiis usi esse videntur, ita eum qui hunc de dubiis nominibus libellum scripsit non integros quidem illius libros, qui eo tempore vix extabant, sed excerpta, e quibus veterum scriptorum exempla colligeret, adhibuisse crediderim. scripsit autem post aetatem Isidori, cuius mentionem fecit v. *legumen* p. 85 H.

DE DVBIIS NOMINIBVS scil. cuius generis sint (nouns)

Aegyptus generis feminini, ut David (*ps.* 104, 38) 'laetata est Aegyptus'.

Aera generis neutri * ut Virgilius (*A.* VIIII 699) 'aera per tenerum'.

Arvum generis neutri, ut illud 'incolite arvum'; pluraliter arva 'Galilaeaque arva'.

Amor generis masculini, ut Iuvencus (I 512) 'fraterno demum reconciliatus amore'.

Aestus de inundatione generis masculini, ut Virgilius (*A.* VIII 674) 'aestumque secabant'. nam de aestate intellegendum quod feminino genere dicitur.

Artus singularem numerum non habet, sed pluraliter masculini generis, ut Iuvencus (I 623) 'splendebant corporis artus'.

Ager generis masculini, ut dominus in evangelio (*Matth.* 13, 38) 'ager hic mundus est'.

Arbor generis feminini, ut Paulinus 'erit ut arbor quae propinqua flumini'. ideoque omnes arbores tam in proprio quam in appellativo nomine feminino genere sunt vocandae. sed *hoc* plenius in sequentibus, cum de arboribus proprie scribimus, declaramus.

M codex Monacensis 14252 *Emmeramus* 252
V codex Vindobonensis 89 *initio mutilus*
L codex Laudunensis 463, *in quo exempla scriptorum post v.* opes *omissa sunt*

4 aera *Non.* 193 6 arvum *Non.* 192 14 artus *Non.* 191 *Char.* 45, 6

1 INCIP DUBIIS DE NOMINIBUS CUIUS GENERIS SINT *M* 2 David] d'd' *M* 4 Aara *L. lacuna quam indicavi exemplum nominis* aera *pluraliter neutro genere dicti excidisse videtur* 6 Aurum gen. neu. ut illud incolites Aruum gen. neu. ut illud incolites aruum *M L* 7 Galilaeaque] *Sedul.* IIII 189 Galilaea per arva 11 intelligendum est quando *L* 13 singl'i numere (*corr.* -ro) non hab' *M* singuli in numero non habet *L* 17 *Paulini exemplum non inveni* 18 flumine *M L* 19 hoc *om. M L* in sequent' *M* in sequenti *L* 20 propria *M L*

Anguis generis masculini, ut Virgilius 'inimicus inmensis orbibus anguis'.

Ardor generis masculini: hic ardor dicendum et hi ardores.

Archanum generis neutri, hoc archanum et haec archana.

Ambago generis feminini, ut Prudentius (*cath.* 6, 48) 'ambage fallit atra'.

Aedes generis feminini, et ita de *domo* dicendum.

Apex generis masculini: hic apex dicendum.

Antrum generis neutri, quia pluraliter antra dicuntur.

Acumen generis neutri; pluraliter vero acumina dicuntur.

Bracas, non braces, ut Livius 'laxisque bracis'.

Bacae multae, baca una, ut Virgilius (*g.* II 519) 'teritur Sicionia baca'.

Baculum et baculi, quia masculini generis est. nam quidam dixerunt bacilli et bacilla.

Babae vitiose dicitur, sed papae dicendum, sicut Varro in satira.

Balneas antiqui dixerunt, nunc neutri generis balneum et balnea.

Barones dicendum, sicut Cicero ad Pansam.

Barbam tondere dicendum, non facere, sicut Varro. barbam antiqui singulariter dicebant, nunc pluraliter, ut Virgilius (*g.* III 299) 'interea barbas incanaque menta'.

Baxeas calciamenta feminarum, ut Varro dicit.

Beavit beatum fecit, et ab hoc benignitas dicta, quia beat, sicut Horatius (*carm.* II 3, 6) 'seu *te* in remoto gramine per dies festos reclinatum bearis'.

Biremas dicebant antiqui naves, nunc biremes melius, ut Virgilius (*A.* I 182) 'Phrygiasque biremes'.

Boves generis feminini, ut Virgilius (*b.* 1, 9) 'meas errare boves'.

Bubo avis generis feminini, ut Virgilius (*A.* IIII 462) 'solaque culminibus ferali carmine bubo'.

---

1 anguis *Non.* 191 7 aedes *Char.* 33, 6 11 bracas *Cap.* 2247 14 baculum *Cap.* 2247 17 balneas *Non.* 194 29 bubo *Non.* 194

---

1 *Vergilii exemplum ex duobus, quae sunt apud Nonium l. c., Aen.* V 84 lubricus anguis *et Aen.* II 204 inmensis orbibus angues *conflatum est* immensi sordibus *L* 3 hic ardor dicend' et his ardus *M* hinc ardor dicendum est et bis ardor *L* 6 atra *om. M* 7 et ita de domo] edita de *ML:* aedis ab aede *coniecit Clericus* 8 Apex — dicendum *om. L* 11 braces] bracis *ML* ut luuius *M: Ovid. trist.* V 7, 49 pellibus et laxis arcent mala frigora braccis laxique *M* 12 una *om. M* teretur *ML* sitionia *L* bacae *ML* 13 baculum] baculus *Clericus* quidam scripserunt dederunt *L* q;dam scripseř dd' *M* 14 bacilli et bacella *M: fortasse* bacillum et bacilla. *ea quae sequuntur ordine mutato ita scripta sunt in L,* barones babe barbam bubum balneas birimas boues baxeas beauit bustum 15 sed pape *ML* in satyrā *M* 16 dederunt nunc neutri *L* dd' num nr̄i *M* 17 sicero *M* 18 tundere *ML* 20 mente *ML* sic *L* 23 seu in remota gramine *M* seum remota gramini *L* festus *L, om. M* 24 beares *L* 25 Birimas *L* birimes *ML* 26 birimes *M* 27 meas arare *M* meus arari *L* 28 Bubu *M* Bubum *L* uolaque *L* 29 ferali] fera de *ML* curmine *L*

Bustum generis neutri, quia pluraliter busta dicuntur.

Carecta Virgilius in bucolicis (3, 20), 'tu sub carecta latebas'; nunc caricta.

Circos antiqui; nunc circulos dicendum.

Confligit et conflictus, non conflixus, sicut Virgilius (*A.* X 303) 'inflicta vadis', non inflixa.

Contiguum quod tangi potest, sicut Virgilius (*A.* X 457) 'hunc ubi contiguum missae fore'.

Caelum generis neutri, Virgilius (*A.* I 88) 'eripiunt subito nubes caelumque diemque'; pluraliter autem caeli, ut illud 'commovebuntur caeli fragoribus'.

Cannabi generis neutri, non cannabis.

Coturnicem antiqui dixerunt, nunc cocturnix.

Conpellat antiqui pro appellat, ut Virgilius (*A.* IIII 304) 'Aenean vocibus conpellat'.

Coruscum et vibratum et crispum: Virgilius pro tremulo, (*A.* I 164) 'tum silvis scena coruscis'; item pro rutilo (*g.* I 233), 'corusco semper sole rubens'; item pro vibrato, (*A.* XII 887, 919) 'telum coruscat'.

Crabatum antiqui; nunc grabatum generis neutri, ut Bibaculus 'nam meo grabato'.

Candens plena luna dici potest, ut Virgilius (*A.* VIIII 627) 'iuvencum candentem'. ex quo apparet commune hoc esse, candenti et candente.

Collum generis neutri, quia pluraliter colla dicuntur, ut Prudentius (*cath.* 9, 180) de serpente 'colla fractus sibilat'.

Cuspis generis feminini, ut Prudentius (*psychom.* 718) 'pollutam rigida transfigens cuspide linguam'.

Cinctus genere masculino dicendum, hic cinctus et hi cinctus.

Colus in lanificio *generis feminini*, sicut Cicero (*de or.* II 68, 277) docet.

Cupido generis feminini, ut Virgilius * 'habendi caeca cupido'.

---

9 caelum *Non.* 197 *Char.* 72, 12 *Serg.* 431, 31 12 cannabi *Cap.* 2247 13 coturnicem *Cap.* 2248 28 cinctus *Cap.* 2248 29 colus *Non.* 198 *Cap.* 2248

---

2 bucolices *M L* latebas *om. M* 5 non conflixus *Clericus* non conflexatus *M L* 6 non inflixa *Otto* non flixa *M* non flicxa *L* 7 ubi] uobis *M L* 13 dd' nun coturnix *M* Dauid nunc coturnix *L* 14 Aenean] erican *L* 16 Corruscum *M* et rispum *L* 17 item pro rutilo — rubens *om. M* corusco semper] coruscus est pro *L* 19 Crebattum *M L* grabattum *M* Bibaculus *Clericus* babiculus *M L* 20 gabato *M* 21 Cadens *M* 22 cadentem *M* caudenti ex candenti *L* candenti ex candent *M*: *cf. Charis. p.* 125, 15 24 neū. gen. *M* 25 de serpere colla fratus *M* 26 Cospis *L* 27 lingua *M* 28 hic cinctus et hi cinctus *Otto* hic cinctus et his cinctibus *M* hinc cinctus et bis cinctus *L* 29 Colos *M L* lanificia *L* generis feminini *om. M L* 31 habenda ceta cupido *M L* audentem extrema cupido est certa sequi (*Verg. Aen.* II 439) *Clericus. lacunam qua exemplum Vergilii excidit indicavi*

Cyma, alii cymam, ut Volumnius 'stridentis dabitur patella cymae'.

Capillum antiqui singulariter, sicut barbam; sed nunc pluraliter, ut Virgilius (*A.* X 832) 'comptos ex more capillos'.

Canalis generis masculini, [ut] hic canalis et hi canales, ut Avitus (V 135) 'in extremum certans manare canalem'.

Caminus generis masculini, sicut Pollio Asinius.

Calcem hominis aut iumenti feminino genere dicendum, ut Virgilius (*A.* XI 714) 'ferrata calce fatigat'; calcis vero aedificiorum generis feminini, cuius nominativus cals per s litteram, non per x, ut Varro 'cals circumfusa aqua'.

Corbes generis feminini, ut Cato 'corbes messorias'.

Cubitum corporis generis masculini, mensurae autem generis neutri.

Cornu bovis generis neutri. sed est arbor cornus, de qua Virgilius (*g.* II 447) 'et bona bello cornus', cuius fructum cornum, ut pomum, et corna, ut idem Virgilius (*A.* III 649) 'lapidosaque corna'.

Compitum generis neutri et pluraliter compita, ut Prudentius (*apoth.* 7) 'tam multa surgunt perfidorum compita'.

Crepundia. Cunae *recens* natorum habitacula, ut Prudentius (*cath.* 11, 97) 'hunc quem latebra cunulae'.

Cavum, si per se dicas, generis neutri est; *cavae* cavernae (*Verg. Aen.* II 52) autem generis feminini scribuntur, ut cavi parietes, cavae speluncae, amplae cavernae. notandum quod parietes genere masculino dixerunt.

Clipeus generis masculini, ut Ennius 'cecidit clipeus'; et Virgilius (*A.* VII 186) pluraliter 'spiculaque clipeique' dixit; et Pomponius generis neutri 'clipeum in medio fixum est', sed non recipitur.

---

1 cyma *Non.* 195 *Char.* 56, 8 2 capillum *Char.* 104, 20 6 caminus *Cap.* 2248 7 calcem *Non.* 199 *Cap.* 2242 *Char.* 92, 31 *Prob.* 20, 19. 128, 23 11 corbes *Non.* 197 *Cap.* 2248 12 cubitum *Non.* 201 13 cornu *Cap.* 2248 *Prob.* 125, 11 *Serv. in Verg. Aen.* III 22; 649 24 clipeus *Char.* 77, 14 *Non.* 196 *Serv. in Verg. Aen.* VIII 709

---

1 Cyma alii cymam *Clericus* Clemam alii ciemam *ML* stridenti *ML* ciemeae *M* clemee *L* 3 comptus ex mole capillus *L* 6 pullo *ML* 7 Calcem *L* 8 calice *L* calix uero *L*. calcis *nominativo dictum esse tradit Probus cath.* 20, 19; cals *dici voluerunt alii, ut Caper l. c. haec neglegenter coniunxisse videtur grammaticus. aut scribendum* calcem vero aedificiorum generis masculini fem. gen. *L* 9 litteram *om. L* 10 circumfusa aq̄; *M* cirrum fura aquam *L* 11 messories *L*: sane haec corbis dicendum est feminino genere secundum Tullium, qui ait (*p. Sest.* 38, 82) 'messoria se corbe contexit' *Servius in Verg. georg.* I 165 12 autem] aut *M* 13 boues *L* de quo *ML* 15 lapidos atque forma *L* 18 Crepundia — cunulae *hoc loco omissa supra* 573, 26 *ante* cuspis *habet L.* crepundia cunabulorum crepitacula, ut Prudentius hunc quem latebra et obstetrix et virga feta et cunula *Clericus* cunenatorum habitacula *L* cunenator habitacula *M* 19 cimule *L* 20 si] se *M* cavae *om. ML* cauerna autem *L* 21 ut *om. L* 23 dixerunt] dix̄ *M* 24 Clypeus *M* Ennius] *cf. Varr. de l. l.* VII 93 *p.* 369 *Sp. Enn. trag. fragm. v.* 207 *ed. Vahl.* clypeus *M* 25 sceptraque (sceptra q *M*) clipei dixit et pompeius *ML* 26 clypeum *M*

Catinus generis masculini, ut Maecenas 'et fumantes calido cum farre catinos'.

Callum generis neutri, ut Cicero (*Tusc. disp.* II 15, 36) 'ipse labor callum obduxit'. callidi sunt, ut dixerunt quidam, 'quorum tamquam manus opere, sic animus usu concalluerit' (*Cic. de nat. deor.* III 10, 25).

Cameli genere feminino dicendum.

Cortina per o dicendum, non curtina.

Clibanus generis masculini, ut Melissus docet.

Comae et coma. nam quidam vetabant dici; sed nunc admittitur.

Conpago generis feminini, ut Varro, haec compages.

Crinis generis masculini, ut Caesar de analogia.

Callis generis masculini, ut Virgilius (*A.* VIIII 383) 'per occultos lucebat semita callis'.

Carcer a coercendo dictus generis masculini.

Crocodillus generis masculini. nam prius corcodillus dicebatur.

Cancer bubo generis neutri, ut Livius 'malum latere solet inmedicabile cancer'. pluraliter autem cancromata dicenda.

Canis generis feminini, ut Virgilius (*A.* VII 493) 'rapidae venantis Iuli commovere canes'.

Culter generis masculini, ut Virgilius (*A.* VI 248) 'subponunt alii cultros'.

Cardo generis masculini de cardine, ut Prudentius (*cath.* 9, 144) 'cardo dissolubilis'.

Clunes generis feminini, ut Scaevola 'lassas clunes'.

---

1 catinus *Char.* 79, 23 *Cap.* 2248 3 callum *Char.* 72, 1 8 clibanus *Cap.* 2248 10 conpago *Prob.* 10, 9 *Serv. in Verg. Aen.* I 293 11 crinis *Non.* 202 12 callis *Non.* 197 14 carcer *Char.* 32, 16 *Cap.* 2245 18 canis *Serv. in Verg. l. c.* 20 culter *Serv. in Verg. l. c. Non.* 195 *Serg.* 542, 19 22 cardo *Non.* 202 *Prisc.* 206, 10 *Cap.* 2248 24 clunes *Char.* 101, 4 *Non.* 196 *Prisc.* 160, 11 *Cap.* 2248

---

1 micenas *M L* iugere fumantes *coniecit Clericus:* iugeribus fumans calido cum farre catinus *Charisius l. c.* caelid' (celi dum *L*) cum ferre *M L* 3 generis neutri] gen. mas. *M L* labore *M* 4 callidi sunt ut] callideus ut *L* calli. dō ut *M novi tituli initio facto*, callidos autem *Clericus* 5 animus] manus *M L* 6 dicendi *M L* 7 cortina pro duci circum non curtina *M* cortina per duci circum non cortina *L* cortinna per duplicem n, non cortina *Clericus* 8 Clibanus *Clericus* Clibanum *L* Clybanum *M* melisus *M* 9 Comae] Comee *L* 11 ut Caesar — 12 masculini *om. M. Caesaris auctoritas eo pertinere videtur, quod nomina latina* nis *finita rem inanimalem significantia secundum analogicam rationem, ut ait Probus p.* 124, 19, *masculini generis esse probantur: cf. Char. p.* 101, 7 *exc. Char. p.* 555, 25 *Prob. p.* 209, 31. *Serg. p.* 538, 34. *Cap. p.* 2244 *Serv. in Verg. Aen.* II 554 12 Callis *Clericus* calcis *L* per occultus *L* pro occultus *M* 13 seminata *M* calcis *M L* 14 a coarcendo *L* a cercendo *M* dictus ut uirgilius gen. masc. *L* 15 Corcodrillus *L* Curcodillus *M* prius corcodrilius *L* prius corcodrillis *M* 16 bobo *L* borbo *M* ut lius malum latet solet *M* latere malum solet immedicabile cancer *coniecit Hertzius de fragm. T. Livii com. p.* I (*Vratislaviae a.* 1864) *p.* 12 *fortasse* ut Macer Aemilius latet inmedicabile cancer 18 Capis *corr.* -nis *V* Capis *M L* uenanti iuli commoueri *L* 20 ut Virgilius — 23 masculini *om. M* 21 cultrus *V* cultris *L* 24 ut Scaevola] usceuola *M* lasas *L* lasses *M*

p. 74—76 H.

Colustrum generis neutri, ut Martialis (XIII 38) [ut qui] 'colustrum luteum' et Plautus (*poen.* I 2, 154) 'meum mel, mea colustra'.

| Currus generis masculini et ideo diminutive curriculus. nam Cicero curriculos et curricula dixit.

Crocum generis neutri; sed Macer Aemilius 'pallentesque crocos'.

Cristallum generis neutri, ut Ovidius 'currus cristallo lucidus alba'.

Corticem priores genere feminino dixerunt; sed nunc masculino genere dici debet, ut Ovidius (*am.* I 14, 12) 'rupto cortice' et Virgilius (*A.* VII 742) 'tegmina quis capitum raptus de subere cortex'.

Caseus generis masculini, ut Virgilius (*b.* 1, 34) 'pingues premere caseos'.

Culmum generis neutri, ut Nepos vult. Cicero autem 'erit brevis culmus'. ergo non neutrum nec femininum, sed masculinum, ut Varro 'in tritici culmo'. Virgilius (*g.* I 150) dixit 'mala culmus'.

Cutis generis feminini, ut Sidonius (19, 2) 'ut solidet calidam frigida lymfa cutem'.

| Cingula generis feminini, ut Ovidius (*rem.* 236) 'nova velocem cingula laedit equum'.

Culleum generis neutri, ut Cato 'cullea vini'. dixerunt alii culleos; sed non recipitur.

Cineres generis masculini, ut Virgilius (*A.* II 431) 'Iliaci cineres'.

Cassidem generis feminini, ut Propertius (IIII 11, 15) 'aurea cui postquam nudavit cassida frontem'.

---

1 colustrum *Serv. in Verg. buc.* 2, 23 *Cap.* 2248 *Non.* 84 3 currus *Char.* 77, 11 *Non.* 198 5 crocum *exc. Char.* 548, 13 *Non.* 202 *Serv. in Verg. georg.* IIII 182 7 corticem *Non.* 199 *Prisc.* 164, 24 *Serv. in Verg. buc.* 6, 63 10 caseus *Char.* 79, 15 *Non.* 200 17 cingula *Serv. in Verg. Aen.* VIII 359 19 culleum *Non.* 197 21 cineres *Char.* 101, 9 *Non.* 198 *Cap.* 2248 22 cassidem *Char.* 103, 15 *Prisc.* 218, 15. 251, 3

---

2 *fortasse* sed Plautus generis feminini mel mea] melinea *M* 3 ideo *om. L* curriculus] curriculis *ML* 4 curriculus (*corr.* -os) et curicula *M* 5 crocum *Hauptius* crocus *MVL* crocos *Hauptius* crocus *MV* crocis *L* 6 *aut* sed Ovidius *aut* albo *pro* alba *legendum, ut indicavit Hauptius, in Ovidii carminibus verba non leguntur:* Lucanus *pro* Ovidius *scribendum et Heliacis Lucani verba tribuenda esse coniecit R. Vngerus de Lucani Heliacis (Brandenburgi novi a.* 1858) *p.* 13, *contra quem dixit H. Genthius de Luc. vit. et script. (Berolini a.* 1859) *p.* 45 lucedus *MVL* 7 prioris *L* dederunt *L* 8 ardua derepto cortice cedrus habet *Ovidius* 9 capitum] capitur *ML* subore cortix *MV* supore cortix *L* 10 pinguis et ingratae premeretur caseus urbi *Vergilius* 12 Culmus *MVL* nepus *VL* nep' *M* cicero *M. ex oeconomicis Ciceronis exemplum petitum esse coniecit Hauptius coll. Xenoph. oecon.* 18, 2 ἦν μὲν βραχὺς ᾖ ὁ κάλαμος τοῦ σίτου, ἔγωγ', ἔφην, κάτωθεν ἂν τέμνοιμι, ἵνα ἱκανὰ τὰ ἄχυρα μᾶλλον γίγνηται erit (erī *M* erunt *V*) breues culmus *MVL* eruunt breves culmos *Hauptius* 14 mala culmos esset robigo *Vergilius* 15 solidit *VL* calida figida *M* 16 cutem] autem *M* 18 equus *MVL* 19 Cato] in libro originum *Varro r. r.* I 2, 7 cullia *M* culia *L* dixerunt] d'd' *M* dederunt *ex L edidit Clericus* dicunt *V* culeus *L* 20 sed *om. M* 21 generis *om. MV* aliaci *MVL* 22 Propertius *Hauptius* prudentius *MVL* aureã *MVL* 23 p'quam *M* cassidia *M* ferontem *L*

p. 76–78 H.

Carmen generis neutri, ut Valentinus * 'nullus mea carmina laudat'.

Conubium generis neutri, ut Iuvencus (I 534) 'siquis conubia rumpit'.

Caput generis neutri, ut Sidonius (13, 20) 'et mihi, ut vivam, capita tolle tria'.

Culmen generis neutri, ut Sidonius (18, 3) 'tolluntur culmina cono'.

Concilium generis neutri, ut Virgilius (*A.* XI 234) 'concilium sacrum'.

Convitium generis neutri, ut Severus (*dial.* 3, 15) 'evomuit mille convitia'.

Corpus generis neutri, ut Virgilius 'corpora natorum sternuntur limine primo'.

| Callis generis masculini, ut Prudentius (*cath.* 7, 50) 'recto calle lineam'.

Calor generis masculini, ut Lactantius (*phoen.* 96) 'flammam parturit ipse calor'.

Candor generis masculini, ut Prudentius (*cath.* 2, 70) 'candore tinguis lacteo'.

Clamis generis feminini, ut Severus 'divisa clamis'.

Caligo generis feminini, ut Prudentius (*cath.* 2, 5) 'caligo terrae scinditur percussa solis spiculo'.

Dorsum generis neutri, ut Virgilius (*A.* I 110) 'dorsum inmane mari' et alibi 'dorsa caerulea'.

Dies apud Graecos generis feminini, a nobis autem masculino et *feminino* promiscue dicitur. nam apud grammaticos alii putant masculini generis esse, eo quod dicimus hodie, quod est hoc die, alii feminini generis, quoniam quae ablativo casu e littera producta finiuntur latina, omnia feminina sunt, ut spes fides [caritas] facies.

Domus generis feminini, ut Virgilius (*A.* I 637) 'at domus interior regali splendida luxu'.

Diadema generis neutri, ut Gracchus 'purpura et diadema'.

| Dolus generis masculini, ut Iuvencus (II 815) 'hic dolus inimice tuus'.

---

14 calor *Non.* 200 21 dorsum *Prisc.* 170, 2 *Cap.* 2248 *Non.* 203 23 dies *Char.* 110, 8 *Prob.* 210, 6 30 diadema *Char.* 42, 29 *exc. Char.* 544, 30

---

1 nalantinus *L. exemplum est Symposii aenigm.* 19, 3: *cf. Paul de Symposii aenigmatis* (*Berolini a.* 1854) *p.* 17, *Hertz in Priscian. t.* VI *p.* 200, 1 2 Cunubium *L* conubia] cunubia *MV* 4 et] ut *M* 7 concilium magnum *Vergilius* 8 seueris *M* reuerus *L* cuomitum ille *MVL* 10 Virgilius] *Aen.* II 214 corpora natorum serpens amplexus uterque, *ib.* 364 plurima perque vias sternuntur inertia passim corpora perque domos et religiosa deorum limina, VI 427 infantumque animae flentes, in limine primo quos — abstulit esternuntur *L* 14 lactantis *ML* 16 candor] cardor *M* 18 calamus *V* gen. masc. *MVL* *Severi exemplum non repertum est* calamis *V* 22 dorsa caerulea *unde petita sint non constat* 23 mas̄ et promiscue *MVL* 25 esse eo quod] pro eo quod *L* hoc die] hoc hodie *MV* 26 e litt. e producta *MVL* 28 at *om. M* interius regales *MVL* 30 gracus *MVL* purpuram *coniecit Hauptius* 31 tuos *L*

p. 78. 79 H.

Dapis generis feminini, ut Iuvencus 'quae dapis'.

Diploidis generis feminini, ut 'diploidem suam'.

Diurnum dicitur quod per singulos dies fit.

Ebur generis neutri, ut Virgilius (*g.* II 193) 'inflavit cum pinguis ebur'. unde et eburnea, non eborea dicendum.

Eculeus generis masculini, ut Cicero 'inequitavit eculeus'.

Erinaceus, non ericius. tamen Rabirius 'portarumque fuit custos ericius'.

Error generis masculini, ut Iuvencus (II 81) 'nam tibi praeteritus vitae donabitur error'.

Echinus generis masculini, ut Horatius (*sat.* II 4, 33) 'ostrea Circeis, Miseno oriuntur echini'.

Elefantus generis masculini, ut Rabirius 'ac veluti Numidis elephans circumdatur altus'.

Effigies generis feminini, ut Prudentius (*cath.* 3, 194) 'prisca renascitur effigies'.

Fons generis masculini, ut Prudentius (*cath.* 6, 35) 'purusque fons ab aethra'.

| Frux generis feminini, ut Virgilius (*A.* I 178) 'frugesque receptas'.

Flos generis masculini, ut Iuvencus (I 30) 'primaevo in flore negavit'; pluraliter flores, ut Prudentius (*cath.* 12, 125) 'salvete flores martyrum'.

Fretum generis neutri et pluraliter freta, ut Petronius 'freta Nereidum'.

Fores generis feminini, ut illud 'ante tuas fores'.

Filum generis neutri, pluraliter fila, ut Lactantius (*phoen.* 50) 'fila canora lyrae'.

Funes generis masculini, ut David (*ps.* 118, 61) 'funes peccatorum circumplexi sunt me'.

---

1 dapis *exc. Char.* 549, 5 4 ebur *Char.* 73, 21 *Cap.* 2248 *Serv. in Verg. Aen.* I 592. XII 11 6 eculeus *Prisc.* 114, 20. 259, 18 9 error *Non.* 204 13 elefantus *Char.* 127, 22 *Prisc.* 216, 10 *Cap.* 2248 19 frux *Cap.* 2248 20 flos *Prob.* 213, 18 22 fretum *Char.* 129, 6 *Prisc.* 170, 3 *Non.* 205 28 funes *Non.* 205 *Prisc.* 160, 17

---

1 quae dapis *in Iuvenci carminibus non repertum est* 4 inflavit] ut flauit *L* 5 non eburrea *M V L* dicendus *M* 6 equleus *utroque loco L* Cicero] *in Verr. act. sec.* IIII 20, 43 in his equitabit eculeis 7 erinaceus] erinacius *M V* non eritius *L* rubirius *M V* portarumque *Hauptius* portarum qui *L* partarum qui *V* pantarumqui *M* custus *M V* 9 praeteritur *M* praeteriture *V* 10 vitae donabitur error *om. M* donauit *V L* 11 eccinus *L* ostra *V, om. L* 13 rabius *V* ueluti Numidis *Hauptius* uelut in umidis *L* uelut inhumidis *V* uelut inhumid' *M* elephas *V* 14 circumdatus alis *coniecit Clericus* altus *Hauptius* aliis *V L* illis *M* 15 renascetur *M V L* 18 abetra *V L* abeterra *M* 20 iugauit *L* 21 flores *priore loco om. M L* saruite *L* seruite *M* 26 filum] filium *L* 28 David] d'd' *M* 29 circumplexe *V*

Funus generis neutri, 'funus hoc exequimur'.

Frons generis feminini, ut Virgilius (*A.* I 166) 'fronte sub adversa'.

Flumen generis neutri, ut Ausonius 'redite rursum flumina'.

Fatum generis neutri, ut Virgilius (*A.* IIII 20) 'fata Sychaei'.

Favum generis neutri, ut illud (*ps.* 18, 11) 'super mel et favum'. pluraliter autem favi; *sic* et caeli.

Frumentum generis neutri, ut Virgilius (*g.* I 315) 'frumenta in viridi stipula'. sic et hordeum, (*g.* I 210) 'serite hordea | campis'. sic et vinum: nam et Salomon (*eccl.* 2, 8) dixit 'scyphos et urceos ad vina fundenda'. sed prohibent grammatici. sed et Virgilius dixit 'nam rivis mella fluent'. omne enim quod pensatur in liquidis masculino genere grammatici scribi volunt.

Filomella generis feminini, ut Dynamius 'laeta sedens filomella fronde'.

Germen generis neutri, ut Iuvencus (I 703) 'proprio vestitur germine pomi'.

Gaudium generis neutri, ut illud 'cumulantur gaudia nobis'.

Gramen generis neutri, ut Virgilius (*A.* II 471) 'mala gramina pastus'.

Gladius generis masculini, ut Sedulius (I 151) 'fervidus ingentem gladius consumeret hostem'.

Genus generis neutri, ut Virgilius (*A.* IIII 12) 'genus esse deorum' et Prudentius contra paganos genera multa deorum ridiculum esse.

Gens generis feminini, ut Virgilius (*A.* I 67) 'gens inimica mihi'.

| Gymnasium generis neutri, sicut balneum: in Apollonio 'gymnasium patet'.

Guttur generis neutri, ut Virgilius (*A.* VI 421) 'triformia guttura pandens'.

Grex generis masculini, ut Prudentius (*cath.* 3, 157) 'grege candido'.

---

2 frons *Cap.* 2248 *Non.* 204 7 frumentum *Char.* 34, 22. 93, 9 *exc. Char.* 550, 26 *Prisc.* 175, 17 20 gladius *Non.* 208 27 guttur *Non.* 207 *Prisc.* 155, 7. 170, 1 29 grex *Non.* 208 *Char.* 92, 29

---

2 frontes sub *MVL* 3 auronius redit *M*: *apud Ausonium verba non inventa sunt* 5 fatum *priore loco M* 6 faui et caeli *MVL* 7 frumentum] frumenti *L* uiride stipula *MV* uiride estipula *L* 9 scyphus et urceus *V* sciphus et urceus *L* schu sciphus et urceus *M* 10 fundendas sed prohibent hoc gramaticis *L* Virgilius] *georg.* I 132 et passim rivis currentia vina repressit, *bucol.* 3, 89 mella fluant illi 11 pensatus *L* masculino genere] *i.* singulari numero 13 dinamius *ML* 15 germinon pomi *M* 17 comolantur *MV* 19 passus *L* 20 sidulius *MV* ingente *MVL* 22 esse *om. MV* 23 *Prudentii nomen quo pertineat non constat* rediculum *L* ridicula *Otto* 24 inimica] inimi *M* 25 gennasium *utroque loco L* in appollonio *MV*: *in narratione eorum quae contigerunt Apollonio Tyrio, Velseri op. ed. Norimb. a.* 1682 *p.* 686 audite cives, audite peregrini, ingenui et servi, qui ablui vult, gymnasium patet. *quem locum mihi indicavit Hauptius* 27 guttur] guttu *L*, *in quo* guttur — pandens *transposita sunt post* grex — candido

p. 81. 82 H.

Gremium generis neutri, ut Prudentius (*ap.* 648) 'matris adoratum gremium'.

Glandis generis feminini, ut Virgilius 'querna pellere glande famem'.

Homo promiscui generis. nam ut vir homo, ita et mulier homo dicitur, et Iesus ideo filius hominis, quia filius virginis.

Humum generis feminini, ut illud (*exod.* 4, 9) 'super aridam humum'.

Honor generis masculini, ut illud apostoli (*ad Rom.* 12, 10) 'honore mutuo praevenientes'.

Honos de honore, ut Virgilius (*b.* 5, 78. *A.* I 609) 'semper honos regnumque tuum laudesque manebunt'.

Harundo generis feminini, ut illud evangelii (*Matth.* 12, 20) 'harundinem quassatam'.

Hirundo avis generis feminini, ut illud 'iam rediit velox hirundo'.

| Hastile generis neutri, ut Prudentius (*steph.* 10, 29) 'hastile fixum', et alibi 'hastilia fracta videt'.

Hostis generis masculini, ut illud 'hostis iniquus adest'.

Horreum generis neutri, ut ait quidam 'horrea vestra frugibus plena'.

Hiems generis feminini, ut Virgilius (*A.* I 125) 'emissamque hiemem sensit'.

Haspis generis feminini, ut Paulinus (*carm.* 17, 265) 'parvus extracta trucibus cavernis aspide ludet' et Severus (*dial.* 1, 10) de aspide 'quasi incantata carminibus caerula colla deposuit'.

Humor generis masculini, ut Lactantius (*phoen.* 24) 'nec cadit ex alto turbidus humor aquae'.

Humerus generis masculini, ut Virgilius (*A.* I 589) 'os humerosque deo similis'. singulari numero caret.

Heremus generis feminini, ut ad Frontonium discipuli 'numquid in sola heremo castitas custodiri potest'?

Hyacinthus generis masculini, ut Lactantius (*phoen.* 137) 'ingentes oculos credas geminos hyacinthos'.

---

3 glandis *Prob.* 6, 16. 21, 24 *Prisc.* 281, 15. 115, 18 *Char.* 37, 15. 155, 15 *exc. Char.* 535, 23 4 homo *Char.* 102, 20 *Prisc.* 206, 14 6 humum *Prisc.* 269, 5 17 horreum *Non.* 208

---

1 matris] magis *M V L* 3 *excidisse videtur versus Vergilii a Probo et Prisciano l. c. citatus georg.* III 81 nec de concussa tantum pluit ilice glandis. *nam quod sequitur exemplum est Tibulli* II 1, 38 4 promiscue *M* 9 honus *priore loco M V* 10 laudisque *L* 13 hyrundo aues *M V* arundo *M* 15 hastilia] hastilea *V* astilea lea *M* 16 hostes *priore loco M V, utroque L* hostis] *Verg. Aen.* VIII 38 hostis adest 17 horrea] horrea nostra debinc purgata fruge replebit *ex Iuvenci de evang. hist. l.* II 813 *attulit Hauptius* 18 hiemps *M V* hieme *M V L* 20 haspes *M V L:* haspis — deposuit *post* humor — aquae *habet L* extracta] extra *M* 21 luet *V* reuerus quasi de aspide incantanta *L* 23 nec cadit] necauit *M V L* 25 hos humeros deoque similes *M V L* 26 singl' numer' *M* singulare numerum *V L* 27 numqd' *M* in sola cremo castitas custodiri *Hauptius* in solam heremum castitas custodire *M V L* 29 iacinthus *V* iacinctus *M L* 30 iacinctos *M L* iacintus *V*

p. 83. 84 H.

| Ignis generis masculini, ut Prudentius (*cath.* 5, 37) 'hunc ignem populus sanguinis incliti'.

Incendium generis neutri, ut illud 'incendia magna videntur'.

Iter generis neutri, ut Iuvencus (I 24) 'ad verum convertet iter'.

Ius generis neutri, ut Iuvencus (I 680?) 'hoc ius dixere prophetae'.

Imago generis feminini, ut illud 'imago tua demonstrat'.

Iubar generis masculini, ut illud 'iubar splendidus'.

Inguen generis neutri, ut Prudentius (*cath.* 2, 81) 'nutabat inguen saucium'.

Imber generis masculini, ut Virgilius (*A.* I 123) 'accipiunt inimicum imbrem'.

Iugum generis neutri, ut Lactantius (*phoen.* 7) 'sed nostros montes, quorum iuga celsa putantur'.

Iaculum generis neutri, ut Virgilius (*A.* V 68) 'iaculo incedit melior'.

Iugerum generis neutri, ut Prudentius (*psych.* 535) de Iuda 'obliso luiturus iugera collo'.

Iocus generis masculini, ut Paulinus (*carm.* 4, 10) 'inlecebras turpesque iocos'.

| Ius de iure generis neutri, pluraliter autem iura, id est iuscella.

Iugulum generis neutri, ut Prudentius (*psych.* 49) 'iugulum meretricis adacto transfigit gladio'. ab hoc dictum iugulare.

Ludum generis neutri, ut Prudentius (*steph.* 9, 41) 'ludum volupe'; pluraliter ludi dicendum.

Labes generis feminini, ut Paulinus (*carm.* 17, 293) 'nulla nos aetas, nulla tibi labes'. cf Peiper, Ans.-Ueb. 297

Letum generis neutri, ut Prudentius (*psych.* 571) 'letum versatile et anceps'.

Linum generis neutri, ut Sidonius (*ep.* VIIII 13 *v.* 33) 'nive pulchriora lina gerit orbis'.

Lolium generis neutri, ut Virgilius (*b.* 5, 37. *g.* I 154) 'infelix lolium'.

Liber generis masculini, ut Prudentius (*steph.* 10, 1131) ait 'hic in regestis liber est caelestibus'.

---

7 iubar *Prisc.* 170, 6 10 imber *Prisc.* 150, 19 17 iocus *Non.* 209 *Char.* 37, 3 *exc. Char.* 551, 28

---

2 sanguis *M V* inclite *M V L* 4 uirum conuertit *M V L* 5 propheta *L* 6 feminini] neutri *L* $\overline{\text{iii}}$ *V*, *om. M* 8 ingens *priore loco L* neutri *om. M* 11 imber *M* 12 sed trimontes *M V L* 14 iaculum incidit *M V L* 15 obliso luiturus] soluiturus *M L* soluturus *V* 19 autem *om. L* iucella *M V L:* iuscellum *Charisius p.* 32, 11 20 iaculum *priore loco M, corr.* iugulum *V* 22 ludtum *priore loco M* ludum discipulis volupe est ut praebeat ipse doctor *Prudentius* 25 nulla tibi labes *om. M* labet *L* 26 ut Prudentius *om. L* ut sidonius ut prudentius *M* 29 linia gerit *V* lini gerit *L* orb' *M* oribus *L* 33 resgestis *M V L*

p. 84—86 H.

Libido generis feminini, ut Prudentius (*psych.* 87) 'prostrata iaces, lutulenta libido'.

Locus generis *masculini*, ut illud (*Sulp. Sev. dial.* 1, 7) 'locus ille maximam parabat invidiam'. pluraliter loca Virgilius dixit.

| Laus generis feminini, ut Prudentius (*steph.* 1, 82) 'illa laus occulta non est'.

Lumen generis neutri, ut Sidonius (*carm.* 19, 4) 'lumina vestra natant'.

Lavacrum generis neutri, ut Prudentius (*steph.* 10, 158) 'dum ad lavacrum praeconando curritis'.

Livor generis feminini, ut Iuvencus (I 369) 'mox livor daemonis atra'.

Lucrum generis neutri, ut Paulinus (*carm.* 17, 274) 'sacri lucrum cumulans talenti'.

Lignum generis neutri, ut in regum 'ligna inputribilia'.

Limen generis neutri, ut Virgilius (*A.* VI 427. XI 423) 'limine primo'.

Litus generis neutri, ut Virgilius (*A.* I 2) 'Laviniaque venit litora'.

Liquor generis masculini, ut Prudentius (*ap.* 670) 'sustinuit gressum domini famulus liquor'.

Legumen generis neutri, ut Isidorus 'legumina mari' et illud 'legumina multa'.

Labor generis masculini, ut illud 'labor iste non erit irritus'.

| Ludibrium generis neutri, ut illud 'ludibria multa sectatus et iugula'.

Lucifer generis masculini, ut Sidonius 'nitidus Lucifer'.

Lapis generis masculini, ut Prudentius (*ap. praef.* 2, 33) 'lapis ecce nostro fixus offensaculo est'.

Lepus generis masculini, ut Ausonius 'investigatum ferri dolus lepori'.

---

3 locus *Non.* 211 *Char.* 37, 2. 76, 14 *exc. Char.* 551, 27 *Serv. in Verg. Aen.* I 306 12 lucrum *Non.* 210 17 liquor *Prisc.* 170, 13 25 lapis *Non.* 211 27 lepus *Prisc.* 104, 19. 169, 15. 264, 6

---

1 libido — lutulenta libido *hoc loco omissa — ante* 24 lucifer *habet M* feminini] neü *M V L* iacis *V L* iatis *M* 2 luculenta *L* luculeta *M* 3 masculini *om. M V L* locum *M* 11 hic livor ἡ πελιδνότης καὶ ὁ φθόνος *de idiom. gen. vol.* IV *p.* 574, 71. *aut* livor generis masculini — ater *scripsit grammaticus, aut in errorem inductus est vitio scripturae apud Iuvencum*, rabidi mox livor daemonis ater cum terrore rapit mentem 12 his sacrum lucris cumulans talentum *Paulinus* 13 comulans *M* cõmulans *V L* 14 in regnum *M* e regum *L. in libris regum non leguntur verba; ex exodo* (c. 35) *citavit Hieronymus ep.* 64, 9 (*vol.* I *p.* 360 *ed. Vallars.*) legimus in exodo — pilos caprarum et ligna inputribilia, *quamquam in vulgata interpretatione l. c.* ligna inputribilia *non inveniuntur* 15 prime *M* 16 lauinia atque *L* 19 Legumen — multa *hoc loco omissa ante* 24 lucifer *habet L:* ligumen *et* ligumina *utroque loco M V L* ysidurus *M* ysiderus *L. exempla unde petita sint non constat* 22 multa sectatus] multatus *M* 23 iugula] gula *M L:* iocularia *vel* ioca *vel* iocula *coniecit Hauptius* 24 nitidus lucifer *non inventa sunt apud Sidonium* 27 investigato ferre dolos lepori *coniecit Hauptius. apud Ausonium verba non inventa sunt*

p. 86. 87 H.

Lucus generis masculini, ut Virgilius (*A.* I 441) 'lucus in urbe fuit media laetissimus umbra'.

Lacus generis masculini, ut Virgilius (*A.* VI 393) 'accepisse lacu'.

Laqueus generis masculini, ut psalmista (123, 7) 'laqueus contritus est'.

Latex generis masculini, ut Prudentius (*steph.* 12, 41) 'cyaneusque latex umbram trahit imminentis ostri'.

Lacunar generis neutri, ut ibi (*Prud. steph.* 12, 42) 'credas moveri fluctibus lacunar'.

Limus generis masculini, ut Prudentius (*cath.* 7, 191) 'miratus hostis posse limum tabidum'.

Lilium generis neutri, ut Sidonius (*carm.* 2, 111) 'lilia permixtis insultavere pruinis'. |

Lynces generis feminini, ut Virgilius (*g.* III 264) 'quid lynces Bacchi variae'.

Lichinus generis masculini, pluraliter lichini, ut Virgilius (*A.* I 726) 'dependent lichini laquearibus aureis'.

Mare generis neutri, ut Virgilius (*A.* I 32) 'maria omnia circum'.

Mantile generis neutri, ut Virgilius (*g.* IIII 377. *A.* I 702) 'tonsisque ferunt mantilia villis'.

Membrum generis neutri, ut Virgilius (*A.* I 92) 'solvuntur frigore membra'.

Mustum generis neutri, ut Iuvencus (II 376) 'calidum committere mustum', idemque (II 378) 'spumantia musta'.

Murmur generis neutri, 'murmura multa'.

Mundus generis masculini, ut Iuvencus (*praef.* 5) 'quo cunctum rapiet flamma ultima mundum'.

Morbus generis masculini, ut Iuvencus (II 77) 'morbus dissolverat ater'.

Moles generis feminini, ut Severus (*dial.* 3, 8) 'moles turrita surrexerat'.

Metus generis masculini, ut Lactantius (*phoen.* 16) 'nec metus asper adit'. |

---

6 latex *Prisc.* 169, 13 8 lacunar *Char.* 38, 18 10 limus *Prisc.* 169, 13 14 lynces *Prisc.* 218, 6 25 murmur *Non.* 214 *Prisc.* 170, 2 26 mundus *Non.* 214 32 metus *Non.* 214

---

1 urbem *MVL* 2 mediatissimus *MV* mediartissimus *L* 3 accipisse *L* lacus *V* 4 laqueos *utroque loco L* psal' *MV* 6 cianeus latex *MV* tianeus latex *L* 8 ibidem *Hauptius* 11 tabium *L* 12 lilium] lilius *M* neutri *om. MV* permixtus *L* 13 proinis *M* 14 Lynces — variae *post* 17 aureis *habet L*: linces *utroque loco MVL* quid *om. M* baci *MV* bace *L* 18 mare] mari *MVL* 19 ut *om. L* tunsisque *VL* 20 fert *M* fertur *VL* 23 callidum *L* committere mus; *M* 24 idemque *Hauptius* idē quę *VL*: idemque spumantia musta *om. M* 25 murmura] murmur *M* 26 generis masculini *Hauptius* geñ. m̄i *MVL* sapiat *MVL* 27 flamma *om. L* 30 torrita *MVL* 32 aspes *ML* 33 adit] adhesit *MVL*

p. 88. 89 H.

Materies generis feminini, ut Prudentius (*c. Symm.* II 257) ‘deus inlustravit alumnam materiem’.

Metallum generis neutri, ut Prudentius (*c. Symm.* II 287) ‘rursus et ad proprium restillet vena metallum’.

Mos generis masculini, ut Symmachus (X 61) ‘suus cuique mos’.

Mentum generis neutri, ut Virgilius (*g.* III 311) ‘canaque menta’.

Mysterium generis neutri, ut Ambrosius ‘mysterium mirabile’.

Manipulus generis masculini, ut psalmista (125, 6) pluraliter ‘portantes manipulos suos’.

Mel generis neutri. quamvis grammatici vetent pluraliter, tamen Virgilius (*A.* I 432) ait ‘stipant *liquentia* mella’.

Moenia generis neutri, ut Virgilius (*A.* I 437) ‘felices, quorum iam moenia surgunt‘.

Mens generis feminini, ut Paulinus (*carm.* 17, 3) ‘semper adnexa sine fine tecum mente futuros’.

Merces generis feminini, ut Avitus ‘mercede reposita’.

Numen generis neutri, ut Iuvencus (I 45) ‘numen vidisse supernum’.

| Nemus generis neutri, ut Virgilius (*A.* I 191) ‘nemora inter frondea turbam’.

Nubes generis feminini, ut Virgilius (*A.* I 143) ‘collectasque fugat nubes’.

Nares generis feminini, ut Virgilius (*g.* IIII 300) ‘huic geminae nares’.

Nasum generis neutri, ut Lucilius ‘nasum hoc corpusque scutum’.

Nucleus generis masculini: nam Cicero pluraliter nucleos dixit.

Nix generis feminini, ut Ennius ‘hae nives’.

Naevus generis neutri, sed Varro ad Ciceronem ‘hic naevus’.

Nefas generis neutri, ut Prudentius (*cath.* 1, 58) ‘ex ore prolapsum nefas’.

Negotium generis neutri, ut Sidonius ‘negotium criminale parturit’.

Oraculum generis neutri, ut Avitus ‘episcopus responsa potius quam oracula destinavit’.

---

24 nasum *Non.* 215 *Prob.* 212, 10

---

2 alumna *V* alumina *M* alunna *L* 3 Mittallum — metallum *post* 5 mos *habet L* 4 et *om. M* 5 mors *utroque loco M V L* 8 psal' *M V L* 11 stipantia mella *V L* stipantia *M* 12 generis neutri *Hauptius* gen. fem. *M V L* 14 adnixa *M V L* 15 tecum mente cum mente *M V* 16 mercis *M V L* mercede reposita *apud Alcimum Avitum non inventum est:* mercede soluta *legitur carm.* V 349 17 nomen *utroque loco M V L* 18 nemora] nemorea *L* 20 nebus *priore loco M, corr.* nubes *V* 22 gemineque *L* 24 luculius *M L* scitum *coniecit Hauptius* 25 nucleos] nucleus *M L* 27 neuus *utroque loco M V* netius *priore L* generis masculini ut Varro *coniecit Hauptius*, naeuus *οὐλή gloss. Labb. p.* 119. *neutro genere dictum esse a nullo traditum inveni* 28 Nefas — nefas *post* 30 parturit *habet L* pro absum *M V L* 30 *Sidonii, item* 31 *Aviti et* 585, 3 *Severi verba apud hos non inventa sunt* parturint *M* pasturent *L* postulent *coniecit Clericus*

Oppidum generis neutri, ut Virgilius (*g.* III 402) 'exportant calathis, adit oppida pastor'.

| Opinio generis feminini, ut Severus 'auditam diu opinionem eius'.

Odor generis masculini, ut apostolus (*ad Cor.* II 2, 15) 'bonus odor sumus'.

Olocaustum generis neutri, quia pluraliter holocausta et holocaustomata, ut psalmista (65, 15) 'holocausta medullata' et (*Ier.* 6, 20. 7, 21) 'holocaustomata vestra'.

Ostrum generis neutri, ut Virgilius (*g.* III 17) 'illi victor ego Tyrio conspectus in ostro'.

Ostium generis neutri, ut Virgilius (*A.* I 13) 'contra Tiberinaque ostia'.

Onus generis neutri, ut Virgilius (*g.* IIII 167. *A.* I 434) 'suscipiunt onera venientum'.

Ovum generis neutri, quia ovum et ova dici potest.

Os de ore generis neutri, ut Virgilius (*g.* IIII 477) 'ante ora parentum'.

Os de osse generis neutri, ut Virgilius (*A.* III 57) 'postquam pavor ossa reliquit'.

Opes generis feminini, ut Paulinus (*carm.* 17, 273) 'has opes condens domino perenni'.

Oleastrum generis neutri, sed Virgilius (*g.* II 314) 'foliis oleaster amaris'.

| Opus generis neutri, 'opera multa'.

Origo generis feminini, ut Iuvencus (I 166) 'origine clara'.

Ordo generis masculini, ut Iuvencus (I 356) 'sectandus conplebitur ordo'.

Odium generis neutri, ut Severus (*dial.* 2, 8) 'multorum mihi odia concitavi'.

Obices generis masculini, ut Prudentius (*cath.* 9, 147) 'obice extrorsum recluso'.

---

22 oleastrum *Prisc.* 154, 15 *Prob.* 215, 24 *Serv. in Verg. Aen.* XII 764 30 obices *Serv. in Verg. Aen.* X 377 VIII 227 *georg.* IIII 422

---

1 opidum *L* caladis *M V* calates *L* 2 addit *V* opida partor *L* 6 holochaustum *L et sic in reliquis* holocasta et holocaustamata *M* 7 psalm. *L* psal. *M V* 8 holocaustamata *M* 9 ostrum — in ostro *ante* olocaustum *habet M, ante* odor *L* generis neutri *Hauptius* gen. masc. *M L* gen. mas. *V. propter cognata huic vocabula* haec ostrea *et* hoc ostreum, *de quibus saepe a grammaticis quaesitum esse constat, genus notatum esse videtur* ille *M V L* tirio conspectu in ōrō *M* tirio conspectui nrō *V L* 18 os de ossum *M V L* p'quam *M* 19 relinquid *M V L* 20 ut] aut *M. exempla scriptorum inde ab hoc loco omissa sunt in L* 25 origine — 26 ut Iuvencus *om. M* 26 complectitur *V* 28 multorum *om. M*: tanta mihi omnium feminarum cunctorumque monachorum odia concitavi *Severus* 30 obices] *fortasse* obice

p. 91. 92 H.

Orbis generis masculini, ut Cicero (*somn. Scip.* 3, 16) 'quem vos orbem lacteum nuncupatis'.

Pumex generis masculini, ut Virgilius 'latebroso in pumice pepli'.

Pelves generis feminini, ut Vallius 'perfusam pelvem'.

Parapsis generis feminini, ut Prudentius (*steph. praef.* 16. 18) 'nec aere defit expolita pelvis gravisque et ampla argentea est parapsis'.

Peristromum generis neutri; sed Cicero (*Phil.* II 27, 67) elegantius dixit hoc peristroma et haec peristromata.

Paries generis masculini, quia dixerunt hunc parietem et hos parietes.

| Pavimentum generis neutri, 'pavimenta multa'.

Pulpitum generis neutri, ut Prudentius (*steph.* 10, 221) 'cygnus stuprosa peccat inter pulpita'.

Porticus generis feminini, ut Cyprianus (*ep.* 1) 'pampineam porticum frondea tecta fecerunt'; et Hieremias altas porticos dixit. sed in evangelio (*Io.* 10, 23) 'porticu' legimus 'Salomonis'.

Putei generis masculini, ut Cato et Varro.

Panis generis masculini, huius panis; pluraliter genitivum facit [id est] horum panum. * sunt et panuculae in lanificio.

Palumbis generis feminini, ut Virgilius (*b.* 3, 69) 'aereae palumbes'.

Palus generis feminini, ut Alexander 'palus erat sicca'.

Papaver generis neutri, ut Lactantius (*phoen.* 127) 'quae fert agreste papaver'. dixerunt et alii genere masculino, ut Varro 'infriasse papaverem'. Virgilius (*g.* I 78) dixit 'perfusa papavera somno'.

---

3 pumex *Prob.* 209, 16 *Serv. in Verg. Aen.* XII 587 *Cap.* 2249 5 parapsis *Char.* 106, 10 17 putei *Non.* 216 18 panis *Non.* 218 *Char.* 90, 5. 141, 20 *Prisc.* 353, 9 19 panuculae *Non.* 149 *Char.* 105, 8 *Prisc.* 115, 15 20 palumbis *Char.* 106, 24. 140, 14 *Non.* 219 *Prisc.* 169, 16 22 palus *Non.* 219 23 papaver *Char.* 83, 26 *Non.* 220 *Prisc.* 170, 13

---

1 orbi gen. ũi *M* orbi g. neũ *V* 3 pomex *M V L* Virgilius] *Aen.* V 214 latebroso in pumice nidi, XII 587 latebroso in pumice pastor. *ante* pepli *aliam observationem excidisse coniecit Hauptius* latebro in *M* pomice *M V* 4 generis feminini *Hauptius* gen. nī *M* gen. neũ *V* gen. neut. *L* Valgius *coniecit Hauptius* profusam *vel* percussam *R. Vngerus de Valg. poem. p.* 191 5 parapsis *Hauptius* parabsidis *M V L* pruidentius *M* 6 ere *M* aerea *V* expolinta *M* pelues grauesque *M V* parabsidis *M V* 7 eligantius *M V* 9 dicunt *V* d'd' *M* hos parientes *M* 12 pulpitum *ante* pavimentum *L:* pulpetum *M V* pulpitus *Θυμέλη exc. Char. p.* 552, 18 stroprosa *M V* 13 pulpeta *M V* 14 generis feminini *Hauptius* gen. nī *M* gen. m̃ (?) *V* gen. neut. *L* 15 Hieremias] 51, 58 et portae eius excelsae igni conburentur 16 porticu] porticum *M* 17 Poteum gen. neut. *L:* putei *in Catonis de agricultura libro non legitur; apud Varronem praeter locum e Gallo vel Fundanio a Nonio adscriptum* puteos *legitur r. r.* I 57, 2, puteus *de l. l.* V 25 *p.* 41 *Sp.* VI 84 *p.* 262 *Sp.* 19 *lacunam indicavi, qua observatio de* panus *vocabulo excidit, sicut vidit Hauptius* 20 aerae *M* 22 palus — sicca *post* papaver — somno *habet M:* palus ligni gen. masc. palus luti gen. fem. *L* Alexander] *fortasse in historia Alexandri* 23 papaver *post* perdix *ponit L* quo feragreste *M V* 24 papaverem] papauerim *M V*

Perdix generis feminini, ut Varro 'garrula limoso prospicit elice perdix'.

| Parsimonia generis feminini. sed Virgilius parsimonium tempus sibi dixit.

Praetextum generis neutri. sed vicit consuetudo, quae praetextas dicit, quoniam toga praetexta.

Puteus generis masculini, sed putei in evangelio mira in reliquo differentia. putea enim aquarum Italis fontanas appellari certum est. unde in evangelio (*Io.* 4, 11) fons Iacob et 'puteus altus' dicitur.

Pilleum generis neutri, ut Varro 'est ibi' inquit, 'si festinas, pilleum'. quod Homerus genere masculino dixit.

Pugnum Plautus (*capt.* III 2, 16) genere neutro dixit, 'mihi haec balista pugnum est'. sed melius masculinum est.

Pix generis feminini, ut Varro 'Idaeasque pices'.

Pelagus generis neutri, ut Virgilius (*A.* V 8) 'pelagus tenuere rates'.

Praesepia vetant grammatici singulariter *dici;* et de | genere quaeritur. sed Varro haec praesepis et alibi hoc praesepe. Cotta 'nunc ad praesepia' prop... 'non sunt in praesepibus boves', et Virgilius (*g.* III 495) 'plena ad praesepia ponunt' sed consuetudine neutro genere praestat dici.

Pax generis feminini et pluralem non habet.

---

1 perdix *Non.* 218 *Prisc.* 169, 15 5 praetextum *Char.* 94, 9 10 pilleum *Non.* 220 14 p x *Char.* 91, 26 15 pelagus *Prob.* 208, 4 *Cap.* 2249 16 praesepia *Char.* 59, 11 *Non.* 218 *Prob.* 8, 3 21 pax *exc. Char.* 548, 8 *Non.* 149

---

1 Varro] perdix et masculino genere dici potest: Varro in admirandis perdicas boeotios *Nonius. versus qui sequitur est Ovidii metam.* VIII 237 3 parsimonia *vel* parsimonium *apud Vergilium non legitur.* parsimonium tempus cibi *coniecit R. Vngerus de Valg. poem p.* 210. *quod nescio quo modo ad Prud. cath.* 7, 3 adesto, Christe, castis parsimoniis *referri voluit* 5 nicet *M V* praetexitas dicit *M V* 6 toga praecepta *V* 7 poteus *L. fortasse* puteus generis masculini, unde in evangelio fons Iacob puteus altus dicitur. sed mira in reliquo etc. 8 itali *M* 9 fons] fontem *M V* 10 pilleum *Otto* pelleum *utroque loco M V* pylleum *L* Pteleum *coniecit Hauptius referens ad Hom. Il. B* 697 *Πτελεὸν λεχεποίην* si] se *M V* festinans *M* 11 omerus *V* omers *M*: *Il. K* 265 *μέσσῃ δ' ἐνὶ πέλος ἀρήρει* 12 pugnus gen. masc. *L* lautus *M* 13 sed mas. melius est *M* 14 Varro] de similitudine verborum II *Charisius. exemplum quod sequitur est Vergilii georg.* III 450 15 pilagus *utroque loco M* pylagus *V* pillabus *L* temere *M V* 16 presepium gen. neut. *L* vetant] uocant *M V* grammati *M* sing̃ et de genere q̄r *M* singularem et de genere quaerunt *ex V edidit Hauptius* 17 sed uarro horum praesepiis *M V:* sed Varro harum praesepiis et alibi hanc praesepem. contra Tibullus 'nunc ad praesepia debent plena coronato stare boves capite'; proprie enim sunt in praesepibus boves *R. Vngerus de Valg. poem. p.* 209 *coll. Varr. r. r.* II 2, 19 harum praesepia 5, 16 in praesepiis I 13, 6 *apud Nonium p.* 218 praesepim latam hoc praesepē *V* hoc praesepem *M* 'nunc ad praesepia *nescio an non sit Cottae, sed Tibulli* II 1, 7. *deinde nonnulla exciderunt. tum secutum videtur* proprie non sunt in pr. boves' *Hauptius. Cottae nomen corruptum esse videtur. de reliquis dubito, utrum in corrupta codicum scriptura* (p p̄ ũ *V* p p̄ non *M*) *nomen scriptoris lateat, an consuetudinis exempla posuerit scriptor,* nunc ad praesepia properant, sunt in praesepibus boves 19 consuetudo *M V* 21 pax *post* porrum *habet L*

p. 94–96 H.

Porrum generis neutri, sed Varro 'ponuntur tenues porri'.

Pampinus generis feminini, ut Cornelius 'purpureis geminata pampinus uvis'.

| Pistrinum generis neutri, sed Varro 'media est pistrina'.

Pulvis generis masculini; sed Propertius (III 13, 35) dicit 'horrida pulvis'.

Plebs generis feminini, ut Iuvencus (I 13) 'cetera nam plebs'.

Palleum generis neutri, ut Iuvencus (I 557) 'ferat pallea secum'.

Pratum generis neutri, ut Prudentius 'prata per herbida'.

Proles generis feminini, ut Iuvencus (IIII 675) 'proles veneranda tonantis'.

Progenies generis feminini, ut Prudentius (*cath.* 3, 136) 'ecce venit nova progenies'.

Pharus generis feminini, ut Fortunatus (*de vit. S. Mart.* I 49) 'Gallica celsa pharus'.

Palmes generis masculini, ut Prudentius (*cath.* 3, 53) 'pampineo brachia palmite'.

Quies generis feminini, unde Brutus 'requietem' dixit.

Quaestio generis feminini, ut Varro 'quaestionum epistolicarum'.

Quercus generis feminini, sicut aliae arbores.

| Quirites singularem numerum non habet. quamquam Maecenas dixit Quiritem; sed non recipitur.

Regnum generis neutri, ut Virgilius (*A.* I 338) 'Tyria regna vides'.

Rabies generis feminini, ut Iuvencus (I 407) 'rabies vesana veneni'.

Ritus generis masculini, ut Symmachus (X 61) 'suus cuique ritus'.

Ramus generis masculini, ut Cornelius 'pomosa lentos servabat in arbore ramos'.

Radius generis masculini, ut Iuvencus (IIII 151) 'abscondit furvis rutilus sol radios umbris'.

---

1 porrum *Char.* 104, 7 2 pampinus *Char.* 105, 19 *Prisc.* 169, 15 *Serv. in Verg. buc.* 7. 58 4 pistrinum *Char.* 72, 30. 37, 16. 155, 16 *Prisc.* 115, 12 5 pulvis *Char.* 89, 22 *Non.* 217 *Cap.* 2249 18 quies *Char.* 69, 1. 110, 1. 128, 12. 142, 3 *Prisc.* 242, 9 21 Quirites *exc. Char.* 548, 34 *Diom.* 327, 30 *Prob.* 195, 23 *Serg.* 432, 22 *Pomp.* 176, 31 26 ramus *Serv. in Verg. georg.* IIII 303 28 radius *Cap.* 2244

---

1 tenuis *M* 2 cornilius *M V* 4 Varro] sed Lucilius XVI feminine extulit media e pistrina *Charisius p.* 72, 30: *cf. Varr. de l. l.* V 138 *p.* 140 *Sp.* pistrina *M* 5 dicit *om. V* 7 etera *V* 8 pallium *L: cf. Char. p.* 70, 26 palleas secum *M V* 9 pratum — herbida *om. V* Prudentius] *psychom.* 199 prata virent volvitque vagos lux herbida fluctus 11 tonantes *M* 13 nova] nŕa *V, om. M* 14 pharus *post* palmes *habet L* geñ. nĩ *M* gen. neut. *L* 16 pamplone *M* pamponiae *V* 18 dicit *M* 19 epistolarum *M V* 20 quercus *post* Quirites *habet L* alia arbor *V* al' arbor *M* 21 querites *M* quaerites *V* singulari numero *M V* quamquam] nam *V, om. M* micenas *M V* 22 q̄ritem *M* quaeritem *V* 24 neneni uesana *M* 26 ranus *L* cornilius *M V* lento *M* 29 rudilus *M*

p. 96—98 H.

Rupes generis feminini, ut Virgilius (*A.* I 310. III 229) 'sub rupe cavata' ceu * magno.

Rus generis neutri, ut Claudianus 'rus istud pretio constat vili'.

Rubigo generis feminini, ut Prudentius (*cath.* 7, 205) 'aegram pectorum rubiginem'.

Rumor generis masculini, ut Ausonius 'quae tantae tenuere morae rumore sub omni'.

Rorem generis masculini, ut Prudentius (*cath.* 6, 127) 'rorem subisse sanctum'.

| Renes generis masculini, ut David (*ps.* 72, 21) 'renes mei resoluti sunt', et alibi (*ps.* 25, 2) 'ure renes meos'. singulari autem numero carent.

Rosum dixerunt quidam singulariter, rosa pluraliter, quasi generis neutri esset. sed nunc rosa singulariter et pluraliter rosas, ut Sidonius (*ep.* IX 13) 'rosa sutilis coronet', et alibi (*carm.* 2, 110) 'hibernae rubuere rosae'. sed generis feminini est.

Ratis generis feminini, ut Paulinus (*carm.* 17, 106) 'rate amata titulo salutis'.

Remus generis masculini, ut Virgilius (*A.* I 104) 'franguntur [litora] remi'.

Religio generis feminini, ut Virgilius (*A.* VII 608) 'religione sacra'.

Radix generis feminini, ut illud 'in radice oleagina'.

Sulphur generis neutri, ut Virgilius (*g.* III 449) 'spumas miscent argenti vivaque sulphura'.

Sapor generis masculini, ut illud 'reiecisse bonos turbata mente sapores'.

Scopulus generis masculini, ut Virgilius (*A.* I 45) 'scopuloque infixit acuto', et pluraliter (*A.* I 162) 'geminique minantur in caelum scopuli'.

| Series generis feminini, ut Fortunatus (*carm.* VIIII 7, 3) 'blanda conscribens serie salutes'.

Stadium generis neutri et masculini, quia dicimus stadios et stadia.

---

8 rorem *Serv. in Verg. buc.* 8, 15

---

2 canaca *M* ceu magno *ex alia observatione relicta esse videntur* 3 *Claudiani et* 6 *Ausonii verba apud hos non inventa sunt* 3 rus *om. L* 4 pecorum *M* pecoram *V* 6 que taute te sub omni *M* 10 David] d' d' *M* resoliti *M* 11 singularē autem nunī *M* singularem autem numerum *ex V edidit Hauptius* 15 rosum] rosium *MV*: rosa gen. fem. et tamen dicunt aliqui rosium gen. neut. *L* 15 rosas utiles coronat *V* rosa sutilat coronat *M* rubere *MV* 17 ratis] rates *MVL* rate armata *V* rate ar armata *M* 18 salutes *V* saltes *M* 19 mas. geū. *M* franguntur *V* franguntur *M* 21 geū. nī. *MV* 22 olegena *MV: Verg. georg.* II 31 traditur e sicco radix oleagina ligno 24 sulphora *V* 27 scopulum *L* scuplum *MV* scupulo (scuplo *M*) quem fixit *MV* 28 gemini q̄ *M* 29 scupuli *V* scupli *M* 30 fortunatus *M* con conscribens seriae *M* 32 stadium *L* stadia *MV* stadios] stadnus *MV*

p. 98. 99 H.

Syrma generis neutri; priores feminini, ut Cornelius 'tragica syrma'.

Supellex generis feminini, ut Prudentius 'tota supellex'.

Situs loci generis masculini, ut Porcina 'ille situs felix'.

Scabillum generis neutri, sicut scamnum, ut Varro in actionibus scenicis.

Sues genere feminino dixerunt antiqui, ut illud (*Petri ep.* II 2, 22) 'sus lota in volutabro luti'. sed Virgilius (*g.* I 400) genere masculino 'inmundi meminere sues'.

Saccus generis masculini, ut Varro 'vinum cui nihil sacculus abstulit'.

Stips de stipite generis feminini, ut stirps ab stirpe.

Seps generis feminini, ut Virgilius (*b.* 1, 54) 'vicina ab limite seps'; sed melius sepis, quia praesepis, non praeseps.

Stomachus generis masculini, quamvis * pluraliter dicat 'stomachi nuper decepti'. |

Stiria dicuntur ab stillis, quae Virgilius (*g.* III 366) genere feminino, Varro neutro dixit. sed vicit Virgilii auctoritas.

Strues generis feminini, ut Fabianus 'coacervata strues'.

Scalas et scopas negant grammatici pluraliter; sed consuetudo vicit.

Serum lactis generis neutri, ut Rabirius 'in tenerum est deducta serum pars intima lactis'.

Salientes aquarum generis masculini, ut Caelius 'perpetuum salientem'.

Serta pluraliter dixit Virgilius * 'huc ades Aonia crinem circumdata serta'. sed Propertius (II 33, 37) dicit 'cum tua praependent demissae in pocula sertae'. sunt enim sertae sicut coronae.

Simpulum generis neutri, ut Varro ad Neronem.

---

1 syrma *Prisc.* 200, 1 10 stips *Char.* 109, 26 13 stomachus *Char.* 81, 24 23 serta *Char.* 107, 25 *Serv. in Verg. Aen.* I 417

---

1 sirma *L* cornilius *M V* tragica syrma *Hauptius* tria greca syrma *V* tragrema casyr *M* 2 suppellex *M L*: supellex — tota supellex *om. V* tota supplex *M*: *apud Prudentium verba non inveni* 3 ille *H. Meyerus orat. Rom. fragm. p.* 196 *ed. sec.* illi *M* illis *V* 5 scenicis *Hauptius* scinis *M V*. *sequitur in L* stirps gen. fem. 7 uolutapro lutis uirg. *M* 8 miminere *V* mimineris *M* 9 Varro] *cf. Lucil. apud Cic. de fin.* II 8, 23 10 stips *om. L* de stipide *M V* ut stirips *M* 11 sepe *L* uicina ad limites seps *M* uicino ab limites seps *V*. seps est *apud Vergilium legisse grammaticum coniecit Hauptius* 12 quia] q̄ *M* 13 *lacunam, qua nomen scriptoris excidit, indicavi* 15 stiria *om. L* ab stillis *Hauptius coll. Serv. in Verg. georg. l. c.* ab stitis *M V* q̄ *M* quia *V* 16 uicet *M* 17 fauianus *M V* quo ceruata *M* 18 scale dicendum et scope gen. fem. *L*: scupas *M V* regant *M*, *fortasse* negant grammatici singulariter dici. *nam* scalam *et* scopam *a recentioribus etiam saepe singulariter dictam esse constat* 19 lactantis *M* 20 in tenerum est deducta serum pars intima lactis *Hauptius* in teneum est deducta in (in *om. V*) parsimonia lactis *M V* 21 celius *V* 23 sirtum gen. neut. *L* dicit *V* *lacuna quam indicavi excidit versus Vergilii bucol.* 6, 16, *quem una cum versu Cornelii Severi, qui sequitur, et Propertii posuit Charisius* huc ades aumacrinae circumdatae sertae *V* huc adhes aū. acrine circumdate serte *M* 24 tuā praepandent *M* tua praeandent *V* demisse *M* 25 poculo *M V* 26 simpulum *Hauptius* simbulum *M V* simbolum *L* ad Neronem *Hauptius* in neronem *M V*

Sal generis masculini, ut Fabianus 'sal mixtus' et | in evangelio (*Matth.* 5, 13) 'quod si sal evanuerit'. et hos sales potest dici.

Squalor generis masculini, ut Avitus 'squalore vicino'.

Silex generis feminini, ut Virgilius (*A.* VIII 233) 'stabat acuta silex'. sed dixerunt alii genere masculino, ut Prudentius (*cath.* 5, 7) 'incusso silice'.

Simia generis feminini, ut in regum volumine (III 10, 22) 'simias et pavos'; quamvis Cicero simiolum dixerit.

Sagus generis masculini, ut Afranius 'quia quadrati sunt sagi'.

Stimulus generis masculini, ut Terentius (*Phorm.* I 2, 27) 'nam quae inscitia est, adversus stimulos calces'. |

Stuprum generis neutri, ut Naevius 'magnum stuprum fieri per gentes'.

Scalper generis masculini, sicut culter, ut Titus Livius: quamvis quidam scalprum dicant.

Sidus generis neutri, ut Virgilius (*A.* III 515) 'sidera cuncta notat'.

Suboles generis feminini, ut Iuvencus (I 62) 'propriam credi subolem'.

Semen generis neutri, ut Virgilius 'vaga semina famae'.

Seges generis feminini, ut illud 'segete decisa'.

Signum generis neutri, ut illud 'signa dabant populis'.

Sepulchrum generis neutri, ut illud 'sepulchra multa'.

Serpens generis masculini, ut Prudentius (*steph.* 10, 36) 'haec ille serpens ore dictat regio'.

Turris generis feminini, [ut] 'haec turris'.

Trames generis masculini, ut Virgilius (*g.* I 108) 'clivosi tramitis'.

Tofus generis masculini, ut Varro 'et tofus scaber'.

Trabes generis feminini, ut illud 'multae trabes'.

Tornum generis masculini, ut Maecenas 'cardine torno'.

---

1 sal *Char.* 106, 12 *Prob.* 209, 6 *Serg.* 542, 12 *Prisc.* 147, 2. 171, 8 *Cap.* 2244 *Non.* 223 *Serv. in Verg. Aen.* I 35 3 squalor *Non.* 225 4 silex *Prob.* 209, 19 *Prisc.* 164, 13 *Non.* 225 *Serv. in Verg. Aen.* VIII 233 7 simia *Char.* 108, 20 9 sagus *Char.* 105, 17 *Non.* 223 22 serpens *Prisc.* 165, 18 *exc. Char.* 552, 32 25 trames *Prisc.* 169, 18

---

1 fauianus *M V* sal mixtus *non videntur esse Fabiani, cuius exempla extant apud Charisium Probum Sergium* 2 et os salis *M V* 3 *Aviti exemplum non inventum est* 4 silex *om. L* 5 dicunt *V* d' d' *M* 7 ut *om. M* uolum' *M V* simia *om. L* 8 simolum *M* quadratis sagi *M* 10 nam quae insitia *V* namq; insitia *M* 11 stimulus *M V* 12 Naevius *Hauptius coll. Fest. p.* 317 *M.* niueus *M V*: *cf. Naev. de bell. Pun. rel. v.* 39 *ed. Vahl.* magn' *M* 14 titius *M* *neutro genere* fabrile scalprum *legitur apud Livium* XXVII 49 quamvis — dicant *om. M* 17 suboles — subolem *om. M* 18 propria moridis subolem *V* uaga] *Iuvenc.* I 178 dispergunt late celebris vaga semina famae. *Vergilii exemplum excidisse videtur, nisi de nomine erravit grammaticus* fanae *M V* 19 segite *V* segeta *M* 21 gen. fem. *M* 25 trames *om. L* cliuos *M* tramites *M V* 26 Varro] *Verg. georg.* II 214 et] ut *M* 27 multa *M* 28 turnum *M V* turnus *L* micenas *M V* turno *M V* tornos *R. Vngerus de Valg. poem. p.* 213

p. 102. 13 H.

| Talpas generis masculini, ut mures, ut Virgilius (*g.* I 183) 'aut oculis capti fodere cubilia talpae'.

Turtur generis masculini, ut Plautus (*most.* I 1, 44) 'tu tibi habeas hos turtures'. quamvis Pollio et alii dicant turturellas.

Torques generis feminini, ut Propertius * 'torquem auream'.

Tempus generis neutri, ut Iuvencus 'per tempora certa'.

Templum generis neutri, ut Iuvencus (II 172) 'constructum veteris regni molimine templum'.

Thalamus generis masculini, ut Virgilius (*A.* II 503) 'quinquaginta [erant] illi thalami'.

Turbo generis masculini, ut Virgilius (*A.* III 573) 'turbine fumantem piceo'.

Torus generis masculini, ut Virgilius (*A.* II 2) 'toro sic orsus ab alto'.

Tribunal generis neutri, ut Iuvencus (IIII 593) 'celsum stans ante tribunal'.

Vas generis neutri. dicimus enim vas vinarium et vasa vindemiatoria. dixerunt quidam et vasum; sed receptum non est.

Vepres generis feminini, ut Titus Livius 'has ve|pres'. sed singularem non recipit, quamvis Aemilius masculine dicat 'veper occulta ruis'.

Veternum generis neutri, ut Cicero 'liceat fenerare veternum'.

Vallus in *qua* frumentum excutitur generis feminini, ut Virgilius (*g.* I 166) 'nunc mystica vallus'.

Vallum castrorum generis neutri, quia intervalla dicuntur; et genere masculino valli, qui tamquam pali praefiguntur infesti, ut Virgilius (*g.* I 264) 'exacuunt alii vallos'.

Vehes generis masculini, ut Ovidius 'innumerosque vehes'. sed et genere feminino dicitur.

---

1 talpas *Serv. in Verg. georg.* I 183 3 turtur *Serv. in Verg. bucol.* 1, 59 5 torques *Char.* 145, 19 *Prob.* 211, 19 *Prisc.* 169, 18 *Non.* 227 11 turbo *Char.* 145, 12 *Prob.* 210, 30 17 vas *Char.* 146, 24 *Cap.* 2244. 2250 19 vepres *Prisc.* 169, 18 *Cap.* 2244 *Non.* 231 *Phil. in Verg. georg.* III 444 22 vallus *Cap.* 2250 24 vallum *Serv. in Verg. georg.* I 264 *Aen.* VIIII 146. X 120

---

1 talpa gen. fem. *L* aut collegit capiti foedere *M V* 4 pullio *M V* 5 *excidit Propertii versus* IIII 10, 44 torques ab incisa decidit unca gula. torques aureae *ex Varrone attulit Nonius* 6 per tempora — 7 ut Iuvencus *om. V* 7 tempus *om. L:* per tempora certa *apud Iuvencum non inveni* 8 regnum olinime *M* regnum olim me *V* 11 fumante *M V* 13 toro sicorsos *M* torosi cousos *V* 15 gen. mās *M V* 17 vasa] ua *M* uindimiatoria *V* 18 d'd' quidam *M* dicunt quidam *V* 19 Titus Livius] *cf. Hertz. de Liv. fragm. comm. part.* I (*Vratislaviae a.* 1864) *p.* 12 20 emelius *M* veper occulit artus *coniecit Hauptius* veper occidit arvis *Clericus* 22 uallis gen. fem. uallus gen. fem. uallum castrorum g. n. uestix gen. masc. uter gen. masc. uehes gen. masc. uiscus ad capiendum aues gen. masc. *L* in from et excuti *M V* in frumentum excutiendum *Hauptius* 23 mistica *M* 25 qui] q̄ *M fortasse* praefiguntur in fossis 26 uallus *M* ualles *V* 27 inmunerosque *M* sed et *Hauptius* sunt *M V*

p. 103. 04 H.

Vertex generis masculini * ut illud 'floribus ver novus ornatur'.

Vtres generis masculini, ut Virgilius (*g.* II 384) 'unctos saliere per utres'.

Viscus de viscere generis neutri, quia viscera dicuntur, ut Prudentius (*steph.* 9, 56) 'pars viscus intrat' et Fortunatus (*de vit. S. Mart.* I 399) 'vehit sua viscera secum'.

Viscus ad capiendum generis masculini, ut illud 'in quercu viscus extat'. sed consuetudo viscum quasi neutri dicit.

Vomer generis masculini, ut Lucretius (I 314) 'decrescit vomer in arvis'.

Vrceus generis masculini et urcei, non urcea. nam | Iuvencus (II 262) dixit 'urceus est nullus nec sunt tibi vincula funum'.

Vulgus generis neutri, ut Virgilius (*A.* I 149) 'ignobile vulgus'. nec dicitur pluraliter.

Venenum generis neutri, ut Salustius 'prohibebit nocere venenum quod tibi datur'. et alii dixerunt venena.

Vrsum antiqui non declinabant in masculino, ut Virgilius (*Aen.* V 37. VIII 368) 'pelle Libystidis ursae'. sed Varro dixit 'conspectusque in montes horruit ursus'.

Vectes generis masculini, ut in psalmis (106, 16) 'vectes ferreos'. sed Trogus genere feminino dixit.

Vulpes generis feminini, ut Prudentius (*enchir.* 71) 'callida vulpes'.

Vmerus generis masculini, ut illud 'subposuit umeros'.

Vigor generis masculini, ut Prudentius (*cath.* 3, 186) 'vigor igenolus'.

Vellus generis neutri, ut Lactantius (*phoen.* 23) 'nulla super campos tendet sua vellera nubes'.

Vulnus generis neutri, ut Virgilius (*A.* IIII 2) 'vulnus alit venis', et alibi 'vulnera mille'.

Vlulatus generis masculini, hi ululatus. |

---

2 utres *Non.* 231 7 viscus *Char.* 32, 14 *Serv. in Verg. georg.* I 139 9 vomer *Prisc.* 249, 18 *Prob.* 15, 16 *Serv. in Verg. georg.* I 46. 162 11 urceus *Prob.* 211. 15 13 vulgus *Char.* 74. 20 *Non.* 230 *Prob.* 21, 7. 208, 8 20 vecte *Non.* 231 *Cap.* 2250 22 vulpes *Cap.* 2250

---

1 uertix *M:* vertex — ornatur *om. V. deinde observatio de v.* ver *excidit* 5 furtunatus *M* 7 querco *M V* 9 lucritius *M V* 12 ibi fincula *M V* 13 vulgus — pluraliter *om. M:* vultus *priore loco V, ut excidisse videatur observatio de v.* vultus: *cf. Non. p.* 230 15 prohibet *V* 16 alii d'd' *M* alii dicunt *V* 16 ursus gen. masc. *L* 18 pellibus tidis *M V* Varro] *Ovid. metam.* II 494 ursaque conspectos in montibus horrnit ursos 19 montesque *M* 20 vectes *post* vulpes *habet L* uectos ferreos *M* 22 uulpis *priore loco M V L* 23 umeros] omeros *M* humeros *V* 26 vellus *et* vulnus *om. L, qui* ulnis *habet post* vis 27 sua *om. M*

p. 105 H.

Vis generis feminini, ut Prudentius (*cath.* 1, 49) 'quae vis sit huius alitis'. ex hoc enim et virtus prodit.

Vapor generis masculini, ut Virgilius (*A.* VII 466) 'vapor ater ad auras'.

Ymnus generis masculini, ut Prudentius (*cath.* 4, 75) 'grates reddimus et sacramus ymnos'.

Zelus generis masculini, ut Paulinus 'zelus discrepat atrox'.

---

1 quae uis sic̄ huius aliter *M* quis sit huius abites *V* 5 redimus et sacramos hymnos *M* 35 zelus *om. L* *Paulini exemplum non inventum est*

EXCERPTA MACROBII DE DIFFERENTIIS ET SOCIETATIBVS GRAECI LATINIQVE VERBI

Quae Macrobius de differentiis et societatibus graeci latinique verbi scripserat non integra, sic ut ab illo scripta erant, aetatem tulerunt, sed cum olim a grammaticis utriusque linguae studiosis in conpendium redacta et aliis omissis, aliis additis vel mutatis ad usum inferioris aetatis accommodata essent, vetere Macrobii libro neglecto ea quae posteriores grammatici diversas rationes secuti ex illo collegerant consuetudine scholarum propagata sunt. quattuor autem excerptorum genera in codicibus manu scriptis inventa sunt. e quibus illud quod primo loco posui in codice Parisino 7186 legitur. is est formae quadratae minoris ex duabus diversis membranarum partibus conpositus, quarum posterior, quae est duorum quaternionum, Macrobii excerpta continet undecimo saeculo scripta, f. 42—56 *Ex libro Macrobii**) *de differentiis et societatib. greci latiniq: uerbi. Grecae latinaeque linguae* — οιεω. *explicuit defloratio de libro ambrosii macrobii theodosii quam iohannes carpserat ad discendas grecorum uerborum regulas.* spatio in fine paginae relicto, in quo scripta sunt haec, *Diana grece dicitur arthemis quasi herotemis hoc est aerem caecans,* sequitur declinatio graeci verbi ποιῶ et adnotatio excerptoris, f. 56*—57* ΤΟΡΗΜΑ — ΦΙΛΟΥΝΤΑΙ. fuit autem haec pars codicis olim Petri Pithoei, cuius nomen bis in ea scriptum est, f. 42 *P. Pithou* et f. 57 *Petri Pithoei.* eoque librum concedente primum excerptis Macrobii usus est Ludovicus Carrio, qui fragmentum Sallustii p. 2765 P. ex schedis Pithoeanis se edidisse scribit schol. in Sallust. hist. fragm. p. 253 ed. Antv. a. 1579. deinde Henricus Stephanus in epistula ad Iacobum Danesium scripta, quae est in editione Macrobii a Carrione facta Parisiis a. 1585, 'ex veteri P. Pithoei exemplari', ut ait, et praefationem libelli edidit et totum librum se editurum

*) *Macrobii ambrosii* in codice scriptum esse indicavit Ianus auctore Presselio, cuius opera in eo conferendo usus est. ego in paucis quae de hoc codice adnotavi solum Macrobii nomen scripsi.

esse promisit. tribus annis post ipsum librum ex eodem codice edidit Ioannes Opsopoeus Parisiis a. 1588. quam editionem postea expressit Isaacus Pontanus, qui primus haec excerpta cum Macrobii libris coniuncta edidit Lugduni Batavorum a. 1597. inde ab illo tempore liber nomine Macrobii vulgo inscriptus et cum reliquis illius libris saepius editus et a Putschio inter latinos grammaticos receptus est. codice autem a Th. Presselio denuo collato usus est Ludovicus de Ian in sua editione Macrobii a. 1848.

Aliud excerptorum genus praebuit codex Vindobonensis 16 olim Bobiensis, quem supra p. 442 commemoravi, f. 157 et 158 *incipiunt pauca excerpta de libro macrobii theodosii. Theodosius symmacho suo salutem dicit. De uerborum — adsignare uolumus.* praeterea pauca ex his ipsis quae hoc loco in fine codicis scripta sunt non multum discrepante scriptura in eodem iterum scripta extant f. 111, *Theodosius macrobius de graecis* (corr. *graecorum*) *coniugationibus sic ait aput graecos — finalem.* ex hoc libro descriptum esse Neapolitanum bibliothecae Borbonicae IV A 17, in quo eadem Macrobii excerpta extare indicat Ianellius catal. biblioth. mus. Borbon. p. 13, dixi praef. vol. IV p. VIII.

Tertio loco posui excerpta codicis Vindobonensis 17 olim Bobiensis. is enim ante instituta Probi sedecim continet membranas perturbato ordine collocatas, de quibus haec scripserunt analectorum grammaticorum editores Vindobonenses praef. p. VII, 'sedecim haec folia cum quatuor amissis duos primitus constituebant quinterniones, quorum secundus folia 1—10 codicis implet et fol. 10 v. quinternionum signo *Q II* signatus est; primus vero sex tantum folia 11—16 continet, mulctatus scilicet foliis duobus prioribus et duobus ultimis, hinc etiam quinternionum signo *QI*, quod ultimo folio impositum erat, destitutus. duo hi quinterniones a bibliopego monacho praepostere ligati sunt, ita ut quinternio secundus primum praecedat'. in his igitur membranis, sicut indicat Endlicherus catal. cod. philol. lat. bibl. Palat. Vindob. p. 214 sq., haec scripta sunt grammaticorum fragmenta, f. 11—14 *nam legimus — milicho romalco*, de nomine et pronomine p. 555—566: f. 14*—16* et 1—8 *incipit de uerbo. Saepissime tibi requirenti disertissimae studiosorum seuere — perosus et exosus explicit:* f. 8—10* Valerii Probi de nomine fragmentum vol. IV p. 207 sqq. Macrobii autem excerpta dico ea quae de verbo scripta sunt ad Severum. quae quamquam in scriptura codicis ita cum iis quae praecedunt de nomine et pronomine cohaerent, ut in unius artis continuitatem coniuncta esse videantur, tamen illa de verbo, quoniam maximam partem ex Macrobii libro petita sunt, huc revocavi, ne a reliquis Macrobii excerptis seiungerentur; tractatum de nomine et pronomine supra exhibui. usus est hoc codice tum, cum Neapoli

erat, Hieronymus Columna in duobus Ennii fragmentis p. 173 ed. Vind. ab illo primum editis Enn. fragm. Neapoli a. 1590 p. 101 et 234. ipsa excerpta quae dixi et ex hoc codice et ex superiore edita sunt in analectis grammaticis Vindob. a. 1837 p. 145 sqq. postea Ianus eadem una cum Parisinis excerptis ita edidit, ut excerpta codicis 16 saepe cum illis consentientia subiecta adnotatione suis locis adscriberet, alterius autem codicis tractatum de verbo in fine editionis exhiberet.

Denique pauca excerpta Macrobii leguntur in codice Laudunensi 444 saec. IX, f. 5 *Exempla barytonorum secundum macrobium theodosium* ΘΛΙΒΩ *tribulo* etc.: cf. catalogue général des manuscr. des bibl. des dep. I p. 234, Hildebrand glossar. lat. bibl. Paris. praef. p. VII, Rudorff. de gloss. Philoxeni et Cyrilli comm. academ. Berol. a. 1865 p. 213. prima verba in descriptione codicis exhibuerunt Hildebrandus et Rudorffius; ipse librum non vidi. sed eadem quamvis valde corrupte scripta inveni in codice Parisino 7499 in scholiis Eutychi p. 452, 24 adscriptis, *ferculum. Excerpta* ΒΑΡΙΘΟΝΟΝ, ΘΛΙΒΩ — ΣΤΕΦΑΝΩΜΑ *uinco uel uintio uinculum.*

In edendis excerptis id egi ut singulorum generum naturam integram servarem, ceterum, quantum fieri posset, brevitati studerem. itaque diversa excerptorum genera, quamvis saepe inter se consentiant, utpote ex eodem fonte petita, tamen separatim exhibui numeris locorum, ubi eaedem res vel in Parisinis vel in Bobiensibus excerptis tractantur, in marginibus adscriptis, nisi quod uno loco, qui eodem modo in Bobiensi codice atque in Parisino scriptus est, ne eadem bis ponerentur, illius discrepantiam excerptis Parisinis adscripsi. praeterea declinationes verborum latinorum in Bobiensi codice post temporum et modorum tractationem repetitas paucis locis exceptis omisi. codicum autem scripturam in Parisinis excerptis ex Iani editione, in Bobiensibus ex Vindobonensi petivi. neque tamen quaecumque in graecis vocabulis vitiose a librariis scripta erant, quae accuratissime a Vindobonensibus editoribus ex Bobiensibus codicibus, minus accurate, ut videtur a Presselio e Parisino relata erant, indicavi. nam cum plurima in hoc genere e perversa pronuntiandi et scribendi ratione orta esse constet, ut ε et αι vel η, ο et ω, ει et ι, θ et τ saepe permutata, haec omnia scrupulosa diligentia indicare in his quidem libris non minus inutile est, quam in latinorum vocabulorum orthographia morari. deinde in iis locis, quibus codicum discrepantia adscripta est, non constanter adnotavi, quis levissimum quemque librariorum errorem primus correxisset, sed tum, cum paulo gravior esse videbatur emendatio vel longius a libris manu scriptis recedebat, nomina eorum qui veram scripturam restituerant, si modo ab aliis inventa erat, adscripsi. Opsopoei

emendationes vel in editionem receptas vel in adnotatione propositas e priore editione Pontani a. 1597 petivi. nam ipsam Opsopoei editionem non vidi.

Diversa excerptorum genera ex uno Macrobii codice vel ex apographis unius codicis collecta esse ex vitiis quibusdam scripturae maxime in fragmentis veterum scriptorum communi consensu et in Parisinis excerptis et in tractatu ad Severum inventis (nam reliquorum fragmentorum minor in hac re vis est) adparet. temporis autem quo facta sunt nullum certum indicium est. sed quoniam Parisino codici nomen excerptoris subscriptum est Iohannes, hunc esse Ioannem Scotum, eum qui Erigena vulgo dicitur, existimaverunt Pithoeus in editione Pontani et editor glossariorum Labbaei praef. p. 7. quae coniectura, multorum illa quidem consensu conprobata, quamquam aliud fundamentum non habet, quam quod studiis illius maxime consentaneus esse videbatur libellus, tamen illa fere aetate haec excerpta conposita esse veri simile est. nam tum primum in regno Francorum studia graecae linguae exerceri coepta sunt. ad quae eum qui excerpta fecit operam suam accommodavisse et subscriptio codicis docet et natura libri declarat. iam vero de ipso Macrobii libro quamquam post inventa Bobiensia excerpta rectius quam antea iudicari potest, tamen ne nunc quidem satis constat, propterea quod grammatici non solo excerptorum munere functi sunt, sed multa etiam ipsi novaverunt. nam is qui Parisina excerpta conposuit ut argumentum et ordinem libri accuratius quam reliqui servavit, ita ad regulas graeci verbi et usum scholarum intentus non solum multa ex iis quae Macrobius scripserat praetermisit, ut ipse ait, sed etiam pro captu suae aetatis non nulla addidit vel mutavit. ex Bobiensibus autem grammaticis alter pauca omnino exhibuit ad latina maxime verba pertinentia, in quibus sane solum Macrobium secutus est; alter, qui tractatum de verbo ad Severum scripsit, quamvis plurima Macrobii libro debeat, e quo ipse quoque ea maxime quae ad latinum sermonem spectant recepit, tamen conplura quae vel ab aliis petiverat vel ipse invenerat, ut declinationes verborum, quas Macrobius certe non posuerat, adiecit.

I

EX LIBRO MACROBII

DE DIFFERENTIIS ET SOCIETATIBVS

GRAECI LATINIQVE VERBI

p. 2727—29 ed. Putsch.

Graecae latinaeque linguae coniunctissimam cognationem natura dedit. 187 V.
nam et isdem orationis partibus absque articulo, quem Graecia sola sortita est, isdem paene observationibus figuris constructionibus uterque sermo distinguitur, ut propemodum qui utramvis artem didicerit ambas | noverit. in multis tamen differunt et quasdam proprietates habent, quae graece idiomata vocantur.

DE VERBORVM VTRIVSQVE LINGVAE DIFFERENTIIS VEL SOCIETATIBVS

Accidunt verbis utriusque linguae persona numeri figura coniugatio | tempus modus, quem Graeci enclisin vocant, Latini cum formis in qualitate posuerunt, genus, quod apud Graecos diathesis nuncupatur. eandem paene cum casibus constructionem servant, ut misereor illius, parco illi, veneror illum, *φροντίζω τοῦδε, πείθομαι τῷδε, φιλῶ τόνδε*. ablativum Graecia non recipit. eadem illis personarum similitudo: prima voco, secunda vocas, tertia vocat, *καλῶ καλεῖς καλεῖ*. in numeris una dissensio est, quod *δυϊκόν*, id est dualem, nulla latinitas admisit, Graeci vero in verbis nominibusque *δυϊκά* videntur habere.

DE FIGVRIS

Figurae ambobus non sine discretione pares. nos dicimus curro 148 V.
percurro, illi *τρέχω διατρέχω*. quattuor quoque modis et haec et illa conponuntur, ex duobus integris produco, ex integro et corrupto perficio,

P codex Parisinus 7186
p editio princeps Opsopoei a. 1588

---

6 quem *p* que *P* 11 LINGVAE *om. P* 13 in qualitate *exc. Bob.* qualitatem *P* 14 Latini eandem paene cum Graecis in casibus constructionem servant *coniecit Opsopoeus* 15 parco] pareo *p* 16 *φιλωντωνδε P*

p. 2729. 30 P.

ex corrupto et integro accedo, ex duobus corruptis occipio. similiter *ἐκ δύο τελείων συντρέχω, ἐκ τελείου καὶ ἀπολείποντος προσκυνῶ, ἐξ ἀπολείποντος καὶ τελείου συμβάλλω, ἐκ δύο ἀπολειπόντων κωμῳδῶ.* sunt quaedam conposita quae non possunt resolvi, ut suscipio conplector [ita apud illos *τὸ μὲν συντρέχω*]. sunt apud Graecos admissa post conpositionem, cum essent simplicia non recepta: *νομῶ* nihil significat, tamen *οἰκονομῶ* dicitur; similiter *δομῶ* et *δομεύω*, *οἰκοδομῶ* et *βυσσοδομεύω* conponuntur. ita facior et grego non dicuntur, conficior vero et afficior et congrego probe dicuntur. utrique verbo binae praepositiones iunguntur: Homerus *προπροκυλινδόμενος*, Vergilius 'pede prosubigit terram'. latinitas compositi verbi saepe primam syllabam mutat, teneo contineo; saepe non mutat, lego neglego. in graeco verbo numquam prima syllaba adiecta praepositione violatur, *βάλλω ἀμφιβάλλω διαβάλλω καταβάλλω, ἄγω συνάγω προάγω διάγω, φέρω προφέρω διαφέρω ἀναφέρω, δέρω ἐκδέρω, φιλῶ καταφιλῶ.* ultro equidem inte- merato verbo praepositio saepe corrumpitur, *λέγω | συλλέγω, βάλλω συμβάλλω, τρέχω ἐκτρέχω.* hoc item in latinis, fero ecfero. aufugio et aufero a praepositione ab conponuntur, et in his solis ab movetur in
188 V. *au* auctore Cicerone, sensumque habet retrorsum trahendi. Nigidius tamen putat verbum autumo *ex* eadem praepositione conponi, quasi abaestimo, sicut abnumero idem est et numero. autumo vero et dico et censeo significat. graeca verba, quando conponuntur cum praepositione, eundem accentum sine dubio servant, *καταγράφω περιφέρω ἀναγλύφω ὑπομένω διατρέχω καταλαλῶ προορῶ.* cum vero eis alia pars orationis adiungitur, modo mutant priorem, modo tuentur accentum. servant in his, *τίω ἀτίω, ὅσσω κακόσσω*, unde *κακοσσόμενος, νίπτω χερνίπτω*, unde est 'χερνίψαντο δ' ἔπειτα', *κιθαρίζω χοροκιθαρίζω.* in aliis mutant, *γλύφω καλαμογλυφῶ, γράφω χειρογραφῶ, σθένω εὐσθενῶ, σέβω εὐσεβῶ.* Latini similiter servant, praepono praecurro; mutant, colligo affero. apud Latinos nulla praepositio adiuncta mutat coniugationem, clamo clamas, declamo declamas; Graeci non numquam in conpositione mutant coniugationem, *συλῶ συλᾷς, ἱεροσυλῶ ἱεροσυλεῖς, τιμῶ τιμᾷς, ἀτιμῶ ἀτιμοῖς, πειρῶ πειρᾷς, ἐμπειρῶ ἐμπειρεῖς*· licet sint qui dicant haec non *σύνθετα*, sed *παρασύνθετα*, id est non ipsa conposita, sed ex conpositis facta nominibus, ut *ἱεροσυλῶ* non sit *ἀπὸ τοῦ συλῶ*, sed *ἀπὸ τοῦ ἱερόσυλος*, et *ἀτιμῶ* non *ἀπὸ τοῦ τιμῶ*, sed *ἀπὸ τοῦ ἄτιμος*, et *ἐμπειρῶ* non *ἀπὸ τοῦ πειρῶ*, sed *ἀπὸ τοῦ ἔμπειρος*. et haec vocant

---

5 *συντρεχω P* 8 dicunt *utroque loco P* 10 Homeros *P: Il. X* 221 *Od. P* 525 Vergilius] *georg.* III 256 14 *προάγω*] *πρωαγω P* 15 *δέρω ἐκδέρω non suo loco posita esse coniecit Ianus coll. exc. Bob. p.* 149 *ed. Vind.* 17 hoc idem *Ianus* aufugio et aufero] *Gell.* XV 3 19 au *om. P:* versam mutatamque esse ab in au syllabam *exc. Bob.* Cicerone] *orat.* 47, 158 habent *P* 20 ex *om. P* quasi ab et aestimo *P* 26 *κακοσσόμενος*] *Hom. Il. A* 105 27 *χερνίψαντο*] *Hom. Il. A* 449 *δε επειτα P* 37 *ἔμπειρος*] *εμπειρως P*

p. 2730. 31 P.

παφασύνθετα quae ex συνθέτοις, id est ex compositis, veniunt. nam ἀβλεπτῶ non ἀπὸ τοῦ βλέπω derivatum est (ceterum τ non haberet), sed ἀπὸ τοῦ ἄβλεπτος. contra χειροκοπῶ non ἀπὸ τοῦ κόπτω (ceterum τ haberet), sed ἀπὸ τοῦ χειροκόπος. unde haec nomina σύνθετα vocant et verba ex ipsis facta παρασύνθετα. sunt alia composita quae foris declinantur, κιθαρῳδῶ ἐκιθαρῴδουν, δημηγορῶ ἐδημηγόρουν, παιδαγωγῶ ἐπαιδαγώγουν, δυσφορῶ ἐδυσφόρουν. intus vero declinantur καταγράφω κατέγραφον, περιτρέχω περιέτρεχον, διαβάλλω διέβαλλον, quae imperativo faciunt κατάγραφε περίτρεχε διάβαλλε. | accentus autem de verbo non tolleretur, nisi ei praecedentem partem orationis conpositio agglutinasset. quod evenit et in aliis verbis, in quibus modo longi temporis pondus priorem retinet accentum, modo correpti levitas sursum repellit: ἐνῆσαν ἔνεσαν· 'πολλοὶ δ' ἔνεσαν στονόεντες ὀϊστοί'· ἀνεῖσαν ἄνεσαν, 'ἄλλ' ὅτε δῆριν ἀνεῖσαν'· κατεῖχε κάτεχε, 'νὺξ δὲ μάλα δνοφερὴ κάτεχ' οὐρανόν': item συνῆψα σύναψον, συνῆξα σύναξον, συνεῖλον σύνελε, συνῆλθον σύνελθε· οὕτως καὶ προεῖπον πρόειπε. memineris nullam fere inveniri apud Latinos praepositionem quae nihil addat sensui, sicut apud Graecos saepe praepositio nullam sensus facit permutationem: hoc est enim εὕδω quod καθεύδω, hoc ἕζομαι quod καθέζομαι, hoc μύω quod καμμύω. sic et surgo et consurgo.

DE CONIVGATIONIBVS

Apud Graecos eorum verborum, in quorum prima positione circumflexus accentus ultimam syllabam tenet, tres sunt coniugationes, quibus discretionem facit secunda persona, quam prima coniugatio habet in εις diphthongum desinentem, ut λαλεῖς, secunda in ᾳς, cui ascribitur quidem ι, sed nihil sono confert, ut τιμᾷς, tertia in οις diphthongum, ut στεφανοῖς. eorum vero verborum, in quorum prima positione gravis accentus paenultimam syllabam signat, sex sunt coniugationes. sed in his non secunda persona discretionem facit, quippe cum in omnibus secunda

---

2 non ἀπό *p* nam απο *P* 13 πολλοὶ] *Hom. Od.* Φ 12. 60 14 ἀνεῖσαν ἄνεσαν *Ianus* ανεισαν ανησαν *P* αλλοτε δηριν ανεσαν *P* ἄλλοτε δῆριν ἀνῆσαν *p*: *unde verba petita sint non constat* 15 νὺξ] *Hom. Od. N* 269 ανοφερη καταιχ *P* συνῆψα] συνηψας *P* συνῆξα] συνηξας *P* 20 sicut surgo *P* 23 Apud Graecos — 602, 21 recedit] *adscripta est discrepantia codicis Bobiensis nunc Vindobonensis* 16 (*B*), *cuius excerpta edita sunt infra p.* 631 *sqq. praeterea prima eiusdem tractatus verba in eodem codice f.* 111 *repetita sunt*, Theodosius Macrobius de graecis (*corr.* graecorum) coniugationibus sic ait, aput graecos III sunt coniugationes uerborum, quorum prima positione circumflexus accentus ultimam syllabam tenet, quibus discretionem facit secunda persona, quam prima coniugatio habet in ηις diptongon desinens, ut τατηις et reliqua. eorum uero uerborum in quorum prima positione grauis accentus penultimam syllabam signat VI sunt coniugationes et in prima persona deferentiae in his deprehenduntur. quaeritur enim in prima positione cuiuscumque uerbi quae litterae praecedant finalem 25 quam prima *B* quia prima *P* 26 ut καλεις *B* 28 gravis accentus] *immo* acutus. *sed nomine barytonorum verborum grammaticus in errorem videtur inductus esse*

p. 2731. 32 P.

persona in εις diphthongum finiatur. sed harum coniugationum in prima persona differentiae deprehenduntur. quaeritur enim in prima positione verbi cuiusque, quae litterae praecedant ω finalem litteram verbi. et si inveneris ante ω β φ π πτ, λείβω γράφω τέρπω κόπτω, primae coniugationis pronuntiabis; si autem reppereris γ κ χ, λέγω πλέκω τρέχω, secundam vocabis: quodsi δ θ τ, ᾄδω πλήθω ἀνύτω, tertiam dices: quarta erit, si habuerit ξ aut duo σσ, φράζω ὀρύσσω: si vero fuerint liquidae λ μ ν ρ, πάλλω νέμω κρίνω σπείρω, quintam notabunt: sexta profertur διὰ καθαροῦ τοῦ ω, ῥέω θεραπεύω. non nulli et septimam esse voluerunt praecedentibus ξ ψ, ἀλέξω ἔψω. apud Latinos, quorum nullum verbum in finalem syllabam admittit accentum, cessant differentiae quas apud | Graecos circumflexus gravisve fecerunt, quorum alterum in verbis ultimae, alterum paenultimae Graeciam diximus deputasse. restat igitur in his latinitati unus accentus, gravem dico, qui solus Romana verba sortitus est; sed hoc proprium in verbis latinis habet quod non semper, ut apud Graecos, ubi fuerit, in paenultimam syllabam cadit, sed saepe et a fine tertiam tenet, ut aggero refero. quod apud Graecos non potest evenire, apud quos in communi lingua fieri non potest, ut, cum finalis syllaba longa est, tertius a fine habeatur accentus. ω autem naturaliter longum est. ergo numquam accentus in huius modi verbis apud illos in tertium gradum syllabarum recedit.

190.146V. Singula tempora graecorum verborum non simpliciter, sicut latinitas compendio utitur, proferuntur. et ut exempli causa unius verbi declinatio notetur, τύπτω perfectum facit τέτυφα, et sequitur altera eiusdem temporis declinatio, quod medium perfectum vocant, τέτυπα: item plusquamperfectum ἐτετύφειν, medium plusquamperfectum ἐτετύπειν: ἀορίστου ἔτυψα, μέσου ἀορίστου ἔτυπον: futurum primum facit τύψω, futurum secundum τυπῶ. similiter in passivo variantur tempora.

190 V. De tempore praesenti. Graecorum verba omnia quae in ω exeunt, seu perispomena seu barytona sint, in quacumque coniugatione eundem tam in prima quam in secunda persona servant numerum syllabarum. omnia vero in μαι terminata varia syllabarum vicissitudine pensantur. porro praesens omne tempus quod in μαι terminatur omni modo in secunda persona unam syllabam minuit, φιλοῦμαι φιλῇ, τιμῶμαι τιμᾷ, στεφανοῦμαι στεφανοῖ, λέγομαι λέγῃ, γράφομαι γράφῃ, cum in activo pares syllabas utraque persona servaverit. item apud Graecos praesens tempus primae positionis, quod in ω exit, alios modos de se generat. nam tertia persona eius adhibito sibi ν facit ex se infinitivum modum, ποιεῖ ποιεῖν, τιμᾷ τιμᾶν, χρυσοῖ χρυσοῦν: tertia enim coniugatio πε-

---

2 deprehendentur *B* 7 ξη aut duo σσ *P* ξηανοσσ *B* 8 παλλω *B* πωλω *superscripto* uendo *P* ψάλλω *p* 12 grauisque *B* 20 longa *corr.* longum *B* longa *P* 34 τιμουμαι *P* 36 persona *p* personae *P* item praesens tempus apud grecos primae *P* 39 χρυσοῖ *Ianus* χρυσου *P*

p. 2732–34 P.

ρισπωμένων οι diphthongum in prima positione tantum tenet, in reliquis autem verbi declinationibus mutat eam in ου. sed et in barytonis | eadem infiniti modi creandi observatio reperitur, τύπτει τύπτειν, λέγει λέγειν et cetera. nec non et imperativum modum eadem tertia persona de se creat, in perispomenis quidem accentu ad superiorem syllabam translato, ποιεῖ ποίει, τιμᾷ τίμα, χρυσοῖ χρύσοι, in barytonis autem subtracto ι, λέγει λέγε, γράφει γράφε, ἄρχει ἄρχε. in coniunctivo modo nihil omnino mutatur, sed prima persona praesentis temporis modi indicativi eadem *est* in coniunctivo modo prima persona praesentis, ποιῶ ἐὰν ποιῶ, βοῶ ἐὰν βοῶ, θέλω ἐὰν θέλω, γράφω ἐὰν γράφω. verum differentiam facit secunda persona, ποιῶ ποιεῖς, ἐὰν ποιῶ ἐὰν ποιῇς. item apud Graecos prima persona praesentis adiecto sibi ν facit participium, λαλῶ λαλῶν, γράφω γράφων. praesens tempus graecorum verborum quod in μαι syllabam terminatur in περισπωμένοις quidem, si abiciat μαι syllabam, facit imperativum, φιλοῦμαι φιλοῦ, τιμῶμαι τιμῶ, χρυσοῦμαι χρυσοῦ, in barytonis vero, si abiecta μαι syllaba accipiat υ litteram, λέγομαι λέγου, γράφομαι γράφου.

De praeterito inperfecto. graeca verba omnia, seu barytona sive perispomena, in tempore inperfecto eandem habent primam personam numeri singularis quae *est* tertia pluralis, ἐποίουν ἐγώ, ἐποίουν ἐκεῖνοι. item in graecis verbis omnibus quorum positio prima in ω desinit inperfectum tempus ultimam syllabam suam ab his incipere litteris facit, a quibus ultima syllaba praesentis coepit, τιμῶ ἐτίμων, γράφω ἔγραφον, τρέχω ἔτρεχον, aut, si vocalis sola illic fuit, et hic in capite ultimae syllabae vocalis erit, ποιῶ ἐποίουν, θεράπεύω ἐθεράπενον. omne Graecorum inperfectum activum vel activo simile in ν litteram desinit: sed barytona in brevem syllabam finiuntur, id est in ον semper, ἔτρεχον ἔγραφον: perispomena vero vel a verbis in μι exeuntibus longa terminantur, ἐκάλουν ἐτίμων ἐδήλουν ἐτίθην. denique ῥίπτω, quia modo acuto modo circumflexo accentu pronuntiatur, et ἔρριπτον et ἐρρίπτουν facit; κύω propter eandem causam et ἔκυον et ἐκύουν. et hoc etiam observandum, ut aut inperfectum retineat numerum syllabarum quem praesens habet aut crescat | una. manet aequalitas in illis quorum praesens a vocali coepit, incrementum patiuntur quorum praesens a consonante inchoat, ἄγω ἦγον, λέγω ἔλεγον. nec sine ratione: nam quae syllaba non crescunt adiectione temporis crescunt, dum incipientem vocalem de brevi longam faciunt, ut ἄγω, α brevis mutata est in η longam, ἦγον. saepe tamen licentia poetica incremento carent. non numquam prima ipsa vocalis, si brevis est, inmobilis manet, sed vocalem alteram recipit, ut iunctae longam faciant syllabam, ἔχω εἶχον, ἕλκω εἷλκον, ἕρπω εἷρπον.

---

9 est *om. P* 20 est *om. P* 29 ἐδήλουν] εδελουν *P* ἐδίδουν *p* 30 et ερριπτον et ερριπτουν *P* κύω *Lobeckius in Soph. Aiac. v.* 239 κιω *P* 31 et εκιον et εκιουν *P* 37 η longam *Ianus* η longnm *P* 40 ἕλκω εἷλκον *p* εακω ειακον *P*

p. 2734. 35 P.

aliquotiens nec mutata nec altera recepta quae fuit ipsa producitur, ἰδρύω ἵδρυον, ὑδρεύω ὕδρευον. hic enim ι et υ in praesenti correpta, in inperfecto vero longa pronuntiantur. νἱοθετῶ autem manet ut fuit, νἱοθέτουν, quia non potuit habere quo cresceret: in praesenti enim longa fuit diphthongi privilegio: licet in diphthongis maxime communibus permutatio sit recepta in diphthongos longiores, ut αι et οι, quia communes sunt et non numquam pro brevibus habentur, in η aut in ῳ mutantur, αἰνῶ ᾔνουν, οἰκῶ ᾤκουν. nec me praeterit etiam αυ diphthongum, quae numquam pro communi habita est, solere mutari, αὐλῶ ηὔλουν, αὐχῶ ηὔχουν, licet ου et ει inmutabiles maneant, οὐρῶ οὔρουν, οὐτάζω οὔταξον, εἰκονίζω εἰκόνιζον, εἰκάζω εἴκαζον· τὸ γὰρ ἤκαζον ἀττικόν. ω et η multo constantius manent, quod incrementum perfectio tanta non recipit, ὠνοῦμαι ὠνούμην, ἠχῶ ἤχουν. excipiuntur ἑορτάζω et ὀψείω. cum enim apud Graecos omnia inperfecta numquam medias, sed tantum ultimam vel primam moveant, illorum alterum solam mediam movit, ἑώρταζον, cum ἡόρταζον facere debuisset, alterum et primam et mediam, ὀψείω ὤψεον. ὁρῶ enim et ἑώρων non sunt contra regulam, quia ὁρῶ cum ὤρων facere debuit, ex abundanti principio ε addita est, et fecit pro ὤρων ἑώρων, ut οἰνοχοῶ ᾠνοχόουν, et tamen dicitur ἐωνοχόουν, et pro ἦν ἔην dicunt. non solum in verbis haec supervacua adiectio, sed etiam in nominibus usurpata est, ἕδνα ἔεδνα et similia. ἀναβαίνω et ἐπέχω non primam, sed secundam syllabam mutaverunt, quia prima non verbi, sed praepositionis est: verba enim sunt βαίνω ἔχω et faciunt ἔβαινον εἶχον, inde ἀνέβαινον ἐπεῖχον. ἀναισχυντῶ mutavit primam, ἠναισχύντουν, quia ex nomine conpositum est, id est ῥῆμα | ὀνοματικόν, ἀναίσχυντος ἀναισχυντῶ. verba autem ex conpositis nominibus parasyntheta vocantur et a prima syllaba declinantur, ut φίλιππος φιλιππίζω ἐφιλίππιζον: licet non ignorem quod σύμμαχος et συνήγορος composita sint nomina et ex se faciant verba parasyntheta, συμμαχῶ συνηγορῶ, quae tamen non foris, sed intus declinantur, συμμαχῶ συνεμάχουν, συνηγορῶ συνηγόρουν: sed hoc ideo, quia praepositio hic habet significationem suam. ceterum ubi nullus ex praepositione sensus accedit, foris declinatur inperfectum, id est adicitur illi vocalis, tamquam praesens tempus incipiat a consonanti, καθίζω ἐκάθιζον, καθεύδω ἐκάθευδον: hoc est ἵζω quod καθίζω, hoc εὕδω quod καθεύδω, quia praepositio nihil significat. ubi vero additur ex praepositione sensus, tunc in declinatione inperfecti quaerimus, unde incipiat verbum ipsum sine praepositione; et si verbum a vocali incipit, quamvis praepositio habeat consonantem, verbi tamen vocalem ex brevi mutamus in longam, ut συνάγω συνῆγον, quia aliud est ἄγω, aliud συνάγω. item si praepositio quae

---

7 habeantur in η aut in ω *P* 9 ανδω ηυδουν *P* 11 ἀττικόν ω et η multo *coniecit Opsopoeus* αττικονως multo *P* ἀττικόν ἐστι multo *p* 24 mutant *P* mutat *p*

sensum confert incipiat a vocali incipiente verbo a consonante, inperfectum manente eadem nec mutata praepositionis vocali aliam addit consonanti verbi vocalem, ut est *ἐπιχαίρω ἐπέχαιρον*, quia aliud est, *ἐπιχαίρω*, aliud *χαίρω*. sane hoc observatur, ut vocalis quae additur consonanti brevis sit, quia non potest ultra unum tempus excrescere, *λέγω ἔλεγον*, *λέγομαι ἐλεγόμην*. unde *βούλομαι* et *δύναμαι* secundum communem regulam ex se faciunt *ἐβουλόμην ἐδυνάμην*: sed quod saepe legimus *ἠβουλόμην ἠδυνάμην* attica licentia est. ultima quoque syllaba inperfecti non nihil diversitatis habet, ut in perispomenis prima et tertia in *ουν* mittant, *ἐποίουν ἐχρύσουν*, secunda in *ων*, *ἐβόων*, quae fiunt in passivo vel passivo similibus *ἐποιούμην ἐχρυσούμην ἐβοώμην*. apud Graecos solus definitivus modus praesens ab inperfecto disiungit, ceteri omnes modi iungunt, ut *φιλῶ ἐφίλουν*: at in imperativo *φίλει* praesens et inperfectum | confunditur; similiter in coniunctivo *ἐὰν φιλῶ* et in optativo *εἰ φιλοῖμι* et in infinitivo *φιλεῖν* utrumque simul tempus appellant.

De tempore perfecto. perfectum tempus apud Graecos non a praesenti, sed a futuro figuratur. nec sine ratione: omne enim quod factum est prius faciendum fuit. in graecis omne perfectum aut syllaba aut uno tempore maius prima positione sui profertur, ut *λέλυκα ὤπτηκα*. nec te moveat quod *πεποίηκα* vel *πεφίληκα* et similia non una, sed duabus syllabis primam verbi vincunt positionem: diximus enim primam perfecti positionem non esse praesens, sed futurum, quod una, non duabus syllabis, superant, ut *ποιήσω πεποίηκα*, *φιλήσω πεφίληκα*. hoc etiam argumento probatur: nam cum numquam perfectum tempus a prima positione sui et syllaba crescat et tempore, sed tantum altero, restat ut *ὤπτηκα ἠγάπηκα*, si a praesentibus facta sunt *ὀπτῶ ἀγαπῶ*, et syllaba maiora inveniantur et tempore, quod fieri per regulam non potest; a futuro igitur veniunt, *ὀπτήσω ὤπτηκα* et *ἀγαπήσω ἠγάπηκα*, primae vocalis correptae productione facta. item cum numquam perfectum a consonanti incipiens par origini suae sit numero syllabarum, adversabitur regulae omne perfectum *τῶν εἰς μι*, quia parem praesenti syllabarum numerum tenet, *δίδωμι δέδωκα*, *τίθημι τέθεικα*. sed non ita est: *δώσω* enim *δέδωκα* fecit et *θήσω τέθεικα* et crevit syllaba. numquam apud Graecos perfectum minus praesenti vel futuro invenitur. item cum praesens a vocali incipit, omni modo in praeterito movetur in longam. numquam apud Graecos praeteritum perfectum in duabus syllabis invenitur, sed est interdum sex syllabarum, ut *πεπολεμάρχηκα*, est quinque, *πεπολέμηκα*, est quattuor, *πεποίηκα*, est trium, *λέλυκα*, nec umquam 191 V.

---

3 *ενιχαιρω ενεχαιρον P: ἐγχαίρω coniecit Opsopoeus* *ἐπιχαίρω*] *ενιχαιρω P*
10 mittunt *P* 11 uel passiuis similibus *P* vel passivi similibus *Zeunius*
12 diffinitiuns *constanter P* 20 *λελικα P* nec moueat *P* nec tamen te moueat *exc. Bob.* 32 praesentis *P*

p. 2736—38 P.

invenies trisyllabo minus. necesse est enim ut prima syllaba declinationis sit, ut λε, secunda originis, ut λυ, tertia finalis, ut κα. quicquid igitur plus fuerit, ad | mediam syllabam, quae quidem originis est, refertur; declinatio vero et finis singulas possident, ut est πεφίληκα, πε declinationis, φιλη originis, κα finis. ergo παρακείμενος, id est perfectum, minus trisyllabo non invenitur excepto οἶδα, quod bisyllabum est et παρακείμενος. nec mirum, cum hoc verbum in multis regulae resistat. nullum namque perfectum hoc excepto ab οι diphthongo inchoare reperies. item cum prima verbi positio ει diphthongo inchoat, in nullo tempore mutatur: huius verbi origo, id est εἴδω, mutavit ει in οι. quotiens perfectum a longa oritur, necesse est plusquamperfectum ab eadem semper incipere, quod hoc verbum neglegit: nam plusquamperfectum ᾔδειν est, cum perfectum οἶδα sit. deinde omne participium in ως desinens solam ultimam syllabam in ἄλφα mutando idem tempus efficit, γεγραφηκώς γεγράφηκα, λελυκώς λέλυκα: εἰδώς autem non facit εἶδα, sed οἶδα. solus igitur iste παρακείμενος vitiis obsessus non nocebit. omne verbum graecum, si in praesenti a simplici excepto ρ incipit consonante, primam in tempore perfecto syllabam geminat, γράφω γέγραφα, λέγω λέλεχα, nec talis geminatio praepositionis adiectu impeditur, προκομίζω προκεκόμικα, συγγράφω συγγέγραφα. omne perfectum tempus in perispomenis vel solum primum in barytonis desinit aut in κα aut in φα aut in χα, τετήρηκα γέγραφα πέπληχα, adeo ut omne paene verbum similium declinationem sequatur, τηρῶ τηρεῖς, χωρῶ χωρεῖς, τετήρηκα κεχώρηκα· γράφω γράφεις, τρέφω τρέφεις, γέγραφα τέτραφα· πλήττω πλήττεις, τάττω τάττεις, πέπληχα τέταχα. nec te moveat quod, si graecum verbum incipiat ab una de his litteris quas δασέα σύμφωνα vocant, cum ad geminationem venitur, non δασύ iteratur, sed ἀντίστοιχον eius, θαρρῶ τεθάρρηκα, φονεύω πεφόνευκα, χρίω κέχρικα. in latinis vero eadem littera geminatur, fallo fefelli. F enim apud Latinos δασύ non est, quia non habent consonantes δασείας, et F digammon est Αἰολέων, quod illi solent magis contra vim aspirationis adhibere: | tantum abest ut pro φ habendum sit. ipsum autem φ adeo latinitas non recipit, ut pro eo etiam in graecis nominibus p et h utatur, ut Philippus Phaedon.

Frigeo frixi facit a secunda coniugatione, frigo vero frixi a tertia, unde frixum frixorium, id est calefactorium. similiter aceo aces acui, unde inchoativum acesco, et acuo acuis acui; fero tuli et tollo tuli, sustulo sustuli adtulo adtuli: Accius vero in Andromeda etiam ex eo quod

---

13 ᾔδειν] ειδειν *P* 17 excepto ρ *Ianus* excepto γ *P* 19 προμιζω *P* 20 συνγραφω συνγεγραφα *P* 22 τεθηρηκα *P* 23 τετηκα κεκωρηκα *P* 28 φονειω *P* 33 pro ea *P* 37 acui] acuit *P* sustulo sustuli adtulo adtuli, *e quibus* sustulo *et* adtulo *'ut non convenientia antecedentibus' uncis inclusit Ianus, non recte ab excerptore relata esse videntur. fortasse* fero tuli et tollo tuli, suffero sustuli et sus-

p. 2738. 39 P.

est tulo quasi a themate tulat declinat, 'nisi quod tua facultas nobis tulat operam': vertor et verror versus sum; patior et pandor passus sum, non pansus: Vergilius 'passis crinibus': explico explicui, quia plico plicui; sed Cicero pro Tullio explicavit ait.

De plusquamperfecto. in graecis verbis quae in ω exeunt omne perfectum tempus mutat in fine α in ειν et facit plusquamperfectum, quod illi ὑπερσυντελικόν vocant. in capite vero, si perfectum a vocali incipit, ab eadem vocali et plusquamperfectum incipiat necesse est, ἔφθαρκα ἐφθάρκειν, εἴρηκα εἰρήκειν: si vero initium perfecti consonans fuerit, tunc ὑπερσυντελικός ab adiecta sibi vocali incipit, πεποίηκα ἐπεποιήκειν, γέγραφα ἐγεγράφειν. nec inmerito: bina enim tempora, ut et supra diximus, naturalis quaedam cognatio copulavit, cum praesenti inperfectum, cum perfecto plusquamperfectum, cum aoristo Graecorum futurum. ideo apud illos sicut incipiente praesenti a vocali inperfectum similiter a vocali incipit, si vero praesens a consonante coepit, additur inperfecto vocalis, φθείρω ἔφθειρον, ita et plusquamperfectum simili observatione de initio perfecti cognati sibi leges assumit, excepto eo quod brevem quam in principio perfecti repperit non mutat in longam, sicut mutat inperfectum de capite praesentis acceptam, ἄγω ἦγον. post plusquamperfectum consequens erat ut de infinito tempore, id est περὶ ἀορίστου, | tractaremus; sed ideo praetermittimus, quia eo latinitas caret.

De futuro. tres sunt omnino syllabae quae in graecis verbis futuro tempori terminum faciunt: aut enim in σω exit aut in ξω aut in ψω, λαλήσω πράξω γράψω, nisi quod quinta βαρυτόνων ante ω liquidam suam retinet. item gracca verba, si perispomena sint cuiuscumque coniugationis, ultra numerum syllabarum praesentis augent una syllaba futurum, ποιῶ ποιήσω, τιμῶ τιμήσω, δηλῶ δηλώσω: barytona in quacumque coniugatione eundem numerum servant, λέγω λέξω, ἄγω ἄξω, ἐγείρω ἐγερῶ, ἡνιοχεύω ἡνιοχεύσω. in graecis latinisque verbis paenultima praesentis manet in futuro, ἀγαπῶ ἀγαπήσω, γα mansit; θεραπεύω θεραπεύσω, πευ mansit; cogito cogitabo, gi mansit. si verbum barytonon sit habens in praesenti μετάβολον ante ω, id est liquidam consonantem, tunc paenultima, quae in praesenti longa fuit, fit brevis in futuro, πλύνω πλυνῶ, χραίνω χρανῶ, ἐγείρω ἐγερῶ. diximus perispomena augere una syllaba futurum, quia crescit ultima, φιλῶ φιλήσω, νικῶ νικήσω, στεφανῶ στεφανώσω. sed non semper sub eadem praecedentis litterae observatione succedit adiectio. nam in prima coniuga-

---

tollo sustuli, affero attuli et attollo attuli: *cf. Diom. p.* 372, 4. 380, 11. *Charis. p.* 247, 27. *Prob. cath. p.* 39, 5. *Prisc. l.* VIII *p.* 419, 7 *l.* X *p.* 526, 14 1 tuli declinat *P* nisi quid facultas tua tulat nobis opem *Bothius poet. lat. scen. fragm. p.* 172 nisi quid tua facultas nobis tulat opem cito *Ribbeckius trag. lat. rel. p.* 125 3 Vergilius] *Aen.* I 480. II 403 4 Cicero pro Tullio] *Diom. p.* 372, 21 10 ypersingelicus *P* 16 ἔφθειρον *coniecit Opsopoeus* εφθαρκα *P* 34 χραίνω χρανῶ *p* χρυνω χρυνω *P*

p. 2739—41 P.

tione aut η aut ε ante σω reperitur, πωλῶ πωλήσω, φορῶ φορέσω. et apud illos, quotiens in futuro ε ante σω ponitur, brevem esse praesentis paenultimam observatum est. nec tamen reciproca est necessitas, ut, quotiens brevis est paenultima praesentis, ε ante σω sit in futuro: ecce enim νοῶ νοήσω, φιλῶ φιλήσω. secunda coniugatio aut η ante σω in futuro habet, ut ὀπτῶ ὀπτήσω, aut α productum, ut περάσω, aut α correptum, ut γελάσω. deprehensumque est eorum futurorum α in paenultima produci, quorum praesens aut nullam consonantem ante ω aut ρ habet, ἐῶ ἐάσω, περῶ περάσω, in contrarium non redeunte necessitate, siquidem χρῶ χρήσω facit et ἐγγυῶ ἐγγυήσω: illic vero corripi, ubi in praesenti | ante ω λ invenitur, γελῶ γελάσω. sed nec in hoc haec in se necessitas redit, κολλῶ κολλήσω. πεινάσω autem et διψάσω dorica sunt per solam litteram, non etiam per accentum: illi enim in omni futuro in ω desinente ultimam circumflectunt. tertia aut ω in paenultima futuri habet aut ο. sed hic certa distinctio est. nam verba quae derivativa sunt ω habent; quae vero principalia nec ex alio tracta ο, τέκνον τεκνῶ τεκνώσω, στέφανος στεφανῶ στεφανώσω· ὁμῶ autem ὁμοῖς, quia non derivatum est, ὁμόσω facit et ἀρῶ ἀροῖς ἀρόσω. apud Graecos non facile prima syllaba praesentis mutatur in futuro, quod praemissis patebit regulis. futurum apud illos altero e duobus locis movetur, aut ultimo aut paenultimo. ultimus duobus modis movetur, aut litteris aut accentu: litteris, ut γράφω γράψω, νύσσω νύξω, accentu, ut νέμω νεμῶ, δέρω δερῶ. et cum movetur ultimus, non omni modo movet paenultimum; motus autem paenultimae omni modo ultimam movet, ἀγείρω ἀγερῶ, μιαίνω μιανῶ. hic enim et de paenultima subtracta est littera, et in ultimam cecidit accentus. nec non et πνίγω πνίξω, ἐρύκω ἐρύξω. mutata est et finalis in littera et quae antecedit in tempore, siquidem ι et υ verborum supra dictorum in praesenti quidem producuntur, corripiuntur autem in futuro. si ergo necesse est ut in barytonis verbis quae habent in praesenti ante ω liquidam consonantem in futuro paenultima ex longa brevis fiat, ut ἀγείρω ἀγερῶ, μιαίνω μιανῶ, sequitur ut, cum huius modi verba bisyllaba reperiuntur, in quibus syllaba quae incipit ipsa est utique paenultima, tunc mutetur non quasi prima, sed quasi paenultima, κείρω κερῶ, σπείρω σπερῶ. ita fit ut apud Graecos mutari non numquam futuri syllaba prima dicatur. item τρέφω primam litteram permutantes θρέψω faciunt et ἔχω ψιλόν, ἕξω δασύ pronuntiant. sed θρέψω quidem ut diceretur Ἴωνες obtinuerunt, quibus libido est aspirationem modo addere, modo demere: addere, ut τρέφω θρέψω et τρέχω θρέξω, demere, | ut θρὶξ τριχός faciunt.

---

1 ante ω *P* φορῶ φορέσω *p* φορῶ φορήσω *P* στορῶ στορέσω *coniecit Ianus* 2 ante ω *P* 4 ante ω *P* 5 ante ω *P* 9 in contrarium *coniecit Opsopoeus*: in om. *P* 12 πινασω *P* 25 μιαίνω μιανῶ *p* μαινω μανω *P* 33 utique in paenultima *P* 39 θρέψω *p* τρεψω *P*

p. 2741. 42 P.

ἔχω autem et ἕξω circa aspirationem certa ratione dissentiunt, quia, cum fas esset utrique aspirationem dari, ut ἕλκω ἕλξω, hanc τῷ ἔχω assignari necessitas illa non passa est, quia fieri non potest ut ulla vocalis praeposita χ litterae aspirationem habeat. denique υ, quia numquam sine aspiratione incipit, numquam χ litterae praeponitur, ne alterius natura violetur, aut τοῦ υ, si incipiat sine aspiratione, aut τοῦ χ, siquam vocalem cum aspiratione sustineat. futurum ergo ἕξω, subducta aspiratione necessitate χ litterae, spiritum vehementiorem aut recepit aut tenuit. in non nullis vero verbis in μι exeuntibus fit primae syllabae non permutatio, sed amissio, ut τίθημι θήσω, δίδωμι δώσω, κίχρημι χρήσω.

De praesenti tempore passivo. omne praesens tempus apud Graecos in ω desinens modi indicativi generis activi verbi perispomeni, si secundae coniugationis sit, adhibet fini suo μαι syllabam et facit de se passivum, βοῶ βοῶμαι, τιμῶ τιμῶμαι: si vero sit primae vel tertiae, ω in ου mutato et accepta similiter μαι passivum creat, φιλῶ φιλοῦμαι, χρυσῶ χρυσοῦμαι. permutationem autem ω in ου de circumflexo accentu nasci indicio est futurum linguae doricae, quod hanc permutationem, cum in alterum genus transit, sibi vindicat, ποιησῶ ποιησοῦμαι, λεξῶ λεξοῦμαι. at in barytonis omnibus ω in ο mutato et adiecta μαι passivum figuratur, λέγω λέγομαι, τύπτω τύπτομαι, ἡνιοχεύω ἡνιοχεύομαι. ita ergo breviter definiteque dicendum est: omne praesens passivum habet in paenultima aut ω aut ου aut ο, τιμῶμαι φιλοῦμαι γράφομαι; quae aliter habuerint, ex illis verbis sunt, quorum prima positio in μι exit, quae semper passivi paenultimam brevem faciunt, ut τίθεμαι ἵσταμαι δίδομαι. item ex secunda vel tertia coniugatione eadem est secunda persona passivi, quae activi tertia, νικᾷ ἐκεῖνος, νικᾷ σύ, στεφανοῖ ἐκεῖνος, στεφανοῖ σύ. item praesens quod in μαι desinit, seu perispomenon seu barytonon et cuiuscumque | coniugationis sit, praeter illa quorum prima positio in μι exit, secundam personam una syllaba minorem profert, λαλοῦμαι λαλῇ, τιμῶμαι τιμᾷ, στεφανοῦμαι στεφανοῖ, λέγομαι λέγῃ, θεραπεύομαι θεραπεύῃ.

De tempore minusquamperfecto passivo. minusquamperfectum passivum apud Graecos duobus nascitur modis. aut enim omne praesens tempus passivum mutata in fine αι diphthongo in ην cum adiectione temporis crescentis in capite facit ex se minusquamperfectum, ἄγομαι ἠγόμην, τρέφομαι ἐτρεφόμην: aut minusquamperfectum activum ante ultimam litteram suam inserit μη et facit ex se passivum, ἐποίουν ἐποιούμην, ἔγραφον ἐγραφόμην. apud Graecos minusquamperfectum passivum minorem syllaba in verbis omnibus profert secundam personam

---

4 litterae *p* littera ea *P* 6 siquam *coniecit Opsopoeus* siqua *P* 8 recipit aut tenuit *P* recipit aut renuit *coniecit Opsopoeus* recipit aut tenuat *Pontanus* 17 indicium est *P* 19 at in *p* aut in *P* 38 minus perfecto *P* 39 syllaba *Zeunius* syllabam *P*

p. 2742. 43 P.

praeter illa quae in μι exeunt, ἐποιούμην ἐποιοῦ, ἐτιμώμην ἐτιμῶ, ἐδηλούμην ἐδηλοῦ, ἐλεγόμην ἐλέγου.

De perfecto et plusquamperfecto passivis. perfectum activum quod in κα desinit, si habuerit paenultimam natura longam, transfert finalem syllabam in μαι et facit de se passivum, νενόηκα νενόημαι, τετίμηκα τετίμημαι, κεχρύσωκα κεχρύσωμαι. si vero paenultima brevis sit, σίγμα superaddit ultimae (oportet enim paenultimam in hoc tempore aut natura aut positione longam fieri), τετέλεκα τετέλεσμαι, γεγέλακα γεγέλασμαι, ἥροκα ἥρομαι. denique et in sexta verbi barytoni, quia interdum in illa paracimenos habet paenultimam longam, interdum brevem, ubi longa est, tantum mutat κα in μαι; ubi vero brevis est, addit et σίγμα, θεραπεύω τεθεράπευκα τεθεράπευμαι, σβεννύω ἔσβεκα ἔσβεσμαι, ξύω ἔξυκα ἔξυσμαι. λέλυκα autem λέλυμαι et τέθυκα τέθυμαι non carent vitio, quia, cum brevis sit υ, σ non recipiunt. sane in barytonis tertia coniugatio, et cum paenultimam longam habeat, tamen adhibet σίγμα, πέπεικα πέπεισμαι. quae in φα desinunt vel | quae ante α habent γκ, haec διὰ δύο μῦ in passivo pronuntiantur, τέτυφα τέτυμμαι; quae vero in χα, transeunt in γμαι, νένυχα νένυγμαι, πέπληχα πέπληγμαι. cum ante ultimam syllabam aut ρ aut λ reperitur, κα transit in μαι, ἔψαλκα ἔψαλμαι, κέκαρκα κέκαρμαι. idem servant et verba quae in prima positione ν habent in ultima syllaba, κρίνω κέκρικα κέκριμαι, πλύνω πέπλυκα πέπλυμαι. ὑπερσυντελικός passivi generis de paracimeno suo nascitur. ille enim incipiens a vocali in ην terminum mutat et hunc efficit, ἔφθαρμαι ἐφθάρμην, ἥττημαι ἡττήμην. at si ille coepit a consonanti, hic praeter finis mutationem quam diximus etiam vocalem principio suo adhibet, πεποίημαι ἐπεποιήμην, λέλεγμαι ἐλελέγμην.

De futuro passivo. paenultima syllaba apud Graecos futuri activi quarta fit a fine passivi, νοήσω νοηθήσομαι, θεραπεύσω θεραπευθήσομαι, ἐλάσω ἐλασθήσομαι. secunda persona minor syllaba fit quam prima, λαληθήσομαι λαληθήσει, τιμηθήσομαι τιμηθήσει. illa vero species propria Graecorum est, quod habent in genere passivo futurum quod rem significat non multo post sed mox futuram, ut πεποιήσομαι γεγράψομαι. hoc autem tempus ex perfecto eiusdem generis nascitur. insertis enim secundae personae perfecti duabus litteris, ο καὶ μ, futurum paulo post, quod atticum vocatur, efficitur, πεποίησαι πεποιήσομαι, γέγραψαι γεγράψομαι. nec ab re erat paulo post futurum ex paulo ante transacto tempore procreari. inveniuntur huius modi tempora figurata et ex verbis in ω exeuntibus, ut est δεδοικήσω, quod proprium Syracusanorum est, et δεδώσω, ut apud Dracontem 'ἀτὰρ καὶ δῶρα δεδώσομεν', quasi paulo post dabimus.

10 pericimenos *P* 12 ἔσβεκα *p* εσβηκα *P* 13 λελυσμαι *P* 14 cum brevis υ ο non recipit *P* 18 πεπληκα *P* 21 πεπλευκα *P* 24 aut si *P* 31 habet *P* 37 tempore *P* 39 Draconem *Zeunius*

p. 2743—45 P.

De indicativo, qui et definitivus. indicativus habet absolutam de re quae 147 V.
agitur | pronuntiationem. nam qui dicit *ποιῶ* ostendit fieri; qui autem dicit *ποίει* ut fiat imperat; qui dicit *εἰ ποιοῖμι* optat ut fiat; qui dicit *ἐὰν ποιῶ* necdum fieri demonstrat; cum dicit *ποιεῖν*, nulla definitio est. solus igitur definitus perfectam rei definitionem continet: unde Graeci *ὁριστικὴν ἔγκλισιν*, Latini modum definitivum vocitaverunt. denique omnia tempora in hoc solo modo disiuncta et libera proferuntur. dicunt enim *ἐνεστῶτος ποιῶ*, *παρατατικοῦ ἐποίουν*: at in imperativo iunguntur haec tempora *ἐνεστῶτος καὶ παρατατικοῦ ποίει*, item in coniunctivo *ἐνεστῶτος καὶ παρατατικοῦ ἐὰν ποιῶ*, et in optativo *ἐνεστῶτος καὶ παρατατικοῦ εἰ ποιοῖμι*, in infinitivo *ἐνεστῶτος καὶ παρατατικοῦ ποιεῖν*. similiter indicativus *παρακειμένου* facit *πεποίηκα* et *ὑπερσυντελικοῦ ἐπεποιήκειν*: imperativus vero *παρακειμένου καὶ ὑπερσυντελικοῦ* facit *πεποίηκε πεποιηκέτω*, et coniunctivus *παρακειμένου καὶ ὑπερσυντελικοῦ ἐὰν πεποιήκω*, optativus *παρακειμένου καὶ ὑπερσυντελικοῦ εἰ πεποιήκοιμι*, infinitus *πεποιηκέναι*. rursus indicativus utitur temporibus separatis, cum dicitur *ἀορίστου ἐποίησα*, *μέλλοντος ποιήσω*: sed imperativus facit *ἀορίστου καὶ μέλλοντος ποίησον*, coniunctivus *ἀορίστου καὶ μέλλοντος ἐὰν ποιήσω*: optativus vero et infinitus haec sola tempora proferunt separata, *ποιήσαιμι καὶ ποιήσοιμι* et ille *ποιῆσαι καὶ ποιήσειν*. optativus Graecorum nec minusquamperfectum nec plusquamperfectum tempus admisit. utrique ergo modum integritate temporum liberum contractis et coartatis iure praeponunt. derivativa verba, id est ea quae ex verbis aliis derivantur, non nisi ex definitivo originem sortiuntur, ut est *θρῶ* principale et ex eo derivativum *θραύω*. sic apud Latinos meditativa et inchoativa et frequentativa verba sunt ex definitivo modo verborum principalium derivata. speciatim vero verba apud Graecos quae in *μι* exeunt ex definitivo tracta sunt verbi in *ω* exeuntis, ut *τιθῶ τίθημι*, *διδῶ δίδωμι*, *ἱστῶ ἵστημι*. item nomina ex verbis nascentia, quae illi | *ὀνόματα ῥηματικά* vocant, de hoc solo modo sub varia vel personarum vel temporum declinatione procedunt. nam nomen *γράμμα* ex prima persona, id est *γέγραμμαι*, natum et nomen *ψάλτης* ex tertia persona, quae est *ἔψαλται*, profectum litterarum quae in utroque sunt similitudo docet; item *τύμμα ἀπὸ παρακειμένου τοῦ τέτυμμαι*, *ποίησις* autem *ἀπὸ μέλλοντος τοῦ ποιήσω* composita sunt. omnia tamen haec nomina ab indicativo veniunt. denique Stoici hunc solum modum rectum, veluti nominativum, et reliquos obliquos, sicut casus nominum, vocaverunt. rationabiliter autem declinatio ab activo inchoat, quod actus passionem praecedit; bene etiam a prima, non alia persona, quod prima de

---

1 finitiuus *corr. al. m.* diffinitiuus *P* solutam *P* absolutissimam *exc. Bob.* 5 perfecta rei definitione continetur *P* 12 *παρακειμενον* facit *πεποιηκα* et *υπερσυντελικον P* 17 dicitur] dicit *P* 20 separata hic *ποιήσαιμι Zeunius* 21 plusquamperfectum tempus *Zeunius* perfectum tempus *P* 27 apud graeco *P* 29 *διδῶ om. P*

p. 2745. 46 P.

148 V. tertia ad secundam loquitur; apte quoque a singulari numero, καὶ γὰρ πᾶς ἀριθμὸς ἐκ μονάδων σύγκειται ἢ ἐκ μονάδος κατάγεται, et si omnis multitudo constat ex singulis, recte est praemissa unitas et secuta populositas. iuste etiam a praesenti: ex instanti enim tempore possunt reliqua cognosci, non instans apparebit ex reliquis, siquidem [ἀπὸ τοῦ] λείβω λείβεις ποιεῖ ἀόριστον ἔλειψα, μέλλοντα λείψω, item ἀπὸ τοῦ λείπω fit ἀόριστος ἔλειψα καὶ μέλλων λείψω. cum ergo dico vel ἔλειψα vel λείψω, quod esse velim huius praesens verbi tempus, incertum est; cum autem dico λείπω aut λείβω, de reliquis eius temporibus nemo dubitat. ἠρχόμην inperfectum tempus est a praesenti ἔρχομαι, similiter a praesenti ἄρχομαι. cum ergo dico ἠρχόμην, incertum relinquo, utrum veniebam an incipiebam intellegi velim, et ideo ἐνεστῶς eius in dubio est, ἔρχομαι sit an ἄρχομαι: cum vero dico ἄρχομαι aut ἔρχομαι, nihil de inperfecto dubitabitur. coniugationum quoque diversitates in graeco latinoque verbo praesens facit, ποιεῖς τιμᾷς στεφανοῖς: non nisi instantis secunda persona discernit; ceterum in πεποίηκα et τετίμηκα, in ποιήσω et τιμήσω, item in ἐποίουν et ἐχρύσουν nulla discretio. sed et in βαρυτόνοις τύπτω primae esse coniugationis faciunt π καὶ τ, quae in praesentis prima persona ω litteram antecedunt, quae signa desunt et in τέτυφα et in ἔτυψα et in τύψω. λέγω propter γ secundae est, quod signum habere desinit in λέλεχα ἔλεξα λέξω: sic in reliquis coniugationibus. praesens tempus ostendit et genera verborum. nam activum aut neutrum Graecus intellegit, si in ω praesens desinat, passivum vel
150 V. commune et his similia, si in μαι. declinandi autem verbi series non nisi cum de modis tractatur apparet. hinc modus apud Graecos ἔγκλισις nuncupatur, id est ἐν ᾧ ἡ κλίσις.

De declinatione indicativi. omne apud Graecos verbum indicativum in ω desinens, seu barytonon seu perispomenum sit, seu praesentis seu futuri, omni modo in secundae personae fine diphthongum habeat necesse est, id est ἰῶτα vel cum ε, ut ποιεῖς, vel cum α, ut τιμᾷς, vel cum ο, ut δηλοῖς; in omni autem futuro cum ε, ut νοήσεις βοήσεις χρυσώσεις λέξεις τύψεις. item in omni graeco verbo cuius prima positio in ω desinit secunda persona amisso σίγμα tertiam facit. omne verbum in ω desinens cuiuscumque coniugationis et temporis ἰσοσυλλαβεῖ in prima secunda et tertia persona, ποιῶ ποιεῖς ποιεῖ, ἐρῶ ἐρᾷς ἐρᾷ, ἀργυρῶ ἀργυροῖς ἀργυροῖ, λέγω λέγεις λέγει, λέξω λέξεις λέξει, νοήσω νοήσεις νοήσει. in verbis in ω desinentibus prima pluralis a prima singulari fit, operose tamen ac varie. in praesenti enim tempore μεν syllaba semper adicitur; sed modo nihil additur vel permutatur, ut in secunda

---

1 καὶ γὰρ] ει γαρ *P* ἢ γάρ *Ianus* 2 ἢ ἐκ μονάδος κατάγεται *Ianus* ηρμοναδος καταγεται *P* ἡ μονὰς καθηγεῖται *coniecit Opsopoeus* 4 populositas] *fortasse* pluralitas 26 id est εν ωι εκλισις *P* 31 δελοις *P* 38 μην *P*

περισπωμένων, βοῶ βοῶμεν, τιμῶ τιμῶμεν, modo ω in ου diphthongum mutantes, ut in prima et tertia περισπωμένων, νοῶ νοοῦμεν, φανερῶ φανεροῦμεν: in reliquis autem, id est barytonis omnibus vel etiam περισπωμένων futuris, ω in ο transferentes, λέγω λέγομεν, τρέχω τρέχομεν, θεραπεύω θεραπεύομεν, λαλήσω λαλήσομεν, ἐάσω ἐάσομεν, ἀργυρώσω ἀργυρώσομεν. secunda pluralis a tertia singulari nascitur: primae quidem et secundae syzygiae περισπωμένων instanti τε addentes, ποιεῖ ποιεῖτε, βοᾷ βοᾶτε, in tertia vero ultimum ῑ̃ωτα in υ mutantes | et idem τε addentes, χρυσοῖ χρυσοῦτε: at in omnibus barytonis et in περισπωμένων futuris ipsum ῑ̃ωτα ultimum detrahentes et eandem addentes syllabam τε, πέμπει πέμπετε, τρέχει τρέχετε, ἀθλεύει ἀθλεύετε, ποιήσει ποιήσετε, ἀροτριάσει ἀροτριάσετε, ἱδρώσει ἱδρώσετε. tertiam quoque personam pluralem eorundem verborum de prima eiusdem numeri faciunt μεν mutantes in σι, et quia pluralis tertia semper exigit paenultimam longam, ideo in praesentibus perispomenis, in quibus hoc evenit, solam facit mutationem syllabae, ut diximus, μεν in σι, φιλοῦμεν φιλοῦσι, τιμῶμεν τιμῶσι, στεφανοῦμεν στεφανοῦσι. at in barytonis et in περισπωμένων futuris addit paenultimae υ, ut longam ex brevi faciat, ἔχομεν ἔχουσι, πέμπομεν πέμπουσι, λαλήσομεν λαλήσουσι; ο enim littera, cum apud illos naturaliter corripitur, adiecta υ producitur, ut in nominibus κόρη κόρος, κούρη κοῦρος, Ὄλυμπος Οὔλυμπος, eademque retracta corripitur, βούλεται βόλεται, τετράπους τέτραπος. omne ergo verbum graecum quod in σι reppereris terminari tertiae personae pluralis esse pronuntia excepto ἐσσί, quod solum, cum sic desinit, secundae est, cuius prima ἐσμί et pluralis prima ἐσμέν. omnia autem verba in μι mutant μι in σίγμα et faciunt secundam personam, φημὶ φής, τίθημι τίθης. sic debuerat ἐσμὶ ἔσσ. sed quia nulla syllaba in geminum σίγμα desinit, additum est ῑ̃ωτα, ἐσσί, et propter differentiam a secunda singulari tertia persona, quae similiter ἐσσί debuerat fieri, assumpsit ταῦ, ἐστί. verba enim in μι terminata tertiam personam in σι mittunt, δίδωσι ἵστησι. omne παρατατικόν naturaliter in ον terminatur et secundam personam ν in σίγμα mutando et ο in ε transferendo figurat, ἔλεγον ἔλεγες, ἔφερον ἔφερες: tertia de secunda ultimae litterae detractione procedit. sed quod perispomena in ουν vel in ων desinunt, ἐκάλουν ἐχρύσουν ἐτίμων, duarum syllabarum in unam contractio fecit. nam integrum erat ἐκάλεον ἐχρύσοον ἐτίμαον, ex quo cum breves duae contrahuntur, in unam longam coalescunt. ideo ε et ο *et* ο *et* ο in ου fa-

---

2 mutantes, *pro quo scribendum erat* mutatur, *ex neglegentia excerptoris ortum esse videtur; item infra* transferentes, addentes, mutantes *etc.* 5 λαλεσω λαλεσομεν *P* 9 at in *p* aut in *P* 11 ἀθλεύετε] αθλευεται *P* 12 ποιήσετε] ποιησεται *P* 19 λαλήσομεν λαλήσουσι *Ianus* αλλησομεν αλλησουσι *P* ἀροτριάσει] ατροτριασει *P* 23 pluralis *et hoc loco et infra* 29 *et* 30 *delevit Ianus* 29 personam] pluralis *P* 30 ἐστί *Ianus* εσσιτ *P* 36 ἐχρύσουν *Ianus* εχρυσεον *P* 37 ε et ο atque ο et ο in ου *Ianus* ε et ο in ου *P*

p. 2747—49 P.

miliarem sibi diphthongum | convenerunt, ἐκάλεον ἐκάλουν, ἐχρύσοον ἐχρύσουν: α vero et ο in ω, ἐτίμαον ἐτίμων. ideo et secunda persona ω in α, unde fuerat natum, reducit, ἐτίμων ἐτίμας: ου autem diphthongum illic servat, ubi repperit primam eius litteram familiarem primae positioni fuisse. χρυσοῖς ἐχρύσουν ἐχρύσους: ibi transit in ει, ubi εις primae positioni meminit contigisse, καλεῖς ἐκάλουν ἐκάλεις. in omnibus vero diversitatibus detractio finalis litterae personam, ut diximus, tertiam facit, ἐποίεις ἐποίει, ἐβόας ἐβόα, ἐκεραύνους ἐκεραύνου, ἔλεγες ἔλεγε, ἔφερες ἔφερε. ex hoc apparet quod in ἔλεγεν et ἔφερεν ν supervacuum est et integrum est ἔλεγε ἔφερε, quod asserit et apostrophus, quae facit ἔλεγ' ἔφερ'. quo modo enim haec usurparetur, si ν naturaliter adhaereret, cum duas litteras numquam apostropho liceat excludi? indicio est et imperativus, cuius secunda persona praesentis semper de tertia inperfecti indicativi nascitur amissa in capite vel syllaba vel tempore, ἐκάλει κάλει, ἐτίμα τίμα, ἐδήλου δήλου, ἤγου ἄγου. ergo si imperativus λέγε, ibi sine dubio ἔλεγε, non ἔλεγεν. sed ε littera saepe sibi τὸ ν familiariter adhibet. testes huius rei Αἰολεῖς, apud quos λεγόμεθα φερόμεθα et similia finale ἄλφα in ε mutant, et mox ε advocat sibi τὸ ν, et fit prima persona λεγόμεθεν φερόμεθεν. contra siquando ε in ἄλφα mutatur, ν inde discedit, sicut Δωριεῖς τὸ πρόσθεν πρόσθα dicunt καὶ τὸ ἔνθεν ἔνθα: sed et Ἴωνες, cum ἥδειν ἥδεα faciunt, ἑστήκειν ἑστήκεα, ν repudiant, ne cum ἄλφα iungatur. ex his omnibus facile colligitur sufficere tertiae personae de secunda faciendae, si σίγμα retrahatur, quod in capite graeci pronominis saepe contingit, σέθεν ἕθεν, σοὶ οἱ. Graeci primam pluralem παρατατικοῦ faciunt interponentes με ante ν finalem primae singularis, ἐνόουν ἐνοοῦμεν, ἐώρων ἐωρῶμεν, ἐφανέρουν ἐφανεροῦμεν, ἔλεγον ἐλέγομεν: et secunda illis pluralis efficitur addita τε tertiae singulari, ἐποίει ἐποιεῖτε, ἐτίμα ἐτιμᾶτε, ἵδρου ἱδροῦτε, ἔλεγε ἐλέγετε: ex quo iterum ν littera supervacua probatur. tertia vero pluralis in hoc tempore semper eadem est primae singulari, | ἐγάμουν ἐγώ, ἐγάμουν ἐκεῖνοι: sic ἐτίμων, sic ἐστεφάνουν, sic ἔτρεχον. unde Δωριεῖς in illis verbis quae in ον mittunt parataticon et propter βραχυκαταληξίαν in tertia a fine patiuntur accentum tertiam numeri pluralis discretionis gratia βαρυτονοῦσιν, ἔτρεχον ἐγὼ προπαροξυτόνως, ἐτρέχον ἐκεῖνοι βαρυτόνως. prima persona paracimeni semper in α terminatur, et de hac ceterae sine operosa circuitione nascuntur. accepto enim σίγμα facit secundam et hoc rursus abiecto atque ἄλφα in ε mutato tertiam creat, πεποίηκα πεποίηκας πεποίηκε: primam quoque pluralem addita sibi μεν syllaba, πεποιήκα πεπυιήκαμεν. si pro μεν

---

1 ἐχρύσοον *Iamus* εχρυσεον *P* 5 transit *p* transiit *P* 10 et integrum *p* ex integrum *P* 11 quo modo] quando *P* 13 et *om. P* 15 ἦγε ἄγε *Iamus* 18 mutant *Iamus* mutatur *P* 21 ιστηκειν ιστηκεα *P* 28 tertiae *p* tertia *P* 33 in tertia a fine *Zeunius* tertiam a fine *P* 35 paracimei *P*

p. 2749. 50 P.

τε acceperit, secunda pluralis est, πεποιήκατε: si σι, tertia, πεποιήκασι. ὑπερσυντελικός de prima persona facit tres singulares, tres vero plurales de tertia singulari: ἐπεποιήκειν ν in σίγμα mutato fit ἐπεποιήκεις, ν abiecto fit ἐπεποιήκει. ipsum vero ἐπεποιήκει assumpta μεν facit ἐπεποιήκειμεν, assumpta τε ἐπεποιήκειτε: si σαν acceperit, pluralem tertiam ἐπεποιήκεισαν: nam ἐπεποιήκεσαν correpta paenultima Ἴωνες protulerunt. ideo autem praetermisimus disputare de duali numero et de tempore aoristo et de multiplici ratione temporum, quia his omnibus carent Latini, id est περὶ δευτέρων καὶ μέσων ἢ παρακειμένων ἢ ὑπερσυντελικῶν ἢ μελλόντων, quibus latius Graecia sola diffunditur. de passiva igitur declinatione dicamus.

De passiva declinatione. Graeci activo instanti verborum in ω exeuntium addunt syllabam μαι, et fit passivum. quae syllaba omni verbo sola sociatur, ita ut ω prius ultimum nunc paenultimum aut maneat, ut in secunda περισπωμένων, ἀροτριῶμαι, aut in ου diphthongum transeat, ut in prima et tertia, κινοῦμαι στεφανοῦμαι, aut in ο corripiatur, ut in omnibus barytonis, πλέκομαι ἄγομαι. ergo numquam passivum graecum invenitur non suo activo maius. verbum graecum in μαι desinens, si in secunda persona | μ in σίγμα demutet, hoc aut est praesens τῶν εἰς μι, ut τίθημι τίθεμαι τίθεσαι, δίδωμι δίδομαι δίδοσαι, ἵστημι ἵσταμαι ἵστασαι, aut est τῶν εἰς ω temporis praeteriti perfecti, πεφίλημαι πεφίλησαι, τετίμημαι τετίμησαι, et in his semper ἰσοσυλλαβεῖ primae secunda persona. alioquin reliqua omnia quae in μαι desinunt, sive praesentis seu futuri sint, tam passivi generis quam communis unam secundae personae syllabam detrahunt. καλοῦμαι καλῇ, ὁρῶμαι ὁρᾷ, δηλοῦμαι δηλοῖ, βλέπομαι βλέπῃ, τιμηθήσομαι τιμηθήσῃ, λεχθήσομαι λεχθήσῃ, τιμήσομαι τιμήσῃ, λέξομαι λέξῃ. et ut advertas faciliori compendio, quae graeca verba passiva secundam personam minorem syllaba proferant, accipe generalis regulae repertam necessitatem. omnis apud illos prima persona passiva, quae activo suo syllaba maior est, haec syllabam detrahit de secunda; quae aequalis activo est, parem in secunda tenet: φιλῶ φιλοῦμαι, quia passivum maius activo est, φιλῇ facit, ἕλκω ἕλκομαι ἕλκῃ, ἔλεγον ἐλεγόμην ἐλέγου, ἐβόων ἐβοώμην ἐβοῶ, λαλήσω λαληθήσομαι λαληθήσῃ: contra εἴρηκα εἴρημαι, quia par activo suo est, facit secundam ἰσοσύλλαβον primae, εἴρησαι, εἰρήκειν εἰρήμην εἴρησο, λελάληκα λελάλημαι λελάλησαι, ἐλελαλήκειν ἐλελαλήμην ἐλελάλησο. in omni verbo cuiuscumque temporis prima persona in μαι terminata translato μ in τ litteram migrat in tertiam servato numero syllabarum. sed paenultimam retinet in παρακειμένῳ quidem omne verbum, πεφίλημαι πεφίληται, in praesenti vero sola tertia συζυγία περισπωμένων, χρυσοῦμαι χρυσοῦται. ceterum prima transfert in ει diphthongum, quae in prima

10 Graecia] gratia *P* 15 ἀροτριῶμαι *coniecit Obsopoeus* αποτριωμαι *P* 26 δηλοῖ] δηλου *P* τιμωμαιθησομαι *P* 28 proferunt *P* 34 εἴρηκα] ειρηκω *P*

p. 2750—52 P.

verbi positione fuerat eius indicium, καλοῦμαι καλεῖται, ὅτι καλῶ καλεῖς, secunda in α propter eandem causam, τιμῶμαι τιμᾶται, ὅτι τιμᾷς. nam et χρυσοῦται ideo retinet ου, quia propinqua priori est: utraque enim diphthongus οι et ου per ο litteram conponuntur. futurum autem περισπωμένων et in barytonis tam praesens quam futurum ο litteram, quae fuit paenultima primae, per tertiam in ε transfert, ut natura brevis *mutetur* in natura brevem, φιληθήσομαι φιληθήσεται, | λέγομαι λέγεται, λεχθήσομαι λεχθήσεται. cuiuscumque verbi passivi vel passivo similis prima persona pluralis in quocumque tempore in θα syllabam desinit, νοούμεθα ἐνοούμεθα νενοήμεθα ἐνενοήμεθα νοηθησόμεθα: ἀόριστον enim, qui solus in μεν exit, ἐνοήθημεν, transeo, quia Latini ignorant. per omnia tempora primam personam pluralem maiorem proferunt singulari, ποιῶ ποιοῦμεν, ἐποίουν ἐποιοῦμεν, πεποίηκα πεποιήκαμεν, ἐπεποιήκειν ἐπεποιήκειμεν, ποιήσω ποιήσομεν: sic et ποιοῦμαι ποιούμεθα, ἐποιούμην ἐποιούμεθα, πεποίημαι πεποιήμεθα, ἐπεποιήμην ἐπεποιήμεθα, ποιηθήσομαι ποιηθησόμεθα. sic et apud Latinos amo amamus, amabam amabamus, amavi amavimus, amaveram amaveramus, amabo amabimus; sic et amor amamur, amabar amabamur, amabor amabimur. in graecis verbis secunda persona pluralis activa unam ultimae syllabae suae litteram τ mutat in σ καὶ θ et fit passiva, ποιεῖτε ποιεῖσθε, γράφετε γράφεσθε: quod non mireris in praeteritis perfectis non evenire, cum πεποιήκατε πεποιήκασθε non faciat, sed πεποίησθε, nec λελύκατε λελύκασθε, sed λέλυσθε, nec πεφράκατε πεφράκασθε, sed πέφρασθε et similia. alia enim regula his temporibus obviavit, cuius imperium est ut omnia verba quorum prima persona in θα exit secundam minorem syllaba proferant. si ergo fecisset πεποιήκασθε, par foret numerus syllabarum cum prima πεποιήμεθα, si λελύκασθε, cum λελύμεθα, si πεφράκασθε, cum πεφράμεθα. ideo necessario syllaba media subtracta resedit πεποίησθε λέλυσθε πέφρασθε. ceterum ποιεῖτε ποιεῖσθε λέγετε λέγεσθε priori regulae obsequitur, quia non repugnat sequenti: ποιούμεθα enim ποιεῖσθε, λεγόμεθα λέγεσθε. in verbis passivis vel passivo similibus persona tertia singularis addito ν ante τ cum primae personae paenultima tertiam pluralem facit, λέγεται λέγονται, ποιεῖται ποιοῦνται, πεποίηται πεποίηνται, εἴρητο εἴρηντο, ἐλέγετο ἐλέγοντο, ἐὰν λέγηται ἐὰν λέγωνται, εἰ λέγοιτο εἰ λέγοιντο. unde illa praeterita perfecta quae his litteris in medio contexta sunt, ut in tertia persona plurali ν non possit adiungi, advocant sibi participia: | τέτιλται, quia inter λ et τ ν esse non potuit, cui nec finali esse post λάμβδα nec incipere ante ταῦ fas erat, factum est τετιλμένοι εἰσίν: γέγραπται similiter, quia inter π καὶ τ non admittebat ν, γεγραμμένοι εἰσίν, τέτυπται τετυμμένοι

---

6 ut naturalis breuis in natura breuem *P* 32 persona tertia singularis *Ianus* persona secunda pluralis *P* 35 λέγωνται] λεγονται *P* 37 τετειλτε *P* 38 cui] cum *P* 40 admittebat ν *p* admittebamus *P* τέτυπται] τετετυπτε *P*

p. 2752. 53 P.

εἰσίν, ἐσφράγισται ἐσφραγισμένοι εἰσίν et similia. omne graecum verbum indicativum cuiuscumque generis in prima sui positione aut in ω exit, ut λαλῶ πλουτῶ, aut in μαι, ut λαλοῦμαι βούλομαι, aut in μι, ut φημί τίθημι: licet et in α esse credatur, quia ἐγρήγορα non nulli ausi sunt primum thema verbi pronuntiare. apud Graecos ω non solum in verbis, sed in omni parte orationis littera est naturaliter longa: latinorum verborum finale o sunt qui longum aestiment, sunt qui breve definiant. nam scribone caedone o non minus consensu omnium productum habet, quam amone doceone nutrione. ego tamen de re, quae auctores magni nominis dubitare fecit, certam quidem non ausim ferre sententiam; adseveraverim tamen Vergilium, cuius auctoritati omnis retro aetas et quae secuta est vel sequetur libens cesserit, o finale in uno omnino verbo adverbio nomine, uno pronomine, corripuisse, scio modo duo ego, 'scio me Danais e classibus unum', 'modo Iuppiter assit', 'si duo praeterea', 'non ego cum Danais'. 151 V.

De imperativo modo. semper apud Graecos modi indicativi temporis praesentis secunda persona pluralis eadem est quae et imperativi: ποιεῖτε et *in* indicativo secunda est et in imperativo, τιμᾶτε χρυσοῦτε γράφετε ποιεῖσθε τιμᾶσθε χρυσοῦσθε λέγεσθε γράφεσθε et similia. hac regula memoriae mandata alteram subiciemus, ut una ex utraque observandae rationis necessitas colligatur. omne verbum quod in μεν desinit qualem paenultimam habuerit in | prima persona, talem transmittit secundae, id est tempus retinet vel productae vel brevis syllabae, λαλοῦμεν λαλεῖτε, quia in prima ου erat, et in secunda ει diphthongus aeque longa successit: τιμῶμεν τιμᾶτε, μα longa syllaba locum quem in *prima* μω habuerat occupavit: στεφανοῦμεν στεφανοῦτε, eadem diphthongus perseveravit: λέγομεν, quia ο littera brevis est, λέγετε, ε aeque natura brevem recipit. at in coniunctivo, quia producit paenultimam, ἐὰν λέγωμεν, ideo et in secunda persona, ἐὰν λέγητε, produxit ε in η mutando. si igitur φεύγωμεν primam personam imperativi esse dicemus, sequitur ut, quia in μεν exit ω praecedente, etiam secundae personae paenultimam ex necessitate producat. quod si est, φεύγητε faciet, quem ad modum ἐὰν λέγωμεν ἐὰν λέγητε. sed constitit eandem semper esse secundam personam imperativi, quae et indicativi fuit; φεύγετε autem in indicativo fuit, non φεύγητε. ex his colligitur neque aliam imperativi secundam personam esse nisi φεύγετε, nec in declinatione φεύγετε secundam esse posse post φεύγωμεν, et ideo φεύγωμεν non potest imperativi prima esse persona. manifestum est ergo imperativum nec singularem nec pluralem habere primam personam. cum autem dicimus fugiamus discamus nutriamus aremus doceamus et similia, ad exhortativum sensum,

12 cesserit *p* asserit *P* 14 scio] *Verg. Aen.* III 602 modo] *Verg. Aen.* III 116 15 si] *Verg. Aen.* XI 285 non] *Verg. Aen.* III 425 18 et in indicativo *Ianus* et indicatiuo *P*. 25 prima *om. P*

p. 2753—55 P.

non ad imperativum modum pertinere dicenda sunt. apud Graecos imperativus singularis activus temporis praesentis et praeteriti inperfecti, in secunda scilicet persona, aut in *ει* aut in *α* aut in *ου* aut in *ε* aut in *θι* terminatur. prima tria ad perispomena pertinent, *νόει τίμα δήλου*, quartum ad barytona, *λέγε γράφε*, quintum ad verba *τὰ εἰς μι*, ut *ἵσταθι ὄμνυθι φάθι*. sed et illa similem habent terminum, quorum infinitivus in *ναι* exit, etsi non sint *τῶν εἰς μι*, *βῆναι βῆθι*, *νυγῆναι νύγηθι*, *δαμῆναι δάμηθι*: excepta sunt *εἶναι δοῦναι θεῖναι*. ceterum *νενοηκέναι* vel huic similia ut magis *νενόηκε νενοηκέτω* quam *νενόηθι* faciant, multiplex ratio | cogit, de qua unum pro exemplo argumentum ponere non pigebit. quae in *θι* exeunt ab infinitis in *ναι* desinentibus necesse est ut sint infinitis suis *ἰσοσύλλαβα*, *νύγηθι νυγῆναι*, *δάμηθι δαμῆναι*, *βῆθι βῆναι*. *πεποίηθι* autem *πεποιηκέναι* aequalitate iam caruit: inde
154 V. non receptum est *πεποίηθι*, sed *πεποίηκε*. similiter apud Latinos imperativus nascitur ab infinito abiecta ultima, cantare canta, monere mone, legere lege, ambire ambi, ferre fer, esse es et ades et prodes: Lucilius 'prodes amicis', Vergilius 'huc ades, o Lenaee', Terentius 'bono animo es': facere face, dicere dice, et per syncopam fac dic. Graeci secundae personae addita *τω* syllaba tertiam eiusdem praesentis efficiunt, *ποίει ποιείτω*, *τίμα τιμάτω*, *χρύσου χρυσούτω*, *λέγε λεγέτω*. quodsi secunda in *θι* desiit, ipsam mutant in *τω*, *βῆθι βήτω*. *τε* vero syllabam adicientes praesenti singulari imperativo pluralem faciunt, *ποίει ποιεῖτε*, *βόα βοᾶτε*, *δήλου δηλοῦτε*, *τύπτε τύπτετε*: tertiam pluralem faciunt addendo *σαν* tertiae singulari, *ποιείτω ποιείτωσαν*. hanc declinationem, quae decursa est, Graeci duobus simul temporibus adsignant, instanti et praeterito inperfecto. et re vera, si pressius quaeras, magis de inperfecto quam de instanti natum apud illos imperativum videbis. tertia enim inperfecti indicativi persona capite deminuta vel in syllaba vel in syllabae tempore facit imperativi secundam, *ἐλάλει λάλει*, *ἐβόα βόα*, *ἐστεφάνου στεφάνου*, *ἔλεγε λέγε*, *ἦγε ἄγε*, *εἶλκε ἕλκε*: ita et in passivis, *ἐνοοῦ νοοῦ*, *ἐτιμῶ τιμῶ*, *ἐχρυσοῦ χρυσοῦ*, *ἐτύπτου τύπτου*, *ἤγου ἄγου*, *εἵλκου ἕλκου*. Latini non aestimaverunt ullum praeteritum imperativo dandum, quia imperatur quid, ut aut nunc aut in posterum fiat: ideo praesenti et futuro in modi huius declinatione contenti sunt. sed Graeci introspecta sollertius iubendi natura animadvertunt posse conprehendi praecepto tempus elapsum, ut est *ἡ θύρα κεκλείσθω*, quod aliud est quam *ἡ θύρα κλείσθω*. nam *κλείσθω* cum dico, ostendo hactenus patuisse; cum vero dico *κεκλείσθω*, hoc impero, ut claudendi officium iam peractum | sit. quod et latinitas iubendum novit, cum *περιφραστικῶς* dicit 'ostium clausum sit'. hinc iam per omnia praeteriti tempora de-

5 ad uerba *p* a uerbo *P* 8 *θεῖναι*] *θιναι P* 9 faciat' *P* 17 Vergilius] *georg.* II 4. 7 huc pater o Lenaee Terentius] *Heauton tim.* IIII 6, 18 21 mutat *P* 24 *ποιητω ποιητωσαν P* 27 natum] tantum *P*

p. 2755. 56 P.

clinatio vagatur, sed utroque perfecto simul iuncto. dicunt enim *παρακειμένον καὶ ὑπερσυντελικοῦ νενίκηκε νενικηκέτω* et *νενίκησο νενικήσθω*. quod quam necessarium sit, hinc sumpto argumento requiratur. ponamus senatum pugnaturo consuli vel militibus imperare conficiendi belli celeritatem, *πρὸ ὥρας ἕκτης ἡ συμβολὴ πεπληρώσθω* vel *ἡ μάχη πεποιήσθω* vel *ὁ πόλεμος νενικήσθω*. futurum quoque suum Graeci cum aoristo iungunt, quia iisdem signis *in* indicativo utrumque dinoscitur. nam si aoristus desinat in *σα*, futurum in *σω* terminatur, *ἐλάλησα λαλήσω*: si hoc in *ξα*, illud in *ξω*, *ἔπραξα πράξω*; si in *ψα*, in *ψω*, *ἔπεμψα πέμψω*. ergo *λάλησον πρᾶξον πέμψον* adsignantur simul utrique tempori, quia utriusque signa demonstrant. tertia vero persona magis aoristum respicit quam futurum: facit enim *λαλησάτω πραξάτω πεμψάτω*, cum *σα ξα ψα χαρακτῆρες* sint *ἀορίστου*. idem sonat et plurale *ποιήσατε*, cuius tertia persona rursus cum additamento tertiae singularis efficitur *ποιησάτωσαν*. et ut hoc idem tempus, id est futurum imperativi, passivum fiat, sumitur aoristus infiniti, et nulla omnino littera mutata tantumque accentu sursum ad praecedentem syllabam tracto futurum imperativi passivi fit, *ποιῆσαι ποίησαι*, *λαλῆσαι λάλησαι*, cuius tertia persona fit de tertia activi mutato *τ* in *σθ*, *ποιησάτω ποιησάσθω*, sicut et *ποιεῖτε ποιεῖσθε* et *ποιήσατε ποιήσασθε*.

De coniunctivo modo. coniunctiva Latinorum, quae *ὑποτακτικά* Graecorum, causam vocabuli ex una eademque origine sortiuntur. nam ex sola coniunctione quae ei accidit coniunctivus modus appellatus est, unde et Graeci *ὑποτακτικὸν διὰ τοῦ ὑποτετάχθαι* vocitaverunt. apud quos hoc habet praecipuum hic modus, quod omne | tempus eius activum primam personam singularem in *ω* mittit, *ἐὰν ποιῶ ἐὰν πεποιήκω ἐὰν ποιήσω*, adeo ut et illa verba quae in *μι* exeunt, cum ad hunc modum venerint, redeant ad illa in *ω* desinentia de quibus derivata sunt, *τιθῶ τίθημι* et in coniunctivo *ἐὰν τιθῶ*, item *διδῶ δίδωμι ἐὰν διδῶ*. *ὑποτακτικά* Graecorum syllabas quae in aliis modis breves fuerunt in sua declinatione producunt, *λέγομεν ἐὰν λέγωμεν*. sed et *ει* diphthongum in *ῆτα* mutant, *λέγω λέγεις*, *ἐὰν λέγω ἐὰν λέγῃς*, et quia natura verborum omnium apud Graecos haec est, ut ex prima persona in *ω* exeuntium secunda in duas vocales desinat, ideo *ΕΑΝ ΛΕΓΗΙΣ* cum *ι* ascripto post *η* profertur, ut duarum vocalium salva sit ratio. tertia vero persona de secunda fit retracta ultima littera, *ἐὰν ποιῇς ἐὰν ποιῇ*. et quia, ut diximus, amore productionis o pluralis indicativi in *ω* mutant, *λέγομεν ἐὰν λέγωμεν*, in secunda quoque persona *ε* in *η* transferunt, *λέγετε ἐὰν λέγητε*, tertia *ἐὰν λέγωσιν*, quia omne verbum apud Graecos quod exit in *μεν* mutat *μεν* in *σιν* et personam tertiam facit. horum pas- 159 V.

4 ponamus] praeponamus *P* 5 *λελημακη πεπλησθω* (*vel πεπλυσθω testante Opsopoco*) *ληοπολεμος νενικεσθω P ἢ ἡ μάχη πεποιήσθω ἢ ὁ πόλεμος νενικήσθω Ianus* 7 in *om. P* 10 adsignatur *P* 13 *καρακτηρες P* 17 imperatiuum passiuum *P*

p. 2756. 57 P.

siva de activis ita formantur, ut, primae personae activae si addas μαι syllabam, passivum eiusdem temporis facias, ἐὰν ποιῶ ἐὰν ποιῶμαι [ἐὰν πεποιήκω ἐὰν πεποιήκωμαι], ἐὰν ποιήσω ἐὰν ποιήσωμαι. item activi tertia secunda passivi est, ἐὰν ποιῶ ἐὰν ποιῇς ἐὰν ποιῇ, ἐὰν ποιῶμαι ἐὰν ποιῇ. haec eadem activi tertia addita sibi ται syllaba passivam tertiam facit, ἐὰν ποιῇ ἐὰν ποιῆται. Graeci in coniunctivo modo tempora bina coniungunt. proprium Latinorum est ut modo indicativa pro coniunctivis, modo coniunctiva pro indicativis ponant: Cicero de legibus tertio 'qui poterit socios tueri' * idem Cicero in primo de re publica 'libenter tibi, Laeli, uti eum desideras equidem concessero'.

157 V. De optativo modo. de hoc modo quaestio graeca praecessit, si praeteritum tempus possit | admittere, cum vota pro rebus aut praesentibus aut futuris soleant agitari, nec in speciem possint transactam revocari; pronuntiatumque est praeteritum quoque tempus optanti necessarium, quia saepe in longinquis quid evenerit nescientes optamus evenisse quod nobis commodet. qui enim Olympiacae palmae desiderium habuit domi residens ipse, certatum equos suos cum aurigante filio misit, transacto iam die qui certamini status est, exitum adhuc nesciens et desiderium votis adiuvans, quid aliud dicere existimandus est quam εἴθε ὁ υἱός μου νενικήκοι? haec et quaestio et solutio cum latinitate communis est, quia in causa pari haec vox esse deberet optantis, 'utinam filius meus vicerit'. sed rari latinarum artium auctores admiserunt in optativo declinationem praeteriti perfecti, utinam vicerim. in hoc enim modo Latini tempora Graecorum more coniungunt, inperfectum cum praesenti, plusquamperfectum cum perfecto, et hoc adsignant duobus antecedentibus, quod in coniunctivo praeteriti inperfecti fuit, utinam legerem, hoc duobus sequentibus, quod in coniunctivo plusquamperfecti fuit, utinam legissem, et hoc dant futuro, quod habuit coniunctivus praesentis, utinam legam. sunt tamen qui in praeterito perfecto adquiescant, utinam legerim, quorum sententiae graeca ratio, quam supra diximus, opitulatur. in graeco optativo quae in μι exeunt activa tantum sunt, quae in μην passiva tantum vel passivis similia, λέγοιμι λεγοίμην. sed quae in ην exeunt praecedente vocali modo activa, modo passiva sunt; et *activa* non nisi ex illis verbis veniunt quae in μι exeunt, φαίην δοίην, passiva autem et de iisdem verbis fiunt, ut δοθείην τεθείην, et de exeuntibus in ω, ut νυγείην δαρείην. activa

---

9 *lacunam neglegentia excerptoris, ut videtur, commissam indicavi.* qui poterit socios tueri, si dilectum rerum utilium et inutilium non habebit. *exc. Bob. in fragmentis librorum de legibus posuit Halmius p.* 923 in primo de re publica] 13, 20 libenter tibi, Laeli, ut de eo disseras equidem concessero 14 agitari *Ianus* accitari *P* in specie possint transacta *P* 18 missit *P*: *fortasse* miserit. '*dicendum erat aut* et- misit *aut* si- misit' *Ianus* 21 et absolutio *P* 29 praesens *P* 30 in] et *P* 34 et non nisi *P:* activa *addidit Ianus. fortasse tamen plura de activis optativis vel excerptoris vel librariorum culpa ante* et *perierunt*

p. 2757—59 P.

ergo quae in *μι* exeunt mutant *μι* in *μην* et passiva faciunt, *λέγοιμι λεγοίμην*. quae vero in *ην* exeunt, *μ* interserunt et in passivum transeunt, *τιθείην τιθείμην*, *διδοίην διδοίμην*. Graeci omne tempus optativi modi maius syllaba proferunt, | quam fuit in indicativo, *ποιῶ ποιοῖμι*, *πεποίηκα πεποιήκοιμι*, *ποιήσω ποιήσοιμι*: aoriston enim praetereo, quod latinitas nescit. ideo *ἠβῷμι* et *ἠβῴοιμι* apud Graecos legimus, quia propter necessarium augmentum syllabae *ἀπὸ τοῦ ἠβῶ* fit *ἠβῷμι*, *καὶ ἀπὸ τοῦ ἠβάω* fit *ἠβάοιμι*. omne apud Graecos optativum singulare habet sine dubio in paenultima diphthongum quae per *ι* conponitur, *λέγοιμι γράψοιμι σταίην δοίην*. unde et *HBΩIMI*, post *ω* ascribitur *ι*, ne sine hac vocali optativi paenultima proferatur. graeca quae in *μι* exeunt *ι* ultimum in *εν* mutant et fiunt pluralia, *ποιοῖμι ποιοῖμεν*, *γράφοιμι γράφοιμεν*. semper apud Graecos pluralis prima persona aut unam vocalem habet in paenultima praecedentem, ut *σταίημεν νυγείημεν*, aut duas, ut *λέγοιμεν γράφοιμεν*. sed priora fine mutato in *σαν* tertiam personam de se efficiunt, sequentia vero *μ* subtracto idem faciunt, *σταίημεν σταίησαν*, *λέγοιμεν λέγοιεν*. passiva Graecorum quae in *μην* exeunt hanc ipsam syllabam in *ο* mutant et secundam personam faciunt, *ποιοίμην ποιοῖο*, *γραφοίμην γράφοιο*: quae vero in *ην*, *ν* in *σ* mutant et faciunt secundam, *σταίην σταίης*, *δοίην δοίης*. ipsa vero secunda persona, si in *ο* exit, addit *τ* et facit tertiam *ποιοῖο ποιοῖτο*, *γράφοιο γράφοιτο*: quae in *σ* desinit, hoc amittit et facit tertiam, *σταίης σταίη*, *δοίης δοίη*.

De infinito modo. infinitum modum, quem *ἀπαρέμφατον* dicunt, 161 V.
quidam Graecorum inter verba numerare noluerunt, quia nullius *ἐγκλίσεως* verbum verbo alterius iunctum efficit sensum (quis enim dicat *βουλοίμην λέγω*, *λέγοιμι βούλομαι*, *γράφοιμι τρέχω*?); aparemphatum vero cum quolibet modo iunctum facit sensum, *θέλω γράφειν*, *θέλε γράφειν*, *ἐὰν θέλω γράφειν*, *εἰ θέλοιμι γράφειν*. similiter et apud Latinos dici non potest velim scribo, debeam curre et similia. dicuntque adverbium esse magis, quia infinitum, sicut adverbium, praeponitur et postponitur verbo, ut *γράφω καλῶς*, | *καλῶς γράφω*, scribo bene, bene scribo, *ἑλληνιστὶ διαλέγομαι*, *διαλέγομαι ἑλληνιστί*, latine loquor, loquor latine; ita et hoc, *θέλω γράφειν*, *γράφειν θέλω*, volo scribere, scribere volo, *ἐπίσταμαι τρέχειν*, *τρέχειν ἐπίσταμαι*, scio loqui, loqui scio. nec mirum aiunt, cum multa adverbia nascantur a verbis, hoc quoque ex verbo esse profectum. si enim *ἑλληνίζω ἑλληνιστί* facit et *κάμνω ἀκμητί*, cur non et *ἀπὸ τοῦ γράφω* nascatur adverbium *γράφειν*? hoc etiam addunt: si ab eo quod est *γράφω* cum fit *γράφων*, iam verbum non dicitur, sed participium, quia ultimam mutat et personam amittit,

12 *εν*] *ην P* *ποιοῖμεν*] *ποιοιμην P* 13 *γράφοιμεν*] *γραφοιμην P* 15 ut *λεγοιμην γραφοιμην P* 16 *σταίημεν*] *σταιημην P* 17 *λέγοιμεν*] *λεγοιμην P* 27 paremphatum *P* 30 curre *p* currere *P*

p. 2759. 60 P.

cur non et γράφειν in alterum nomen migret ex verbo, cum non solum finem moveat, sed etiam significationem personae numerique perdat, maxime cum, sicut participium in distinctionem personarum additamento pronominis mutatur, ἐμὲ φιλῶν, σὲ φιλῶν, ἐκεῖνον φιλῶν, ita et ἀπαρεμφάτῳ contingit, ἐμὲ φιλεῖν, σὲ φιλεῖν, ἐκεῖνον φιλεῖν? sed illi qui talia de infinito putant hac maxime ratione vincuntur, quod in adverbio temporum significationes non de eiusdem soni inflexione nascuntur, sed ut tempora mutantur et voces, νῦν πάλαι ὕστερον, nunc antea postea; in infinito autem vox eadem paululum flexa tempus inmutat, γράφειν γεγραφέναι γράψειν, scribere scripsisse scriptum ire. nec omne ἀπαρέμφατον cuicumque verbo iunctum sensum exprimit, sed illis tantum quae nullam rem per se dicta significant, quae ab illis προαιρετικά, ab his arbitraria non absurde vocari possunt, quia per ipsa significatur dispositionem seu amorem vel arbitrium subesse nobis rei adhuc incertae, sed per adiunctionem verbi alterius exprimendae. nam ἐσθίω μετὰ τοῦ τύπτειν aut περιπατῶ μετὰ τοῦ πλουτεῖν iungi non possunt. item lego cum sedere iunctum aut scribo cum caedere nullam efficit sensus perfectionem, quia et lego rem significat et sedere, et scribo similiter et caedere. si vero dixero volo aut opto aut soleo aut incipio et similia, nullam rem ex huius modi verbi pronuntiatione significo; et haec sunt vel talia quae bene aparemphatis | implicantur, ut ex uno arbitrium, ex altero res notetur, volo currere, opto invenire, dispono proficisci, soleo scribere. ex hoc intellegitur maximam vim verbi in infinito esse modo, siquidem verba rerum nomina sunt, et videmus ab aparemphatis rei significationem alteris quoque verbis non habentibus accommodari. adeo autem hic modus absolutum nomen rerum est, ut in significationibus rerum, quas Aristoteles numero decem κατηγορίας vocat, quattuor per ἀπαρέμφατον proferantur, κεῖσθαι ἔχειν ποιεῖν πάσχειν. graeco vocabulo propterea dicitur ἀπαρέμφατον, quod nullum mentis indicat affectum. nam γράφω τύπτω τιμῶ et rem et ipsum animi habitum expressit agentis; γράφειν vero vel τύπτειν vel τιμᾶν nullam continet affectus significationem, quia incertum est quid sequatur, θέλω μέλλω διατυπῶ, an contra οὐ θέλω οὐ μέλλω οὐ διατυπῶ. hinc de ipsius declinatione tractemus.

Graeci infiniti unum tempus duo tempora conplectitur indicativi modi: ποιῶ ἐποίουν in indicativo, in infinito autem ita pronuntiatur, ἐνεστῶτος καὶ παρατατικοῦ ποιεῖν, item πεποίηκα ἐπεποιήκειν et in infinito παρακειμένου καὶ ὑπερσυντελικοῦ πεποιηκέναι. apud Graecos omne ἀπαρέμφατον aut in ν desinit aut in αι diphthongum. sed et cum in ν desinit, diphthongus praecedat necesse est, ut ποιεῖν χρυσοῦν. ideo τῷ *BOAIN* ἰῶτα ascribitur, ne sit ἀπαρέμφατον sine diphthongo.

---

8 ut tempora mutenturo vces etiam permutantur *exc. Bob.*

p. 2760. 61 P.

unde quae in *ην* desinunt, ut *ζῆν πεινῆν διψῆν*, non sunt communia, sed dorica, ut *ὁρῆν*. eiusdem sunt dialecti et quae in *εν* exeunt, ut *ἀπὸ τοῦ νοεῖν νοέν* et *ἀπὸ τοῦ δασμηφορεῖν δασμηφορέν*: licet sint et communia in *εν*, sed integritatis extremitate praecisa, ut est *ἀπὸ τοῦ ἔμεναι ἔμεν, ἀπὸ τοῦ δόμεναι δόμεν*. perfecti temporis indicativi Graecorum tertia persona fini suo adiecta *ναι* syllaba transit in *ἀπαρέμφατον, πεποίηκε πεποιηκέναι, λέλεχε λελεχέναι*. Latini primae personae perfecti addunt geminatum ss et e, dixi dixisse. Graeci | *ἀπαρέμφατα* sua activa in *αι* desinentia per omnes semivocales litteras proferunt excepto *ξ, στεῖλαι νεῖμαι χρῆναι σπεῖραι νοῆσαι λέξαι γράψαι*: excepta sunt *εἶπαι καὶ ἐνέγκαι*, quae sola non semivocales sortita *sunt*, sed mutas. passiva vero per unam tantum litteram *θ* proferuntur praemissa aut liquida, *κεκάρθαι τετίλθαι ἐρράνθαι*, aut *σ, λέγεσθαι φιλεῖσθαι*, aut altera ex mutis quae vocantur *δασεῖαι*, id est sive *χ*, ut *νενύχθαι*, sive *φ*, ut *γεγράφθαι*. cum Latini nullum infinitum monosyllabum habeant, Graeci paucissima habent, quae referuntur ad solam secundam *συζυγίαν περισπωμένων*, ut *σπᾶν θλᾶν*. etenim *πνεῖν χεῖν ῥεῖν* non sunt integra, sed ex collisione contracta: fuit enim integritas *πνέειν χέειν ῥέειν*, et medio *ε* subtracto in unam syllabam sunt redacta et ex themate verborum veniunt *πνέω χέω ῥέω*. nullum enim graecum verbum *ἀπαρέμφατον* ex verbo in *ω* desinente factum non eundem numerum syllabarum tenet, qui in prima positione verbi fuit, *νοῶ νοεῖν, τιμῶ τιμᾶν, χρυσῶ χρυσοῦν, τρέχω τρέχειν, τύπτω τύπτειν*: sic *πνέω πνέειν, χέω χέειν, ῥέω ῥέειν*, ex quibus *πνεῖν χεῖν ῥεῖν* sunt facta. *ἀπαρέμφατα* quae in *ν* desinunt, si de verbo sunt perispomeno, amisso *ν* et accepta syllaba *σθαι* faciunt ex se passiva, *ποιεῖν ποιεῖσθαι, τιμᾶν τιμᾶσθαι, δηλοῦν δηλοῦσθαι*. quodsi sint de barytono, etiam *ι* amittunt, *λέγειν λέγεσθαι, γράφειν γράφεσθαι*. fiunt et de indicativo passivo: mutat enim *τ* in *σ* καὶ *θ* et facit *ἀπαρέμφατον*. nec solum hoc in praesenti tempore, sed *εἰ* in praeterito et futuro, *φιλεῖται φιλεῖσθαι, πεφίληται πεφιλῆσθαι, φιληθήσεται φιληθήσεσθαι*. est et alia diligentior observatio circa *παρακείμενον*. nam quotiens in paenultima habet *κ*, tunc amissa utraque syllaba et accepta *σθαι* in passivum transit, *πεπατηκέναι πεπατῆσθαι, γεγελακέναι γεγελάσθαι, πεπλυκέναι πεπλύσθαι*: aut interdum *θαι* solam accipit sine *σ*, sed tunc quotiens ante *κ* liquida reperitur, ut *τετιλκέναι τετίλθαι, κεκαρκέναι κεκάρθαι, ἐρραγκέναι ἐρράνθαι*: unde intellegitur in verbo *γ*, quod fuit ante *κ*, *δυνάμει ν* fuisse. quodsi *παρακείμενος* activus habuit in paenultima aut *φ* aut *χ*, tunc | quoque *θ* accipit, *γεγραφέναι γεγράφθαι, νενυχέναι νενύχθαι*. Latini futuri in- 163 V.

---

7 *λελεχε* om. *P*, *add. p* 10 *χρῆναι*] *χρεῖναι P* 11 sortita sed multas *P* 13 *καικαρθαι P* *φιλεσθαι P* 16 referantur *P* 29 sed in praeterito *P* 30 *πεφιλητε πεφιλησθαι πεφιληθησεται πεφιληθησεσθαι P* 36 *καικαρκεναι καικαρθαι P* 37 ante *κ p* ante *χ P* 39 *νενυχέναι p νεχεναι P*

p. 2762. 63 P.

finitum faciunt adiuncto participio vel magis gerundi modo ire seu iri et vel in passivo doctum iri vel in activo doctum ire pronuntiant. ἀπαρέμφατα quae in θαι exeunt aut tertium a fine acutum sortiuntur, ut λέγεσθαι γράφεσθαι, aut secundum, ut τετίλθαι κεκάρθαι, aut circumflectunt paenultimam, ut ποεῖσθαι νοεῖσθαι. ἀπαρέμφατον quod in θαι exit, si habeat in paenultima υ, modo praesentis temporis est, modo praeteriti perfecti, et hanc diversitatem discernit accentus. nam si tertius a fine sit, praesens tempus ostendit, ut ὄλλυσθαι ῥήγνυσθαι ζεύγνυσθαι: si secundus, praeteritum perfectum, ut λελύσθαι ἐξύσθαι. unde εἴρυθαι, si in capite habeat accentum, σημαίνει ἕλκεσθαι, quod est praesentis; si in paenultima sit, σημαίνει εἱλκύσθαι, quod est praeteriti, 'νῆα κατειρύσθαι'. in ἀπαρεμφάτοις compositio non mutat accentum, sed hunc composita custodiunt, qui simplicibus adhaerebat, φιλεῖσθαι καταφιλεῖσθαι, κεῖσθαι κατακεῖσθαι. denique καταγραψαι, quia et activi aparemphati est et passivi imperativi, cum est aparemphati, in verbo habet accentum, καταγράψαι, at cum est imperativi, ad praepositionem recurrit, κατάγραψαι. in infinito graeco praeteritum perfectum, si dissyllabum fuerit, omni modo a vocali incipit, ὦφθαι εἶρχθαι. si ergo inveniantur dissyllaba huius modi a consonantibus incipientia, manifestum est non esse integra, ut πέρθαι βλῆσθαι δέχθαι, quorum integra
164 V. sunt πεπέρθαι βεβλῆσθαι δεδέχθαι. Graeci aparemphato non numquam pro imperativo utuntur, Latini pro indicativo:

θαρσῶν νῦν, Διόμηδες, ἐπὶ Τρώεσσι μάχεσθαι,

id est μάχου, hic pro imperativo; at pro indicativo Sallustius 'hic ubi primum adolevit, non se luxuriae neque inertiae corrumpendum dedit, sed, ut mos gentis illius est, iaculari, equitare, et cum omnes gloria anteiret, omnibus tamen carus esse'; idem 'pleraque tempora in venando agere, leonem atque alias feras primus aut in primis ferire, plurimum facere, | minimum de se loqui'. infinitum non numquam pro coniunctivo ponunt: Cicero pro Sestio 'rei publicae dignitas me ad se rapit et haec minora relinquere hortatur' pro 'hortatur ut relinquam'; 'hortor amare focos' pro 'hortor ut ament'. ponunt et pro gerundi modo: Cicero pro Quintio 'consilium cepisse hominis fortunas funditus evertere' pro evertendi; Vergilius

sed si tantus amor casus cognoscere nostros

pro cognoscendi; et aliter Terentius in Hecyra 'it ad eam visere' pro visitatum;

et cantare pares et respondere parati

4 καικαρθαι *P* 7 perfecti *p* inperfecti *P* 12 νῆα] *Hom. Od.* Ξ 332 15 cum est aparemphatum *P* 16 accentum et cum est imperatiuum *P* 23 θαρσῶν] *Hom. Il.* Ε 124 24 Sallustius] *Iugurth.* 6, 1 31 pro Sestio] 3, 7 32 hortor] *Verg. Aen.* III 134 33 ponuntur *P* 34 pro Quintio] 16, 53 coepisse *P* 36 sed] *Verg. Aen.* II 10 37 in Hecyra] I, 2, 114 39 et cantare] *Verg. bucol.* 7, 5

p. 2763. 64 P.

pro ad respondendum. ponunt et pro participio praesentis: Varro in Scaevola 'et ut matrem audivi dicere', Cicero in Verrem 'Charidemum Chium testimonium dicere audistis' pro dicentem. eant nunc qui infinito caluminantur et verbum non esse contendunt, cum pro omnibus fere verbi modis probetur adhiberi.

DE INPERSONALIBVS

Sunt inpersonalia Graecis Latinisque communia, sunt tantum con- 164 V.
cessa latinitati. decet me te illum nos vos illos inpersonale est; sed et Graeci hoc verbo similiter utuntur, *πρέπει ἐμοὶ σοὶ ἐκείνῳ ἡμῖν ὑμῖν ἐκείνοις*. hoc autem inpersonale nascitur a verbo decco deces decet *decemus decetis decent*, *πρέπω πρέπεις πρέπει πρέπομεν πρέπετε πρέπουσιν*; 'decent domum columnae', *πρέπουσιν τῇ οἰκίᾳ οἱ κίονες*. 'placet mihi lectio' verbum est, 'placet mihi legere' inpersonale est: ita et apud Graecos *ἀρέσκει μοι ἡ ἀνάγνωσις* ad personam relatum est, *ἀρέσκει μοι ἀναγιγνώσκειν* inpersonale est * contingit me venisse. similiter apud Graecos *συνέβη μοι ἡ ἐλπίς* declinationis est, *συνέβη με ἐληλυθέναι* inpersonale est. poenitet me hoc est quod apud illos *μεταμέλει μοι*. inpersonalia apud Graecos per tempora non flectuntur: nam inpersonaliter *τρέχεται περιπατεῖται* nemo dicit. nullum inpersonale in pluralis numeri forma invenitur: nam 'bene legitur [liber]' inpersonale est, 'libri' autem '[bene] leguntur' elocutio est graecae similis *αἱ βίβλοι ἀναγινώσκονται*.

DE FORMIS VEL SPECIEBVS VERBORVM

His subiunguntur quae verborum formae vel species nominantur, me- 170 V.
ditativa inchoativa frequentativa et usurpativa. quae sunt fere propriae latinitatis, licet meditativam etiam Graeci habere putantur.

De meditativa. est autem meditativa quae significat meditationem rei 171 V.
cuius imminet et speratur effectus, ut parturio, quod est parere meditor, esurio, esse meditor; et sunt semper tertiae coniugationis productae. huic similis in graecis quoque verbis invenitur species, *θανατιῶ δαιμονιῶ βινητιῶ οὐρητιῶ ἐρωτιῶ*. his enim verbis temptamentum quoddam rei et meditatio, non ipse effectus, exprimitur. his similia videntur *ῥιγείω ὀκνείω γαμησείω πολεμησείω βρωσείω*.

De inchoativa. inchoativa forma est quae iam aliquid inchoasse 171 V.
testatur, ut pallescit, cui necdum diffusus est totus pallor. et haec forma

---

1 ponuntur *P* in Scaevola *Iamus* in scaeuolam *P* 2 in Verrem] *act. sec.* I 19, 50 3 Chium] cum *P* 4 contendant *P* 11 decemus decetis decent *om. P, add. Ianus* 15 contigit quoque potest et ex integra declinatione venisse, scilicet ut Turno contingat regia coniunx, potest et inpersonale esse *exc. Bob.* contingit mihi adventus (*aut* optatum *seu* spes), contingit mihi venisse *coniecit Zeunius* 19 *τρέχεται περιπατεῖται Ianus coll. exc. Bob. p.* 167 *τρεχειν περιπατειν P* 26 meditatiua *P* 31 *βινητιῶ exc. Bob.* κινητιω *P* *ἐρωτιῶ*] *ερωτιω P*

p. 2764. 65 P.

semper in sco quiescit (nec tamen omnia in sco inchoativa sunt) et semper, dum sit derivativa, tertiae coniugationis fieri cogitur. haec forma praeteritum nescit habere tempus perfectum. quid enim simul et adhuc incipere et iam praeterisse dicatur? hanc quoque formam sunt qui Graecis familiarem dicant, adserentes hoc esse μελαίνομαι καὶ θερμαίνομαι, quod est nigresco et calesco. sed apud illos *quoque* aliqua huius significationis in σκω exire contendunt, τελίσκω γαμίσκω τιτρώσκω γηράσκω. διδάσκω autem, licet eiusdem finis sit, nemo tamen perfectum et non inchoativum esse dubitavit. |

172 V. De frequentativa. frequentativa forma compendio latinitatis obsequitur, cum uno verbo frequentationem administrationis ostendit. haec forma non numquam uno gradu, non numquam duobus derivatur, ut cano canto cantito; nec tamen est in posterioribus maior quam in prioribus frequentationis expressio, sicut nec in diminutivis secundus gradus minus priore significat, anus anula anicula. sternuto frequentativum est a principali sternuo: Propertius

candidus augustae sternuit omen Amor.

pulto sunt qui accipiant pro eo quod est pulso et ἀττικισμόν quendam latinitatis existiment, ut apud illos θάλασσα θάλαττα, πλάσσω πλάττω: sed pultare est saepe pulsare, sicut tractare est saepe trahere. eructat frequentativum est a principali erugit * 'aquae vis'. et grassatur iteratio est a graditur: Sallustius 'cum inferior omni via grassaretur'. sunt quaedam huius formae sine substantia principalis, cyathissare tympanissare crotalissare: sunt quae magis moram quam iterationem explicant, 'hastamque receptat ossibus haerentem'. hic enim recipiendi difficultas sub specie frequentationis exprimitur. hanc formam in graecis verbis invenire non potui.

167 V. De usurpativa. hanc quidam gerundi modum vel participalem vocant, quia verba eius paene omnia similia participiis sunt et sola significatione distantia. nam 'vado salutatum' hoc est dicere 'vado salutare' aut 'ut salutem'. item 'ad salutandum eo' participium esse iam desinit, nisi adieceris vel hominem vel amicum: hac enim adiectione participii vim tenebit; sed tunc, cum ex verbo est habente passivam declinationem, ut 'ad videndum' 'ad salutandum'. 'ad declamandum' vero cum dico, non possum adicere illum, quia declamor latinum non est. haec forma lati-

---

6 quoque *om. P, add. exc. Bob.* 7 γερασκω *P* 9 dubitabit *Pontanus* 15 anula] anilla *P* 16 Propertius] II, 3, 24 21 *lacuna quam indicavi excidit prior pars versus Ennlani, qui est in exc. Bob. p.* 173 a verbo erugit, Ennius 'contempsit fontes quibus exerugit aquae vis'. *unde* erugit Ennius 'erugit aque vis' *coniecit Zeunius*, erugit Ennius 'exerugit aquae vis' *Ianus* 22 cum] dum *ex codice Pithoei edidit Carrio Sallust. fragm. p.* 204 *ed. Antv. a.* 1579, *quem reliqui editores Sallustii secuti sunt* omni vi *coniecit Douza in Sall. fr. p.* 141 *ed. Haverc.* 23 cyatissare *P* 25 hastamque] *Verg. Aen.* X 383 28 modi *P*

p. 2765—67 P.

nitati non solum praestat ornatum, sed illud quoque, | ut aliquid habere videatur quod Graeci iure desiderent.

DE GENERIBVS VERBORVM

Quod Graeci *διαθέσεις ῥημάτων* vocant, hoc Latini appellant genera 173 V.
verborum: affectus enim graeco nomine *διάθεσις* nuncupatur. Graeci igitur *διαθέσεις* hac distinctione definiunt. quae in *ω* exeunt activam vim significantia et iunguntur casibus vel genitivo vel dativo vel accusativo et accepta *μαι* syllaba transeunt in passiva, haec activa dixerunt, ut *ἄρχω σου, κελεύω σοι, τιμῶ σε*: haec adsumpta *μαι* passiva fiunt. contra *παθητικά* dixerunt quae in *μαι* desinentia significant passionem et necesse habent iungi genitivo cum praepositione *ὑπό* ac possunt amissa *μαι* syllaba in activum redire, *ἄρχομαι ὑπὸ σοῦ, κελεύομαι ὑπὸ σοῦ, τιμῶμαι ὑπὸ σοῦ*. cui ex supra scriptis definitionibus una defuerit, nec *ἐνεργητικόν* nec *παθητικόν* dicitur, sed si in *ω* exit, *οὐδέτερον* vel *ἀπολελυμένον* vocatur, ut est *ξῶ πλουτῶ ὑπάρχω ἑορτάζω*. in his iuvenies aliqua aperte et absolute actum, aliqua designantia passionem. nam *τρέχω ἀριστῶ περιπατῶ* de agente dicuntur, *νοσῶ* autem et *ὀφθαλμιῶ* sine dubio passionem sonant. sed neque activa illa dicuntur, quia et nulli de supra dictis casibus iungi possunt nec *μαι* recipiunt: nam nec *τρέχω σε* nec *ἀριστῶ σε* nec *περιπατῶ σε* dicitur, nec potest transire in *τρέχομαι ὑπὸ σοῦ, ἀριστῶμαι ὑπὸ σοῦ, περιπατοῦμαι ὑπὸ σοῦ*. sed nec *νοσῶ* et *ὀφθαλμιῶ*, quamvis verba sint passionis, dici *παθητικά* possunt, quia nec in *μαι* desinunt, nec quisquam significatur passionis auctor, nec subiungitur illis *ὑπὸ σοῦ*, quod proprium passivorum est. nam et in activo et in passivo debent omni modo duae, et administrantis et sustinentis, subesse personae. haec igitur, quia utroque nomine carent, apud illos *οὐδέτερα* vel *ἀπολελυμένα* dicuntur, sicut apud Latinos volo vivo valeo. sed sicut aliqua apud Graecos in *ω* exeuntia significant passionem, ita multa reperies | in *μαι* desinentia et activam tantum habentia significationem, ut *κήδομαί σου, φείδομαί σου, ἐπιμέλομαί σου, ἱππάζομαί σοι, μάχομαί σοι, διαλέγομαί σοι, δωροῦμαί σοι, χαρίζομαί σοι, εὔχομαί σοι, ἄγαμαί σε, περιβλέπομαί σε*. sunt apud Graecos communia, quae ab illis *μέσα* vocantur, quae, dum in *μαι* desinant, et actum et passionem una eademque forma designant, ut *βιάζομαί σε καὶ βιάζομαι ὑπὸ σοῦ, ἀνδραποδίζομαί σε καὶ ἀνδραποδίζομαι ὑπὸ σοῦ*. sola quoque passiva hoc nomine, id est *μέσα*, vocantur, ut *ἠλειψάμην ἠσάμην ἐλουσάμην*. haec enim licet *τῆς μέσης διαθέσεως* dicant, nihil tamen aliud significant nisi *πάθος*: nam hoc est *ἠλει-*

---

2 quod Graeci *exc. Bob.* quae graeci *P* 4 *διαθεσις P διάθεσιν p* 9 *σοι*] *σου P* 16 designantia *Ianus* designant *P* designare *p* 29 desinentia, quae casibus iunguntur et actiuam tantum habent significationem *coniecit Opsopoeus* 30 habentia *Ianus* habent *P* 31 *ιππαζομαι σου P* *διαλεγομαι σου P* *χαρίζομαι*] *καρζομαι P*

p. 2767. 68 P.

ψάμην quod ἠλείφθην: hoc est ἠσάμην quod ἧσθην. item ἐγραψάμην ἐφάμην ἐδόμην μέσα appellant, cum nihil significant praeter actum. hoc est enim ἐγραψάμην quod ἔγραψα, nec umquam dicitur ὑπὸ σοῦ ἐγραψάμην, et hoc ἐφάμην quod ἔφην, hoc est ἐδόμην quod ἔδων. ergo et illa quae superius diximus, φείδομαί σου, κήδομαί σου, ἱππάζομαι μάχομαι διαλέγομαι περιβλέπομαι δωροῦμαι χαρίζομαι εὔχομαι ἄγαμαι, cum actum solum significent, μέσα tamen appellantur: licet his similia Latini non communia, sed deponentia nominent. est et haec Graecorum a latinitate dissensio, quod, cum Latini numquam verbum commune dicant, nisi quod sit simile passivo, Graeci tamen quaedam et activis similia μέσα dixerunt, ut πέπηγα, quod μέσον dicitur et sub activo sono solam significat passionem: hoc est enim πέπηγα quod πέπηγμαι. πέπληγα vero, ἀφ' οὗ τὸ 'πεπληγὼς ἀγορῆθεν', καὶ κέκοπα, ἀφ' οὗ τὸ 'ἀμφοτέρω κεκοπώς', tam de actu quam de passione dicuntur. lectum est enim et πεπληγώς σε et πεπληγὼς ὑπὸ σοῦ, 'πεπληγὼς ἀγορῆθεν' καὶ 'ῥάβδῳ πεπληγυῖα'. similiter apud Latinos quaedam modo neutra, modo fiunt deponentia, ut labo labor, fabricor fabrico, ructo et ructor: quod etiam Graeci non ignorant, βουλεύομαι βουλεύω, πολιτεύομαι πολιτεύω.

DE DEFECTIVIS VERBIS

192. 175 V. Tam apud Graecos quam apud Latinos deficiunt verba in declinatione. | tribus enim modis dicunt verborum evenire defectum, aut intellectu exigente aut litteris non convenientibus aut usu desistente. in primis duobus necessitati, in tertio vero reverentiae obsequimur vetustatis. intellectu deficiunt illa quae dicuntur πεποιημένα, id est quae ad similitudinem soni alicuius expressa sunt, ut λίγξε βιός, σίζε ὀφθαλμός et similia. in his enim verbis nec ulla persona nec modus declinationis quaeritur. litterarum inconvenientia deficiunt, quotiens verbum habet ante ω μ vel μν: haec enim secundum regulam suam proferri vel in παρακειμένῳ seu ὑπερσυντελικῷ vel in ἀορίστῳ seu μέλλοντι non possunt, ut νέμω cum regulariter fieri debuisset νένεμκα ἐνενέμκειν, quia non potuerunt hae litterae convenire, intercessit η, νενέμηκα ἐνενεμήκειν: item ἐνέμθην vel νεμθήσομαι eandem sumpsere litteram propter euphoniam, ἐνεμήθην νεμηθήσομαι. item tertia persona singularis, quae τ habet in ultima syllaba, accepta ν facit pluralem, λέγεται λέγονται, μάχεται μάχονται: verum κέκαρται in plurali declinatione ν non potuit admittere, ideoque defecit: sic ἔσταλται, sic κέκοπται et alia

---

3 ὑπὸ σοῦ ἐγραψάμην *Leunius* προεγραφαμην *P* 5 φείδομαι *Leunius* φιλομαι *P* 6 εὔχομαι *Ianus* ερχομαι *P* 13 πεπληγὼς] *Hom. Il. B* 264 αγορηθην *P* 14 ἀμφοτέρω] *Il. N* 60 16 αγορηθην *P* ῥάβδω] *Hom. Od. K* 238. 319 26 λίγξε] *Hom. Il. Δ* 125 σίζε] *Hom. Od. I* 394 30 seu mellonte *P* 33 item ενεμφθην uel νεμφθησομαι *P* 34 item in tertia persona singulari *P*

p. 2768—70 P.

mille, et remedium de participio mutuata sunt. alia sunt apud illos quae consuetudo destituit, ut omnia verba quae desinunt in *νω*, *λανθάνω ἀνδάνω μανθάνω*, quae non nisi usque ad praeteritum inperfectum declinantur; similiter et quae in *σκω*, *γηράσκω τελίσκω γαμίσκω τιτρώσκω*. nam quod legimus *διδάξω*, a themate est non *διδάσκω*, sed *διδάχω*, cuius indicium est *διδαχή*. idem patiuntur quae in *υω* exeunt dissyllabis maiora, *ὀμνύω ὄμνυμι*, *πηγνύω πήγνυμι*, *ῥηγνύω ῥήγνυμι*. similiter inperfectum praeteritum non excedunt et quae in *ειω* exeunt, ut *ὀκνείω γαμησείω βρωσείω*, nec non et quae ex monosyllabo per *ἰῶτα* geminantur, ut *τρῶ τιτρῶ*, *βῶ βιβῶ*, *χρῶ κιχρῶ*. haec omnia usque ad inperfectum tempus possunt extendi, non plus. apud Latinos deficiunt inquam et sum. nam sequentes personae analogiam primae personae non servant: alterum enim facit inquam inquis inquit, alterum sum es est, | et illud quidem in reliquis omnibus deficit temporibus; sum vero in aliud transit, ut tempora conpleat, eram fui ero. sunt quae in prima solum persona deficiunt, ovas ovat: ovo enim lectum non est: similiter daris datur. soleo nescit futurum; | verro perfectum ignorat. genui ex quo themate venit nullus scit, licet Varro dixerit genunt. nec mirum: nam et apud Graecos tam praeterita invenies quam futura quae praesenti careant, *ἤνεγκα ἔδραμον οἴσω*.

---

6 idem *Ianus* item *P* 14 defeci: *P* 18 Varro] in andabata 'sed quod haec loca aliquid genunt' *Priscianus l.* X *p.* 528, 26 20 *οισω*. explicuit defloratio de libro ambrosii macrobii theodosii quam iohannes carpserat ad discendas grecorum uerborum regulas *P. sequuntur deinde in codice haec, quae excerptor Macrobii subiecisse videtur: Τὸ ῥῆμα ἐνεργητικὸν τῆς ὁριστικῆς ἐγκλίσεως κατὰ πρώτην τὴν συζυγίαν περισπωμένων· ἐνεστῶτος ποιῶ ποιεῖς ποιεῖ ποιοῦμεν ποιεῖτε ποιοῦσι, παρατατικοῦ ἐποίουν ἐποίεις ἐποίει ἐποιοῦμεν ἐποιεῖτε ἐποίουν, παρακειμένου πεποίηκα πεποίηκας πεποίηκε πεποιήκαμεν πεποιήκατε πεποιήκασι, ὑπερσυντελικοῦ ἐπεποιήκειν ἐπεποιήκεις ἐπεποιήκει ἐπεποιήκειμεν ἐπεποιήκειτε ἐπεποιήκεισαν, μέλλοντος ποιήσω ποιήσεις ποιήσει ποιήσομεν ποιήσετε ποιήσουσι.* imperativus *ἐνεστῶτος καὶ παρατατικοῦ ποίει ποιείτω ποιεῖτε ποιείτωσαν, παρακειμένου καὶ ὑπερσυντελικοῦ πεποίηκε πεποιηκέτω πεποιήκετε πεποιηκέτωσαν, ἀορίστου καὶ μέλλοντος ποίησον ποιησάτω ποιήσατε ποιησάτωσαν.* coniunctivus *ὑποτακτικός ἐνεστῶτος καὶ παρατατικοῦ ἐὰν ποιῶ ἐὰν ποιῇς ἐὰν ποιῇ ἐὰν ποιῶμεν ἐὰν ποιῆτε ἐὰν ποιῶσιν, παρακειμένου καὶ ὑπερσυντελικοῦ ἐὰν πεποιήκω ἐὰν πεποιήκῃς ἐὰν πεποιήκῃ ἐὰν πεποιήκωμεν ἐὰν πεποιήκητε ἐὰν πεποιήκωσιν, μέλλοντος ἐὰν ποιήσω ἐὰν ποιήσῃς ἐὰν ποιήσῃ ἐὰν ποιήσωμεν ἐὰν ποιήσητε ἐὰν ποιήσωσιν.* optativus *ἐνεστῶτος καὶ παρατατικοῦ ποιοῖμι ποιοῖς ποιοῖ ποιοῖμεν ποιοῖτε ποιοῖεν, παρακειμένου καὶ ὑπερσυντελικοῦ πεποιήκοιμι πεποιήκοις πεποιήκοι πεποιήκοιμεν πεποιήκοιτε πεποιήκοιεν, ἀορίστου ποιήσαιμι ποιήσαις ποιήσαι ποιήσαιμεν ποιήσαιτε ποιήσαιεν, μέλλοντος ποιήσοιμι ποιήσοις ποιήσοι ποιήσοιμεν ποιήσοιτε ποιήσοιεν.* infinitivus *ἐνεστῶτος καὶ παρατατικοῦ ποιεῖν, παρακειμένου* et *ὑπερσυντελικοῦ πεποιηκέναι, ἀορίστου ποιῆσαι, μέλλοντος ποιήσειν.*

Quoniam Macrobius Theodosius librum de differentiis deque societatibus verborum utriusque linguae, graecae scilicet atque latinae, composuit, in quo varie confuseque verborum regulas miscuerit, visum mihi est primo eundem eiusdem eodem quo ipse usus est ordine breviter deflorare, aliquando permutatis, saepius eisdem quibus et ille utendo sermonibus; deinde singularum coniugationum regulas, in quantum ex rationibus praedicti auctoris colligi potuerunt, exponere. in quibus siquis multa nos praetermisisse perspexerit, sciat illud non nostra desidia esse factum, sed quia de his quae intacta videntur aut ambiguam aut nullam potuimus invenire rationis auctoritatem. quaedam tamen inserimus, quae nobis ex proportione aliorum verisimilia fieri visa sunt. cum igitur Graeci coniuga-

tionum suarum numerum denario contineant, verborum tamen omnium bina divisio est. aut enim in περισπώμενα, id est in ea quae ultimam circumflectunt, aut in βαρύτονα, hoc est paenultimam gravem habentia, dividuntur. addunt quidam tertiam speciem quam ηρησυνην (*fort.* epicoenon) vocant, id est acualem: habet enim, ut dicunt, acutum in ultima. Macrobius vero duas tantum species ostendit, unam in his in quibus, ut diximus, ultimam semper circumflexus tenet accentus, atque ideo περισπωμένη meruit appellari, alteram quae, dum immutabiliter in paenultima gravem teneat, nullum tamen in fine certum potest habere sonum. denique barytona dicitur, id est tono extranea in ultima, non quia non habeat, sed quod certum stabilemque habere non possit. aliquando namque gravatur, aliquando vero acuitur, numquam tamen circumflectitur. hoc etiam videtur non esse transeundum, quod, cum quorundam auctoritas sola perispomena ipsiusque tertiae speciei, quam illi addunt, verba ω naturaliter producto terminari contendat, barytona vero semper ο naturaliter correpto, omnia Graecorum verba una eademque littera, producta scilicet ω, Theodosius finiri pronuntiet. inde fit ut illorum finem accentus discernat, non tempus. videtur quoque idem simili ratione velle, non tamen affirmare, omnia Latinorum verba rationabilius secundum graecam formam ο producto concludi quam correpto, cum iuxta paene omnes dichronum sit. prima igitur species in tribus coniugationibus concluditur, in quibus circumflexus ultimam tamquam perpetuam possidet sedem. secunda vero sex vel septem videtur conprehendere syzygias, quarum paenultimas gravi accentu non dubitant naturaliter esse possessas. quorum omnium regulas modo generales modo speciales, non tamen plene, docendas esse promisimus. in qua tamen promissione lectorem praemonemus, ne plus quaerat, quia nec plus inveniet, quam quae pertinent ad declinationem conformationemque verborum, in quibus paene tota huius libelli utilitas, si aliquantula quidem est, versatur. hinc iam tractare incipientes, primo de perispomenis dicemus, quorum prima ω productum primae personae in εις diphthongum convertens secundam efficit personam, ut φιλῶ φιλεῖς, ipsa autem secunda σίγμα sublato tertiam gignit, φιλεῖ. notandumque quod omnes personae singulares in hac coniugatione, sicut et in aliis duabus eiusdem speciei, et aequalem syllabarum numerum teneant et circumflexum semper in ultima custodiant. prima etiam pluralis a singulari prima egreditur, converso scilicet ω in ου diphthongum adiecta syllaba μεν, φιλῶ φιλοῦμεν; secunda pluralis a tertia singulari addita τε, φιλεῖ φιλεῖτε; tertia vero pluralis a prima eiusdem numeri nascitur mutata μεν in σι, φιλοῦμεν φιλοῦσιν (*l.* φιλοῦσι). sic igitur verbum activum praesentis temporis indicati (*l.* indicativi) modi primae coniugationis circumflexibilium flectitur, φιλῶ φιλεῖς φιλεῖ, pluraliter φιλοῦμεν φιλεῖτε φιλοῦσιν. passivi quoque generis prima persona singularis ab activa prima singulari fit converso ω in ου et adsumpta μαι, φιλῶ φιλοῦμαι: secunda semper minor una syllaba quam prima invenitur, et in ητα desinit, φιλοῦμαι φιλῇ: tertia vero a prima eiusdem generis mutato μ in τ et diphthongo ου in ει diphthongum conversa, φιλοῦμαι φιλεῖται, semperque prima et tertia aequasyllabae fiunt. prima persona pluralis a prima plurali activa abiecta ν et addita θα ubique fit, φιλοῦμεν φιλούμεθα: secunda pluralis activa movet ταῦ ultimae suae in σίγμα et θῆτα, fitque passiva φιλεῖτε φιλεῖσθε: tertia pluralis a tertia singulari passiva oritur addito ν ad τ et paenultima primae personae singularis servata, φιλεῖται φιλοῦνται. igitur passivi verbi declinatio sic est: φιλοῦμαι φιλῇ φιλεῖται, pluraliter φιλούμεθα φιλεῖσθε φιλοῦνται.

p. 187. 88 V.

II

EXCERPTA DE LIBRO

MACROBII THEODOSII

DE VERBORVM GRAECI ET LATINI DIFFERENTIIS VEL SOCIETATIBVS

THEODOSIVS SYMMACHO SVO SALVTEM DICIT

Cum vel natura vel usus loquendi linguas gentium multiplici diver- 599, 5
sitate variasset, ceteris aut anhelitu aut sibilo explicantibus loqui suum,
solis graecae latinaeque et soni leporem et artis disciplinam atque in ipsa
loquendi mansuetudine similem cultum et coniunctissimam cognationem
dedit. nam et isdem orationis partibus absque articulo, quem Graecia
sola sortita est, et isdem penes singulas partes observationibus sermo
uterque distinguitur, pares fere in utroque conponendi figurae, ut prope-
modum qui utramvis artem didicerit ambas noverit. sed quia ita natura
fert, ne quid sic esse alteri simile possit, ut idem illi sit (necesse est
enim omne quod simile est aliqua differentia ab eo cui confertur recedat),
ideo, cum partes orationis in utraque lingua arta inter se similitudine
vincirentur, quasdam tamen proprietates, quibus seorsum insignirentur,
habuerunt, quae graeco nomine idiomata vocantur.

Item prima utriusque verbi societas in hoc est, quod neutrum eorum 599, 12
in casus flectitur; deinde quod utrumque comitatur persona numeri figura
coniugatio tempus modus, quem *Graeci* enclisin vocant, Latini | cum formis
in qualitate posuerunt, genus, quod apud Graecos diathesis nuncupatur.
horum singulis inspectis sollertius quae in his diversa sunt non latebunt.
circa casus, ut diximus, utrisque perfecta communio est. prima utriusque
verbi societas est in hoc: nam et neutrum casibus declinatur et utrumque
similiter universis paene casibus servit, ut misereor illius, parco illi, ve-
neror illum, venio ab illo, nitor illo; item φροντίζω τοῦδε, πείθομαι
τῷδε, φιλῶ τόνδε. ablativum enim vel quem dicunt septimum Graecia
non recipit. eadem illis et in personis similitudo est, quia in utroque
verbo III eaedem personae sunt, prima voco, secunda vocas, tertia vocat,
et apud illos καλῶ καλεῖς καλεῖ. haec sunt fere quae habent ita inter

B codex Bobiensis nunc Vindobonensis 16

---

1 Incipiunt pauca excerpta de libro macrobii theodosii. theodosius — dicit. De verborum — societatibus. Com *B* 8 narietatesset *corr.* diuersitate nariasset *B* hanelatu *B* anhelatu *ed. Vind.* 11 absque] atque *B* 22 Graeci *om. B* nenclisin *B* 25 circasus *B* 27 misereor] mereor *B* 30 utroque] utro *B*

p. 188—91 V.

se communia, ut in illis omnino non differant. at in numeris haec una dissensio est, quod δυϊκόν usus in latinitate nullus admisit. nam qui putant fecere dixere dualis esse numeri, subinepti sunt arguente Vergilio, qui verbis talibus universitatem vult continere, ut 'conticuere omnes' et 'una omnes fecere pedem'.

600, 19 Nigidius in commentariis grammaticalibus verbum autumo compositum ait ex praepositione ab et verbo aestimo, dictumque intercise autumo, tamquam si diceretur abaestimo, quod significaret totum aestimo. sed autumo non id solum significat aestimo, sed et dico et censeo. | * * *

602, 22 Singula tempora non simpliciter proferuntur. et ut exempli causa unius verbi declinatio notetur, τύπτω perfectum facit τέτυφα, et sequitur altera eiusdem temporis declinatio, quod medium perfectum vocant, τέτυπα: item plusquamperfectum ἐτετύφειν, medium plusquamperfectum ἐτετύπειν: ἀορίστου ἔτυψα, μέσου ἀορίστου ἔτυπον. futurum primum τύψω facit, futurum secundum τυπῶ. sed et in passiva eiusdem verbi declinatione saepe contingit repetitio variata temporibus contenta simplicibus latinitate compendiis.

602, 29 Praesens tempus in secunda coniugatione vel tertia producta in io exeuntium secundam personam una syllaba profert minorem, doceo doces, ambio ambis. idem patitur et tertia correpta, si i ante o habeat, ut capio capis, pario paris. at in prima et ceteris verbis tertiae correptae idem manet numerus syllabarum in prima secundaque persona, seco secas, dico dicis. Graecorum omnia verba quae in ω exeunt, seu perispomena seu barytona sint, in quacumque coniugatione eundem tam in prima quam in secunda persona servant numerum syllabarum. porro in verbis vel apud *Latinos* in or vel apud Graecos | in μαι exeuntibus syllabas contraria vicissitudo dispensat. nam secunda coniugatio et tertia producta vel correpta i ante or *habens* eundem numerum retinent syllabarum in utraque persona, doceor doceris, nutrior nutriris, capior caperis, cum in activo [modo] horum verborum secunda minuatur; in prima autem coniugatione et ceteris tertiae correptae verbis una syllaba crescit [in] secunda persona, amor amaris, dicor diceris, cum in activo pares in utraque persona syllabae maneant. at in graecis omne praesens tempus quod in μαι terminatur omni modo in secunda persona unam syllabam minuit, φιλοῦμαι φιλῇ, γράφομαι γράφῃ et similia, cum in activo pares syllabas utraque persona servaverit. in omni inperfecto tempore prima apud La-

---

1 deferant *corr.* diferant *B* 2 δυκον *B* 4 conticuere] *Verg. Aen.* II 1 5 una] *Verg. Aen.* V 830 9 ceuseo DE CONIUGATIONIBUS INCIPIT Apud graecos 601, 23—602, 21 recedit sed ad propositum reuertamur. omnium igitur uerborum apud latinos omnino coniugationes sunt (tres *add. ed. Vind.*) in quibus, cum nullum uerbum in fine ut diximus, habeat accentum, deferentias tamen coniugationum non in prima, sed in secunda persona graeco quaerimus exemplo, quod apud illos in solis circumflexibus (circumflexilibus *ed. Vind.*) obseruari solet. prima ergo latinorum coniugatio in secunda persona primae positionis uerbo actiuo et neutro habet a * (*lacunam indicavit editor Vindobonensis*) graui accentu sunt. singula tempora *B* 11 τετυψα *B* 12 temporalis *B* 25 Latinos *om. B* 27 habens *om. B* 31 in utraque personas *B*

p. 191—93 V.

tinos syllaba nec adiectione nec permutatione variatur. nam sive praesens tempus incipiat a vocali, eadem vocalis in inperfecti declinatione servatur, ut ago agebam, sive praesenti tempori initium consonans faciat, nulla inperfecto tempori vocalis accedit, rogo rogabam.

Item necessario regulariter praemonemus quod apud Graecos perfectum tempus non a praesenti, sed ex futuro velut de quadam prima positione et origine sui figuratur. nec tamen te moveat, cur transactum de necdum facto figurari dicitur, aestimantem quod praeteritum antiquius sit futuro. sed non ita est. omne enim quod factum est prius faciendum fuit, deinde factum est, et hoc quod praeteritum est aliquando futurum fuit. iure ergo de venturo quod iam venit efficitur, quia natura fore prius est quam fuisse. item apud Graecos numquam praeteritum perfectum in duabus syllabis invenitur, sed est interdum VI syllabarum, ut πεπολεμάρχηκα, est V, ut πεπολέμηκα, est IV, ut πεποίηκα, est trium, ut λέλυκα, nec umquam invenies trisyllabo minus. necesse est enim ut sit prima syllaba declinationis, secunda originis, tertia finalis, ut λέλυκα: λε prima syllaba declinationis est, quae induxit magnum augmentum, λυ originis est, quia prima verbi positio ab | hac incipit, κα finalis est. nec te moveat οἶδα, quod disyllabum est: nam παρακείμενος habetur. hoc enim multipliciter corruptum docetur: nam praeter hoc nullum perfectum tempus ab οι diphthongo incipit. huius verbi origo est εἴδω, et mutari ει in οι salva et incorrupta ratione non habuit. inde εἶδειν debuit esse praeterito plusquamperfecto. 605, 17

Item III sunt omnino syllabae, quae in graecis verbis futuro tempori terminum faciunt: aut enim in σω exit aut in ξω aut in ψω, ut λαλήσω πράξω γράψω. item omne praesens apud Graecos in ω desinens modi indicativi generis activi verbi perispomeni, si secundae coniugationis sit, adhibet fini suo μαι syllabam et facit de se passivum, βοῶ βοῶμαι, τιμῶ τιμῶμαι: si vero sit primae vel tertiae, ω in ου mutato et accepta similiter μαι passivum creat φιλῶ φιλοῦμαι, χρυσῶ χρυσοῦμαι. permutationem autem ω in ου de circumflexo accentu indicium est * 607, 22 609, 11

De defectivis verbis vel dictionibus. tam apud Graecos quam apud Latinos aliqua verba in declinatione deficiunt. de his Graecorum ista definitio est: III enim modis dicunt evenire defectum, aut intellectu exigente aut litteris non convenientibus aut usu desistente. ex his in duobus prioribus modis servimus necessitati, in tertio reverentiae vetustatis obsequimur. per intellectum | verba deficiunt omnia quae dicuntur πεποιημένα, id est quae ad similitudinem soni alicuius expressa sunt, ut λίγξε βιός, σίζε ὀφθαλμός et similia. in his enim verbis nec aliae personae quaerendae sunt, nec in alios modos flectenda declinatio, quia tantum voces sunt expressae ad soni imitationem quem adsignare volumus. 628, 21

2 eadem *bis scriptum habet B* 3 tempore *B* 5 necesarium *B* 11 fore *ed. Vind.* cor '*punctis superpositis*' *B* 13 πεπολεμάρχηκα] πεπολεμαρανκα *B* 19 multiplicatione *B* 22 praeterito perfecto *B* 24 ψω] χω *B* 25 γράψω] τραχω *B*

p. 145. 46 V.

III

DE VERBO

Saepissime tibi requirenti, disertissime studiosorum Severe, verbum sermonis *usu an* ratione *alic*uius regulae dirigatur, ac postulanti, siquid super eo declinando scriptum vel traditum noverim, ut docerem, libentissime parui, quo et amicitiae debito officio fungerer et a graeca lingua romanam nullis aut paucis admodum ostenderem discrepantem. quae igitur vel antiquitas vestigando vel posteritas reperit exsequendo in hunc libellum contuli stricto sermone decerpta. doctissimas enim aures tuas non tam instruendas credidi quam commonendas.

In primis igitur coniugationes, quas IV omnino nec amplius recepit, ad similitudinem circumflexilium apud Graecos verborum ex secunda personа primae positionis agnoscimus, cum primam a, secundam e, tertiam i modo producta, modo correpta, vel ante litteram vel ante syllabam quaeque posita designet: ante litteram quidem in his quae o, ante syllabam vero in his quae or terminantur, ut amo amas, doceo doces, audio audis, lego legis, amor amaris, doceor doceris, audior audiris, legor legeris. tertia enim correpta hoc a ceteris distat, quod in his quae or terminantur i in e convertit. ideo autem diximus in his quae o vel or terminantur, quoniam universorum quae apud eos regulariter declinantur hae duae tantum modo sunt syllabae terminales. nam ea quae m [et s] et t | vel i litteris finiuntur solius auctoritate lectionis nec ullius normae lege firmantur, ut sum es est, quaeque ex eo conponuntur, ut adsum prosum desum possum potes potest, taedet pudet piget licet miseret paenitet, odi novi memini, quae etiam defectiva dicuntur, quod plurimis deficiant, ut coniugationibus generibus modis temporibus participiis, de quibus et ipsis postmodum disseremus.

Modos etiam, quos illi ἐγκλίσεις appellant, eosdem ac paene totidem habere noscuntur, indicativum imperativum optativum subiunctivum infinitum, quem ad modum Graeci ὁριστικὴν προστακτικὴν εὐκτικὴν ὑποτακτικὴν ἀπαρέμφατον. nam inpersonalis non modus magis est, quam altera declinatio unius cuiusque verbi sine personis ac numeris per supra dictos modos eademque tempora decurrens, quod et ipsum tamen reperies

B codex Bobiensis nunc Vindobonensis 17

4 sermonis ..... ratione ... cuius *B: supplevit ed. Vind.* 7 romanum *B* 12 exsecuta personae *corr.* ex secunda persona *B* 15 ante littera quidem *B* 18 quod aliis *corr.* quod in his *B* 21 haec duae *B* 22 solius auctoritate uel lectionibus *B* sola auctoritate uel lectionibus *Ianus* 27 deseremus *B* 28 ipsi *corr.* illi *B* toti idem *B* 29 coniunctiuum *corr.* subiunctiuum *B*

p. 146. 47 V.

graeco ex fonte demanans, ut sunt illa, *χρὴ πρέπει μέλει, χρὴ πλεῖν, χρὴ παιδεύεσθαι, χρὴ πολεμεῖν, πρέπει σωφρονεῖν, πρέπει νήφειν.* in his enim nec numerus nec persona significatur, sed res tantum modo declaratur, quam fieri oporteat. * huius modi etiam illorum locutiones *sunt, ἐπειδὴ ηὖκτο, ἐπειδὴ ἄριστα παρεσκεύαστο καὶ ἐβεβούλευτο*: nullius hic quoque personae vel numeri vox ipsa continet sensum. hoc tamen solo distant a graecis inpersonalia Latinorum, quod per modos, ut iam diximus, currunt et tempora, quod apud Graecos nullatenus reperitur.

In temporibus quoque non dispar observatio est, nisi quod sola de- 602, 22
minutione superetur et discrepet eoque habeat pauciora. nam cum apud illos prope universa duplicia sint, Latinorum loquella simplicitatis compendio semel singula proferre contenta nec praeteritum perfectum nec praeteritum plusquamperfectum nec futurum secundum aut medium | aut mox futurum admisit; *ἀόριστον* quin etiam illorum penitus ignorat. his quinque temporibus modi singuli declinantur aut separatim uno quoque sonum proprium exprimente, aut iunctim, binis eandem possidentibus vocem et communem emittentibus sonum, separatim indicativus imperativus subiunctivus, iunctim optativus et infinitus. ex quibus indicativus quidem et subiunctivus omnia receperunt, praesens amo, praeteritum inperfectum amabam, praeteritum perfectum amavi, praeteritum plusquamperfectum amaveram, futurum amabo: item subiunctivus cum amem, cum amarem, cum amaverim, cum amavissem, cum amavero: imperativus vero duo tantum modo, praesens et futurum, ama amato *: infinitivus tria, praesens, ut amare; praeteritum non trifariam divisum, sed semel pro tribus enuntiamus, ut amavisse; futurum, ut amatum ire. quaeritur autem, cur hic ordo in illis sit, ut primum locum obtineat praesens, secundum praeteritum inperfectum, tertium praeteritum perfectum ac deinceps. cuius haec ratio est: natura temporis haec est, ut semper transeat et lapsu celeriore decurrat ac vix ullo puncti momento possit consistere, ideoque aut iam praeterierit aut expectetur. unde quidam haec duo tantum modo tempora esse dixerunt, praeteritum et futurum; praesens enim ne tam diu quidem manere posse, dum dicitur, sed incomprehensibili velocitate transitionis vix, dum nominatur, elabi. necesse ergo fuerat ut inde principium sumeretur, unde transitus cepisset exordium, et gradatim cetera iungerentur, eo semper posteriore, quod plus habuerit praeteritionis atque transcursionis, et ea quae iam venerint minime praecedente venturo. communis etiam in modis haec subtilitas quaestionis. nam ibi

4 oporteat ad huius modi *B. vel excerptoris neglegentia vel librarii errore omissa est observatio de inpersonalibus latinis in* tur *finitis* 5 sunt *om. B* βεβουλευτο *B* 8 nullatinus *B* 11 eaque *B* 12 Latinorum] latoris *corr.* latioris *B* Latii oris *editor Vindobonensis* 15 admisit *corr.* admittit *B* 17 iunctim binis eandem *editor Vindobonensis* iuncti binis eadem *B* 24 *lacuna quam indicavi definitio temporum optativi excidit* 34 fuerat unde *corr.* fuerat ut inde *B* 35 coepisset *B*

p. 147—49 V.

quoque solet disquiri, an temere et ut fors tulerit alterum alteri praeponamus, aut sit aliqua ratio quae illis hunc ordinem imposuerit. et invenitur non sine causa eo pacto fuisse digestos. nam unus quisque eorum in activa vel passiva declinatione, prout minus habuerit actionis vel pas-
611, 1 sionis, ita posterior erit. itaque indicativus, qui habet absolutissimam ac perfectam de re quae agitur pronuntiationem, merito primum obtinet gradum: nam qui dicit pingo, ipsam picturam a | se iam fieri demonstrat; qui vero dixerit pinge, imperat ut fiat pictura, non iam esse designat; et qui pronuntiaverit utinam pingerem, votum sibi ac desiderium adhuc indicat esse pingendi; qui dicit cum pingam, pingere se ostendit sub condicionis incerto; qui pingere, nihil adhuc agi ex ipsa pictura demonstrat. illud quoque indicativo detulit principatum, quod ex hoc verba alia derivantur, ut *ἀπὸ τοῦ* lego lecturio lecto lectito, *ἀπὸ τοῦ* caleo calesco, quaeque huius modi sunt; et quia nomina quoque verbialia ex hoc orientur, ut *ἀπὸ τοῦ* canto cantor, *ἀπὸ τοῦ* legi lex, *ἀπὸ τοῦ* parsi parsimonia.

611, 39 Personas easdem quas Graeci totidemque suscipit naturali ratione. omnis enim sermo ab aliquo ad praesentem vel de se invicem vel de altero habetur. ideo autem primam dicimus quae loquitur, quoniam, nisi fuerit a quo vox proficiscatur, non erit qui de se vel de altero possit audire. de numeris vero superfluum loqui, cum plus quam notissimum sit dualem ex illis usum respuisse romanum, nec omnino vocem ullam apud illos posse reperiri, quae dualitatem contineat praeter duo et ambo. itemque merito utrubique a singularitate incipimus. si enim omnis multitudo ex singulis constat, recte unitas praecedit, sequitur populositas.

599, 22 Superest ut de figuris aliquid disseramus, quae cum eaedem apud utrosque reperiantur, non nihil tamen peculiarius habere noscuntur in conpositionibus. denique sunt quaedam quae possunt ad simplicitatem reverti, ut distraho repeto; sunt quae minime possunt, ut suspicio conplector amplector. multa post conpositionem admissa sunt, cum simplicia non essent recepta, ut facior cum minime dicatur (ab eo enim quod est facio passivum non facior venit, sed fio fis fit), tamen adficior reficior conficior optime dicitur, et cum grego latinum non sit, segrego congrego adgrego suavissime dicitur. apud Graecos quaecumque cum praepositionibus conponuntur numquam corrumpuntur, ut est *γράφω περιγράφω καταγράφω, βάλλω περιβάλλω καταβάλλω ἀμφιβάλλω, ἄγω συνάγω ἀπάγω | διάγω προάγω, φέρω προφέρω διαφέρω ἀναφέρω, φιλῶ καταφιλῶ*; quin immo praepositionibus saepe *corruptis* nihilo minus intaminata perdurant, *λέγω συλλέγω, φέρω συμφέρω, δέρω ἐκδέρω, φέρω*

---

21 cum] eum *B* 23 continat *B* 24 itemque] et quod e *B* 26 eaedem *Iamus* eadem *B* 29 suspicio *exc. Par.* suscipio *B* 33 grego] greco *B* 38 corruptis *om. B*: corruptis nihilominus intaminata verba perdurant *coniecit editor Vindobonensis*

p. 149. 50 V.

ἐκφέρω, βάλλω συμβάλλω, πλέω ἐκπλέω, τρέχω ἐκτρέχω. apud Latinos modo integra permanent, modo corrumpuntur, curro percurro, vello vellis revello revellis, bello bellas rebello rebellas, traho retraho detraho distraho, pono praepono depono, fero defero praefero; item facio conficio inficio, premo conprimo exprimo, aestimo existimo; et amplius ipsa etiam praepositio simul cum verbo mutatur, facio officio, rapio corripio, lego eligo colligo. apud Graecos praepositiones verbis adiectae accentum eorundem reservant, γράφω καταγράφω, βάλλω καταβάλλω περιβάλλω, φέρω περιφέρω, καλῶ κατακαλῶ, γλύφω ἀναγλύφω. Latini accentum in aliis servant, in aliis mutant, ut curro praecurro, pono praepono, prehendo reprehendo, fero adfero, gero ingero, frico refrico, vio devio, *traho* contraho, lego colligo, premo deprimo. apud Romanos nulla praepositio adiuncta verbis mutat coniugationem, clamo clamas declamo declamas, moneo mones commoneo commones, emo emis coëmo coëmis, dormio dormis praedormio praedormis, mordeo mordes praemordeo praemordes, mitto mittis praemitto praemittis. et generaliter omnia quae composita sunt eandem quam in simplicitate declinationem custodiunt, premo premis opprimo opprimis, lego legis colligo colligis, fio fis fit, madefio madefis madefit, calefio calefis calefit, expergefio expergefis expergefit. quaeritur de his duobus verbis, aufero et aufugio, unde composita sint. quae Cicero in libris de oratore ex praepositione ab composita esse existimat, et quia ab ante f litteram durum sonabat, versam mutatamque esse ab in au syllabam, quo vox sonantior fieret. hoc Tullius, potentissimus latinitatis adsertor. sed plerisque placuit ex graeco μορίῳ, id est particula αὖ, haec esse composita ad similitudinem illius 'αὐέρυσαν μὲν πρῶτα', et alibi 'ἄβρομοι αὐίαχοι', id est retrorsum traxerunt, reticuerunt. qui intellectus et in aufugio et in aufero congruit. addit his Nigidius tertium 632, 6
autumo, cum credat illud ex eadem praepositione et aestimo verbo esse compositum, ut sit tamquam abaestimo, dictumque interciso autumo, idemque significare quod aestimo, sicut abnumero idem esse quod numero. quod non solum id significat, verum etiam dico censeo adsevero vel adfirmo, ut apud Terentium 'et deinde facturum autumat'.

Haec tamquam communia praemisisse sufficiat; nunc ad ea quae in 612, 24
ipsa declinatione sunt observanda redeamus. declinandi autem verbi series a modis necesse est sumat exordium: nam hinc apud Graecos modus ἔγκλισις appellatur, οἷον ἐν ᾗ ἡ κλίσις.

---

1 πλεκω εκπλεκω τρεκω εκτρεκω *B* 7 lego eligo colligo *post* existimo *scripta in B huc transponenda esse vidit editor Vindobonensis* 9 καλλω κατακαλλω γλανφω αναγλανφω *B* 11 vio devio] *fortasse* veho deveho traho contrabo *ed. Vind.* contro *B* 15 obdormio obdormis *coniecit editor Vindobonensis* perdormio perdormis *Ianus* 18 collego collegis *B* 19 quaeritur] *Gell.* XV 3 21 in libris de oratore] *orat.* 47, 158 23 quo *Gellius* quod *B* 24 μορίῳ *ed. Vind.* orri *corr.* morrio *B* 25 αυερυσαν μενπρατα *B*: *Hom. Il. A* 459 26 ἄβρομοι] *Hom. Il. N* 41 αὐίαχον *legisse grammaticum coniecit Ianus* 31 significet *B* 32 apud Terentium] *Heauton. tim. prol.* 19 36 εγισις *B* κλίσις] κλησις *B*

p. 150—52 V.

Omne igitur indicativum, ut iam superius diximus, id est omne thema verbi latini, quinque his litteris terminatur, o r m t i; sed o et r in his quae sub regulam proportionis cadunt, m t i in his quae anomala sive defectiva sunt. et m quidem terminata haec fere reperiuntur, possum potes potest, sum es est, quaeque | ex eo conponuntur, ut adsum praesum desum prosum insum subsum; t vero, pudet piget taedet licet paenitet miseret placet decet oportet; i, ut odi memini novi, quod non nulli
617, 7 praeteriti perfecti esse existimant a themate nosco. quaeritur autem a non nullis, o finalis verborum correpta an producta habeatur. et constat auctores utrumque fecisse, id est tam corripuisse quam produxisse, nec in his tantum modo quae in verbis reperiuntur, sed in omnibus quae per ceteras quoque partes orationis inveniuntur. Vergilius tamen ex confesso o finalem in uno verbo, uno adverbio, uno nomine, uno pronomine corripuisse monstratur, 'nunc scio, quid sit amor',

nec longo distant cursu, modo Iuppiter adsit,

'si duo praeterea tales Idaea t. t. v.', 'non ego dum Danais Troianam excidere g. A. i.' singulae quoque coniugationes certas ex vocalibus ante o finalem recipiunt; et prima quidem e i u, ut commeo commeas, lanio lanias, fluctuo fluctuas; secunda vero e tandum modo, sine qua numquam est, sed semper eam ante o necesse est habeat terminalem, ut sedeo sedes; tertia correpta i et u, ut rapio rapis, acuo acuis, arguo arguis; tertia vero producta i tantum modo, quae et ipsa, sicut secunda, memoratam vocalem o novissimam necesse est habeat antecedentem. hae enim semper in paenultimis, altera i, altera e vocalibus praemissis modis omnibus finiuntur nec ullam omnino ex consonantibus admittunt, quod prima et tertia correpta fecerunt passim prope universis receptis, ut labo labas, seco secas, do das, rogo rogas, volo volas, amo amas, sano sanas, crepo crepas, aro aras, quasso quassas, lito litas; item lambo lambis, dico dicis, addo addis, pingo pingis, colo colis, como comis, cano canis, serpo serpis, tero teris, lacesso lacessis, quato quatis. excipiuntur in tertia producta quae non i sed e vocalem habent antecedentem tria, eo is it, queo quis quit, veneo venis venit, et quae ex his conponuntur, ut exeo praeeo nequeo.

Omne itaque verbum modi indicativi temporis praesentis quod o littera terminatur nec defectivum *est*, ut fero fers, quaeque ex eo conponuntur, secunda persona in s litteram exit, sua cuiusque coniugationis praecedente vocali, amas mones legis audis, eademque s littera in t conversa fit tertia persona, ut amat monet legit audit. itemque ex tertia singulari primam personam numeri pluralis efficiunt dempta t littera et

---

2 terminantur *B* 14 nunc] *Verg. bucol.* 8, 43 15 nec] *Verg. Aen.* III 116 16 si] *Verg. Aen.* XI 285 hidaea *B* non] *Verg. Aen.* IIII 425 28 crepo crepas *post* litas *habet B* 30 lacesso lacessis *ed. Vind.* lacero lacesso *B* quatio *ed. Vind.* 31 habeant *B* 35 est *om. B* ex eo] exe *B* 36 littera *B*

p. 152. 53 V.

addita mus syllaba, amat amamus, monet monemus, legit legimus, audit audimus. secunda quoque persona eiusdem numeri ex eadem tertia formatur is addita syllaba, ut amat amatis, monet monetis, legit legitis, audit auditis. nec non etiam tertia persona pluralis a tertia procreabitur singulari in prima quidem et secunda coniugationibus n littera ante t novissimam interposita, ut amat amant, monet monent; in tertia vero producta et his verbis quae tertiae correptae in io exeunt ante t litteram u et n interpositis, ut dormit dormiunt, rapit rapiunt; in tertia vero correpta, quotiens ante o habuerint consonantem, i vocali eiusdem tertiae singularis in u et n conversa iisdemque ante t litteram collocatis, ut currit currunt, legit legunt. omne praeteritum inperfectum eiusdem modi per universas coniugationes bam syllaba terminatur, antecedentibus in prima quidem a, in secunda vero et tertia correpta e vocalibus, post consonantem thematis sui, ut amo amabam, moneo monebam, dico dicebam; in tertia vero producta, sed et correpta, quotiens vocalem ante o habeat, non consonantem, eadem quidem, id est e, praeveniente vocali, sed post paenultimam thematis sui vocalem, ut audio audiebam, rapio rapiebam, arguo arguebam; nisi quod in tertia producta non numquam suavioris gratia soni subducta e vocali profertur, ut est nutribam ibam. eiusdemque temporis secunda persona m in s, tertia s in t conversa formabitur, ut amabam amabas amabat, monebam monebas monebat, legebam legebas legebat. pluralis autem numeri persona prima ex prima singulari nascetur addita us syllaba, ut amabam amabamus, docebam docebamus, audiebam audiebamus, legebam legebamus; secunda vero ex prima mus ultima in tis commutata, amabamus amabatis, docebamus docebatis, audiebamus audiebatis, legebamus legebatis. tertia singularis pluralem tertiam creabit n littera ante t finalem interposita, ut amabat amabant, docebat docebant, audiebat audiebant, legebat legebant. | omne praeteritum perfectum activum indicativi modi primae personae in i litteram desinit, cui adiectis tribus litteris sti fiet secunda, ut secui secuisti, monui monuisti, nutrivi nutrivisti, lego legisti. sed interdum vi syllaba, cum finalis est eamque vocalis praecedit, subtrahitur, ut nutrivisti nutristi, amavisti amasti. non tamen semper hoc fieri necesse est: nam sunt quibus *εὐφωνία* memoratam syllabam subduci minime patitur, ut cavisti pavisti; casti pasti non dicitur. eidem primae t littera adiecta fiet tertia, amavi amavit, monui monuit, audivi audivit, legi legit. ex eadem oritur et prima pluralis addita mus syllaba, ut secui secuimus, docui docuimus, audivi audivimus, legi legi-

---

4 procreabitur in singulari *B* 10 iisdemque *ed. Vind.* eiusdemque *B* 11 legunt amo amas amat amamus amatis amant moneo mones monet monemus monetis monent audio audis audit audimus auditis audiunt lego legis legit legimus legitis legunt DE PRAETERITO INPERFECTO MODI INDICATIUI ACTIUI *B. eorundem verborum formas post relicta quorum quoque modorum et temporum definitiones in B constanter additas et titulos temporibus de quibus tractatur plerumque praescriptos omisi* 33 quibus] quibus quibus *B*

p 153—55 V.

mus. at secunda pluralis de secunda nascitur singulari adiecta s littera, ut amavisti amavistis, docuisti docuistis, audivisti audivistis, legisti legistis. tertia vero pluralis eiusdem temporis semper in runt syllabam desinit et creatur ex prima singulari i finali eius in e conversa et addita syllaba supra dicta, ut secui secuerunt, monui monuerunt, audivi audiverunt, legi legerunt; eademque runt syllaba non numquam in re commutatur, ut amaverunt amavere, docuerunt docuere, audiverunt audivere, legerunt legere. memento v quoque illis subduci solere, cum vi syllaba terminentur i vocali antecedente, ut nutrivi nutrii nutrivit nutriit, audivi audii audivit audiit, cupivi cupii cupivit cupiit. omne praeteritum plusquamperfectum activum modi indicativi in ram syllabam desinit. nascitur autem de praeterito perfecto i finali eius conversa in e et addita syllaba supra dicta, ut amavi amaveram, docui docueram, audivi audiveram,
618, 32 legi legeram. | * * * item qui dicit ἦ δίκη τεμνέσθω, litem adhuc in conflicto esse demonstrat; qui vero dicit ἦ δίκη τετμήσθω, tanta vi iubet, ut iam velit esse negotium terminatum. quod et latinitas, quamvis circumloquendo, non tamen respuit, cum dicat 'ostium clusum sit', 'pugna commissa sit', 'lis terminata sit'. quibus omnibus quam conficiendi celeritatem exigimus demonstratur.

618, 14 Omne imperativum activum praesens per singulas coniugationes sua cuiusque vocali terminatur, ut ama mone audi lege. aliqua eius modi sola reperiuntur, cedo fer es dic. sed cedo in hac tantum modo voce consistit nec ulterius procedit, nisi quod plurale eius quidam cette dixerunt, sed originem nullam penitus habere cognoscitur. in r vero fer et quae ex eo conponuntur, ut defer adfer confer praefer. s quoque finita et ipsa perpauca sunt, ut es et quae ex eo conponuntur, ades prodes praees, quaeque alia ex eodem verbo figurantur, et unum his simile potes. quae ex infinitis suis formari technici volunt ultimis syllabis ablatis, cantare canta, monere mone, audire audi, legere lege; adeoque hoc esse certissimum, ut etiam illa sub eiusdem regulae norma sint posita. nam ab eo quod est esse ablata ultima fit es, adesse ades, itidemque ab eo quod est ferre praeferre fer praefer. potes tantum videtur minime huic regulae consentire; sed | sciendum est nunc quidem infinitum eius dici posse, sed apud antiquos integrum potesse reperiri, quod posteri posse per syncopen dixerunt. dic autem vel fac duc deduc per apocopen dicuntur:

---

8 syllaba t terminetur *B* 14 legeram] '*desinit hic folium cod.* 16. *desunt duo folia, quibus continebantur reliqua de tempore plusquamperfecto, formatio futuri indicativi activi, declinatio indicativi passivi et initium praeceptorum de modo imperativo' editor Vindobonensis. idem quattuor versus ex iis membranis quae perierunt in praecedente membrana olim inversis litteris expressos legit hos,* mus syllaba; secunda vero, si eidem tertiae is syllaba fuerit adiecta; tertia quoque, si ante t litteram ultimam eius n interponitur, ut audiemus audietis audient 14 τεμνεστω *utroque loco B* 21 lege cedo *B. quae interponi,* aliqua eius modi sola reperiuntur, *infra* 25 *post* praefer *habet B. quamquam plura etiam periisse videntur* 23 cette] cete *B* 28 thechnici *B* 32 potest tantum *B* 34 syncopen] sincopan *B* 35 dixerunt] dicunt *B*

p. 155. 56 V.

nam integra sunt face dice duce deduce olfac olface reic reice et alia similia, ut in his quoque constet regula sua et amissione ultimae syllabae ex infinitis suis procedant, facere face, dicere dice, ducere duce, olfacere olface, reicere reice. tertia persona singularis fiet ex secunda singulari. in prima quidem a in e conversa et addita t, ut ama amet, in secunda vero et tertia producta adiecta at syllaba, ut mone moneat, audi audiat, in tertia correpta e in a conversa et addita t, ut lege legat. et ut compendiosius dicam, eadem erit tertia singularis imperativi praesentis per omnes coniugationes, quae optativi futuri vel coniunctivi praesentis, utinam amem ames amet, utinam moneam moneas moneat, utinam audiam audias audiat, utinam legam legas legat, cum amem ames amet, cum moneam moneas moneat, cum audiam audias audiat, cum legam legas legat. secunda quoque pluralis ex secunda singulari adiecta te syllaba procreabitur, ut ama amate, mone monete, audi audite, lege legite: tertia enim correpta familiare hoc habet, inter e et i permutationem. tertia vero pluralis ex tertia veniet singulari n littera post a vel e paenultimam interposita, ut amet ament, doceat doceant, audiat audiant, legat legant. ama amet amemus amate ament, mone moneat moneamus monete moneant, audi audiat audiamus audite audiant, lege legat legamus legite legant. omne futurum imperativum declinationis activae in to syllabam desinit et fit ex praesenti suo fini eius memorata addita syllaba, ut ama amato, mone moneto, audi audito, lege legito: in tertia enim correpta, ut diximus, e et i litterae vicissim sibi cedunt. tertia aut eadem erit quae praesentis, ut amet moneat audiat legat, aut unam eandemque vocem et secundae et tertiae tribuemus, amato amato, moneto moneto, audito audito, legito legito, ut Terentius * 'Argolica hac galea contentus abito' et 'esto nunc sol testis' et

nequis ob inceptum subitum mihi segnior | ito.

secunda pluralis eiusdem temporis ex secunda fiet singulari adiecta te syllaba, amato amatote, legito legitote. tertia vero pluralis aut eadem erit quae praesentis, ut ament moneant audiant legant, aut hoc modo formabitur: omnis persona tertia pluralis modi indicativi temporis praesentis *addita sibi* o fiet tertia pluralis imperativi activi *temporis* futuri, ut amant amanto, monent *monento*, audiunt audiunto, legunt legunto. *non numquam* veteres non sine elegantia pro coniunctivis imperativa posuerunt, ut

ne pete conubiis natam sociare Latinis

et 'thalamis neu crede paratis' et

---

1 olfac — reice *et* olfacere — reice, *e quibus* olfac *et* reic *post* deduc *ponenda erant, postea videntur adscripta esse* 16 post *ed. Vind.* ante *B* 26 Terentius] Vergilius *ed. Vind. lacunam qua Terentii exemplum excidisse videtur indicavi* Argolica] *Verg. Aen.* V 314 27 esto] *Verg. Aen.* XII 176 28 nequis] *Verg. Aen.* XII 566 signior *B* 32 praesentis .....o fiet *B: item in reliquis quae inclinatis litteris expressa sunt obtitteratam codicis scripturam restituit ed. Vind.* 37 ne pete] *Verg. Aen.* VII 96 38 thalamis] *Verg. Aen.* VII 97

p. 156. 57 V.

ne, pueri, ne tanta animis *assue*scite bella,
neu patriae validas in vis*cera* vertite vires

pro ne petas, neu credas, ne *assuescatis*, neu vertatis. amato *amato vel amet amatote* ament vel amanto, doceto doceto vel doccat docetote doceant vel docento, audito audito vel audiat auditote audiant vel audiunto, legito legito vel legat legitote legant vel legunto.

Omne imperativum passivum temporis praesentis idem erit quod *infiniti* modi activi praesens, amare docere audire legere. cuius tertia persona de tertia fiet activi praesentis addita ur syllaba, amet ametur, moneat moneatur, audiat audiatur, legat legatur. secunda pluralis ex secunda veniet plurali praesentis activi te ultima in mini syllabas commutata, amate amamini, monete monemini, audite audimini, legite legimini. tertia pluralis *ex tertia* veniet plurali praesentis activi ur addita syllaba, ament amentur, moneant moneantur, legant legantur. *amare ametur amemur amamini amentur*, monere moneatur moneamur monemini moneantur, audire audiatur audiamur audimini audiantur, legere legatur legamur legimini legantur. omne futurum tempus passivum modi imperativi ex suo fiet activo addita r littera, ut amato amator, moneto monetor, audito auditor, legito legitor. | tertia aut eadem erit quae praesentis, ametur moneatur audiatur legatur, aut una eademque voce qua secunda proferetur, sic ut in activo futuro, amator amator, monetor monetor et reliqua. secunda pluralis eiusdem temporis ex secunda formabitur activi plurali temporis eiusdem tote syllabis in minor conversis, ut amatote amaminor, monetote moneminor, auditote audiminor, legitote legiminor. tertia pluralis eiusdem temporis aut eadem erit quae praesentis, aut ex tertia veniet activa numeri eiusdem et temporis addita in ultima r littera, ut amanto amantor, docento docentor, audiunto audiuntor, legunto leguntor. amator amator vel ametur amaminor amentur vel amantor, monetor monetor vel moneatur moneminor moneantur vel monentor, auditor auditor vel audiatur audiminor audiantur vel audiuntor, legitor legitor vel legatur legiminor legantur vel leguntor.

620, 12 De optativo modo. in hoc etiam modo communis Graecis Latinisque quaestio exorta est, si praeteritum tempus possit admittere, quia nullus umquam quae iam facta sunt sperat, cum infecta fieri non possint, sed in praesens vel in futurum aliquid optetur. sed transactum quoque tempus optanti necessarium adprobatur. nam saepe, cum in longinquis aliquis constitutus de re quam desiderat incertus sit, votis tamen adiuvat cupidinem suam, ut id precetur iam evenisse quod cupit: ut puta navigantibus suis, si tempestas fuerit exorta, diis supplicans exposcat ut parens aut filius aut cognatus evaserit discrimina ventorum ac vim supera-

---

1 ne puteri *B*: *Verg. Aen.* VI 833 11 te] e *B* 15 monemini *corr.* moneanimi *B* 17 legamini *B* 18 monetor] monetur *B* 27 ultimo *B* 34 sunt] sint *B* 38 uenisse *B*

p. 157—59 V.

verit procellarum. omne optativum praesens idemque inperfectum activum in rem syllabam desinit vocali coniugationis suae antecedente, ut utinam amarem monerem audirem legerem. cuius m littera in s commutata nascitur secunda, eademque in t conversa fit tertia, amarem amares amaret et reliqua. prima pluralis ex prima nascitur singulari adiecta us syllaba, ut amarem amaremus et reliqua. secunda pluralis ex prima fiet plurali mus ultima in tis syllabam conversa, ut amaremus amaretis et reliqua. tertia pluralis ex tertia nascitur singulari n littera ante t ultimam interposita, amaret amarent. | omne optativum praeteritum perfectum idemque plusquamperfectum ex praeterito perfecto indicativo creatur ultimae eius syllabae s littera adiecta et addita sem syllaba, amavi amavissem, monui monuissem, audivi audivissem, legi legissem. sed aliquotiens vi ex medio intercepta contrahimus syllabas, ut dicamus amassem audissem. residuas personas in utroque numero ad similitudinem superioris temporis figuramus. omne optativum futurum activum ex primo themate verbi nascitur, in prima quidem coniugatione o novissimo in em syllabam, in ceteris autem in am converso, ut amo amem, moneo moneam, audio audiam, lego legam. residuae personae ad similitudinem superiorum formantur. omnia optativa passiva *praeter* praeteritum perfectum et plusquamperfectum ex activis suis, sicut in praecedentibus, formabuntur m in r commutata reliquisque sub eadem observatione deflexis. |

De coniunctivo modo. coniunctiva Latinorum eandem apud Graecos 619, 21
habent causam vocabuli *et* ex una eademque origine traxerunt. non enim huic modo, ut ceteris, ex intellectu, sed ex solo accidenti nomen est inditum. siqui dicit lego, nihil dubium relinquit quin legere se indicet, ideo indicativus appellatur; qui dicit lege, aperte quid fiat imperat, inde imperativus; utinam legam cum dicitur, optatur quod fieri desideratur, et optativus vocatur; legere, quia nullum animi definit affectum, infiniti nomen accepit. si vero dixero cum legam cum legerim cum legissem cum legero, ostendo nullum tempus modi istius nisi coniunctum alteri parti orationis posse proferri. ideo non ex sensu, qui adhuc dubius est, sed ex sola coniunctione quae ei accidit coniunctivus modus appellatus est. unde et Graeci *ὑποταχτικὸν διὰ τὸ ὑποτετάχθαι* vocaverunt, quod necesse est illi praemisso aliquid subdi, ut sensus integer fiat et planior,

cum faciam vitula pro frugibus, ipse venito.

notabis in hoc modo quod non more Graecorum iunctim bina tempora deflectunt, sed singula separatim, cum in optativo contra quam Graeci bina, non singula declinent. sunt autem eadem quae in optativo et insuper praeteritum perfectum et futurum sub diversa finalitate, praesens idemque futurum optativum cum legam, praeteritum inperfectum cum

---

7 conuersam *corr.* -sa *B* 18 residae *B* 19 praeter *om. B*, *add. Ianus* 23 et *om. B* 25 reliquid *B* indiget *B* 29 acceperit *B* 35 cum] *Verg. bucol.* 3, 77 37 singulas separatim *B*

p. 159—62 V.

legerem, | praeteritum perfectum cum legerim, praeteritum plusquamperfectum cum legissem, futurum cum legero. unde etiam isdem regulis formabuntur, *nec* alia discretio erit inter perfectum ac futurum, nisi quod in prima persona illud in rim, alterum in ro syllabam desinet, cum legerim cum legero. passiva quoque eiusdem modi sub isdem regulis declinantur et ex suis veniunt activis ad similitudinem superiorum, nisi quod futurum quoque per participium et ero vel fuero verbum declinatur. Latini sua quadam licentia usurpationis modo indicativa pro coniunctivis ponunt, modo coniunctiva pro indicativis: Cicero 'qui poterit socios tueri, si dilectum rerum utilium et inutilium non habebit' pro habuerit; alibi idem fuerint; 'libenter tibi, Laeli, ut cum desideras equidem concessero' pro concedam. |

621, 24 De infinito modo. infinitum modum quidam minime habendum inter verba existimant, quia neque numerum et personam, quae verbi propria sunt, designat, sed adverbiis potius temporis adplicare conantur, quorum proprium est ut sensum, si cum verbo socientur, efficiant praeposita vel postposita: latine loquor, loquor latine, facio fortiter, fortiter facio. ita | et infinitum, scribere volo, volo scribere, disserere cupio, cupio disserere; praesertim cum multa sint adverbia quae ex verbis oriantur, ut a curro cursim, stringo strictim, caedo caesim, pungo punctim et similia; maxime cum et aliae partes a verbo nascantur, ut participia et nomina, sicut est scribens et scriptor, quae et finalitatem solitam verborum et significationem amiserint personarum, quas non nisi cum additamento pronominis possint distinguere, ut amans me te illum nos vos illos. sed a doctioribus his refutantur: infinitum modum non quidem exprimere numerum vel personam, omnes tamen recipere personas et utrumque numerum admittere. nam ipsum scribere, cum a me agitur, fit scribo, cum a te, fit scribis, cum ab illo, fit scribit, item cum a nobis, fit scribimus, cum a vobis, fit scribitis, cum ab illis, fit scribunt; et scripsisse, cum in me fuit, fit scripsi, cum in te, fit scripsisti, cum in illo, fit scripsit, cum in nobis, fit scripsimus, cum in vobis, fit scripsistis, cum in illis, fit scripserunt; et scriptum ire, cum in me erit, fit scribam, cum in te, fit scribes, cum in illo, fit scribet, cum in nobis, fit scribemus, cum in vobis, fit scribetis, cum in illis, fit scribent. cum enim dico scribo, nihil aliud significo quam scribere me. cum dico scribis, quid aliud dixi quam scribere te? cum dico scribit, quid aliud dixi quam scribere illum? et cetera. deinde adverbium temporis hinc maxime esse

---

3 formabuntur ... aliqua *B* 9 qui poterit] Cicero de legibus tertio *exc. Par.* 10 dilectum uerum *B* delectum rerum *ed. Vind.* 11 '*inter* idem *et* fuerint *exemplum e Cicerone petitum excidisse palam est' editor Vindobonensis* libenter] Cicero in primo de re publica *exc. Par.: Cic. de re publ.* I 13 laeti *B* 12 *in declinatione coniunctivorum quae sequitur* cum lectus ero — lecti erint fuerint *habet B* 13 quidam *exc. Par.* quidem *B* 16 proprium] primum *B* 20 caesim] caedim *corr.* caesim *B* 22 quae *ed. Vind.* quia *B* 23 additamentum *corr.* -to *B* 25 doctoribus *B*

p. 162—64 V.

non posse, quia significationes temporum in adverbio non de eiusdem soni vel vocis inflexione nascuntur, sed, ut tempora mutentur, voces etiam permutantur, nunc modo nuper olim dudum antea postea; in infinito autem vox eadem paululum flexa tempus immutat, scribere scripsisse scriptum ire, quod est proprium verbi. alia quae de hoc modo tractantur praetermittenda existimavi, ne superfluis inmorarer.

Omne infinitum activum praesentis temporis in e desinit, ut amare monere audire legere. unde etiam a fio fiere esse deberet; et licet usus aliter optinuerit (fieri enim nunc dicitur), Ennius tamen in X annalium fiere dixit, non fieri. regula autem iam superius dicta est: nam omne imperativum activum addita re syllaba fit infinitum, ama amare, mone monere, audi audire, lege legere. omne praeteritum infinitum activum 623, 7 in se syllabam desinit; fit autem ex praeterito perfecto indicativo i ultimo eius adiecta s littera et adsumpta se syllaba, secui secuisse, monui monuisse, audivi audivisse, legi legisse. omne futurum activum per societatem participii seu gerundi sibi addito ire conformatur, amatum ire monitum ire auditum ire lectum ire.

Omne infinitum passivum praesentis temporis ex suo veniet activo e in i commutata praeter tertiam correptam, ut amare amari, monere moneri, audire audiri. ea vero quae tertiae sunt correptae, siquidem consonantem habuerint o ultimum praecedentem, ipsum o in i convertunt, ut lego legi, dico dici; si vero vocalem, quando i fuerit, o novissima subtrahetur, ut rapio rapi, capio capi; quando u, o finalis in i transfertur, ut arguo argui, acuo acui. omne praeteritum infinitum passivum per societatem participii adiuncto esse vel fuisse verbo profertur, amatum esse fuisse, monitum esse fuisse, auditum esse fuisse, lectum esse fuisse. omne futurum infinitum passivum per eandem participii sive gerundi societatem adiecto iri pronuntiatur, amatum iri monitum iri auditum iri lectum iri. |

Latini peculiarius infinitis in i exeuntibus addunt er syllabam, ut i, 624, 20 quod longum fuerat, breve efficiant, ut 'accingier ense'. non numquam infinito pro indicativo utuntur: Sallustius 'qui ubi primum adolevit, pollens viribus, decora facie, non se luxui neque inertiae corrumpendum dedit, sed, uti mos gentis illius, equitare, iaculari, cursu cum aequalibus certare'. aliquotiens pro coniunctivo ponunt: Cicero pro Sextio 'rei publicae dignitas me ad se rapit et haec minora relinquere hortatur' pro 'hortatur ut relinquam', Vergilius 'hortor amare focos' pro 'hortor ut ament'.

---

2 voces *ed. Vind.* uices *B* 7 in re *ed. Vind.* 8 et] sed *B* 20 tertia sunt *B* 31 accingier] *Verg. Aen.* III 493 accingier arte, *quo exemplo usus est Diomedes p.* 341, 14. accingitur ense *legitur Verg. Aen.* VII 640 32 Sallustius] *Iug.* 6, 1 34 enertiae *B* 36 Cicero pro Sextio] 3, 7 dignitatis *B* 38 hortor] *Verg. Aen.* III 134

p. 164. 65 V.

ponunt et pro gerundi modo: Cicero pro Quintio 'consilium cepisse hominis fortunas funditus evertere' pro evertendi, Vergilius

sed si tantus amor casus cognoscere nostros

pro cognoscendi, Terentius in Hecyra 'adeamus visere' pro visitatum,

et cantare pares et respondere parati

pro 'ad cantandum et respondendum'. ponunt et pro participio: Varro in Scaevola 'et ut matrem audivi dicere', Vergilius 'equidem Teucrum memini Sidona venire', Cicero 'Charidemum Chium testimonium dicere audistis' pro dicentem et venientem.

DE INPERSONALIBVS

625, 7 Inpersonalis, ut iam superius diximus, non modus habendus est, sed peculiaris apud Latinos verborum geminata declinatio. nam una est cum numeris et personis, haec altera sine numeris et personis per universos modos per quos illa decurrens, et hoc distat ab infinito, quod in illo quidem necesse est modis omnibus extrinsecus adsumi personas et numeros, prout usus exegerit, scribere oportet me te illum nos vos illos; *in* inpersonali vero nullus huius modi ex adiectione sumitur intellectus. nam qui dicit legitur curritur agitur inpersonaliter, non indicat quid ille aut illa aut illud, sed rem tantum exprimere contentus praetermittit personas, apud quas officium est lectionis aut cursus | aut actionis: Terentius 'quid agitur? statur', Vergilius 'itur in antiquam silvam', 'ventum erat ad limen'. qui vero non inpersonaliter dicit, necesse est addat ipsam personam aut rem, in qua est ipsum officium, legitur Vergilius, legitur Sappho, legitur carmen Horatii. sunt tamen inpersonalia Graecis Latinisque communia, sunt tantum latinitati concessa. nam decet me te illum nos vos illos tam Graecis convenit quam Latinis, quod tunc inpersonale habetur, cum casus illi non additur, ut puta decet legere, decet philosophari, decet artibus bonis vitam ornare. nam si casum acceperit, necesse est insit illi persona, et inpersonale esse iam desinit, ut puta 'deceo magister discipulum, deces magister discipulum, decet magister discipulum'; transitque etiam in numerum pluralem, ut 'decemus iudicia magistratus', 'decent domum columnae'. item etiam Graeci *πρέπει μοί σοι ἐκείνῳ ἡμῖν ὑμῖν ἐκείνοις ἀναγινώσκειν γεωργεῖν φιλοσοφεῖν, καὶ πρέπω ἐγὼ πρέπεις σὺ πρέπει ἐκεῖνος ἄρχων τῇ πόλει, καὶ πληθυντικῶς πρέπομεν πρέπετε πρέπουσιν ἄρχοντες τῇ πόλει.* tale est et placet, quia et per omnes personas declinari potest, ut placeo

---

1 Cicero pro Quintio] 16, 53 concilium coepisse *B* 3 sed] *Verg. Aen.* II 10 4 adeamus visere] it ad eam uisere *exc. Par.*: *Terent. Hec.* I 2, 114 it visere ad eam 5 et cantare] *Verg. bucol.* 7, 5 7 in scaeuolam *B* equidem] *Verg. Aen.* I 619 8 Cicero] *in Verr. act. sec.* I 19, 50 Chium] cum *B* 9 testimonium *corr.* -nio *B* 16 nomero *B* 17 in *om. B, add. ed. Vind.* 18 indicat] iudicit *corr.* id dicit *B* 20 Terentius] *Eunuch.* II 2, 40 21 itur] *Verg. Aen.* VI 179 22 ventum] *Verg. Aen.* VI 45 27 ut putat *B* 29 insit] inerit *B*

places placet placemus placetis placent, et inpersonale accipi potest, item ut superius, casu addito vel detracto. nam 'placeo amator amicae, places placet et placemus placetis placent amatores amicae' verbi est legitima declinatio; 'placet' vero 'scribere legere militare' inpersonalia sunt; sic et apud Graecos *ἀρέσκω ἀρέσκεις ἀρέσκει ἄρχων, καὶ πληθυντικῶς ἀρέσκομεν ἀρέσκετε ἀρέσκουσιν ἄρχοντες, αὕτη μὲν συνήθης τοῦ ῥήματος κλίσις, ἀρέσκει δὲ ἀναγινώσκειν στρατεύεσθαι φιλοσοφεῖν ἀπροσώπως κλίνεται.* contingit quoque potest et ex integra declinatione venire,

scilicet ut Turno contingat regia coniunx,

potest et inpersonale esse. si enim dixeris 'contingo contingis contingit iudex civitati' ac pluraliter 'contingimus contingitis contingunt iudices civitati', plena declinatio verbi; si vero 'contingit interfuisse spectaculis, supervenire cenantibus', nulla hic intellegentia certae personae. nec enim ad tertiam | personam, quod prima facie occurrit, dirigitur, sed res ipsa tantum ostenditur accidisse. similiter et Graeci, *ἐπιτέτευγμαι ἐπιτέτευξαι ἐπιτέτευκται ἄρχων τῇ πόλει, καὶ πληθυντικῶς ἐπιτετεύγμεθα ἐπιτέτευχθε ἐπιτετευγμένοι εἰσὶν ἄρχοντες τῇ πόλει κατὰ τὴν ἐντελῆ λέγεται κλίσιν· συνέβη δὲ συμπαρεῖναι τῇ θέᾳ, ἐπιστῆναι δειπνοῦσιν, ἢ πάλιν συνέβη ταραχὴν γεγενῆσθαι, πόλεμον ἐγηγέρθαι, οὐδεμία προσώπων ἢ ἀριθμῶν ἔμφασις ὡρισμένων· οὐ γὰρ εἰς τρίτον πρόσωπον, ἅπερ ἄν τινι τῇ πρώτῃ ἀπαντήσειεν ἀκοῇ, ἀναφέρεται, ὡς ἔβη, 'πῇ ἔβη Ἀνδρομάχη', ἀλλὰ τὸ μόνον ἀποβεβηκέναι τὸ πρᾶγμα δείκνυται.* huic simile est iuvat. nam si dixero 'iuvo iuvas iuvat aliquem sumptibus', integra et solita declinatio verbi; si vero 'iuvat spectare, iuvat ludere, iuvat amare', nulla hic significatio numeri vel personae, ut Vergilius

iuvat evasisse tot urbes
Argolicas mediosque fugam tenuisse per hostes,

et alibi

forsan et haec olim meminisse iuvabit.

idem etiam Graeci custodiunt: nam *ἥδομαι ἥδῃ ἥδεται ἡ κατὰ προσώπων καὶ συνήθης κλίσις, ἥδει δὲ ἄρχειν φιλοσοφεῖν γεωργεῖν ἡ ἀπρόσωπος ἔμφασις.* paenitet quoque hoc est quod apud illos *μεταμέλει, καὶ τῶν προτέρων μοι μεταμέλει μηνιμάτων.* oportet etiam idem est quod a Graecis *χρή* sive *δεῖ* inpersonaliter dicitur, oportet quaerere, oportet habere, oportet parta servare, *χρὴ πορίζεσθαι, χρὴ ἔχειν, χρὴ τὰ πορισθέντα φυλάττειν.* illa iam propria Latinorum, taedet piget

---

6 *μέν*] *μη B* 8 *κηνεται* contigit *B* 9 uenisse *B* 10 scilicet] *Verg. Aen.* XI 371 19 *θέᾳ*] *θα B* 22 *αναφεται B* 23 *πῇ ἔβη*] *Hom. Il.* Z 377 25 et solita *ed. Vind.* solida *B* 28 iuuat eusesse *B*: *Verg. Aen.* III 282 31 forsan] *Verg. Aen.* I 203 32 *καταπροσωπον B* 33 *ἥδει Ianus εδει B* 35 *προτερον B* 37 parta] pera *corr.* perta *B*

p. 166. 67 V.

pudet licet miseret, taedebat pigebat pudebat licebat miserebat, taesum est fuit, puduit, piguit, licuit vel licitum est fuit, misertum est fuit, taesum erat fuerat, puduerat, piguerat, licuerat *vel* licitum erat fuerat, misertum erat fuerat, taedebit pigebit pudebit licebit miserebit. sic et 'veritum est' inpersonaliter figuravit Tullius in secundo de finibus bonorum et malorum, 'primum' inquit 'Aristippi Cyrenaicorumque omnium, quos non est veritum in ea voluptate, quae maxima dulcedine sensum moveret, summum bonum ponere'. | illa tamen omnino propria Latinorum, quae in tur exeunt et per singula tempora in omnibus modis ex tertia veniunt persona declinationis passivae, Romae bene docetur, bene spectatur in circo, fortiter dimicatur in ludo. hoc amplius species ista procedit, ut etiam ex neutris in tur inpersonalia figurentur, curritur statur sedetur discumbitur prandetur pugnatur itur caletur: Plautus in Captivis

quasi cum caletur cocli*ae in occulto* latent;

egetur idem in Pseudolo, 'egetur *atque* amatur ampliter'. cum *igitur per tempora currunt* et modos, sine per*sonis tamen* et numeris declinantur, curritur currebatur cursum est fuit cursum erat fuerat curretur. hanc inpersonalium speciem graecus sermo penitus ignorat. hoc quoque latinitatis est proprium, quod quaedam, cum ex activa declinatione personalia sint, in persona patientis fiunt inpersonalia. nam 'maledico tibi, invideo tibi, noceo tibi' sine dubio activae significationis sunt; in persona vero patientis non recte dicitur 'maledicor a te, invideor a te, noceor a te', sed 'maledicitur mihi a te, nocetur mihi a te, invidetur mihi a te', quae forma inpersonalis est.

626, 28 De usurpativa. hanc quidam gerundi modum vel participialem vocant, quia verba eius paene omnia similia participiis sunt et sola significatione distantia. nam salutandi et salutando et salutandum ac salutatum, cum per se dicuntur, participia videntur casibus declinanda; cum vero per hanc formam proferuntur, duce sensu aliud esse deprehendentur. nam 'vado salutatum' hoc est dicere 'vado salutare' aut 'ut salutem': Vergilius

venatum Aeneas unaque miserrima Dido
in nemus ire parant,

id est venari aut ut venentur. denique figuratur etiam ex his verbis quae passivam declinationem non habent, ut natatum eo, ambulatum eo,

---

3 vel *post* licuerat *om. B* 4 misertum] mertum *B* sic et veritum est] *Gell.* XV 13 5 de finibus b. et m. *B:* II 13, 39 8 dulcidine *B* 14 platus *B: Capt.* I 1, 12 15 cocli ..... latent *B: supplevit editor Vindobonensis, sicut reliqua quae inclinatis litteris cæpressa sunt* 16 in Pseudolo] I 3, 39 (*v.* 273 *R.*) 17 nomero *B* 26 De usurpativa — 649,25 lectu *alieno loco posita esse vidit Ianus, eaque transposuit post* 652, 4 potuit invenire. *nolui tamen in his excerptis ab ordine codicis recedere, praesertim cum plura omissa esse verisimile sit: cf. Diom. p.* 395, 11 gerundi modo et participialem *B* 27 participis *B* 33 nenatum *B: Verg. Aen.* IIII 117

p. 167–70 V.

cum nec nator nec ambulor dici possit. item 'ad salutandum eo' participium esse iam desinit, nisi adieceris vel hominem vel amicum. hac enim adiectione participium obtinebit, sed tunc cum ex verbo est habente et passivam declinationem, ut ad videndum, ad salutandum; 'ad declamandum' vero cum dico, non possum dicere illum, quia declamor latinum non est. denique cum dicit quis 'eo ad salutandum vel ad audiendum vel ad videndum vel | ad osculandum', quia potest addi et illum et ab illo, si nihil addatur, incertum relinquitur, utrum activa an passiva significatione prolatum sit; si vero dixero 'ad loquendum', hoc significo, ut de alio loquar, non etiam ut alius de me loquatur, quia loquor deponens est, non commune. inde est 'uritque videndo femina' et 'picis in morem ad digitos lentescit habendo' et 'verberando necati', quia et videor et habeor et verberor non deponentia, sed passiva sunt. item inter loquendum, inter agendum vel de inperando, de edendo verba usurpativa dixerunt. sed et illa,

nec visu facilis, nec dictu effabilis ulli,

verba sunt ad eandem formam pertinentia, quae latinitati non solum praestat ornatum, sed et illud quoque, ut aliquid habere videatur, quod Graeci iure desiderent, quamvis et ipsi partem eorum aliquam, licet inter adverbia positam, habere tamen existimentur, ut est ποιητέον γραπτέον λεκτέον: haec enim illis similia sunt, 'aut pacem Troiano a rege petendum'. sunt autem universa V, amandi amando amandum amatum amatu, monendi monendo monendum monitum monitu, audiendi audiendo audiendum auditum auditu, legendi legendo legendum lectum lectu. |

DE FORMIS VERBORVM

Formae verborum sive species sunt IV, quibus ex rebus quas signi- 625, 24
ficant indita vocabula sunt. nam prima dicitur meditativa, quae significat meditationem eius rei quae imminet et cuius speratur effectus, ut partu-rio, quod est parere meditor, esurio esse meditor; sic amaturio lecturio et similia. secunda inchoativa, quae aliquid fieri iam coepisse testatur,

---

8 addatur in incertum *B* 11 utrique *B*: *Verg. georg.* III 215 12 picis] *Verg. georg.* II 250 16 nec] *Verg. Aen.* III 621 18 praestant *B* 20 ποιηαιον *B* 21 aut] *Verg. Aen.* XI 230 22 agete (*corr.* a rege) pedendum *B* 25 lectu. declinatio inpersonalium. quae in tur exeunt per singulas coniugationes ad similitudinem passiuorum ex tertia persona figurantur curruntque per omnes modos temporaque unusquisque eorum recepit. modo indicatiuo amatur —. modo infinito eadem erunt inpersonalia per omnes coniugationes quae infinita passiua. sed haec erit discretio. si dixero legi ciceronem, legi sallustium, infiniti est; si uero legi tantum modo, inpersonale est. non enim hunc aut illum intellegitur, sed ipsa qualiscumque lectio demonstratur. amari — lectum iri. quae in et exeunt quoniam ex se non numquam oriuntur non referentur ad coniugationes, ut est taedet pudet piget poenitet miseret oportet, nisi quod potest similitudo quaedam in his esse coniugationis secundae, quantum ad tertiam personam attinet singularem. modo indicatiuo poenitet — taedebit. ad similitudinem superiorum et reliqua declinabuntur per omnes modos et tempora. De formis *B. declinationes verborum inpersonalium* amatur docetur auditur legitur *et* poenitet pudet piget licet *omisi* 30 parire *B*

p. 171. 72 V.

ut | pallescit, cui necdum totus diffusus est pallor, et calescit, qui incipientem sentit calorem. tertia perfecta, quae consummationem rei de qua loquitur ostendit et peractum officium actionis, nec adhuc cogitari vel coeptis haerere. quarta frequentativa, quod uno verbo frequentationem administrationis ostendit, quae etiam iterativa vocitatur, quod iterati ac saepissime repetiti obsequii designat effectum, ut est lecto lectito. ideo autem hoc ordine digestae sunt, quia primum est, ut de aliqua re capiamus consilium; secundum, ut firmato consilio incipiamus id quod placuit; tertium, ut coepta perficiamus; quartum, ut iam perfecta repetamus. nunc de una quaque earum tractatus proprius proponatur.

625, 27 De meditativa. haec forma tota coniugationis est tertiae productae, cuius similis apud Graecos quoque species invenitur. inde sunt enim illa, *μαθητιῶ δαιμονιῶ βινητιῶ οὐρητιῶ*: his enim verbis temptamentum quoddam rei et meditatio, non ipse effectus exprimitur; quibus similia illa etiam videntur, *ῥιγείω ὀκνείω γαμησείω πολεμησείω βρωσείω ὀψείω*.

625, 34 De inchoativa. haec forma semper tertiae correptae est in omnibus verbis, a quibuscumque veniat, adeo ut, etsi a verbo primae coniugationis derivetur, ad correptam tamen tertiam transeat, *ut* ab eo quod est hio hias hiasco et per conlisionem seu contractionem hisco. et semper sub activa tantum declinatione profertur, etiam si veniat ex principali, quod sit simile passivo, ut a misereor miseresco et a labo labasco, 'miserescimus ultro' et 'labascet victus uno verbo q. c'. contra saepe trahitur ex verbo activo et significat passionem, quamvis activa declinatione flectatur, ut lentesco,

sed picis in morem ad digitos lentescit habendo.

sunt quaedam inchoativa et sine substantia principalis: Vergilius 'et tenebris nigrescunt omnia circum', cum *non dicitur* nigreo; et Lucre|tius 'grandescere adauctu', nec tamen dicitur grandeo. sunt quae habent principalis sui personam tertiam, cum prima non exstet: hebesco *a verbo* est hebet, hebeo autem latinum non est: lentesco a verbo lentet, Lucilius 'lentet opus'; sed lenteo sine usu est: aegrescit a verbo aegret, Lucretius

saepe itaque in promptu corpus quod cernimus aegret;

aegreo tamen dictum non est. haec forma semper in sco desinit, non tamen quidquid exit in sco inchoativum est. nam quae non sunt a ver-

---

1 palescet *corr.* palescit *B* caliscit *B* 4 frequentationes *B* 6 designit *B* 19 ut *om. B* 22 miserisco *B* miseriscimus *B: Verg. Aen.* II 145 23 labascet] *Terent. Enn.* I 2, 98 25 flectatur *corr.* flectetur *B* 26 sed] *Verg. georg.* II 250 lentiscit *B* 27 et tenebris] *Verg. Aen.* XI 824 28 ingrescunt *corr.* nigrescunt *B* cum ..... nigro *B* 29 grandescere fiauctu *B* grandescere adaucta *ed. Vind. Lucret.* II 1122 31 hebesco ..... est *B. haec pertinere videntur quae in imo margine membranae adscripta sunt in B*, ea verba quae primam non habent personam lentesco] lentis ... *B* 32 Lucilius] in VIII *Priscianus l.* VIII *p.* 397, 25 33 Lucretius] III 106 34 in proptu *B* cernemus *B*

p. 172. 73 V.

bis aliis derivata, licet in sco terminentur, inchoativa non sunt, ut disco cresco senesco. perfectum tempus huic formae evenire non potuit. quid enim simul et adhuc incipere et iam praeterisse dicatur? participium quoque futuri temporis abnegavit. quid enim adhuc speratur, cum coeperit, aut quod iam extat venturum esse promittitur? semper etiam neutri est generis. his igitur quinque inchoativum quodque cognoscitur, si sco syllaba finiatur, neutrale sit, coniugationis tertiae correptae, careat praeterito perfecto, non habeat participium futurum. hanc quoque formam sunt qui Graecis familiarem existiment, adserentes hoc esse *μελαίνομαι καὶ θερμαίνομαι*, quod est nigresco et calesco. sed apud illos quoque aliqua huius significationis in *σκω* exire contendunt, ut *τελίσκω γαμίσκω τιτρώσκω γηράσκω*. *διδάσκω* autem, licet eiusdem finis sit, nemo tamen perfectum, non inchoativum esse dubitavit.

De frequentativa. huius formae verba non numquam uno gradu, non 626, 10
numquam duobus derivantur, ut scribo scripto scriptito, cano canto cantito, salio salto saltito. nec tamen est in posterioribus maior quam in prioribus frequentationis expressio, sicut nec in diminutivis secundus gradus minus priore significat, anus anula anicula. sunt tamen quaedam eius verba quae in so exeunt, ut video viso, pello pulso, cum plerumque in to soleant exire. sed ea quidem quae in to exeunt semper coniugationis sunt primae; ea vero quae in so non numquam et tertiae reperiuntur, ut viso visis [pulso pulsas]. sunt in ea non nulla sine substantia principalis, ut cyathissare crotalissare. sunt in ea | verba explicantia magis moram quam iterationem, ut 'clipeoque sinistram insertabam a.' et 'hastamque receptat ossibus h.' hic enim molitio quaedam inserendi et recipiendi difficultas sub specie frequentationis exprimitur. quaeruntur in ea certa verba, ex quibus principalibus substantiam sumserint, ut sternuto, quod a sternuo venit: Propertius

candidus augustae sternuit omen Amor.

pulto sunt qui accipiant pro eo quod est pulso et *ἀττικισμόν* quendam latinitatis existiment, ut apud illos *θάλασσα θάλαττα, πλάσσω πλάττω*; sed pultare est saepe pulsare, sicut tractare saepe trahere et habitare saepe habere: Coelius in primo 'illis facilius est bellum tractare', hoc est diu trahere; Ennius 'tractatus per aequora campi'. eructo etiam a quo principali veniat quaeritur, et est a verbo erugit: Ennius

contempsit fontes, quibus ex erugit aquae vis.

---

4 abnecabit *B* 5 *fortasse* aut cum iam extet 10 nigresco] in greco *B* 11 in sco exire *B* 12 *γερασκω B* 13 perfectiuum *B* 16 nec tamen *exc. Par.* nec non *B* 18 anula] anilla *B* 19 eiusmodi verba *ed. Vind.* 23 ut] ĕt *B* 24 clipeoque] *Verg. Aen.* II 671 25 hastamque receperat *B*: *Verg. Aen.* X 383 26 insecandcorr. inserendi *B* 28 Propertius] II 3, 24 34 tractatus] *in secundo annalium libro posuit H. Columna, qui et hunc Ennii versum et eum qui sequitur ex hoc loco primus edidit Enn. fragm. p.* 49 *et* 143 *ed. Hessel.* 36 quibus ĕxerugit *B* quibu' sese erugit *Vahlenus Enn. poes. rel. p.* 80

p. 173. 74 V.

grassatur iteratio est a graditur: Plautus in Rudente

sicine hic in umida veste grassabimur.

Sallustius 'cum inferior omni via grassaretur'. hanc formam in graecis nullus potuit invenire.

DE GENERIBVS VERBORVM

627, 4 Quae Graeci διαθέσεις appellant, Latini genera nominaverunt. διάθεσις autem hoc significat apud Graecos, quod apud Latinos adfectus. nam et qui agit et qui patitur mente adficitur. sed quoniam in nominibus discretionem sexuum genera distinguunt, cum masculinum a femininо per illa segregetur, ideo discernendorum quoque adfectuum notam genera vocitaverunt. omne igitur verbum apud Latinos, quod sub proportionis observationem cadit, aut o aut or syllaba terminatur, sicut iam superius dictum est. si o fuerit terminatum, aut activum est aut neutrum; si or, aut passivum dicitur aut deponens aut commune. activum dicitur quod in o desinit et necesse habet aut dativo aut accusativo iungi potestque r littera recepta in passivam transire declinationem, ut dico tibi, caedo te, dicor a te, caedor a te. neutrum dicitur quod, cum in o desinit, aliquo ex his deficitur et r accipere non potest, ut volo vivo valeo. passivum dicitur quod, cum in r litteram desinat, amissa ea potest in activum redire et necesse habet ablativo casui sociari, ut caedor a te caedo, dicor a te dico. et ut facilius explanetur, activum est, ubi altero agente alter patitur, passivumque est, quando altero patiente penes alterum est actus. nam multa etiam o terminata passivae significationis sunt, ut algeo esurio; sed quoniam minime altero patiente penes alterum est actus, ideo nec passiva dicuntur: rursusque plura sunt in o exeuntia quibus actus aliquis inest, ut nato ambulo curro; sed quoniam minime altero faciente alter patitur, non activa, sed neutra et absoluta dicuntur. denique nec dativo aut accusativo vel ablativo sociari possunt: nam nec nato tibi aut te aut curro tibi aut curro te nec esurio a te aut algeo a te vel vapulo a te dicimus, quod non est latinum, sed vapulo te caedente. deponens dicitur quod in or quidem desinit, sed amissa r littera latinum esse minime potest, habetque interdum aliquam actionem, quamvis passiva sit declinatio, ut sequor luctor loquor intueor demolior, et itidem passionem tantum modo, uti nascor patior; sed non est passivum, quoniam neque in activum redit ablata r littera, neque patiente altero alterius est administratio. commune dicitur quod in or quidem desinit, ut deponens, nec r littera carere potest, sed utramque recipit significationem, tam agentis quam patientis. denique etiam his casibus iungitur, quibus activum et passivum, ut criminor te criminor a te, osculor te osculor a te. et haec

---

1 in Rudente] 1, 4, 31 9 distingunt *B* 12 terminantur *B* 34 patior] potior *B* 37 tam] quam *corr.* tam *B*

p. 174. 75 V.

discretio est inter deponens atque commune, quod deponens quidem alterutram, commune vero utramque significationem recipit. ideo etiam quatuor temporum participia creat, bina ex utraque producens; deponens vero tria tantum modo: nam caret participio futuri temporis a significatione passiva, ideoque etiam deponens appellari non nulli crediderunt, vel quod unum ex participiis, vel quod alteram ex significationibus deponat. multa his similia apud Graecos etiam reperiuntur: ac primo neutris, ut sunt illa, ξῶ πλουτῶ ὑπάρχω ἑορτάζω τρέχω ἀριστῶ περιπατῶ νοσῶ ὀφθαλμιῶ; dein deponentibus, ut sunt illa, κήδομαί σου, φείδομαί σου, ἐπιμέλομαί σου, ἱππάζομαί σοι, μάχομαί σοι, διαλέγομαί σοι, εὔχομαί σοι, | ἄγαμαί σε, περιβλέπομαί σε; sed *nec* communibus desunt quae conferantur, ut sunt illa, βιάζομαί σε καὶ βιάζομαι ὑπὸ σοῦ, ἀνδραποδίζομαί σε καὶ ἀνδραποδίζομαι ὑπὸ σοῦ, quae etiam μέσα vocare consuerunt. hoc etiam in verborum generibus adnotandum, quod quaedam verba modo quasi neutra, modo quasi deponentia proferuntur, ut lavo lavor sub una eademque significatione dicuntur ἐπὶ τοῦ λούομαι διὰ τοῦ μικροῦ βῆτα, lavo lavas, lavor lavaris, unde fiunt perfecta ἀπὸ τοῦ lavo lavi, ἀπὸ τοῦ lavor lavatus sum et ex hoc lautus sum et au in o converso lotus sum; et labo labor itidem sub una eademque significatione ἐπὶ τοῦ ὀλισθαίνω, 'labat ariete crebro ianua' et 'levi cum sanguine Nisus labitur infelix'; et fabrico et fabricor ἐπὶ τοῦ οἰκοδομῶ, et ructo et ructor τὸ ἐρεύγομαι. quod ipsum etiam ne Graeci quidem ignorant: nam inde sunt illa, βουλεύομαι βουλεύω, πολιτεύομαι πολιτεύω et his similia.

DE DEFECTIVIS

Sunt quaedam in declinatione verborum quae plurimis deficiant more Graecorum, apud quos tribus modis deficiunt, aut per inconvenientiam litterarum, aut ubi πεποιημένη λέξις est, aut usu et consuetudine desistente. per litteras non bene sibi cohaerentes, ut νενεμκα: ideo enim intercedente η fit νενέμηκα, et non ἐνεμθην, sed ἐνεμήθην, nec νεμθησομαι, sed νεμηθήσομαι. per πεποιημένην λέξιν in his quae ad exprimendum alicuius rei sonum conficta sunt, ut λίγξε βίος, σίζε ὀφθαλμός: haec enim ulterius non inflectuntur, sed his tantum vocibus quae semel dictae sunt permanent fixa. per usus raritatem vel consuetudine desistente, ut illa quae in νω exeunt, λανθάνω ἀνδάνω μανθάνω, 628, 21 633, 31

---

2 utrumque significationem recepit *B* 7 primum *corr.* primo *B* 10 *υπαζομαι σου μαχομαι σου διαλεγομαι σου ευχομαι σου B* 11 sed communibus *B* nec *vel* sed nec communibus *Ianus* 13 *υπο σοι posteriore loco B* 17 labo labas labor labaris — labo laui *B* 20 labat] *Verg. Aen.* II 492 levi] *Verg. Aen.* V 328 21 infelex *corr.* infelix *B* 26 sunt quaedam verborum quae in declinatione plurimis deficiant *coniecit editor Vindobonensis* 29 ut *νενεμηκα B* 30 et non *νενεμφθην* sed *ενενεμηθην* nec *νεμησομαι* sed *νεμηθησομαι B* 31 ad primendum *B* 32 *λίγξε*] *Hom. Il. Δ* 125 *σίζε*] *Hom. Od. I* 394 34 dictae sunt permanent fixa *Ianus* dicta est permanent fixae *B*

p. 175. 76 V.

quae non nisi usque ad praeteritum inperfectum apud illos flectuntur; illa etiam, quae in *σκω*, ut *γηράσκω τελίσκω γαμίσκω τιτρώσκω*, et quae in *νω* exeunt maiora disyllabis, *ὀμνύω πηγνύω*, et quae in *ειω*, ut *ῥιγείω ὀκνείω βρωσείω γαμησείω*, et quae ex monosyllabis per iota geminantur, ut *τρῶ τιτρῶ*, *χρῶ κιχρῶ*, *βῶ βιβῶ*. haec enim omnia usque ad solum *παρατατικόν* illorum nec ultra possunt extendi. | sed apud Latinos omnia usu tantum destituente deficiunt. nam *ὀνοματοποιίαι* eorum, ut stridet et similia, ad declinationis ulteriora procedunt; pauca vero aut nulla sunt in quibus litterae male sibi cohaerere dicuntur; reliqua omnia, vel quia non lecta *sunt*, vel usu respuente vetantur. inquam et sum defecerunt. nam sequentes personae minime convenientes primae syllabarum exitu terminantur: alterum enim facit inquam inquis inquit, alterum sum es est, in quibus *ἀναλογία* verbis amica non exstat. et illud quidem reliquis omnibus temporibus deficit; sum vero in aliud transit, ut per tempora declinetur, eram fui fueram ero. ferio tempore perfecto deficit et vocem sibi aliunde mutuatur: percussi enim dicimus, non ferivi. volo non ita declinatur, ut molo: molo enim molis molit, volo vis vult, et quae ex eo conponuntur nolo malo, nolo non vis non vult, malo mavis mavult. fero nullius coniugationis in secunda persona regulam servat, fero fers. odi novi memini in omni paene declinatione deficiunt. alia sunt quae, cum personam primam non habeant, habent ceteras, ut ovas ovat: ovo enim lectum non est. item furis furit, cum furio usus ignoret. faris fatur, roras rorat, daris datur; nec roro tamen nec dor nec for admittit auctoritas. hebet aegret, cum nec hebeo nec aegreo sit relatum. soleo nescit futurum. verro perfectum negavit activum. genuit ex quo themate veniat, nullus expressit, licet Varro aliique veterum dixerint genunt. nec mirum: nam et apud Graecos tam praeterita invenies tempora quam futura quae praesentibus careant, *ἤνεγκα ἔδραμον οἶσω*.

---

2 *γηράσκω*] *σερασκω B* *γαμίσκω*] *ραμισκω B* 4 *ῥιγείω*] *πιγειω B* 5 *τιτρῶ*] *τιγρω B* *κιχρῶ*] *χιχρω B* 10 sunt *om. B* 26 Varro aliique ueterum dixerint *ed. Vind.* uarro alique ueterum dixerit *B* 28 *subiecta est in codice declinatio verborum defectivorum* sum prosum possum fero volo nolo odi novi memini, *ex qua haec excerpsi:* Sum verbum defectivum, quoniam defecit coniugationibus temporibus participiis genere. coniugationis enim nullius est. tempora aliunde accipit. quid enim erat fui ad sum attinent? participium praesentis temporis non habet. generis itidem nullius est. gerundia et inpersonalia non habet. indicativo modo temporis praesentis numeri singularis sum *etc. omissa declinatione futuri indicativi* — ad similitudinem prioris et quae ex eo composita sunt declinabuntur, ut est prosum — futuro prodero proderis proderit proderimus proderitis proderint — possum quoque verbum et idem defectivum simile superiori, nisi quod participio deficit, non praesentis temporis, sed futuri — potuero (*corr.* potero) poteris poterit poterimus poteritis poterint. imperativo modo ad secundam et (et *om. B*) tertiam personam tempore praesenti potes possit possimus possitis possint, futuro potesto tu potesto ille vel possit potestote possint vel possunto. — fero itidem verbum defectivum, quod et idem defecit aeque generibus et participiis et inpersonalibus — imperativo modo ferre feratur feramur feramini ferantur fertor tu fertor ille (ferto tu ferto ille *B*) vel feratur feriminor ferantur vel feruntor — cum latus ero fuero eris fueris erit fuerit erimus fuerimus eritis fueritis erint fuerint. — volo verbum defectivum coniugationibus generibus par-

IIII

Exempla barytonorum secundum Macrobium Theodosium. θλίβω tribulo, θλίβομαι tribulor, θλίψις tribulatio: γράφω scribo, γραφή scriptura, γραφεύς scriptor: τέρπω delecto, τέρπομαι delector, τέρψις delectatio. λήγω decresco vel desino vel λέγω dico for memoro aio fero, λέξις dictio: πλέκω plico necto nexo: ἄγχω neco affligo ango, ἄγχομαι angor, ἀγχονιστής nector, ἀγχόνη laqueus. ᾄδω cano: πλήθω multiplico, πλῆθος globus multitudo: ἀνύτω. φράζω dissero, φράσις loquela: ὁρίζω definio, ὡρισμένον certum finitum. πάλλω palpito vibro ἐπὶ τοῦ κραδαίνω: νέμω ἐπὶ τοῦ βόσκω, νέμω προστασίαν patrocinium tribuo: κρίνω: σπείρω semino, σπέρμα semen. δικαιῶ δίκαιος, ποιῶ ποίημα ποιητής. λεπίζω squameo, λεπὶς ὄφεως, λεπὶς ἀργυροῦ ἢ χαλκοῦ. ἔψω ἑψητής.

Exempla perispomenorum secundum Macrobium Theodosium. λαλῶ λάλος verbosus, λαλιά loquela, τιμῶ honoro, τιμή honor, στεφανῶ στέφανος corona, στεφάνωμα infula stemma.

---

ticipiis modis inpersonalibus — imperativo modo per perifrasin fiet, nam ex se non facit, hoc modo, fac velis, fac velit, faciamus velemus faciatis veletis faciant velint. — item defectiva, quae non solum his quibus superiora deficiunt, verum etiam insuper gerundi modo et inperfecto, odi novi memini — nulla ex his participia veniunt, quamvis lectum sit memineus, sed apud rudem, et osus, unde perosus et exosus. explicit.

P codex Parisinus 7499

2 exempla BARYTONOPVM secundum macrobium theodosium *codex Laudunensis* 444 exempla BARIθONOR, *P* 5 λήγω] ληπω *P* 8 πανθος globos multitudo ανετο (*superscr.* i. repleo) φραζω (*superscr.* dissero) *P* 9 ορισσο diffinio *P* ὁρύσσω *exc. Par. p.* 602, 7 10 βοσκω patrocinium tribuo νεμω προστασιαν καρινω (*superscr.* fodio semino) επειρο (*superscr.* semen) σπερμα *P* 11 δικαιῶ *et* ποιῶ, *quae ab hoc loco aliena sunt, pro exemplis sextae coniugationis* διὰ καθαροῦ τοῦ ω *posuit excerptor* 12 ποεμα πόητης *P* ἀργυροῦ] αριχιρου *P* 13 εψο. εψσ. ειρτης *P* 14 teodosium *P*

INDEX SCRIPTORVM

Aemilius *v.* Macer
Afranius 153, 16. 311, 17. 591, 9
Alexander 586, 22
Ambrosius 584, 7
Apollonius *grammaticus* 139, 35
Apollonius Tyrius 579, 25
Aristoteles 34, 23. 622, 27
Aristotelici 134, 9
artigraphi *v.* incerti scriptores
Asinius *v.* Polio
Asper 273, 12. 402, 15
Astyagius 209, 5. 211, 8
Attius 187, 11. in Andromeda 606, 38. in Bacchis 40, 16. in Deiphobo 485, 16
Audax 317, 20. 318, 13
Avitus 574, 4. 584, 16; 31. 591, 3
Aurelius *v.* Opilius
Ausonius 579, 3. 582, 27. 589, 6

Bibaculus 573, 19
biblia sacra 571, 3; 15. 578, 28. 579, 5; 9. 580, 6; 7; 11. 582, 14. 583, 4. 584, 8. 585, 4; 7. 586, 15. 587, 7; 9. 589, 10; 11. 590, 6. 591, 1; 7. 593, 20
Brutus 588, 18

Caelius 590, 21
Caesar in libris analogiae 144, 19. 197, 31. 199, 14. 326, 21; 27. 575, 11. in libro analogiarum primo 108, 9
Caper 154, 13. 187, 10. 243, 21. 327, 15. de lingua latina 175, 30
Cato 208, 28. 297, 7. 574, 11. 576, 19. 586, 17
Celsus 375, 1. 390, 6
chartularii 13, 1
Cicero, M. Tullius 26, 33. 71, 23. 111, 11. 254, 31. 304, 8. 305, 8. 357, 22. 373, 14. 436, 6. 516, 17. 517, 8. 520, 28. 556, 31. 576, 3; 12. 584, 25. 591, 8. 592, 21. 644, 11
orat. 47, 157 517, 4
47, 158 600, 19. in libris de oratore 637, 21
de orat. II 68, 277 573, 29
pro Quintio 16, 53 624, 34. 646, 1
pro S. Roscio 7, 18 162, 24. 426, 24
19, 53 471, 4
pro Tullio 607, 4
in Siciliensibus 28, 18
divin. in Caecil. 1, 1 133, 18
3, 7 233, 8
in Verr. act. pr. 8, 22 273, 20. in prima actione 77, 5
act. sec. I 1, 3 275, 34
19, 50 625, 2. 646, 8
24, 63 371, 20
36, 91 42, 31. 177, 32. 498, 36. 506, 25
46, 121 312, 6
52, 138. in illa tertia oratione 245, 3. in praetura 66, 4
II 30, 73 475, 9
42, 104 in praetura Siciliensi 473, 4. in quinta Verrinarum 60, 15
III 18, 45 242, 5
84, 194 76, 22
IV 1, 2 in sexta Verrinarum 153, 31
12, 28 47, 31. 197, 17
20, 43 578, 6
24, 53 243, 16
52, 117 397, 24
Verrinarum septimo 12, 16
V 1, 2 295, 8
1, 3 523, 33
41, 107 in frumentaria 52, 12. 207, 31
62, 160 65, 1
pro Caecina 21, 61 495, 12
in Catilinam I 1, 1 133, 15. 282, 12
2 299, 29. 300, 16
7, 16 523, 29
8, 19 in invectivis 77, 6. 273, 20
III 2, 6 294, 12
IV 6, 13 418, 11
de domo sua 10, 26 306, 17
pro Sestio 3, 7 624, 31. 645, 36
38, 82 574, 11*
in Scauriana 144, 29
in Caeliana 25, 61 48, 16
in Pisonem 9, 20 517, 29
18, 42 461, 17
in fine Pisonianae 41, 99 234, 5

in Miloniana 2, 5 306, 7
20, 53 186, 2
pro Deiotaro 7, 20 263, 1
in Philippicis II 27, 67 586, 7
30, 75 22, 13. 253, 27
XIII 19 154, 11
in secundo de finibus bonorum et malorum II 13, 39 648, 5
Tusc. disp. II 15, 36 575, 3
de nat. deor. III 10, 25 575, 5
32, 81 517, 30
in primo de re publica I 13 620, 9. 644, 11
somn. Scip. 3, 16 586, 1
de legibus tertio 620, 8. 644, 9
epistulae 154, 14. ad Pausam 572, 17
Cincius 349, 11*
Ciuus (?) 349, 11
Claudianus 589, 3
codicilli 13, 31
Coelius in primo 651 33
Cornelius *v.* Nepos *et* Severus
Cornificius Gallus 43, 2
Cotta 587, 17
Cyprianus 586, 14

Donatus *nominatim appellatus* 9, 3; 8. 12, 34. 20, 19. 34, 19. 50, 18. 55, 2. 62, 32. 96, 14. 98, 6. 99, 26. 105, 19. 117, 29. 118, 18. 134, 7. 138, 16. 140, 3. 149, 24. 151, 6. 156, 1. 157, 20. 164, 18. 186, 34. 188, 29. 196, 4. 199, 32. 200, 11. 206, 7. 217, 20. 224, 30. 231, 15. 232, 17. 234, 22. 240, 3. 243, 21. 270, 35. 274, 33. 278, 25. 279, 18; 28. 280, 15. 281, 20. 288, 6. 289, 6. 317, 4; 16. 319, 21. 320, 19; 25; 34. 323, 21. 325, 2. 326, 7. 327, 3; 14; 24.
Draco 610, 39
Dynamius 579, 13

Ennius 206, 28. 584, 26. *in annalibus* 287, 29. 291, 17; 25. 297, 30. 303, 21; 33. 304, 4. 310, 3*; 4. 400, 9. 555, 3. 626, 21. 651, 35. in X annalium 645, 9 *in tragoedia* 574, 24

Fabianus 590, 17
Fabius 328, 17
Fortunatus 588, 14. 589, 30. 593, 5
Fronto 349, 15
Frontonius 580, 27

Gracchus 577, 30

Hieronymus 320, 4
Homerus 587, 11
Il. A 105 600, 26
449 600, 27
659 637, 25
B 264 628, 13
Δ 125 628, 26. 633, 37. 653, 32
E 124 624, 23
N 41 637, 26
60 628, 14
X 221 600, 10
Hom. *Od. I* 394 628, 26. 633, 37. 653, 32
K 238. 319 628, 16
N 269 601, 15
Ξ 332 624, 12
P 525 600, 10
Φ 12. 60 601, 13
Horatius *carm.* I 2, 7 449, 11
4, 1 415, 25
4, 4 468, 20
5, 13 469, 9
9, 1 346, 12
9, 5 275, 33
18, 15 156, 35
34, 3 481, 11
II 3, 6 572, 23
3, 18 484, 26
7, 3 42, 21. 176, 33
III 1, 17 275, 30
5, 10 43, 9. 168, 21. 196, 15
8, 14 107, 22
11, 51 555, 18
23, 3 242, 7
25, 2 40, 25
27, 25 484, 9
27, 29 66, 10
29, 37 40, 8
IV 4, 34 481, 33
6, 43 555, 18
11, 24 42, 23
epod. 2, 9 483, 29
4, 4 42, 23
5, 1 74, 8
6, 10 461, 8
12, 11 467, 21
17, 18 166, 28. 176, 9
17, 48 42, 19
17, 50 293, 28
satir. I 2, 34 477, 19
45 454, 4
3, 66 480, 19
5, 24 484, 28
6, 125 485, 2
8, 17 400, 23
46 471, 13
9, 76 484, 19
10, 3 348, 26
71 467, 29
72 109, 16
II 2, 10 470, 22
4, 33 578, 11
7, 35 481, 10
epist. I 12, 9 461, 14
18, 40 476, 8
79 78, 5. 280, 30
II 1, 33 477, 31
126 481, 36
2, 159 480, 7
de art. poet. 56 512, 17
60 326, 4
298 162, 31

Incerti poetae 118, 30. 237, 14; 16. 280, 20. 291, 27; 29. 294, 8. 296, 7. 310, 3; 4.

387, 38. 449, 8. 573, 31. 579, 17. 580, 13; 15. 581, 3. 591, 20. 593, 1. comici 18, 21. 153, 17. 162, 16. 269, 18. lyrici 143, 30. 213, 15. *graecus poeta* 601, 14
incerti scriptores 295, 14. 571, 6. 580, 17. 581, 6; 7. 582, 21; 22. 590, 13. 591, 19; 21. 593, 7; 23. antiqui 146, 22. 175, 28. 187, 3. 208, 18. neoterici 146, 21. 232, 35. in antiquis libris sacris 172, 25. 187, 9. artigraphi vel artis sciptores 49, 28. 150, 34. 152, 35. 205, 7. 240, 3. 258, 33. 295, 34. 507, 41. 516, 31. 517, 32. 522, 26. technici 638, 28. latinarum artium auctores 620, 23. veterum in arte tractatus 13, 2. in antiquis artibus 141, 12. in quibusdam artibus 183, 32. in artibus vulgaribus 228, 18. in antiquo tractatu 151, 14. grammatici 201, 5. in artibus definitionum 137, 33. qui scripserunt de argumentis 201, 7. qui scripserunt de regulis 148, 1. in etymologiis 221, 7. de figuris 300, 30. de syuzygiis 122, 13
Isidorus 319, 16. 582, 19
Iuba 112, 13. 114, 1
iuris periti 43, 13. 46, 8. 427, 8
Iuvenalis *sat.* 1, 34 64, 14
131 476, 24
143 426, 24
2, 152 484, 30
3, 72 47, 10
73 192, 86
229 426, 22
272 160, 22
5, 8 497, 25
127 479, 3
6, 70 321, 1
471 497, 22
8, 47 42, 22
10, 317 414, 20
14, 66 473, 9
Iuvencus 571, 8; 14. 577, 2; 31. 578, 1; 9; 20. 579, 15. 581, 4; 5. 582, 11. 583, 23; 24; 26; 28. 584, 17. 585, 25; 26. 588, 7; 8; 10; 24; 28. 591, 17; 18. 592, 6; 7; 15. 593, 11

Lactantius 577, 14. 578, 26. 580, 23; 29. 581, 12. 583, 32. 586, 23. 593, 26
T. Livius 564, 25. 572, 11. 575, 16. 591, 14. 592, 19. *lib.* I 7. 98, 12
Lucanus 47, 1. 400, 23. 438, 6. 576, 6*
Pharsal. I 151 51, 30
501 355, 17
602 524, 33
II 4 469, 8
54 341, 16
116 186, 31. 429, 22
166 45, 9
439 34, 8
668 345, 22
III 44 60, 6
61 433, 18
469 428, 23
IV 368 483, 24
Luc. *Pharsal.* VI 324 475, 10
398 426, 28
460 426, 30
584 469, 30
623 464, 26
VII 158 480, 27
217 564, 25
VIII 837 414, 25
IX 558 482, 4
624 423, 3
720 421, 16
Lucilius 40, 19. 289, 7. 310, 3*. 345, 19. 391, 1. 400, 8. 584, 24. 590, 9*. 618, 16. 650, 32
Lucretius 555, 3
I 84 389, 15
186 109, 18
314 593, 9
II 476 42, 29
1097 162, 32
1122 650, 29
III 106 650, 33
1010 297, 2
V 598 484, 7

Macer, Aemilius 576, 5. 592, 20
Maecenas 575, 1. 588, 21. 591, 28
Martialis I 21, 5 284, 32
XIII 38 576, 1
Melissus 287, 11. 575, 8

Naevius 187, 11. 591, 12
Nepos, Cornelius 576, 12
Nigidius in commentariis grammaticalibus 632, 6. 600, 19. 637, 27

Opilius, Aurelius 328, 8
Ovidius 576, 6. 592, 27
amor. I 14, 12 576, 8
art. am. I 249 473, 5
II 653 473, 8
rem. 236 576, 17
metam. I 304 479, 1
II 494 593, 18*
825 575, 16 *cf. add.*
III 55 484, 4
195 461, 12
234 480, 9
IV 102 41, 10
VIII 237 587, 1
IX 548 38, 22
XI 405 469, 14
XIII 106 483, 22
XV 596 469, 16
trist. V 7, 49 572, 11
in Ibide 11 475, 16
503 484, 2
fast. IV 151 480, 33
V 309 480, 1

Pacuvius 187, 11. 206, 28. 278, 21. 319, 32
Palaemon 375, 8
Pansa 378, 24

Paulinus 571, 17. 580, 20. 581, 17; 24. 582, 12. 584, 14. 585, 20. 589, 18. 594, 7
Persius *sat.* 1, 34 480, 30
58 483, 6
2, 30 348, 22
3, 9 471, 27
11 324, 28
19 479, 12
5, 68 136, 6
6, 5 163, 2
24 161, 24
70 421, 30
Petronius 167, 11. 578, 23
Plautus 59, 22. 74, 13. 153, 16. 240, 24. 307, 10. 326, 28. 421, 22. 436, 16
Amphitr. prol. 117 197, 15
in Bacchidibus v. 19 48, 25. 199, 17
captiv. I 1, 12 648, 14
IV 2, 6 587, 12
Casin. I 54 58, 22
Menaechm. prol. 63 378, 33
Merc. V 4, 4 59, 22
mostell. I 1, 44 592, 3
III 2, 80 136, 24. 255, 33
Poen. I 2, 154 576, 2
in Pseudulo I 2, 45 40, 9
3, 39 648, 16
5, 38 380, 28
in Rudente I 4, 31 652, 1
Plinius Secundus 45, 13. 49, 27. 50, 8. 144, 15. 164, 13. 172, 13. 193, 36. 201, 5. 227, 23. 233, 35. 283, 18. 292, 13. in libris dubii sermonis 185, 18. 560, 30
Polio, Asinius 574, 6. 592, 4
Pompeius 317, 13. 319, 23. 326, 20
Pomponius 40, 11. 574, 25
Porcina 590, 3
Porphirius 328, 12; 17; 20
Priscianus 456, 31
Probus 10, 6. 20, 19. 165, 17. 182, 31. 259, 37. 325, 25. 326, 21. 366, 19; 27*
cathol. p. 17 45, 18. 138, 5. 187, 5
39 241, 1
instit. p. 51 138, 18
52 164, 33
53 169, 12. 178, 14
61 152, 34
73 156, 1
82 173, 31. 188, 38
131 50, 14. 200, 12. 211, 27. 319, 22
144 269, 10
147 76, 11. 280, 12
180 225, 23
Propertius II 3, 24 626, 16. 651, 28
33, 37 590, 24
III 13, 35 588, 5
IV 10, 44 592, 5
11, 15 576, 22
Prudentius 572, 5. 573, 24; 26. 574, 16; 18. 575, 22. 577, 12; 16; 19. 578, 15; 17; 21. 579, 23; 29. 580, 1; 14. 581, 1; 8; 15; 20; 22; 26; 32. 582, 1; 5; 9; 17; 25. 583, 6; 8; 10. 584, 1; 3; 28. 585, 30. 586, 5; 12. 587, 3*. 588, 9; 12; 16. 589, 4; 8. 590, 2. 591, 5; 22. 593, 4; 22; 24. 594, 1; 5

Quintilianus in controversia 186, 32

Rabirius 578, 7; 13. 590, 19

Sabinus 20, 19
Sacerdos 190, 24
Sallustius 22, 12. 38, 32. 59, 11. 76, 23. 155, 26. 163, 5. 168, 18. 180, 5. 196, 20. 253, 26. 293, 22. 294, 14. 342, 30. 412, 29. 436, 5. 496, 20. 555, 9. 561, 2. 593, 15. 626, 22. 652, 3. in primo historiarum libro 483, 8. historiarum libro II 482, 22. in historiis 158, 23. 273, 11
Catil. 2 74, 17
5 72, 12
25 477, 30
36 76, 14. 78, 16. 278, 23. 555, 6
51 73, 14
Iugurth. 1 64, 4. 251, 7. 519, 11
6 624, 24. 645, 32
31 42, 25. 167, 1. 176, 21
43 59, 13. 233, 32
106 72, 7
114 208, 6
Scaevola 575, 24
scholastici 158, 35
Sedulius 579, 20
Severus, Cornelius 588, 2; 26. 590, 1; 21
Severus, *Sulpicius* 577, 8; 18. 580, 21. 582, 3. 583, 30. 585, 3; 28
Sextius (?) 305, 11
Sidonius Apollinaris 576, 15. 577, 4; 6. 581, 28. 582, 7; 24. 583, 12. 584, 30. 589, 14
Sinnius Capito 110, 1
Statius 228, 36. 232, 36. 260, 15
Achill. I 131 465, 2
II 224 475, 13
342 483, 28
Theb. I 245 482, 28
268 473, 12
338 167, 22
II 389 483, 21
495 173, 14. 188, 14
III 151 464, 28
301 482, 30
424 478, 23
532 464, 31
IV 202 482, 7
592 59, 15
VII 130 479, 27
IX 142 306, 13
901 478, 26
X 594 178, 8
XI 361 483, 4
389 483, 2
stoici 34, 23. 135, 26. 611, 36
Symmachus 584, 5. 588, 25
Symposius 577, 1*

Terentianus 242, 33
v. 116 102, 9
459 29, 14. 115, 15
1103 29, 26. 117, 23. 399, 22
1160 119, 26
1192 118, 15
1317 111, 21
2226 121, 10. 321, 28
Terentius 68, 35. 206, 21. 229, 7. 242, 34. 245, 3. 436, 10. 541, 38. 544, 27. 641, 26
Adelph. I 2, 37 233, 10
479, 7
II 1, 31 388, 11
41 47, 9
44 64, 24
2, 12 469, 32
IV 1, 19 34, 1
V 1, 1 67, 12
8 153, 13
3, 61 136, 8
9, 14 67, 10
Andr. prol. 1 302, 6
10 599, 8. 631, 14
26 302, 11
I 1, 2 397, 2
42 69, 33. 519, 33
47 517, 9
107 39, 21. 565, 23
3, 6 509, 31
13 303, 14
5, 51 565, 22
II 2, 28 555, 7
31 365, 17
5, 15 509, 35
6, 20 233, 11
III 2, 4 212, 35
3, 1 365, 16
IV 4, 22 468, 24
24 231, 37. 240, 18
5, 19 68, 24
V 2, 5 565, 25
3, 28 475, 8
4, 9 483, 27
30 293, 16
37 45, 28. 173, 11. 188, 11
6, 5 39, 21
Eunuch. prol. 1 302, 14
17 302, 22
32 39, 20. 162, 10
I 1, 1 57, 28
2, 98 650, 23
II 2, 15 76, 21. 565, 22
26 451, 1
40 646, 20
3, 20 59, 24
24 497, 41
30 51, 5
32 470, 27
40 241, 8
III 1, 10 348, 27
2, 2 565, 24
5, 6 307, 7
45 59, 10
Ter. *Eunuch. prol.* IV 4, 10 50, 28
V 5, 3 450, 29
heauton timor. prol. 19 637, 32
II 2, 10 250, 32
3, 46 555, 7
IV 4, 18 471, 17
6, 18 618, 17
Hecyr. I 1, 8 52, 11. 207, 28
2, 104 58, 16
114 624, 37. 646, 4
III 5, 45 18, 33. 57, 7. 225, 27
V 3, 31 59, 12
Phorm. prol. 28 373, 1. 380, 27
I 1, 1 187, 29
2, 15 371, 21
27 591, 10
51 388, 19
4, 13 482, 24
III 1, 13 483, 19
IV 3, 18 72, 12
30 61, 34
V 2, 3 311, 35
8, 4 471, 6
25 480, 21
Tibullus II 1, 7 587, 17*
38 580, 3
Trogus 593, 21

Valentinus 577, 1
Valerius 325, 25
Valgius 586, 4
Varro, *M. Terentius* 10, 6. 41, 27. 48, 23. 49, 23. 159, 23. 164, 13. 199, 13. 202, 3. 324, 31. 326, 25. 351, 9. 357, 23. 547, 9. 572, 18; 21. 574, 9. 575, 10. 576, 13. 586, 17; 24. 587, 1; 10; 14; 17. 588, 1; 4. 590, 9; 16. 591, 26. 592, 5*. 593, 18. 629, 18. 654, 21. in actionibus scenicis 590, 4. ad Attium 98, 23. 108, 10. ad Ciceronem 318, 32. 584, 27. ad Neronem 590, 26. in libris numerorum 517, 31. quaestionum epistolicarum 588, 19. in satira 572, 15. Menippeus in Catamito 468, 2. in Scaevola 625, 1. 646, 6
Varro Atacinus 305, 18. 349, 11*
Vergilius 46, 18. 48, 25. 199, 18. 291, 8. 326, 29. 348, 12. 370, 16. 506, 25. 544, 27. 573, 31. 577, 10. 580, 3. 582, 4. 587, 3. 590, 23. 591, 18
bucol. 1, 9 572, 27
12 372, 35
14 524, 13
15 420, 31
26 521, 6
30 24, 32. 75, 19. 270, 26. 279, 27
33 359, 22. 556, 1
34 576, 10
46 369, 2
54 590, 11
60 555, 19
69 359, 21
70 306, 29. 324, 24

Verg. *bucol.* 2, 22 348, 20
23 232, 33
54 429, 26
65 119, 10. 399, 11
3, 1 51, 5. 53, 4. 210, 24
20 573, 2
25 218, 23
69 586, 20
77 643, 35
3, 79 119, 7
83 506, 15
89 177, 32. 558, 7. 579, 10
90 312, 8
94 66, 24
4, 57 389, 23. 423, 12
5, 5 523, 10
37 581, 30
78 580, 9
6, 44 119, 8
47 100, 20
54 461, 13
62 291, 15
7, 1 67, 17
5 624, 39. 646, 7
37 36, 10. 147, 3
8, 41 251, 22. 519, 17
43 232, 35. 403, 22. 638, 14
47 107, 7
55 389, 23
71 218, 21
87 69, 10
9, 11 548, 27
39 67. 27. 518, 8
10, 1 403, 12
12 29, 29
georg. I 42 400, 24
43 478, 23
78 586, 25
106 66, 20. 70, 6
108 591, 25
131 558, 6
132 579, 10
138 404, 2
150 576, 14
154 581, 30
166 592, 22
183 592, 1
185 59, 16. 233, 8
208 555, 8
210 177, 33. 506, 26. 573, 8
232 401, 16
233 573, 17
261 471, 23
264 592, 25
315 579, 7
397 120, 4. 321, 31
400 590, 7
419 482, 17
434 51, 1. 204, 4
442 275, 28. 498, 26
445 268, 29. 292, 5
447 308, 21
457 36, 17
460 521, 11

Verg. *georg.* I 480 177, 33
482 30, 13. 121, 35
II 4. 7 618, 17
12 500, 2
26 347, 3
31 589, 22
79 519, 35
193 578, 4
214 591, 26
242 477, 14
250 649, 12. 650, 26
299 29, 20
314 585, 22
384 61, 20. 383, 33. 593, 2
447 574, 14
449 41, 1
456 60, 16
486 399, 12
519 572, 12
536 303, 5
542 310, 25
III 17 585, 9
35 63, 8
53 78, 14
75 522, 39
93 278, 8
135 308, 25
156 517, 18
166 500, 27
167 519, 35
212 475, 5
215 649, 11
223 239, 7. 449, 22
230 500, 25
243 399, 14
256 600, 10
264 583, 14
286 66, 28
299 572, 19
311 584, 6
325 136, 3. 255, 35
366 590, 15
374 472, 7
376 195, 11
381 309, 32. 390, 36
402 585, 1
449 589, 23
450 587, 14
481 352, 17
495 587, 18
498 400, 18
499 519, 12
550 146, 22
IV 59 232, 24. 306, 4
139 472, 28
167 585, 13
181 233, 16
185 65, 30
193 481, 5
291 472, 33
300 584, 22
313 439, 7
377 583, 19
477 585, 16

Verg. *georg.* IV 494 389, 22
556 464, 25
564 556, 3
prooem. Aen. 202, 29. 298, 14
Aen. I 1 74, 11. 118, 5. 121, 34. 133, 25. 282, 3. 548, 13
2 34, 8. 65, 5. 285, 22. 297, 17. 301, 3. 324, 7. 389, 1. 400, 17. 582, 16
3 390, 9. 550, 18
5 390, 7
13 309, 20. 390, 8. 585, 11
16 208, 8. 299, 23. 301, 30
24 273, 19
26 388, 16
30 43. 28. 284, 7. 324, 4. 388, 2. 400, 5
32 583, 18
36 25. 2
40 324, 11
41 389, 10
45 589, 27
46 269, 13. 548, 17
48 521, 9
60 306, 33. 324, 22
64 25, 12
65 399, 10
67 579, 24
73 389, 5. 468, 17
87 472, 11
88 573, 9
92 583, 21
93 146, 16
94 100, 21
95 76, 22. 508, 2. 523, 8. 565, 35
96 158, 13
104 589, 19
108 310, 10. 365, 22
110 577, 21
114 308, 3
118 388, 18
119 106, 1. 556, 30. 558, 28
123 581, 10
125 580, 18
143 584, 20
146 345, 17
148 66, 22
149 40, 22. 593, 13
162 589, 28
164 573, 16
166 579, 2
174 471, 19
176 275, 23
178 578, 19
179 309, 11
182 572, 26
184 204, 25
185 51, 1
191 584, 18
193 293, 18
194 59, 14. 233, 33
Verg. *Aen.* I 203 647, 31
212 291, 20. 296, 17. 501, 17
224 455, 1
228 342, 31
247 556, 5
258 359, 21
267 35, 10
288 35, 11
295 24, 33
310 589, 1
321 251, 27
338 588, 23
343 158, 18
379 355, 18
399 307, 36
400 441, 4
432 584, 11
434 585, 13
437 584, 12
441 583, 1
458 29, 17
461 206, 4
478 438, 27
480 438, 26. 607, 3
486 15, 2. 507, 38
489 29, 31
496 369, 8
499 389, 6
573 291, 21
584 106, 22; 34
589 580, 25
609 580, 9
632 469, 5
637 577, 28
643 309, 21
658 519, 24
664 302, 35
681 77, 19
702 309, 14. 583, 19
724 307, 3
726 583, 16
750 26, 4. 277, 25
753 496, 1
II 1 632, 4
2 592, 13
4 519, 19
10 624, 36. 646, 3
16 120, 3
19 294, 30
25 324, 6. 388, 5
27 371, 18
28 66, 8
36 268, 12
37 74, 24
49 521, 7
52 574, 21
56 548, 28
71 77, 29
98 345, 18
99 40, 23
110 20, 21
145 650, 22
184 352, 25
204 572, 1

Verg. *Aen.* II 229 324, 29
262 304, 25
263 73, 20. 74, 12. 128, 27
282 519, 21
325 401, 20
348 118, 3
401 275, 26
403 607, 3
424 561, 16
431 576, 21
435 521, 13
445 47, 9
457 403, 8; 24
463 400, 18
492 467, 27. 653, 20
503 592, 9
506 66, 28
561 500, 27. 519, 16
601 66, 15
661 247, 34
664 30, 1. 119, 14. 399, 23
671 651, 24
684 76, 26. 468, 7
750 371, 19. 380, 19
774 285, 30. 297, 26
III 12 387, 34
20 556, 24
22 52, 29
29 45, 9. 186, 9
36 473, 1
38 59, 12
48 285, 30. 297, 26
57 585, 18
63 481, 17
73 500, 26
87 43, 28
88 523, 36
104 255, 2
116 617, 14. 638, 15
122 389, 25
134 624, 32. 645, 38
144 500, 26
145 40, 3
162 65, 1. 254, 15
182 303, 30
203 558, 18
211 29, 30. 116, 16. 118, 32. 307, 26. 399, 9
229 589, 1
270 28, 14. 30, 3. 111, 5. 119, 22. 399, 25
282 647, 28
354 297, 33. 555, 4
359 300, 21
361 399, 12
393 66, 7
399 518, 9
428 558, 27
431 66, 12
464 118, 24
475 401, 5
515 591, 16
517 389, 10
539 502, 10

Verg. *Aen.* III 561 472, 1
573 592, 11
588 29, 32
596 67, 9. 403, 35
602 401, 14. 617, 14
615 66, 19.
617 117, 4
619 307, 25
621 19, 35. 649, 16
647 117, 1
649 574, 15
702 254, 21. 399, 17
715 67, 29. 518, 11
717 271, 27
IV 2 593, 28
12 579, 22
19 509, 12
20 579, 4
22 30, 1. 119, 15. 208, 9. 399, 24
27 403, 32
50 64, 6
52 299, 7. 389, 8. 400, 17
62 521, 24
93 310, 34
115 66, 31
116 271, 27
117 648, 33
130 415, 12
177 522, 38
181 72, 8
205 519, 13
213 389, 1
224 65, 2. 253, 29
248 305, 27
302 389, 28
304 573, 14
314 403, 26
327 24, 19. 266, 16
341 45, 10
359 294, 5
370 238, 13
381 100, 22
383 35, 19
387 18, 32. 57, 8. 225, 26
398 483, 16
401 470, 24
419 293, 10
425 617, 15. 638, 16
462 572, 28
493 645, 31
517 477, 24
520 503, 38
537 74, 17
563 352, 26
569 66, 19
585 308, 21
586 401, 14
593 264, 25. 304, 29
597 67, 8
605 39, 29
628 304, 13
661 291, 4
V 1 401, 5; 20

Verg. *Aen.* V 2 401, 17
8 305, 23. 587, 15
17 147, 27
37 593, 17
68 581, 14
84 572, 1
144 67, 18
214 586, 3
261 119, 5
265 478, 8
279 485, 15
308 399, 18
314 641, 26
328 653, 20
337 399, 5
426 508, 21
451 12, 6. 183, 34
481 25, 13
588 519, 15
638 373, 15
663 74, 15. 270, 13. 279, 31
679 402, 30
806 45, 16. 185, 21
807 523, 3
814 106, 22; 34
830 632, 5
855 508, 27
866 303, 31
VI 20 561, 17
45 646, 22
103 390, 31
114 76, 27
122 365, 22
179 106, 20. 115, 16. 646, 21
203 24, 33. 523, 13
219 521, 16
248 575, 20
304 155, 15. 342, 34
333 642, 1
393 583, 3
421 579, 27
427 582, 15
485 66, 17
492 66, 23
502 268, 30
542 67, 27. 518, 7
581 523, 5
620 388, 13
653 562, 4
677 132, 8. 272, 21
680 115, 19
684 559, 23
724 34, 4. 304, 19
743 519, 34
747 555, 4
773 397, 20
776 35, 24
792 203, 26
793 15, 11
795 523, 11
802 400, 25
803 298, 6
836 565, 23

Verg. *Aen.* VI 838 341, 3
847 471, 21
901 301, 7
VII 1 398, 28. 565, 16
15 472, 4
84 477, 8
96 67, 16. 641, 37
97 641, 38
116 251, 25
131 66, 8
133 307, 5
147 307, 3
161 183, 34
162 521, 19
178 389, 3
186 574, 25
188 196, 19. 500, 16
263 203, 22
273 59, 15
283 31, 26
289 70, 2
293 40, 4. 345, 29. 347, 1
345 401, 5; 19
355 537, 35
359 548, 23
378 66, 22
399 65, 13. 135, 38. 245, 30. 290, 19
417 370, 4
464 389, 14
466 594, 3
484 384, 8
490 562, 3
493 575, 18
568 40, 24
608 589, 21
616 469, 6
640 370, 4. 645, 31
682 346, 8
742 576, 9
787 157, 12
VIII 11 355, 19
77 12, 1. 429, 18
83 33, 32. 130, 34. 132, 12
86 403, 19
91 467, 24
115 355, 17
154 69, 8
155 401, 33
159 449, 10
233 48, 15. 160, 20. 591, 4
268 548, 22
316 565, 36
343 500, 36
344 425, 9
366 523, 14
368 593, 17
447 40, 21
483 300, 7
560 399, 8
561 346, 9
630 388, 4
646 284, 31
674 571, 10

Verg. *Aen.* VIII 677 297, 19. 324, 14. 399, 15. 464, 24
698 556, 27
IX 1 390, 5. 401, 17
26 297, 32. 389, 15. 555, 5
38 580, 16
114 74, 26
137 399, 28
138 29, 18
231 388, 7
383 575, 12
427 303, 10
460 308, 21
513 523, 16
514 277, 7
580 500, 28
593 35, 6. 140, 35
609 29, 22. 295, 4
610 110, 24. 117, 16. 399, 20
619 40, 27
624 29, 10
627 573, 21
641 173, 14. 188, 13
674 30, 14
699 523, 7. 571, 4
709 40, 21
809 308, 11
X 17 119, 20
94 67, 8
101 59, 27
108 365, 22
116 40, 3
149 301, 23
170 244, 12
180 302, 30
273 246, 27
303 573, 5
383 626, 25. 651, 25
394 118, 20. 299, 14. 341, 3
453 383, 33
457 573, 7
493 29, 23. 110, 24. 117, 19
518 469, 23. 486, 6
540 477, 21
668 132, 24. 400, 6
727 484, 25
762 548, 25
778 402, 7
832 574, 3
XI 7 28, 14. 30, 3. 111, 3
12 309, 24
79 481, 19
183 308, 22
Verg. *Aen.* XI 230 649, 21
234 577, 7
262 76, 19. 279, 31. 389, 24. 548, 20
264 389, 26
285 617, 15. 638, 16
309 29, 26. 108, 26. 109, 15. 117, 25. 399, 20
368 305. 31
371 647, 10
374 63, 3
423 582, 15
438 57, 29
459 495, 39
464 44, 15
477 76, 20
540 349, 19
648 399, 26
657 307, 28
686 292, 7
714 574, 8
785 346, 11
822 508, 16. 541, 31
824 650, 27
855 66, 20
857 389, 7
890 30, 14. 120, 3
XII 23 390, 3. 402, 28
36 464, 19
41 483, 18
59 77, 1
119 308, 5
159 504, 2
176 641, 27
192 360, 2
264 482, 20
280 472, 27
329 521, 26
348 140, 32
359 312, 3
525 59, 17
566 641, 28
587 586, 3
596 482, 26
673 472, 26
770 40, 6. 345, 30. 346, 33
802 500, 28
827 347, 5
887 573, 18
905 30, 14. 120, 3. 121, 36
919 573, 18
Verrius Flaccus 297, 34
Volumnius 574, 1

INDEX RERVM ET VOCABVLORVM

A in e mutatum 392, 16. a finita nomina 164, 30. 412, 18. 496, 16. latina 161, 32. graeca 39, 21. 41, 17; 23. 47, 31. 48, 3. 162, 12. 164, 32. 177, 12. 422, 26. 425, 15. 496, 17. 501, 21. neutra 197, 5. 357, 18. 535, 3. 557, 15. in terminatione praepositionum adverbiorum coniunctionum 75, 22
ab 600, 18. 637, 22
abhinc 519, 32
Abiturae (?) 506, 22
ablativus 11, 17. 171, 12. 173, 22. 183, 11. 188, 17. 533, 2. singularis tertiae declinationis in i vel e 12, 9. 38, 8. 46, 21. 258, 31. 429, 27. 355, 5. 358, 21. 500, 21. 504, 11. 534, 2; 6. 539, 38. 557, 13. participiorum 23, 4; 25. pluralis primae declinationis in abus 11, 14. 46, 3. 173, 26. 188, 28. 354, 6. 427, 5. 533, 16. 556, 37. quartae declinationis in ubus 47, 18. 194, 12. 354, 34. 537, 16. 563, 15. neutrorum graecorum in a exeuntium 425, 17
abnumero 600, 21. 637, 30
accentus 31, 28. 69, 28. 74, 25. 125, 34. 205, 8. 248, 3. 251, 12. 255, 24. 285, 24; 30. 347, 5. 390, 24. 392, 5; 12; 18; 26. 519, 37. interiectionum 79, 15. nominum conpositorum 130, 18. praepositionum 78, 2. 279, 37. verborum 600, 22. 601, 23. 614, 31. 637, 7
accidentia 201, 6
accusativus singularis tertiae declinationis in im 192, 12. 355, 9; 22. 430, 7. 560, 31. pluralis tertiae declinationis in is 46, 19. 191, 5. 355, 20. 356, 26. singularis nominum graecorum in en et an 422, 24. in a 423, 13. 425, 6; 11. pluralis nominum graecorum in as 625, 6; 11
accuso 238, 19
aceo 437, 26. 606, 36
acer acerus *arbor* 559, 13
acies 36, 1
acinaces 284, 23. 364, 9. 386, 25
acumen 572, 10
acuo 437, 26. 606, 37
acus acula 41, 13. 48, 13. 420, 5
acutus accentus 31, 30. 126, 6
acyrologia 293, 4
ad 25, 11. 74, 26. 77, 2. 268, 35. 273, 4
adaero 458, 32
adfero 378, 24
adipiscor apiscor 466, 22
adoptulus 453, 33
adsentio adsentior 233, 34. 369, 14
adspiratio 27, 25. 28, 8. 29, 22. 107, 26. 110, 23. 116, 10. 117, 14. 132, 28. 439, 8. 609, 1
adsum 618, 16
adtulo attoilo 606, 38
advena 164, 35. 189, 12
adverbium 10, 11. 20, 29. 62, 14. 97, 20. 134, 32. 241, 10. 516, 20. 546, 16. 551, 35. adverbia pro nominibus 135, 37. 255, 30. cum praepositionibus 21, 22. 25, 17. 64, 22. 69, 32. 248, 16. 255, 6. 274, 3. 519, 31. ex participiis 62, 32. 72, 33. 243, 19. 264, 6. ex praepositionibus 24, 31. 273, 34. 279, 14. ex pronominibus 243, 6. ex verbis 243, 16. 644, 19. in a 63, 2. in e producta vel correpta 63, 11. 64, 26. 65, 19. 518, 42. in e vel ter 21, 30. 22, 14. 63, 14. 245, 1. 517, 7. 519, 1. in ens 517, 17. in i 518, 41. in im 517, 16. 518, 39. 552, 15. 644, 20. in o 63, 27. 64, 2. in u 518, 40. in us 22, 17. 517, 14 518, 40. diminutiva 68, 24. 250, 30. conparandi 156, 1. loci 21, 15. 64, 21. 67, 5; 26. 68, 5. 69, 4; 15. 247, 1. 518, 1. numerorum in o et um 517, 22
adulo adulor 59, 17. 233, 9; 34. 369, 14
aedes 572, 7
aegret aegresco 650, 32. 654, 24
Aegyptus 571, 3
aenigma 311, 5
Aeolica lingua 27, 21. 105, 4. 614, 17
aer 571, 4
aes 177, 33. 412, 8. 427, 15. 428, 31. 499, 33. 536, 31
aestus aestas 571, 10
aevum 427, 28
affero adfero 78, 10. 277, 36
Afri 287, 5. 392, 4; 12
ager 571, 15
agger 481, 18
aggero aggeras 481, 18
agnomen 35, 7. 141, 4; 16. 339, 14
aio 59, 3. 232, 1. 377, 12. 379, 20. 382, 14. 436, 11
al finita nomina 414, 16. 500, 31. 538, 28. 557, 36
alacer alacris 559, 22
Alba, Albanus Albensis 144, 17
albico 468, 19
albo albeo 464, 18. 486, 25
aleo 413, 5

alius 36, 26. 211, 22. 340, 4. 352, 21. 566, 1
allec 48, 26. 199, 9. 326, 29. 501, 20
allegoria 310, 20
alo 477, 5
altaria 428, 13
alter 36, 26. 173, 6. 188, 8. 211, 22. 340, 4. 566, 1
alteruter 566, 1
amabo 59, 25. 231, 36. 382, 14
amans 150, 3
ambago ambages 572, 5
ambo 165, 29. 174, 20. 211, 22. 413, 26. 636, 23
amfora 556, 28
amico 457, 27
amicus 187, 28
amor 571, 8
amphibolia 295, 14
amphibrachus 30, 25. 31, 9. 122, 27. 125, 4. 323, 18
amphimacrus 30, 26. 122, 26. 323, 23
amplio 450, 27
an finita nomina graeca 425, 4
anadiplosis 302, 26
analogia 47, 13. 48, 4. 197, 20. 353, 17. 363, 24. 539, 21
anapaestus 323, 8. pro spondeo 30, 18
anaphora 302, 26
anastrophe 309, 16
anates 55, 4. 222, 8
ancilia 43, 8. 196, 15
Androgeos 561, 16
ancilia 168, 22. 196, 15
aneo 55, 4. 222, 6
anguis 572, 1
anomalia 539, 22
ante 251, 17. 278, 15
antes 428, 5
antestor 484, 19
Antia, Antiates Antianus 144, 26
antiae 428, 11
antibacchius 30, 29. 323, 34
anticipo 480, 9
antiphrasis 311, 2
antistichon 194, 34
antithesis 298, 31. 390, 16. 397, 5. 404, 4
antonomasia 307, 12
antrum 572, 9
anus 153, 2. 555, 7. anula anicula 626, 15. 651, 18
apex 572, 8
aphaeresis 297, 7. 388, 10
apiscor adipiscor 466, 22
apocope 248, 5. 388, 21. 297, 8. 555, 17. 640, 35
apostrophus 132, 15. 614, 10
appellativa nomina 139, 32. 150, 22. 338, 19. 339, 2; 26
appello 437, 23
aptota 41, 30. 45, 30. 47, 23
apud 25, 11. 77, 2. 273, 4
Aquilo 311, 4
aquor 481, 5
ar finita nomina 415, 8. 558, 30
arbor 571, 17
arbutus 426, 19
arcanum 572, 4
arcus 47, 20
ardor 572, 3
Arelate 346, 7. 349, 2
arguo 438, 15
Argus Argi 426, 31
argutiae 428, 7
Ariminum 346, 7
arma 348, 10. 428, 12. 506, 27
ars 95, 4. 547, 5
arsis 30, 10. 120, 29. 321, 11
articulus 15, 3. 34, 19. 50, 19. 53, 12. 135, 4. 209, 4. 210, 38
arto 483, 24
artus *membrum* 47, 18. 99, 13. 355, 3. 571, 13
arvum 571, 6
as finita nomina 416, 28. 559, 38. graeca 422, 18. 423, 24. propria 539, 24
asina asinabus 11, 14. 533, 16
aspis haspis 580, 20
ast 269, 13
astismos 312, 5
asyndetos 264, 23. 304, 22
at 268, 35. 269, 10
Ateste 349, 3
atque 269, 9
Attici 604, 11. 605, 8. 610, 35
attollo 606, 38
auceps 487, 3
auctor 37, 9. 416, 11. 504, 2
aucupo 487, 2
audacter audaciter 388, 14
audeo 231, 11. 240, 30. 368, 16. 378, 16. 382, 28. 431, 6. 515, 2. ausim 436, 8
ave 59, 23. 370, 12. 436, 14
aufero aufugio 600, 17. 637, 20
augmentum in verbis graecis 603, 31
auguro auguror 59, 14. 369, 14
aurum 348, 7
ausim 436, 8
auspex 455, 10
aut 74, 27. 521, 17
autem 74, 12. 269, 17
αὐτόματος 153, 17
autumo 600, 20. 632, 6. 637, 27
ax finita nomina 420, 23. 425, 21
αὖ 637, 25
αὐέρυσαν 637, 25
αὐίαχοι 637, 26

B pro v 392, 15
babae 572, 15
baeca 572, 12
Bacchanalia 428, 14
bacchius 323, 29
bacchor 470, 23
Bactra 506, 28
baculum 572, 13
balneum balneae 162, 23. 345, 12. 426, 23. 572, 16
barba 572, 18
barbarismus 79, 20. 283, 1. 323, 38. 327, 2. 386, 8. 395, 28
barbarolexis 284, 21. 386, 21. 396, 17
baro 572, 17
baxeae 572, 21
bellum 311, 3
belua 520, 28
beo 572, 22
bibulus 340, 20
biga bigae 167, 21. 177, 24. 428, 9
Bilbilis 349, 5
bipinnis 430, 11
biremes 572, 25
Biterrae 348, 33
blanditiae 428, 8
blatero 481, 10
βλῆσθαι 624, 20
bona 428, 12
bos 572, 27. 412, 8. 419, 5
botruo 35, 26
βούλομαι 605, 6
braccae 572, 11
bubo 572, 28
bustum 573, 1
buxus 40, 25. 163, 30. 346, 1

C 116, 20. 119, 13. 395, 7
cacenphaton 75, 21. 293, 14
cacosyntheton 295, 3
cacumine 461, 11
caelebs 344, 6. 503, 8
caeles 502, 12
caelestis 356, 21
caelitus 517, 15
caelum 39, 25. 162, 31. 345, 13. 537, 8. 573, 9
caenum 427, 27
caepe 39, 26. 163, 1. 426, 25. caepum 345, 13
Caesar 456, 8

Caesaria Caesariae 348, 31
calcio 463, 18
calesco 54, 25
caligo 577, 19
calleo 437, 13
callidus 575, 4
callis 575, 12. 577, 12
callum 575, 3
calor 577, 14
calvo 485, 7
calx 574, 7
camelus 575, 6
caminus 574, 6
canalis 574, 4
cancelli 167, 9. 176, 24. 348, 9. 506, 19
cancer 575, 16
candens 573, 21
candor 577, 16
cani 428, 5
canis canicula 41, 14. 164, 22. 199, 3. 346, 29. 418, 7. 575, 18
cannabi cannabis 573, 12
cano 434, 25. 479, 11
cantor 149, 16
capillus 574, 2
Capitolium 14, 4
caput 110, 11. 577, 4
Caralis 349, 11
carbasus 162, 26. 426, 17
carcer carceres 428, 5. 575, 14
cardo 575, 22
carecta 573, 2
carex 420, 31
carmen 577, 1
Carmentis 26, 34. 98, 10
Carrae 506, 23
Carthago Carthagines 348, 32
caseus 576, 10
cassis 576, 22
casses 428, 5
Castor 328, 16
castra 348, 10. 428, 12. 506, 27
casus nominum 11, 25. 44, 6. 138, 2. 170, 26. 181, 30. 350, 15. 550, 12. pronominum 14, 10. 208, 10. casus obliqui 44, 10. 351, 4. 611, 37. casus rectus 44, 6. 351, 3. 611, 37. casus septimus 12, 3. 39, 8. 44, 16. 171, 21. 183, 11. 351, 13. 550, 15. casus octavus 12, 5. 44, 17. 183, 32. 351, 17. casuales formae 44, 21. 171, 34. 184, 12. 351, 21. casus cum verbis iuncti 238, 5. casibus addicta nomina 172, 35. 187, 17
catachresis 306, 14
categoriae 622, 27
cateia 284, 21. 386, 23
catinus 575, 1
Caulon Caulones 348, 34
caupo 347, 28
cavum 574, 20
ce 75, 4. 131, 24
cedo cette 59, 21. 61, 30. 62, 2. 240, 19. 370, 20. 377, 11. 382, 13. 436, 14. 640, 22
celox 421, 22
ceno cenatus 72, 4; 14. 262, 40
cerno 384, 28. 437, 26
cernulus 453, 33
cernuus 453, 30*
charientismos 311, 12
chorius 30, 23
Chremes 365, 16. 424, 10
cinctus 573, 28
cingula 576, 17
cinis 576, 21
cio cieo 467, 12
circumflexus accentus 32, 1. 126, 8
circus circulus 573, 4
cito *adverbium* 64, 9
cito *verbum* 516, 14
civitatium nomina 21, 24. 22, 3. 64, 30. 69, 4; 16. 252, 1. 291, 32
clam 25, 17. 274, 32
clamis 577, 18
claves 175, 9
clausulae 294, 20. 295, 3
clibanus 575, 8
clipeus clipeum 40, 21. 163, 27. 574, 24
cloaca coacla 392, 24. covacla 397, 13
clunis 575, 23
coco cocus 468, 28
coepi 437, 29
cognomen 35, 7. 140, 30. 141, 15. 339, 14
colon 34, 8. 133, 11. 281, 21
collum 573, 24
colum 477, 13
columna columa 283, 11
colus 573, 29
colustrum 576, 1
coma 575, 9
comedo 37, 20. 231, 27
comma 34, 7. 133, 11. 281, 22
communes syllabae 115, 26
como 478, 23
concessivus modus 17, 18
concilium 577, 7
confligo 573, 5
confuto 483, 19
coniugationes verborum 16, 29. 17, 6. 18, 9. 55, 14. 222, 15. 380, 29. 382, 34. 430, 21. 447, 15. 511, 41. 543, 1. 551, 29. 634, 11. 638, 17. quarta coniugatio 16, 29. 450, 10. binae coniugationis verba 381, 36. 384, 21. coniugationes Graecorum 447, 17. 601, 23. 612, 14. 629, 20*. 633, 28
coniunctiones 10, 11. 24, 1. 73, 6. 97, 29. 134, 35. 264, 17. 495, 21. 520, 31. 553, 9. rationales pro causalibus 24, 21. causales pro rationalibus 73, 15; 27
coniunctivus modus 16, 14. 54, 10; 14. 215, 19. 375, 6. 510, 22. 619, 21. 643, 22. pro indicativo 620, 8
coniux 421, 26
conlisio 286, 7. 287, 26
conpago conpages 575, 10
conparatio nominum 37, 20. 150, 32. 318, 7. 342, 3. 535, 45. 549, 36. adverbiorum 63, 32. 68, 10; 27. 249, 12. 519, 27. conparationis gradus 151, 18
conparativus gradus 10, 29. 38, 26. 39, 7. 151, 32. 157, 28. 158, 4. 342, 17. pro positivo 155, 10. minus a positivo significans 155, 12
conpedes 42, 23. 428, 9
conpello conpellas 437, 23. 573, 14
conpello conpellis 437, 23
conperior 431, 8
conpesco 18, 6. 55, 6. 377, 2
conpitum 574, 16
conpleo 234, 16. 240, 33
conpos 455, 10
conposita *v.* nomina, verba
consonantes 26, 28. 100, 26. 108, 1
consterno consternor 479, 23
consuesco 55, 10. 377, 1
contemplator 37, 23
contiguus 573, 7
contingo contingit 625, 15. 647, 8
continne continuo 64, 7
convaso 482, 23
conubium 389, 1. 577, 2
convitium 577, 8
corbis corba 561, 35. 574, 11
cornicor 459, 4
cornu 564, 24. 574, 13
cornus 574, 13
corpus 577, 10
cortex 159, 34. 163, 26. 291, 15. 345, 26. 576, 7
cortina 575, 7
coruscus 573, 16

cotidie cottidie 392, 1
coturnix 573, 13
crabatus 573, 19
cras 136, 3
crebro 517, 12
credo 474, 1
Creon Creo 146, 1
crepo crepare crepere 486, 22
crepundia 428, 12
cresco 384, 29. 437, 26
crinis 575, 11
cristallum 576, 6
crocodillus 575, 15
crocus crocum 576, 5
crotalisso 626, 24. 651, 23
cruor 176, 18
cubitus cubitum 574, 12
cubo 468, 10
cudo 433, 24. 471, 17
cuias, cuius cuia cuium 49, 17. 50, 23. 51, 6. 53. 4. 204, 36. 210, 15. 494, 9
cuicuimodi 207, 31
culleus culleum 576, 19
culmen 577, 6
culmus culmum 576, 12
culter 575, 20
cum *praepositio* 269, 35
cumbo 468, 8
cunabula 428, 13
cunae 428, 8. 574, 18
cupido 573, 31
Curibus 349, 4
curriculus curriculum 576, 3
currus 576, 3
cuspis 573, 26
cutis 576, 15
cyathisso 626, 23. 651, 23
cyma 574, 1

D in r mutatum 392, 15. sibilans 286, 11
dactylus 30, 23. 323, 11
dapes dapis 428, 10. 578, 1
dativus singularis nominum graecorum eus finitorum 423, 11
dea deabus 46, 4. 173, 27. 188, 29. 189, 19. 354, 6. 427, 7. 533, 17. 556, 37
deceo decet 625, 8. 646, 26
δέχθαι 624, 20
decus decor 536, 41
δεδοικήσω 610, 38
δεδώσω 610, 39
definitio 137, 15. 317, 13
deforis 21, 22
defrutum 427, 23
dehinc 519, 34
deinde 519, 35
deintus 21, 22
delfinus 558, 25
deliciae 428, 9
dellas 496, 10
deminutiva *v.* adverbia, nomina, verba
dentis 396, 8
denso denseo 464, 20. 482, 16. 486, 25
deponens *v.* verbum
desolo 457, 28
devertor 431, 9
devio (?) 637, 11
dexter 36, 32. 340, 1
di *syllaba v.* sibilus
diadema 197, 13. 577, 30
diaeresis 297, 28. 389, 13. 392, 36. 397, 6. 400, 22
Diana 389, 6
διάθεσις 627, 4. 631, 23. 652, 6
diastole 132, 12
dicam dicas 428, 19
dicionem 45, 19; 32. 172, 32. 187, 6. 352, 13. 428, 16
dico dicas 437, 21. 468, 16. 486, 12
dico dicis 18, 20. 437, 21. 468, 32. 486, 12. 544, 27. 618, 18. 640, 35
dictor 37, 8. 340, 17
Dido 35, 19. 424, 21
dies 46, 17. 190, 30. 345, 26. 577, 23
Diespiter 351, 25
difficile 65, 7. 245, 20. 519, 1
digammos 27, 19. 105, 3. 606, 30
dignus 45, 28. 173, 10. 188, 9
dilapido 471, 6
diphthongi 29, 11. 115, 12. 118, 29
diploidis 578, 2
διψῶ 608, 12. 623, 1
dis dives 153, 12
disciplina displicina 324, 19. 392, 25
disco 434, 24. 437, 15
disertus 280, 23
dissors 505, 33
dives 153, 10
divitiae 428, 9. 506, 21
diurnus 578, 3
do *verbum* 473, 26. 474, 11. 629, 17. 654, 23. duint 436, 8
do, domus 388, 22
dolus 577, 31
domo 60, 14
domus 21, 24. 25, 15. 47, 7. 64, 23. 69, 5. 192, 30. 354, 13. 577, 28. do 388, 22
Dores 608, 13. 609, 17. 614, 20; 32. 623, 2
dormito 376, 30
Dorocorthoro 349, 15
dorsum 577, 21
dualis numerus 10, 20. 60, 6. 165, 28. 174, 17. 234, 18. 347, 32. 379, 5. 599, 18. 632, 2. 636, 22
duco 18, 20. 544, 25. 640, 35
duint 436, 8
duo 165, 29. 174, 20. 413, 26. 617, 14. 636, 23. 638, 16
duumvir 524, 30
dure duriter 22, 14. 63, 15. 66, 3. 245, 3. 246, 15. 517, 9. 519, 6
duro dureo 464, 20. 486, 25
δύναμαι 605, 6

E 102, 4. e detractum 388, 15. 392, 8. 400, 7. e pro a 392, 16. ae pro e 285, 8. e finita nomina 165, 3. 413, 1. 496, 23. 500, 10. 557, 23. graeca 422, 28. 497, 4. in ablativo singulari 11, 17. in terminatione adverbiorum 62, 25. 63, 21. 64, 26. 65, 19. 244, 21
e, ex *praepositio* 77, 10
ἠβῶ ἠβάω 621, 6
ebur ebor 416, 10. 578, 4
eburneus 578, 5
eccum eccam 51, 17. 53, 2. 205, 33. 210, 31
echinus 578, 11
ἔχω 609, 1
eclipsis 294, 25
ectasis 297, 14. 388, 29. 400, 22
ecthlipsis 298, 9. 390, 11. 400, 29
eculeus 578, 6
edepol 21, 9
edo 231, 23. 382, 31. 436, 18. 472, 16
ἤδομαι ἦδσι 647, 32
educo educis, educo educas 469, 21. 486, 5
effigies 578, 15
egeo 437, 13
ἔγκλισις 374, 12. 612, 25. 631, 22. 637, 36
ego 14, 23. 541, 16. 617, 14. 638, 16. mei mis 14, 23. 208, 18
εἰκάζω 604, 11
εἰμί 613, 24
el finita nomina 500, 37. 558, 1
elefantus elephas 578, 13
ellum 51, 17. 53, 2. 205, 33. 210, 31
emblema 197, 11
emendo 473, 9

en finita nomina 414, 30. 498, 5. 501, 3
eo *verbum* 29, 13. 57, 3; 10; 16. 115, 14. 225, 14. 381, 33. 383, 25. 384, 2; 10. 437, 1. 638, 31
ἑορτάζω 604, 13
epanalepsis 302, 26
epenthesis 296, 31. 388, 1. 397, 8
epiclinium 350, 13
epicoenon genus nominum 11, 7. 39, 16. 161, 4. 344, 23. 505, 43. epicoena verba (?) 448, 4. 630, 3
epiradium 350, 14
episynaliphe 389, 18. 392, 37. 397, 13. 400, 22
epitheton 307, 12. 339, 2. 340, 8
epitriti 31, 1; 11. 125, 7
epizeuxis 302, 26
epulum 426, 21
equa equabus 11, 14. 173, 28. 427, 7. 533, 16. 556, 38
equidem 73, 12
er finita nomina 415, 14. 499, 38. 502, 26. 559, 1
eradico 468, 28
ergo 33, 29. 131, 6
erinacius ericius 578, 7
error 578, 9
eructo erugo 626, 20. 651, 34
es finita nomina 417, 1. 502, 6. 539, 35. 560, 6. graeca 297, 11. 359, 25. 422, 18. 424, 1
essendi essens 494, 26
et 521, 3
Euander 98, 10
Eunuchus 39, 19
euphonia 47, 12. 354, 17; 29. 356, 16; 28. 363, 27. 365, 18. 517, 1. 542, 14. 639, 33
Euripides 322, 15
eus finita nomina graeca 359, 32. 389, 19. 423, 9
ex finita nomina 420, 28
excello excelleo 477, 28
excubiae 428, 9
exequiae 428, 8. 506, 20
exheredo 471, 4
exinde 519, 34
exosus 173, 3. 188, 1
explico 431, 17. 607, 3
exta 428, 12. 506, 27
exuviae 428, 8

F 28, 3. 29, 19. 48, 21. 109, 32. 239, 11. 606, 29
fabrico fabricor 233, 6. 369, 14. 628, 17. 653, 21
facesso 54, 20. 61, 32. 240, 10
facetiae 428, 10
facile 65, 7. 245, 20. 519, 1
facio 18, 20. 369, 20. 544, 27. 618, 18. 640, 35
faenum 427, 27
falerae 428, 10
falsae falso 64, 3. 69, 1. 246, 17. 251, 5. 517, 11. 519, 11
fames 175, 15. 427, 26
far 412, 7. 427, 23. 499, 28
fari 474, 19. 654, 23
fas 138, 7. 172, 2. 550, 22
fatum 579, 4
favum 579, 5
faxo 59, 24. 240, 33. 379, 10. 382, 14. 436, 12
fecundo 472, 32
fel 500, 39. 536, 31
femor 416, 10
feriae 348, 9. 428, 10
ferio 378, 25. 382, 31. 436, 18. 438, 13. 654, 15
fero 58, 34. 240, 34. 382, 18. 436, 17. 438, 13. 606, 37. 640, 24. 654, 19; 28*. tetuli 387, 38
ferrum 348, 7
ferveo fervo 297, 19. 324, 14. 384, 21. 438, 4. 464, 24. 486, 23
Fidenae 397, 20
fido 58, 33. 431, 6. 515, 2
figurae orationis 296, 5. 300, 2
filia filiabus 11, 14. 46, 4. 173, 28. 189, 6; 19. 354, 6. 427, 7. 533, 17. 556, 38
filius 556, 15
Filomela 579, 13
filum 426, 29. 578, 26
fimus 427, 25
finis 40, 3. 163, 26. 345, 26
fio 58, 33. 369, 28. 431, 6. fiere 645, 9
Floralia 348, 10
flos 578, 20
flumen 579, 3
fluo 437, 15
fluvidus 453, 20
fons 578, 17. fontis 395, 31
foras foris 21, 19. 64, 21. 67, 30. 248, 8. 518, 2
forcipes 397, 16
fores 578, 25
forfex 397, 16
forsan forsitan fortasse forte 21, 6. 66, 29. 67, 6
forum forus, fori fora 39, 28. 163, 2. 345, 14. 428, 5
frenum frenus 163, 27. 346, 1. 426, 28
frequentativa *v.* verba
fretum 578, 23
frigeo 437, 27. 606, 35
frigo 437, 27. 606, 35
frixorium 606, 36
frondis 428, 23
frons frontis 579, 2
fruge 428, 28. fruges frux 578, 19
frugi 42, 2. 45, 31
frumentum 427, 22. 579, 7
fruor 438, 16. 439, 2
fulgeo fulgo 438, 4. 486, 23
fumus 427, 25
funditus 517, 14
fundo fundas, fundo fundis 437, 22. 473, 20. 486, 13
fundus 345, 19. 473, 21
funis 578, 28
funus 579, 1
fur 412, 8. 416, 21
furfures 428, 5
furibundus 257, 21
furio furis 436, 24. 437, 16. 654, 22
furio furias, furior 450, 21
furo 453, 13. 454, 12
furtim 518, 35
futurum tempus 18, 10; 26. 20, 7. 214, 34. in am et in bo 16, 31. 56, 31. 224, 25. 381, 28. 384, 9. 512, 38. 544, 13. 545, 16. verborum graecorum 607, 22. atticum 610, 35. doricum 608, 13. 609, 17

Gadir 349, 5
galeatus 262, 11
Gallorum vitia 394, 12
ganeo 413, 5
Gargarus 426, 16
gaudeo 58, 33. 230, 37. 240, 32. 378, 16. 383, 12. 431, 6. 514, 43
gaudium 579, 17
gaza 364, 10
Gela 254, 22
gelu 414, 14
genae 428, 10
genetivus 182, 24. singularis primae declinationis in ai 297, 30. 389, 14. 555, 3. in as 43, 20. 179, 33. secundae declinationis in i vel ii 359, 17. 360, 35. 498, 39. 535, 15. 555, 11. tertiae declinationis 357, 30. quartae declinationis in i 363, 28. 555, 6. neutrorum in us vel u 361, 23 quintae declinationis in e

555, 8. nominum graecorum in is vel i 297, 11. 359, 25. 388, 21. in os 425, 8. in us 424, 6; 22. 497, 28. pluralis in ium vel orum 168, 5. primae et secundae declinationis in um pro arum et orum 556, 19. 558, 26. tertiae declinationis in um vel ium 46, 24. 71, 25. 174, 9. 189, 32. 191, 12. 355, 28. 362, 11. 557, 8. quartae declinationis in um pro uum 563, 2. quintae declinationis in rum vel um 563, 6
genius 427, 26
geno 454, 19. 629, 18. 654, 26
gens 579, 24
genu 564, 24
genus 579, 22. genera nominum 39, 16. 159, 22. 198, 32. 318, 17. 343, 7. 549, 39. genus epicoenon 11, 7. 161, 4. 344, 23. 505, 43. generis dubii nomina 40, 1. 162, 21. 163, 9. 345, 15. 571 *sqq.* genera pronominum 206, 17. verborum 16, 11. 18, 34. 213, 21. 227, 3. 365, 30. 367, 14. 430, 26. 542, 31. 611, 38. 627, 3. 652, 5. generis dubii verba 59, 7. 233, 1. 368, 21. 382, 4. 628, 17. 653, 21
germen 579, 15
gerulus 340, 21
gerundi modus 17, 25. 19, 31. 217, 27. 626, 28. 648, 26
gigno geno 454, 19. 629, 18. 654, 26
gladius 579, 20
glans 580, 3. glandis 412, 2
glisco 436, 24
glutto 502, 4
Glycerium 39, 21
glyconium metrum 121, 3
gnatus 387, 34
grabatus 573, 19
graecissat 54, 29. 221, 14
graecor 470, 22
Graecorum vitia 394, 14; 25. 395, 4; 14
gramen 579, 18
grammatica ars 547, 7
grandesco 650, 29
grandiculus grandiusculus 39, 4. 340, 24. 343, 4
grassatur 626, 22. 652, 1
gravis accentus 32, 1. 126, 12. 127, 13. 601, 28
gremium 580, 1
grex 579, 29
grus 412, 8
gummi 347, 25
guttur 579, 27
gymnasium 579, 25

H 27, 26. 28, 8. 29, 22. 101, 21. 107, 26. 110, 23. 116, 10. 117, 14. 132, 28. 439, 8. additum vel omissum 285, 26; 32. 392, 6; 13; 19; 27
habito 651, 32
halo 477, 4
harundo 580, 11
hastile 580, 14
haud 74, 27
hebet hebesco 650, 31. 654, 24
helluo 502, 4
heremus 580, 27
heri here 244, 13
heu 21, 6. 26, 20. 69, 12. 79, 9
heus 67, 1. 251, 23
hiasco hisco 650, 19
hiatus 286, 7. 287, 20
Hiberus Hiberis 341, 16
hic *pronomen et adverbium* 15, 7. 52, 27. 208, 6. *pronomen* 15, 17. 203, 13. 205, 26
hiems 580, 18
hippii 31, 1
hirmos 304, 16
hirundo 580, 13
hodie 190, 33. 242, 2
holocaustum 585, 6
homo 580, 4
homoeoptoton 301, 1
homoeosis 312, 14
homoeoteleuton 304, 1
honor honos 580, 7
hordeum 177, 29. 348, 12. 427, 22. 506, 26. 579, 8
horno 242, 1
hornotinus hornus 242, 5
horreum 580, 17
hospes hospita 502, 9
hostis 580, 17
humane humaniter 517, 8. 519, 6
humerus 580, 25. umerus 593, 23
humor 580, 23
humus 427, 26. 580, 6
hyacinthus 580, 29
hymnus 594, 5
hyperbaton 308, 30
hyperbole 310, 15
hyphen 130, 33. 132, 7
hypozeuxis 301, 12
hysterologia 74, 14. 77, 15. 270, 11. 309, 8. 328, 18
hysteroproteron 309, 8. 328, 15

I 27, 4. 29, 5. 102, 20. 120, 2. 194, 35. 286, 8. 327, 28. 394, 11. inter duas vocales 29, 6. 105, 30. 114, 15; 29. 115, 10. i omissum 388, 14. 391, 14
i finita nomina 41, 28. 165, 6. 497, 9. 557, 31
Iacchus 397, 4
iaculum 581, 14
iambus 322, 24
idem 52, 20. 208, 3. 542, 1. 565, 4
idiomata 599, 10. 631, 19
idus 428, 10
iecur 416, 26. 429, 6
igitur 74, 16
ignis 192, 18. 430, 11. 581, 1
il finita nomina 414, 19. 497, 40. 503, 21. 558, 8
ille 14, 14; 26; 34. 50, 1. 202, 23. 203, 8. olli 390, 18
illo *adverbium* 248, 2
Illyricus Illyricum 346, 10
imago 581, 6
imber 581, 10
immo 495, 25
immolo 477, 20
imperativus 19, 16. 20, 15. 54, 9. 214, 8. 374, 31. 510, 6. 640, 20. praeteriti 618, 32. 640, 14. imperativus pro coniunctivo 641, 35
in 25, 22. 76, 9 77, 16. 275, 18. 277, 14. 522, 30. 546, 36
in finita nomina graeca 425, 10
inauro 461, 14
incedo 384, 29
incendium 581, 3
incesso 369, 8. 384, 29. 482, 26
inchoativa *v.* verba
inchoo 449, 23
incisum 133, 28
Incubo 35, 24
indago indagor 459, 32. 474, 26. 488, 13
indicativus 17, 20. 54, 6. 214, 6. 374, 18. 510, 5. 611, 1. 636, 5. 638, 1. pro coniunctivo 620, 8. 644, 9
indico indicas, indico indicis 469, 4
individuum nomen 339, 3. 341, 27

induo 370, 3
induperator 285, 21. 297, 1. 388, 3
indutiae 428, 10
inesco 469, 32
infans 355, 33. 356, 23
infatuo 462, 30
inferiae 428, 8
infinitivus 16, 17. 19, 23. 54, 11. 212, 36. 215, 39. 216, 11. 374, 2. 510, 38. 621, 34. 644, 13. passivi in ier 388, 7. 645, 30. infinitivus pro coniunctivo 624, 30. 645, 36. pro gerundi modo 624, 33. 646, 1. pro indicativo 624, 22. 645, 31. pro participio 625, 1. 646, 6. pro nomine 16, 5. infinitivus Graecorum pro imperativo 624, 21. perfecti verborum graecorum 623, 31. infinitivus verborum graecorum in ην et εν 623, 1
infit 59, 26. 232, 9. 370, 12. 379, 10; 35. 382, 14. 436, 6
inguen 581, 8
ingurgito 461, 17
inhumaniter 22, 14. 63, 15. 66, 4. 245, 4
inimicitiae 428, 8
inimicus 173, 1. 187, 26
inperfectum tempus in ibam et iebam 384, 1. 639, 18
inpersonalia verba 17, 21. 19, 29. 54, 16; 21. 58, 21. 61, 8. 62, 12. 71, 30. 216, 10. 230, 20. 237, 23. 241, 4. 261, 17. 370, 23. 380, 11. 435, 19. 438, 28. 515, 4. 625, 6. 646, 10. inpersonalis modus 16, 18. 54, 16. 216, 10. 370, 23. 375, 19. 634, 31. 646, 11
inpleo 379, 23
inpotens 25, 7
inquam 59, 1. 232, 1. 382, 14. 436, 8. 480, 18. 629, 12. 654, 10
insidiae 428, 8. 506, 21
instar 499, 35
interiectio 10, 13. 26, 12. 78, 30. 97, 33. 135, 16. 281, 4. 320, 1. 518, 23. 524, 8. 554, 12. interiectiones praepositionibus similes 26, 16
interpello intrepello 324, 18
interpretor interpertor 392, 24
intibus 426, 19
intro intus 21, 19. 64, 21. 67, 30. 248, 7. 290, 29. 291, 31. 517, 19. 518, 2
invideo 512, 17. 648, 22
Inuus 35, 23
iocus 163, 1. 345, 14. 426, 15. 581, 17
Iohannes *discipulus* 14, 5
Iones 608, 37. 614, 21. 615, 6
iotacismus 286, 7. 394, 11
ipse 14, 33. 15, 1. 203, 4. 507, 36. 541, 32. 565, 26. ipsissimus 153, 17. apse 396, 35
ir finita nomina 416, 1
ironia 310, 28
is finita nomina 418, 4. 534, 19. 539, 38. 560, 12. graeca 424, 11
is *pronomen* 15, 17. 205, 19. 542, 3
Ismarus 426, 17
isti *adverbium* 247, 34
istuc 248, 4
Italia 285, 22. 324, 7. 389, 1. 400, 17
iter 581, 4
iubar 415, 12. 581, 7
iugerum 47, 3. 192, 30. 193, 31. 354, 14. 426, 32. 581, 15
iugulum 581, 20
iugum 581, 12
ium finita nomina 359, 18. 360, 35. 535, 15. 555, 15
Iuppiter 45, 23. 138, 6. 172, 21. 186, 12. 187, 9
iurgo 476, 13
ius finita nomina 359, 18. 360, 35. 429, 10. 535, 15. 555, 11. 556, 11
ius *δίκαιον* 45, 24. 412, 8. 427, 27. 428, 31. 499, 32. 536, 30. 581, 5
ius iuscellum 581, 19
iustitium 452, 22
iuvo iuvat 647, 24
ix finita nomina 421, 5. graeca 425, 21

K 28, 5; 16. 101, 20. 110, 4. 239, 23. 501, 28
kalendae 348, 9. 428, 10. 506, 21
κακοσσόμενος 600, 26
κέκοπα 628, 13
κύω 603, 30

L 286, 34. 394, 22. geminatum 283, 14. 284, 30. 324, 4. 392, 8. 400, 5. transpositum 392, 24. 397, 15
l finita nomina 414, 16. 497, 38. 500, 31. 503, 20. 557, 36
labasco 650, 22
labdacismus 286, 7; 34. 394, 22
labeo 413, 5
labes 427, 26. 581, 24
labo 382, 7. 467, 22. 628, 17. 653, 19
labor *verbum* 382, 7. 400, 18. 467, 22. 628, 17. 653, 19
labor *nomen* 582, 21
lac 48, 22. 199, 10. 326, 25. 348, 20. 501, 20
lacesso 220, 19. 240, 9. 430, 25
lactes 348, 22
lacto 483, 27
lacunar 583, 8
lacus 583, 3
Lamia 344, 4
lanius 451, 1
lapidicinae 391, 22
lapis 582, 25
laqueus 583, 4
Lares Furnitum 506, 23
Lars 411, 33
lasar 499, 35. 558, 35
latebrae 428, 10
later 45, 18; 25. 138, 4. 172, 30. 187, 1. 352, 13. 428, 18
latex 583, 6
latinitas 494, 3
latinus 153, 20
lavacrum 582, 9
lavo lavor 59, 10. 233, 25. 368, 23. 369, 13. 382, 3. 484, 25. 653, 16
laus 582, 5
lecto 636, 13
lector 37, 8
lego legas 474, 31. 486, 14
lego legis 486, 14
legulus 340, 19
legumen 582, 19
lentet lentesco 650, 25; 31
leo lea leaena 41, 10
lepus 582, 27
leto 484, 2
letum 427, 27. 581, 26
liba 428, 12
liber 581, 32
Liber pater 239, 17
liberi 428, 5
liberta libertabus 427, 8. 533, 17
libet 237, 30. 435, 27. libens 261, 19
libido 582, 1
licet 435, 27. 648, 2
lichinus 583, 16
lignum 582, 14
lilium 583, 12
limen 582, 15
limus 427, 25. 583, 10
linum 581, 28

liquet 62, 4. 241, 7. 373, 22. 515, 10
liquidae 27, 32. 28, 10. 29, 15. 108, 29. 109, 22. 116, 9; 25. 118, 7
liquo 480, 27
liquor *verbum* 438, 16. 480, 22
liquor *nomen* 582, 17
litterae 26, 25. 28, 17. 98, 9. 108, 7. 320, 9. 547, 11. litterarum nomina 501, 24. 537, 39. litterarum divisio 99, 1; 29. transmutatio 324, 17
litteratura 547, 10
litus 582, 16
livor 582, 11
localia adverbia 21, 15. 64, 21. 67, 5; 26. 68, 5. 69, 4; 15. 247, 1. 518, 1
locus 39, 27. 345, 14. 426, 14. 582, 3
lolium 581, 30
longiuscule 250, 31
lucar 415, 8
luceo 384, 28. 437, 26
lucerna lucina 454, 21
lucifer 582, 24
lucrum 582, 12
lucto luctor 59, 11. 369, 14
lucus 228, 19. 260, 1. 311, 3. 583, 1
ludibrium 582, 22
ludus ludum 581, 22
lugeo 384, 28. 437, 26
lugubre 246, 27
lumen 582, 7
Lupercal 500, 37
lux luces 167, 5. 176, 20. 348, 6. 396, 6. 427, 26
lynx 583, 14

M 287, 7. 394, 5
m finita nomina 161, 38. 414, 27. 498, 1; 27
macio macero 459, 9
Macomades 506, 22
macrologia 294, 1
mactus 173, 10. 188, 10
Maenalus 426, 16
maereo 437, 13
magalia 284, 21. 386, 24. 428, 12
magis magi mage 21, 12. 38, 13. 39, 6. 64, 28. 156, 2. 388, 7; 22. 402, 16
magnanimus 147, 27
magne 63, 19. 64, 28
maiusculus 343, 4
maledico 238, 17. 648, 21
malus malum 163, 30. 346, 2
mancipo 480, 6. 487, 2
mando mandas, mando mandis 437, 24. 473, 17. 486, 12
manduco 486, 8
mane 65, 20. 68, 18. 136, 3; 24. 249, 36. 255, 30
manes 166, 31. 168, 1. 176, 31. 195, 38. 250, 4. 348, 8. 428, 5. 506, 20
manifesto 483, 21
manipulus 584, 8
mannus 364, 9
mantile 583, 19
Manto 424, 23
manubiae 428, 8
mappae mappa 42, 27. 167, 20
mappalia 428, 13
Marcipor 389, 19
mare 352, 28. 428, 31. 500, 17. 536, 31. 583, 18
marito 483, 28
marmor mamor 283, 13
mastruca mastruga 284, 21. 386, 24
materies 584, 1
maturo matureo 486, 26
Mavors 388, 4. 397, 7
maxime 156, 3
meatim 62, 24
medeor 438, 16. 439, 2
mediocris 154, 8. 342, 9. mediocer 415, 26
medius fidius 21, 9
meio 476, 21
mel 167, 18. 177, 29. 427, 23. 499, 33. 500, 38. 536, 31. 558, 5. 579, 10. 584, 10
membrum 583, 21
memini 71, 27. 229, 32. 378, 29. 382, 18. 437, 29. 654, 20; 28*
memor 503, 33
menda mendum 473, 3
mens 584, 14
mentum 584, 6
merces 584, 16
Mercurius inventor litterarum 27, 1
mereor 431, 8
merges 453, 26. 459, 21
messis 355, 23
metalepsis 306, 26. 324, 23
metallum 584, 3
metaphora 305, 7
metaplasmus 283, 35. 296, 3. 327, 4. 386, 25. 396, 4. 398, 17
metathesis 298, 31. 390, 18. 404, 5
meto 436, 23
metonymia 307, 1
metrum 30, 7
metuo 437, 15. 438, 15
metus 583, 32
mens 551, 9. 565, 21
mille 45, 13. 172, 13. 185, 15. 392, 8
mima mimabus 11, 14
mingo 476, 21
minime 156, 3
minus 156, 3
mis mei 14, 24. 208, 18
misereor miseror 238, 10. 464, 21
miseret 62, 10. 372, 6. 373, 24. 435, 26. 648, 2
Mnestheus 388, 15
modi verborum 16, 9. 17, 18. 19, 14. 54, 6; 13. 214, 1. 374, 12. 510, 5. 611, 1. 612, 25. 634, 28. 635, 38. modi obliqui, modus rectus 611, 36
modius 556, 31
modo 64, 5. 617, 13. 638, 15
moenia 43, 6. 428, 12. 506, 27. 584, 12
mola 477, 23
moles 583, 30
molo 477, 18
molossus 323, 2
monoptota 41, 30. 45, 30. 172, 1
morbus 583, 28
mordeo 432, 26
mordicus 518, 40
moribundus 58, 1. 257, 12
morior 61, 18
moriturio 516, 17
mortuus moriturus 71, 19. 520, 24
mos 584, 5
mugil mugilis 414, 20
mula mulabus 11, 14. 173, 27. 189, 19. 427, 7. 533, 17. 556, 38
multum 21, 4
Muluccha 412, 29
mundus 583, 26
munero muneror 233, 32. 369, 14. 370, 1
munio 463, 10
murilegulus 453, 32
murmur 583, 25
mustum 583, 23
mutae 27, 2. 101, 12; 24. 110, 3
myotacismus 286, 7. 287, 7. 298, 21. 394, 5
mysterium 584, 7

N omissum 283, 11. 324, 9. 388, 15. simplex pro duplici 284, 31. n finita nomina 414, 30. 498, 5. 501, 3. 558, 22

naevus 584, 27
nar nares 412, 4. 584, 22
Narbo 346, 5
nascor 57, 33. 439, 4
nasum 584, 24
nata natabus 189, 19. 533, 17
nato 388, 18. 483, 16
natrix 421, 15
natu 138, 9. 172, 20. 186, 9
naufragus navifragus 455, 1
navis 358, 21. 430, 11
Navissum 346, 6
ne *adverbium et coniunctio* 69, 30. 74, 25. 131, 23
necessario 517, 11
nectar 499, 35
nefas 138, 7. 172, 2; 29 186, 19. 352, 24. 550, 22. 584, 28
negotium 584, 30
nemo 50, 26
νέμω 628, 31
nemus 584, 18
neniae 428, 11
nepos 36, 1. 146, 14
Neptunalia 428, 14
nequam nequiter 68, 14
neuter 53, 18. 211, 22. 508, 38. 566, 1. neutrum 389, 28. neutrum vel neutrale 229, 21
nexo 485, 14
Nicostrate 98, 11
nigresco 650, 28
nimis 517, 17
nix 584, 26
no 479, 1
noceo 648, 22
nocte noctu 63, 16
nolo 231, 19
nomen 10, 8; 14. 34, 25. 96, 22. 134, 18. 137, 1. 317, 3. 338, 10. 549, 21. 555, 2. pro adverbio 65, 12. 135, 37. 245, 27. 290, 20. 519, 10
nomina abusiva 341, 2
ad aliquid 36, 29. 148, 12. 339, 28. 549, 35
ad aliquid qualiter se habentia 36, 30. 148, 27. 339, 31
adiectiva 147, 13. 148, 15. adiunctiva 36, 18
animalia 549, 30
appellativa 35, 5. 139, 32. 338, 19. 339, 2; 26. 342, 2. 549, 30
aptota 41, 30. 45, 30. 47, 23. 196, 35. 497, 11. 501, 13. 533, 6
composita 11, 10. 12, 32. 43, 12. 130, 18. 169, 2. 178, 10. 349, 22. 506, 30. 550, 9
nomina corporalia 34, 26. 143, 12. 338, 12
ctetica 36, 10. 147, 7. 341, 2
deficientia casibus 138, 2. 172, 18. 186, 5
deminutiva 35, 14. 39, 4. 41, 13. 48, 12. 143, 24. 145, 4. 164, 13. 198, 32. 340, 22. 346, 26. 537, 2. 549, 34. a comparativis 154, 32. quasi deminutiva 340, 27
derivativa 143, 18. 202, 4. 242, 17. 339, 2. 340, 15. 341, 9. 451, 31. *v.* verbalia
epicoena *v.* epicoenon genus
epitheta 36, 14. 147, 13. 148, 15. 339, 2. 340, 8
fixa 41, 7. 163, 34. 346, 14
generalia 37, 5. 148, 31. 341, 24
gentis 36, 20. 147, 33. 340, 1. 549, 32
graeca 35, 15. 145, 10. 197, 3. 364, 15
heteroclita 559, 30
homonyma 35, 30. 146, 9. 341, 18
inanimalia 549, 31
incorporalia 34, 27. 143, 13. 338, 14. 549, 31
individua 339, 3. 341, 27
mediae significationis 36, 12. 340, 7
mobilia 41, 5. 163, 34. 346, 14
monoclita 564, 27
monoptota 41, 30. 45, 30. 172, 1. 413, 25. 550, 21
monosyllaba 411, 30. 535, 34
notha 35, 28. 145, 11
numerorum 36, 23. 45, 11. 148, 10. 172, 11. 185, 8. 340, 3. 352, 8. 427, 28. 524, 19. 549, 32
ordinis 148, 11. 340, 3. 549, 33
participalia vel participiis similia 22, 30. 37, 31. 58, 3. 62, 33. 70, 15. 71, 5; 24. 72, 10. 149, 19. 243, 23. 256, 18. 262, 8. 263, 29. 340, 30. 495, 4. 520, 19
patriae 148, 9. 340, 2
patronymica 36, 4; 21. 146, 19. 341, 4
pluralis tantum numeri 42, 15. 166, 25. 175, 35. 195, 17. 348, 5. 427, 28. 506, 19. 550, 5. 580, 25. 587, 21. 588, 21. 589, 10. 590, 18. 592, 19. positione pluralia intellectu singularia 348, 14. 550, 7
nomina polyonyma 341, 20
possessiva 36, 12. 147, 7. 341, 2
principalia vel primae positionis 35, 4; 14. 143, 15. 340, 14; 30. 549, 33
propria 34, 29. 35, 3. 139, 32. 140, 14. 339, 2; 6. 549, 25. pro appellativis 291, 2
qualitatis 10, 25. 36, 19. 147, 21. 340, 5. 549, 35
quantitatis 10, 27. 36, 22. 147, 24. 340, 7. 549, 36
simplicia 11, 10. 349, 22
singularis tantum numeri 42, 14. 166, 25. 175, 35. 348, 5. 427, 10. 506, 24. 550, 5. 571, 13; 18. 574, 2; 18. 579, 7. 584, 10. 593, 13. positione singularia intellectu pluralia 43, 10. 158, 11. 168, 26. 178, 2. 348, 13. 550, 6
specialia 148, 33. 341, 25
synonyma 36, 2. 146, 9. 341, 20
triptota 499, 31. 536, 32. 556, 34. 558, 5
verbalia 37, 7. 149, 1. 451, 31. 611, 29. 636, 14. verbis similia 37, 19. 150, 13. 341, 1. 454, 23. 459, 31. 472, 19
nomenclator 388, 15
nominativus 44, 8. 170, 31. 181, 35. 199, 5. pro vocativo 11, 32. 44, 13. 360, 1. 429, 16
nonae 428, 10
nostras 50, 23. 205, 8
nostrum nostrorum 15, 30
nothus 31, 23. 146, 7
novi 229, 31. 378, 29. 382, 18. 437, 28. 638, 7. 654, 20
novissimus 154, 19. 342, 13
nubes 584, 20. nubs 561, 35
nubo 262, 17
nucleus 584, 25
nugas 138, 7
nugigerulus 11, 13
nullus 566, 1
num nunc 67, 3
numen 584, 17
numeri nominum 10, 19 42, 13. 165, 19. 174, 12. 347, 32. pronominum 206, 33. verborum 234, 17. 379, 3. 612, 1. 636, 21. numerorum nomina *v.* nomina

nundinae 348, 9. 428, 11. 506, 21
nuptiae 177, 1. 348, 9. 428, 11
nutrio, nutriam nutribo 18. 30. nutriram 324, 9
nutrix 455, 31

O *littera* 102, 3. uo pro o 285, 7. o finita nomina 165, 9. 413, 3. 497, 18. 501, 39. 537, 10. 557, 26. graeca 35, 15. 145, 15. 424, 19. 497, 27. in terminatione verborum 118, 2. 232, 16. 370, 14. 617, 7. 638, 8
o *interiectio* 209, 5. interiectio et adverbium 76, 4. 79, 1
o praepositio 76, 4. 78, 4. 280, 33
obex 428, 28. 455, 11. 585, 30
obsideo 438, 4
obsono obsonor 233, 9. 479, 6
occiduus 455, 30
occiput 421, 29
odi 58, 14. 71. 23. 229, 31. 261, 37. 437, 28. 438, 1. 654, 20
odium 585, 28
odor 585, 4
odoror 461, 8
οἶδα 606, 6. 633, 18
οἰνοχοῶ 604, 19
oleaster 163, 33. oleastrum 585, 22
oleo olo 486, 23
oleror 458, 32
oleum 167, 18. 348, 7
olfacio 641, 1
olli 390, 18
Olympus 254, 31
omitto 75, 4. 78, 4. 280, 29
omnis 53, 10
on finita nomina graeca 35, 20. 145, 30. 424, 25
onomatopoeia 308, 10
onus 585, 13
operio coperio 387, 36. 392, 1
opes 585, 20. opis 428, 26
opinio 585, 3
oppidum 585, 1
ὀψείω 604, 13
optativus 20, 18. 54, 9. 215, 18. 375, 3. 510, 14. 620, 12. 642, 32. praeteriti 620, 12. 642, 32
optimates 428, 5
opus 585, 24
or finita nomina 416, 6. 559, 32. verbalia 149, 2. or vel os finita nomina 391, 20. or finita nomina graeca 423, 21
oraculum 584, 31
oratio 96, 19
orator 392, 11
orbis 586, 1. orbs 561, 36
ordo 585, 26
origo 585, 25
Orion 389, 9. 400, 18
orior 438, 20. 465, 30
ὁρῶ 604, 17. 623, 2
Orpheus 389, 19
os finita nomina 419, 3. 561, 7. os vel or finita nomina 391, 20. os finita nomina graeca 425. 13. 561, 12
os oris 500, 6. 539, 3. 561, 11. 585, 16
os ossis 500, 7. 561, 12. 585, 18. ossum 538, 34. ossua 396, 25
osculor 19, 2
Ostia Ostiae 348, 32
ostiatim 62, 23. 243, 5. 517, 16
ostium 585, 11
ostreä ostreum 41, 24
ostrum 585, 9
ovat 61, 23. 436, 6. 629, 16. 654, 21
ovis 534, 7
ovum 585, 15
ox finita nomina 421, 18

Padinates 349, 7
paene paenitus 63, 20
paenitet 373, 26. paenitens 71, 30. 261, 19
paeones 31, 12
palimbacchius 30, 29
palleum 588, 8
palma 146, 14
palmes 588, 16
palor 478, 7
palpo 37, 21
palumbis 586, 20
palus 586, 22
pampinus 40, 15. 160, 14. 163, 16. 588, 2
Pan 35, 22. 425. 8
pando 378, 9. 384, 25. 607, 2
pandus 453, 21. 454, 29
pango 476, 7
panis 586, 18
panus 40, 14. 586, 19
papae 572, 15
papaver 586, 23
paragoge 296, 31. 388, 5. 402, 16
paralempsis 388, 5
parapsis 586, 5
Parcae 18, 37. 228, 21. 259, 39. 311, 3
parco 434, 19
παρέλκων 397, 1
parenthesis 309, 20
paret 515, 10
pariambus 30, 22
paries 586, 9
paroemia 311, 30
paromoeon 303, 28
paronomasia 303, 12
parricida 306, 15
parsimonia 587, 3
partes orationis 10, 5. 34, 12. 96, 20. 134, 3. 338, 4. 549, 18
participium 20, 2. 22, 27. 70, 11. 97, 24. 134, 33. 256, 8. 495, 3. 520, 1. 545, 37. 552, 26. participia verborum defectivorum 261, 27. passiva verborum neutralium 72, 3. futuri passivi verborum deponentium et communium 228, 29. 260, 5. participiis carentia verba 436, 26. 439, 2. participalia, participalis modus 20, 1. 58, 3. 626, 28. 648, 26. participia nominibus similia 22, 30. 37, 31. 62, 33. 70, 15. 71, 5; 24. 72, 10. 149, 19. 243, 23. 256, 18. 262, 8. 263, 29. 340, 30. 495, 4. 520, 19
partio partior 59, 13. 233, 32. 369, 14
partus 21, 4
parum 47, 21
Pascha 177, 4
pasco pascor 233, 14. 368, 28. 437, 25
paseua 428, 13
pater familias 43, 21. 179, 23. 350, 9
patior 607, 2
patrisso 54, 29. 221, 18
patronymica *v.* nomina
paveo 437, 25
pavimentum paumentum 324, 10. 586, 11
pax 42, 25. 167, 5. 176, 20. 348, 6. 396, 6. 427, 26. 587, 21
pecu pecus 414, 14
pedetemptim 62, 24. 243, 17
pedisequa 412, 27
pedo 471, 13
pedum 412, 14
pegma 197, 13
πεινῶ 608, 12. 623, 1
pelagus 427, 27. 535, 10. 587, 15
pello 478, 2. 486, 18

pelvis 586, 4
penates 506, 20
pendeo pendo 432, 25. 437, 27
Peneleos 561, 15
penitus 517, 15
penus penum 40, 8. 427, 28
πέπηγα 628, 11
pepigi 437, 29
πέπληγα 628, 13
percolo 477, 12
perdix 587, 1
perfectum tempus 431, 11. 632, 3. in ivi et ii 383, 25. 640, 6. verborum graecorum 605, 17. 633, 5
perfectus 151, 10. 318, 10
Pergamus 426, 19
periodus 34, 6. 133, 11. 281, 21
peripetasma 47, 31. 197, 17
periphrasis 308, 15
perissologia 294, 1
peristromum 586, 7
pernicies permicies 324, 13. 327, 22
personae pronominum 14, 22. 49, 11; 27. 201, 13. verborum 61, 4. 236, 29. 379, 29. 611, 39. 636, 17
pertaedet 58, 23
πέρθαι 624, 20
pes, peres pro pedes 392, 15. pedes metrici 30, 5. 120, 21. 321, 3. 548, 31. duplices 125, 24. legitimi et nothi 31, 22. 125, 19. pedum divisio 31, 9. 123, 28. resolutio 30, 12; 18. 121, 24
ph φ 239, 12. 606, 32
Phaethon 389, 19
pharus 588, 14
Phoebus 389, 16. 400, 23
φορῶ 608, 1
piget 515, 13
pilleum pilleus 587, 10
pinso 583, 5
pinus 163, 15. 345, 26
piper 392, 3
pirus 163, 30. 346, 2
piscina 306, 23
pistrinum pistrilla 41, 14. 164, 20. 199, 3. 346, 29. 588, 4
pitisso pytisso 55, 2. 221, 4. 376, 23
pius 154, 9. 342, 10
pix 587, 14
placeo placet 262, 17. 625, 13. 646, 36
plebs 588, 7
plecto 484, 15
pleonasmus 294, 1
plico 431, 17. 607, 4
pluit 378, 32
pluralia tantum *v.* nomina
polleo 436, 23. 437, 13
polyptoton 304, 12
polysyndeton 304, 22
pomilio pumilio 42, 5. 165, 11
pondo 413, 26. 428, 4
pone *praepositio vel adverbium* 33, 29. 68, 33. 69, 29. 131, 2. 251, 12. 347, 6. 390, 22
populo populor 59, 16. 233, 7. 369, 14
populus 186, 29. 429, 22
porro 74, 32
porrum 39, 26. 163, 1. 345, 14. 426, 28. 588, 1
Porsena 284, 31
porticus 586, 14
portus 47, 21
posco 434, 24. 437, 16. 438, 14
positio syllabarum 27, 30. 28, 29. 29, 14. 108, 25. 109, 22. 114, 25. 116, 25. 118, 7. 120, 7. 548, 11
positivus gradus 38, 6. 152, 21. 171, 1. 182, 16. 342, 3
positurae 34, 1. 133, 3
possum 377, 12 640, 32. 654, 28. potestur 297, 2. 388, 8
post 278, 15
post crastinum 66, 5
potens 149, 26
potior *verbum* 438, 20. 465, 30
praeceps 536, 19
praecordia 428, 13
praedico praedicas, praedico praedicis 468, 34
praedormio 637, 15
praeduus 453, 30
praefectus 13, 30. civitatis 12, 25. praetorii 12, 26. vigilibus 13, 35. 43, 24. urbis 12, 13
praefectura 13, 32
praelativus gradus 38, 27. 151, 29
Praeneste 346, 8. 349, 3
praenomen 35, 3. 140, 15. 141, 12. 339, 12
praepositio 10, 12. 24, 28. 75, 9. 97, 31. 134, 35. 269, 26. 521, 35. 546, 28. 553, 30. itinerales, locales 25, 24. cum adverbiis 21, 22. 25, 17. 64, 22. 69, 32. 248, 16. 255, 6. 274, 3. 519, 31. cum nominibus civitatum 291, 32. praepositionibus iunctae 273, 25. cum verbis compositae 600, 15. 636, 34. aliae pro aliis positae 268, 27. 292, 3. pro adverbiis 24, 31. 66, 1. 69, 10. 77, 31. 78, 20. 251, 17. 270, 28. 273, 34. 279, 14. interiectionibus similes 26, 16
praescius 173, 4. 188, 1
praesepe praesepis praesepia 428, 13. 587, 16
praeter 76, 14. 78, 15. 278, 15
praetextum 587, 5
prandeo 432, 23. pransus 72, 4. 262, 40
pratum 588, 9
prece 428, 28
prelum perlum 392, 23
primitiae 428, 9
primores 428, 6
primulum 250, 31
primus prior 36, 25. 340, 4
princeps 536, 38
proceleumaticus pro dactylo 30, 13
proceres 428, 6
proconsul 12, 32
profecto 68, 35. 251, 13
progenies 588, 12
proinde 519, 36
prolempsis 301, 1
proles 588, 10
promissivus modus 16, 17. 17, 20. 54, 9. 214, 9. 374, 22
promulgo 476, 14
pronomen 10, 9. 14, 8. 49, 1. 96, 31. 134, 31. 199, 20. 319, 3. 507, 6. 541, 3. 550, 24. 564, 37
pronomina articularia 14, 28. 15, 3; 16. 50, 19. articulare praepositivum 15, 16
composita 52, 15. 207, 16
deductiva 202, 3
deficientia casibus 209, 1. crescentia per casus 208, 11
demonstrativa 15, 10. 51, 11
finita 14, 11; 27; 35. 15, 25. 49, 13; 19. 52, 3. 201, 5. 202, 18. 507, 11. 541, 4. 565, 1
infinita 14, 29. 49, 13; 20. 52, 3. 200, 17. 203, 1. 507, 11. 541, 5. 565, 8. infinita ad aliquid 51, 1
interrogativa 550, 35
gentilia 50, 22. 204, 34
minus quam finita 14, 28; 32. 50, 6. 51, 13. 52, 4.

203, 3. 507, 12. 541, 5. 565, 2
pronomina numeri 203, 33
ordinis 204, 1
personativa 15, 26
possessiva 14, 29. 15, 25. 52, 5. 53, 5. 203, 27. 207, 7
praepositiva 551, 2
primigenia 202, 3
privativa 550, 27
qualitatis 203, 31. 509, 13
quantitatis 203, 32. 509, 14
relativa 14, 29. 15, 15. 509, 19
segregativa 550, 36
subiunctiva 14, 29. 15, 14. 50, 4. 51, 15. 551, 2
responsiva 550, 37
dubia inter pronomina et nomina 53, 17. 211, 22
propago 347, 3
propino 479, 3
propria v. nomina
propter 69, 10. 278, 15
prosum 618, 16. 654, 28*
protentum 133, 28
prothesis 296, 31. 387, 33
prunus 163, 30. 346, 2
psallo 477, 29
Pteleum 587, 10*
pubis 418, 10
pudens 71, 30
pugil 355, 26. 497, 40. 558, 9
pugillares 428, 6
pugnum pugnus 587, 12
pulpitum 586, 12
pulto 626, 18. 651, 30
pulvis 42, 19. 166, 27. 176, 9. 177, 23. 348, 6. 427, 25. 588, 5
pumex 586, 3
pumilio 42, 5
pungo expungo 383, 21
Punica vocabula 496, 10. 364, 10
punio punior 233, 7. 369, 14
puppis 355, 17
purgo 476, 12
pusio 42, 5
puteus 586, 17. 587, 7
pyrrichia 322, 16
pyrrichius 30, 20. 322, 10
pyxis 48, 15

Q 27, 15. 28, 5. 101, 21. 104, 17. 110, 4. 239, 25
quadrigae quadriga 42, 27. 176, 29. 290, 6. 348, 9. 396, 6. 428, 9
quaeso 59, 2. 232, 1. 379, 20. 380, 1. 382, 14. 436, 4. 483, 8
quaestio 588, 19
qualis 51, 24
quandiu quandius 392, 2
quando 74, 33
quanti 51, 9
quatio 436, 24. quato 638, 30
que 131, 24
queo 381, 33. 638, 32
quercus 47, 21. 588, 20
qui quis 15, 19. 205, 18. 206, 19. 208, 20. 508, 1. 541, 20. 565, 30
qui *adverbium* 65, 34. 68, 31. 69, 13
quidam 542, 12
quies 588, 18
quiesco 55, 10. 221, 33. 377, 1. quieo 222, 6
Quirites Quiris 42, 21. 166, 31. 167, 9. 176, 31. 348, 8. 428, 6. 588, 21
quisquiliae 428, 11
quisquis 52, 8. 207, 25. 208, 16
quot 50, 29. 203, 33
quotus 50, 31. 204, 1

R omissum 283, 13. 400, 8. transpositum 392, 23. pro d 392, 15
r finita nomina 415, 8. 498, 10. 499, 20. 503, 29. 505, 16. 558, 30
rabies 588, 24
rabio 459, 8
radicitus 517, 15. 518, 40
radius 588, 28
radix 163, 26. 589, 22
ramus 588, 26
rana ranunculus 346, 29
raro 517, 12
ratis 589, 17
reboo 449, 20
recens 517, 17
recludo 75, 14
refuga 454, 17*
refuto 483, 18
regno 262, 18
regnum 588, 23
reicio 641, 1
religio 589, 21
reliquiae 428, 11. relliquiae 283, 14. 284, 30. 388, 2. reliquus 392, 23
remigis 428, 23
reminiscor 438, 16
remus 589, 19
renes 589, 10
reor 439, 3
repostus 388, 16. 391, 15
resolutio pedum 30, 12; 18. 121, 24
restis 355, 24
rhetores 395, 26
ῥίπτω 603, 29
rite 244, 27
ritus 588, 25
robor 416, 10
roboro 481, 33
rorat 654, 23
ros 589, 8
rosa rosum 589, 13
rubigo 589, 4
ructo ructor 628, 18. 653, 22
rudens 472, 10
rudo 471, 26
rumen 501, 9
rumino 461, 12
rumor 589, 6
ruo gruo 392, 1
rupes 589, 1
rus 21, 26. 69, 5. 412, 8. 428, 31. 589, 3

S 28, 1. 29, 25. 108, 25. 116, 11. 117, 23. 395, 13. additum 324, 6. 392, 2. omissum in fine vocabulorum 109, 16. 388, 7; 21; 22
s finita nomina 498, 15. 502, 5. 504, 36. 561, 29
saccus 590, 9
saevio 437, 15
sagus 591, 9
sal sales 348, 24. 591, 1. salis 560, 31
Saldae 506, 22
saliens 590, 21
salio 61, 19. 383, 32
sallio 61, 19
salsamentum salmentum 324, 10. 327, 15. 392, 10
salve 436, 14
Samnis 561, 1
sancio 71, 14
sanguintinus 398, 5
sanguis 166, 30. 176, 17. 348, 6. 427, 25
sapor 589, 25
sarcasmos 312, 1
Sardus Sardiniensis 144, 28
sartor 149, 8
satias 397, 11. 428, 15. 450, 28
Saturnalia 348, 10. 428, 14
Satyri 239, 21
σβεννύω 610, 12
scabere 467, 28
scabillum 590, 4
scalae scala 42, 27. 176, 29. 290, 6. 348, 9. 396, 5. 428, 11. 590, 18
scalper scalprum 591, 14
scato 484, 6
schema 197, 12. 292, 13. 357, 18
schemata dianoeas, schemata lexeos 299, 19. 300, 28
schesis onomaton 303, 16
Scillaceum Scillacea 549, 1

scindo 433, 18
scio 638, 14
scius 454, 30
scobis scobs 418, 17. 561, 38
scopae scopa 42, 26. 176, 28. 290, 6. 348, 10. 396, 5. 590, 18
scopulus 589, 27
scrobis scrobs 418, 16. 561, 33
scutra scutrillus 164, 24
scutris scutrilla 346, 30
scutum scutella 41, 13. 346, 28
secundo 473, 1
secundus 45, 27. 173, 6. 188, 4
securis 355, 13
sedes 356, 2
sedo 487, 31
sedulo 246, 17. 517, 12
seges 591, 19
semen 591, 18
semivocales 27, 2. 101, 1. 108, 3
senatus 363, 28. 555, 6
senesco seneo 54, 20. 221, 32. 651, 2
senex senior 38, 12. 39, 14. 152, 34. 154, 18. 342, 9. 536, 2
sentes 428, 6
seps 590, 11
sepulchrum 591, 21
sequester 415, 21
series 589, 30
sero seras 384, 25. 481, 22. 486, 13
sero seris 280, 19. 437, 15. 481, 21. 486, 15
serpens 591, 22
serum serta 428, 13. 590, 23
seru 414, 14
servio 18, 33
Servitii 349, 5
serum 590, 19
sestertius 556, 31
sibilus sibila 426, 17
sibilus in pronuntiatione 104, 6. 286, 11. 327, 28. 395, 3
Sibyllini libri 501, 30
Siculus Siciliensis 144, 28
sidus 591, 16
sigma 111, 12
signum 591, 20
siler 163, 33. 500, 2
silex 48, 14. 160, 1. 291, 7. 345, 26. 420, 31. 591, 4
silicernium 452, 22
simia 591, 7
simpulum 590, 26
sinapi 347, 25
sinciput 421, 29
singillatim 518, 40
singularia tantum *v.* nomina
sinister 36, 32. 340, 1
Sirmium 349, 2
sis 370, 12
sisto 378, 10. 436, 23
sitio 437, 15
sitis 427, 26
situs 590, 3
σχω finita verba 626, 6. 629, 4. 651, 11. 654, 2
socer 392, 8
soleo 58, 33. 61, 17. 62, 7. 71, 21. 368, 16. 377, 36. 378, 16. 382, 28. 431, 6 437, 19. 515, 2. 629, 17. 654, 25
soloecismus 283, 10. 288, 22. 327, 10; 33. 395, 28
Solon 328, 6
solstitium 452, 22
somnio somnior 450, 19
sono 486, 21
Soracte 346, 11. 349, 3
sorbillo 54, 32. 221, 1. 376, 24
sordes 348, 9; 11. 396, 6
specimen 501, 11
specu specus 40, 23. 47, 22. 163, 28. 195, 10. 345, 31
speculator 37, 25
spico inspico 457, 15
spolia 428, 12
spolior 291, 25
spondeo 432, 25
spondeus 122, 23. 322, 18
sponsalia 428, 13
sponte 45, 10; 22. 138, 9. 172, 20. 186, 8. 352, 18. 428, 19. 550, 22. spontis 352, 18
squalor 591, 3
stadium 589, 32
statim stetim 392, 16
sternuto 626, 15. 651, 28
stimulus 591, 10
stips 590, 10
stiria 590, 15
stirpitus 517, 16
stirps 40, 4. 163, 26. 345, 26. 346, 32
stomachor 470, 27
stomachus 590, 13
strena strenua 396, 26. 397, 34
strideo stridо 438, 5. 453, 12 464, 25. 486, 24
structurae 393, 7
strues 590, 17
studeo 61, 21. 71, 28. 262, 5. 437, 13
stuprum 591, 12
sub 25, 20. 77, 16. 275, 18. 523, 6
subo 467, 20
suboles 591, 17
subter 77, 16. 275, 18. 523, 13
succino 479, 12
sudo 471, 9
suffero 606, 37*
sugillo 54, 32. 221, 1. suggillo 376, 24
sui 53, 5. 209, 26
Sulcis 349, 5
sulphur 589, 23
sum 58, 19. 62, 3. 240, 25. 378, 27. 382, 23. 436, 18; 27. 494, 23. 618, 16. 629, 12. 640, 25. 654, 13; 28. essendi essens 494, 26
supellex 590, 2
super 25, 20; 33. 77, 17. 275, 18. 277, 25. 523, 11
superlativus gradus 11, 2. 39, 10. 157, 32. 158, 6. 342, 23. pro positivo 158, 28
supinum 436, 22. supina verba 430, 30
suptus 26, 5
sus 412, 8. 590, 6
sustulo sustollo 606, 37
suus 53, 5. 209, 27
syllaba 28, 23. 111, 18. 548, 5. syllabarum divisio 112, 3. syllabae finales 320, 17. syllabarum tempora 112, 20. syllabae natura longae 112, 34. 114, 25. positione longae 27, 30. 28, 29. 108, 25. 112, 34. 114, 25. 116, 25. 118, 7. 120, 7. 548, 11. communes 29, 14. 115, 26. 399, 4
syllempsis 301, 28
synaeresis 221, 9. 297, 28
synaliphe 298, 9. 389, 32. 400, 29
synchysis 310, 6
syncope 297, 7. 388, 13. 397, 11. 516, 42. 519, 8. 556, 21. 563, 3. 618, 18. 640, 34
syncrisis 388, 1. 389, 32
synecdoche 307, 34. 328, 12
synonyma *v.* nomina
Syracusani 487, 31. 610, 38
syrma 590, 1
systole 297, 14. 389, 7. 400, 22
syzygiae pedum 31, 1. 123, 4

T 104, 6. 286, 11. 327, 28. 395, 3. geminatum 392, 1
t finita nomina 421, 28
tabes 45, 8. 46, 1. 427, 26. 428, 20

tabo 45, 8. 46, 1. 138, 9. 172, 20. 186, 9. 352, 17. 428, 19
taedet 58, 22. 373, 27. 435, 27. 515, 12. 648, 1. taedeo 58, 22
talis 51, 24. 352, 14
talpa 592, 1
tam 21, 12. 152, 1. 156, 2
tanti 51, 9
tapinosis 294, 27
Tartarus 39, 24. 162, 28. 345, 12. 426, 16. 537, 9. tarterus 392, 17
tautologia 294, 1
Telchinus 558, 25
temno 388, 13
templum 592, 7
tempus 592, 6
tempora verborum 19, 6. 60, 19. 234, 36. 377, 17. 551, 24. 602, 22. 612, 4. 635, 10. temporum in modis coniunctio 20, 19. 375, 3. 605, 11. 611, 6. 618, 24. 620, 24. 622, 35. 635, 10. 643, 36
tenebrae 428, 11
tenores 32, 7
tenus 77, 12. 78, 26. 269, 32. 272, 32. 273, 23. 275, 12. 278, 8
teres 505, 39
tergo tergeo 545, 25
tergum tergus 539, 7
terresco 448, 28
testa testu 414, 14
thalamus 592, 9
Thebae Thebe 178, 7
Themisto 35, 15
Thenae 506, 22
thesis 30, 10. 120, 29. 321, 13
θρῶ θραύω 611, 25
Thyas 389, 26
ti *syllaba v.* sibilus
timeo 437, 8. 438, 15
tmesis 309, 26. 390, 29
tofus 591, 26
tollo 436, 18. 438, 13. 606, 37
tondeo 59, 10. 233, 5. 368, 25. 369, 13. 432, 26
toni 32, 6
tornus 591, 28
torques torquis 418, 29. 453, 28. 592, 5
torus 592, 13
totio *interiectio* 320, 6
totus 50, 31. 53, 10. 204, 1. 566, 1. tottus 392, 1
trabes 591, 27
tracto 651, 32
Trallibus 349, 4
trames 591, 25
τρέχω 608, 39
tremo 437, 15
τρέφω 608, 37
trepidus 453, 21
tribrachus 322, 36
tribunal 592, 15
tribus 47, 22. 195, 5
trigae 428, 9
triumpho triumphus 61, 28. 239, 15. 262, 18
trochaeus 122, 21. 322, 32
tropi 296, 5. 305, 1. 324, 21
trudo 392, 2
trunco 469, 30
tu, tui tis 208, 19
tuatim 62, 24
tubur 364, 10
Tuburnae 506, 22
tueor tuor 464, 28
tulo 607, 1
tunicatus 262, 11
turbo 592, 11
turdus 161, 23
Turia 41, 24. 161, 23. 412, 29. 496, 20
Turribus 349, 4
turris 355, 12. 591, 24
turtur 592, 3
tuto 517, 12
tympanisso 626, 23
tyrannicida 398, 3

V 27, 4. 102, 20. 120, 2. 395, 15. u vocalis pro consonante 392, 37. v consonans pro vocali 393, 2. u pro i 194, 32. v in b mutatum 392, 15. additum 397, 14. omissum 324, 9. 383, 28. 388, 20. 393, 1. 639, 31. 640, 8. 643, 12
u finita nomina 42, 10. 165, 13. 172, 4. 185, 2. 361, 23. 414, 11. 497, 31. 501, 12. 564, 23
vacillo 55, 2. 221, 5. 376, 23
vadum 455, 2. 459, 21
valeo 437, 9
vallum vallus 592, 24
vallus 592, 22
vapor 564, 3
vas vadis 455, 2. 459, 21
vas vasis 46, 10. 190, 14. 354, 28. 427, 3. 560, 3. 592, 17
ubertim 518, 39
ve 74, 28. 131, 24
vectis 593, 20
veles 592, 27
vellico 468, 22
vellus 593, 26
vendo 369, 31. 474, 1
venenum 593, 15
veneo 369, 31. 638, 33
vepres 428, 6. 592, 19
verber 534, 24. verberis 428, 23
verbero 37, 22
verbum 10, 10. 16, 1. 53, 28. 97, 6. 134, 18. 212, 3. 365, 28. 430, 15. 447, 15. 509, 28. 542, 19. 551, 10. 599, 11. 631, 20. 634, 1. verborum coniugationes *v.* coniugationes. formae 16, 21. 17, 31. 219, 5. 375, 30. 430, 22. 625, 23. 649, 26. genera vel significationes *v.* genus. modi vel qualitates *v.* modi, tempora *v.* tempora
verba activa 18, 35. 58, 5. 227, 15. 366, 1. 367, 17. 430, 27. 542, 28. 551, 15. 627, 6. 652, 14
anomala vel inaequalia 58, 31. 59, 3. 231, 12. 378, 15. 634, 25. 638, 3
arbitraria vel προαιρετικά 622, 12
communia 19, 1. 56, 22. 58, 7; 27. 228, 25. 260, 19. 367, 30. 430, 34. 513, 7. 542, 33. 551, 18. 627, 32. 652, 36
confusa in prima persona praesentis 437, 20. 473, 16. 486, 10. in praeterito 437, 25
composita 19, 5. 234, 8. 379, 15. 485, 24. 599, 21. 604, 24. 636, 26
defectiva 58, 25. 61, 30. 217, 11. 230, 19. 231, 35. 238, 34. 240, 3. 261, 27. 370, 6. 373, 21. 377, 9. 378, 3. 379, 10; 23; 33. 382, 10. 436, 4. 628, 20. 633, 31. 634, 25. 638, 3. 653, 25
deminutiva 54, 31. 220, 33. 376, 23
deponentia 18, 36. 56, 6. 57, 31. 58, 29. 228, 12; 18. 259, 34. 367, 28. 430, 32. 513, 7. 542, 36. 551, 17. 628, 8. 652, 30
derivativa 54, 33. 611, 23. 636, 12. a nominibus 221, 22. 450, 13. 451, 31. 486, 30. a praeterito perfecto 487, 28
desiderativa 516, 14
frequentativa 16, 28. 17, 32. 18, 8. 54, 20; 27. 61, 32. 219, 6. 220, 11. 221, 14. 240, 8. 376, 3. 377, 14.

430, 23. 449, 4. 516, 11. 626, 10. 650, 4; 651, 14
verba inaequalia 58, 31. 59, 3. 231, 12. 378, 22
inchoativa 16, 27. 17, 2. 18, 2. 54, 25. 219, 6; 18. 221, 31. 261, 4. 376, 6. 377, 5. 430, 23. 437, 4. 448, 24. 470, 5. 513, 4. 515, 46. 625, 34. 649, 31. 650, 17
inpersonalia 17, 21. 19, 29. 54, 16; 21. 58, 21. 61, 8. 62, 12. 71, 30. 216, 10. 230, 20. 237, 23. 241, 4. 261, 17. 370, 23. 380, 11. 435, 19. 438, 28. 515, 4. 625, 6. 646, 10. 649, 25*
meditativa 16, 23. 17, 35. 219, 6. 376, 4. 430, 23. 449, 2. 625, 27. 649, 28. 650, 9
monosyllaba 59, 4. 232, 23. 370, 15
neutra 16, 8. 55, 20. 58, 7; 29. 227, 8; 30. 229, 21. 366, 2. 367, 26. 430, 29. 511, 26. 516, 7. 542, 31. 551, 16. 627, 26. 652, 17
neutrodefectiva 54, 23. 59, 3
neutropassiva 368, 19. 431, 3. 514, 41
nominibus similia 37, 19. 341, 1. 454, 23. 459, 31. 472, 19
paragoga 551, 23
parasyntheta 601, 5. 604, 27
participalia *v.* participium
passiva 58, 5. 227, 19. 366, 1. 367, 18. 430, 28. 542, 29. 551, 15. 627, 10. 652, 18
passivoneutra 431, 8
πεποιημένα 628, 25. 633, 37. 653, 31
perfecta 17, 32. 219, 6. 220, 10. 376, 2. 430, 23. 449, 15. 650, 2
plena 238, 38. 366, 12
principalia 220, 33
προαιρετικά 622, 12
verba propria singulorum generum 366, 27
semineutralia 514, 31
supina 430, 30
usurpativa 626, 28. 648, 26
veritum est 648, 5
verro 482, 7. 607, 2. 629, 17. 654, 25
vertex 593, 1
verto 607, 2
veru 501, 16
vescor 58, 35. 438, 16
vetternum 592, 21
vicarius 13, 29
vicatim 517, 16
vicem 428, 27
vidua 344, 6
vigil 355, 26. 558, 10
vigor 593, 24
villa vila 392, 8
Viniolis 349, 5
vinum 42, 31. 177, 29. 348, 12. 427, 23. 498, 35. 506, 25. 536, 31. 579, 9
vio (?) 637, 11
violenter 22, 16
viritim 517, 16
virus 42, 28. 352, 2. 427, 27
vis 192, 22. 594, 1
viscum 427, 27. 498, 37. viscus visci 593, 7
viscus visceris 428, 28. 593, 4
viso 449, 7
vitus 537, 27
vixet *pro* vixisset 285, 29
ulula 496, 22
ululatus 593, 30
ullus 211, 22. 566, 1
ulterior ultimus 154, 19
um finita nomina 161, 38. 414, 27. 498, 1; 27
umerus 593, 23. humerus 580, 25
undo 472, 25
ungo ungeo 545, 23
unus 211, 22. 389, 10. 566, 1
vocabulum 35, 1. 243, 9
vocales 26, 28. 100, 5. 101, 27. 106, 4
vocativus secundae declinationis 11, 26. 359, 26. 429, 7. 556, 7. nominum graecorum 359, 26
volo vis 231, 19. 436, 20. 437, 14; 23. 486, 20. 654, 17; 28*
volo volas 437, 23. 486, 20
vomer 593, 9
vox 26, 30. 99, 9
urceus 593, 11
urgeo 72, 30
ursus 72, 30. 593, 17
us finita nomina 161, 34. 419, 10. 540, 3. 561, 21. neutra 499, 11. graeca 423, 5. 424, 15
usque 76, 16. 273, 31
ut 69, 8; 28. 251, 20. 519, 14
uter 211, 22. 566, 1
uter utris 593, 2
uterque 211, 22. 508, 19. 566, 1
uva 393, 1
Vulcanalia 168, 18 196, 19
vulgo 476, 14
vulgus 40, 22. 162, 18. 163, 28. 345, 16; 31. 427, 27. 535, 10. 593, 13
vulnus 593, 28
vulpes 593, 22
uus finita nomina 520, 26

X 27, 29. 28, 9; 16. 29, 1. 101, 20. 108, 4; 119, 25
x finita nomina 420, 23. 498, 20. 503, 13. 504, 12. 562, 23

Y 28, 12. 110, 27. 609, 4
ὕπαρχος 12, 15
ys finita nomina 424, 17

Z 28, 12. 30, 2. 110, 27. 116, 20. 119, 19
zelus 594, 7
zeugma 301, 12. 304, 17
ζῶ 623, 1

ADDENDA

In Cledonii arte edenda operam suam liberaliter mihi praestitit Hermannus Hagenus Bernensis. qui dum librum manu scriptum denuo cum nova editione, ut primum plagulae ex officina operarum prodierunt, confert, non solum codicis scripturam saepe correctoris opera vel litteris male obductis obscuratam conpluribus locis accuratius, quam antea et ab illo et a me factum erat, mihi indicavit, sed etiam criticas observationes, quibus emendationem libri corruptissimi vix inchoatam adiuvaret, per litteras mecum communicavit. ex his ea quae ad genuinam codicis scripturam constituendam pertinebant praeter paucissimos quosdam et levissimos librarii errores eosque postea correctos in editionem recepi. emendationibus autem viri amicissimi ita ut cupiebam tum uti non poteram. paucas enim in textum verborum recepi, ac ne his quidem omnibus in subiecta adnotatione, ut par erat, nomen inventoris adscribere per angustias chartarum licuit. plurimas vero omisi, non quo inprobarem, sed quia vel recipi iam non poterant vel ab eo consilio quod in edendo libro secutus eram alienae erant. nam cum ipse propter eas causas quas in praefatione dixi maiorem curam huic libro impendere noluissem, sed diversis commentarii partibus distinctis et gravissimis vitiis sublatis perturbatum codicis ordinem ac scripturam reliquissem, ille disiectas et corruptas veteris commentarii reliquias coniecturis in ordinem redigere instituit. in quo plurima sane admodum probabilia, non nulla etiam ad instam emendationem prorsus necessaria proposuit. haec igitur quoniam in adnotatione exhibere non licuit, nunc supplementi instar subiecci. quamquam ad perficiendam libri emendationem, si operae pretium est, multo plura etiam superesse facile adparet.

9, 1 SCDO ... RAT ... IAMANIVS *ita scripta sunt in codice, ut ad Cledonii librum non pertinere videantur. ultimum certe vocabulum postea adpictum esse adparet*
8 necessitudo versetur. non adgrediar: indevotus me quoque accusante reperiar. adgrediar: temeritatis flatibus aestu procelloso iactabor et tam temerarius corrigar quam nomine conditoris afficiar
15 Basso (*superscr.* ex) *recenti manu in margine scriptum est.* INDUAS, *quod scripserat librarius, postea litteris male obductis factum est* NOUAS. *recenti manu in margine iterum adscriptum est* IN ĐVAS
11, 13 ut efficax pro efficiens, ut nugigerulus pro nugas adferens
14—20 *perturbatus verborum ordo sic videtur restituendus esse,* a vel o fuerint terminata: praeter — anomala sunt. genetivum pluralem — in is: ut Musa Musarum Musis. si e correpta — siqua talia. intellegimus etiam hinc — rerum
22 ut huius parietis horum parietum
25 quod alii alium casum demonstrent
28 hic fluctus huius fluctus o fluctus
30 in is, hic doctus huius docti o docte horum doctorum his et ab his doctis. interdum — ut Sallusti, sic et Varius; antiqui
12, 16 Verrinarum septimo] *in Verr. act. sec.* V 34, 89. 91
20 praefectus si participium dixeris, praeteritum perfectum est et faciendus futurum est
28 aut praetorio aut fabricae qui superpositus fuerit a praefecto vel fabricae vel praetorio vel civitati vicarius. *quae sequuntur* non enim — faciendus est praefectus *transponenda sunt post* 25 si dixero praefectus civitati
14, 12—14 recipiunt. bipertita est — ego tu ille: ille tunc, quando de praesenti persona tractetur. alii
33 ipsius — illius *post* 15, 1 absentes *transponenda sunt*

15, 7 hic, hoc pronomen — adverbium est *transponenda sunt post* 12 audis
19 a quo vel a qui: ablativus singularis duplex est. quare et ablativum pluralem duplicem habet, a quis vel a quibus, cuius talis est regula: ab eo quod est a quo facit a quis, sicut a docto
29 aut ex utraque parte plurale, ut nostri, aut ex utraque parte singulare, ut meus codex. possessiva ad aliquid dicta: ad aliquid se habentia

17, 12 in passivo communi et deponenti
14 ante litteram, in passivo communi et deponenti e correptam ante syllabam, ut scribo scribis scribor scriberis
16 in passivo communi et deponenti
22 per modos: indicativo modo legitur
37 per contrarietatem, quod nihil deponant

19, 4 dicimus enim osculor te pro osculo te et osculor a te
11 quo olim
36 sed melius est ut participia sint magis quam gerundi verba

20, 4 quia dua tempora habent ulterius tempus, praeteritum perfectum lectus sum lectus fui ante horam et ostendit retrorsum tempus, praeteritum plusquamperfectum lectum tibi erat lectum tibi fuerat iam ante duas horas
23 ulterius dicitur quod post praeteritum perfectum et praeteritum plusquamperfectum esse cognoscitur. temporis praesentis modus coniunctivus idem est quod est temporis futuri optativus
32 significatio est quae probat, cuius significationis adverbia sint, *ut v.* a se adverbia descendere *ad Don.* 363, 5 *pertineant*

21, 16 huc illuc illo quo eo istuc; in loco ista sunt, hic illic ubi ibi istic; de loco ista sunt, hinc illinc unde inde istinc alibi et illim; per locum ista sunt, hac illac illa qua ea istac

22, 19 varia tamen adverbia

23, 14 duabus regulis terminatur, in dus a praesenti, ut legens legendus, in rus a praeterito, ut lectus lecturus

24, 12 expletivas: si non leges, saltem vapulabis. rationales: non vapulas, nam legis cum pronuntiatione

25, 6 aliud minuit, id est detrahit, ut illisus
34 transitur

26, 1 quando localis fuerit, accusativo servit; quando itineralis, ablativo — quia, ut dixi, localis — quia itineralis est
23 id est] *l.* ideo

27, 7 pro se invicem ponuntur, ut maxume pro maxime, vel quia expressum sonum non habent in aliquibus dictionibus, ut vir et maxume
33 nam quotiens cum muta iunctae fuerint, antepositae vocalem longam faciunt, ut urbem, postposita, ut Atrida, a communem syllabam facit

28, 4 sicut muta communem syllabam facit
12 l et r aut pereunt
23 eo quod plures litterae comprehensae syllabam unam faciunt. cum a pluribus litteris sit dicta, cur

29, 12 longae sunt, ae oe au eu ei. exceptis — breves sunt. itur
32 terminatum vocalis sequitur

30, 26 is etiam creticus dicitur *transponenda sunt post* 27 longae cingant

31, 7 trisyllabi octo, tetrasyllabi sedecim pedes per varietates similes faciunt, disyllabi XXXII cum trisyllabis iuncti, trisyllabi sexaginta et quattuor cum trisyllabis geminati
12 et paeones quina, sive quia nec aequa divisio inter ipsos nec dupla nec sescupla esse potest
22 metri pedes legitimi: qui sunt naturales, in heroico spondius. nothi: degeneres, ut si dicas nothus de patre nobili et matre ignobili, ut Vergilius — creavit. legitimi sunt spondei — facti nothi. nothi dactuli, quia fracta syllaba spondei factus est nothus, inde dactulus.
29 accentus dicitur partium orationis quasi adcantus. accentus dicuntur et toni, dicuntur et tenores

32, 7 ab accinendo
23 mutat accentum et in antepenultima acutum recipit
30 in antepenultima: *cf.* 33, 3 [*codicis scripturam ipso Hageno monente non recte mutaveram*]

33, 11 penultimae] *l.* a penultima
14 quia non nisi in tribus
18 peregrina nomina et quae sunt barbara
19 accentus certos habere non possunt, ut heus heu
22 accentus sive tenores
29 ut ergo, ne coniunctio intellegatur, quae 'causa' significat, in ultima circumflexum recipit, ut pone, ideo ne verbum putetur imperativi modi, in ultima producatur
31 circumflexus longus brevis
34, 16 adverbium quae pars sine verbo non ponitur, participium nominibus cum parte nominis et verbi coniungitur; nominis et verbi ponitur coniunctio, praepositio autem nomini praeponitur et verbo
30 multorum vocabulum: fiunt et rerum nomina propria, siquidem dico Roma Tiberis
35, 7 cognomina familiae, agnomina virtutis
11 ecce modo nomen cognomen, modo cognomen nomen dixit
14 aeque videntur esse principalia, aeque diminutiva
19 sic Dido sed hanc Dido
26 huic botruo hunc botruum o botruo ab hoc botruone
29 ut Apollo pro Apollon — Agamemnon. sunt alia homonyma: unum multa significant, homonymum
36, 2 haec utriusque declinationis flectuntur. *pertinent verba ad* 35, 27 incubo botruo
9 ut Nerine: Peline Atrine Nerine, ut Nerine Galatea. ut Galatea ita et Nerea
18 haec etiam: adiectiva
20 inter gentilia nomina et patriae nomina hoc interest — patriae autem nomina a civitatibus
28 corrupta] *l.* usurpata
29 de multis primum, ut prima dactyli
32 non ad personam. dexterior sinisterior: non dextrior sinistrior comparativus est
37, 11 unde descendant
12 quia fit de verbo cano
20 comedit et comedo comes comest, sicut edo es est
25 deponentis imperativi speculator
29 verba temporibus, participia casibus et temporibus
38, 7 nullam enim habet
18 quia ipsius est. perfectus (*Don.* 374, 26): quod est et nomen
39, 1 dulcius quam: quasi sit aliud mare dulce, non pro dulciore, sed pro minus amaro
2 seniorem hic dixit minus senem, non magis senem
14 quia de muliere magis anus facit
26 caepe: caepe in singulari neutrum est, in plurali femininum, hoc caepe et hae caepae. porrum in singulari neutrum, in plurali masculinum hi porri
28 hic iocus et haec ioca
40, 5 stirps adfinitas feminini generis est, ut 'heu stirpem invisam, arbor masculini, ut 'sed — sustulerant'; sed et feminini generis est, Horatius 'stirpesque raptas et pecus et domus'
14 hic panus huius panus] *l.* hic manus huius manus
41, 1 neutri buxum, et torno
9 mobilia tota non sunt
28 declinari. aut neutrum latinum (*Don.* 376, 14): quia graecum non invenis e terminatum, sed latinum
43, 26 ab aliquo praeponi
44, 23 casus similes habuerit, superflui sequestrantur
30 hoc cornu hoc cornu o cornu
45, 13 et deinceps praeter mille, declinamus autem in plurali. mille non *etc.*
46, 29 mons (*Don.* 378, 25): sic et frons
47, 9 et Terentius domo me eripuit *transponenda sunt post* 10 domorum
48, 7 et simile genus fuerit, id est pari syllaba terminata et unum genus ex se faciant et sint appellativa, similes sunt nominativi, ita pares et genitivi fiunt
14 hic silex — acuta silex *transponenda sunt post* 40, 2 sive feminino
24 aut currit] *fortasse* auctoritate usurpatum
49, 22 quia fungitur officio nominis praemisso nomine
50, 9 plurima] *l.* plurium. [*fortasse* finita sunt tria secundum finitionem personae, ut ait Plinius, infinita plurima, eo quod sint generaliter]
19 sunt alia ordinis, ut quotus, alia qualitatis et cetera
22 duo ista unum sunt

51, 3 infinita ut cuius: inter finitum ad aliquid et infinitum ad aliquid hoc interest. finitum est ad aliquid, quando ostendo me aliquid possidere; infinitum est ad aliquid, quando quaero, et ad personam possidentis refertur
10 tanti te duxit
16 'ipse et hoc fecit', cum commemorationem videantur habere praecedentis personae
52, 22 cum correptum, neutrum; idem si de masculino, accusativus triplus est, si de neutro, ipse est nominativus qui et accusativus
24 ut quispiam quinam aliquis nequis
53, 18 quia non facit hic neuter huius neutri, sicut nomen. istae particulae dubiae sunt inter nomen et pronomen; si articulos accipit, nomen est, hic neuter; si non accipit, fit pronomen. ita et omnes. sed quis in omnibus ponat articulum? non enim omnibus pronominibus *etc.*
54, 19 senesco senex esse incipio; seneo non lectum est
55, 2 Donatum, quod non potius ab eo
14 omnis coniugatio in praeterito inperfecto in bam exit, ut amo amabam, doceo docebam, lego legebam, audio audibam. prima coniugatio in praeterito perfecto in ui iunctum exit, ut amo amavi; secunda in solutum ui exit, ut doceo docui; tertia coniugatio i correpta exit, ut lego legi; quarta producta, ut audio audii. quarta in praeterito perfecto et audii et audivi et infinito modo et audisse et audivisse. tres litterae *etc.*
21 gusto] *l.* suesco
56, 6 libro] *l.* vibro
57, 10 etsi habet
34 natus naturus (non nasciturus, quia facit ab eo quod est natus: participio perfecti temporis a passivo tolles s, addes rus et fecisti futurum ab activo) et nascendus non facit. moriens mortuus moriturus: ab eo quod est moriens non facit tempus futurum a passivo moriendus (sicut amans, tolle s, adde dus, et fecisti futurum a passivo, ut amandus), sicut alia similia, sed est participale moribundus
58, 35 vescor dubium est cur inaequale dicatur, aut forte ideo vescor, quia facit vescui
60, 30 in praeterito ante iam factum fuerit
61, 5 effectum] *l.* elocutionem
62, 5 facit inperfecto quidem
21 quod ante dixi
63, 33 sicut nec nomina
64, 15 quia conparationem recipit, quod continuo et falso facere non potest. non potest facere conparativum, quia duplicat adverbium. nam ista *etc.*
23 quod non dicitur de domo venio, sed domo venio, ut Terentius
66, 22 et veluti, ut 'veluti magno' *etc.*
67, 1 si tractim et cum dolore
68, 24 notandum et nominum imminutionem esse
33 ut, quando adverbium est, propter *etc.*
35 apud Terentium profecto [sine dubio] sine articulo adverbium est, ut est falso, quia *etc.*
69, 9 propter adverbium est, ut propter sedeo, praepositio, ut propter aquae rivum, hoc est iuxta, ut propter ita et ante; ante te veni praepositio est, ante audivi adverbium
24 Africa nomen est, non adverbium. significat enim non de civitate me venire, sed de ipsa regione
70, 2 sed hoc observandam, nisi secundum certos sonos, quos poetae usurparunt, praepositiones addi non oportere
71, 1 qua intelleguntur
4 qualitas genus est, significatio species. significationes participiorum et verborum similes sunt
30 pudens taedens paenitens quaeritur utrum faciat ab inpersonali verbo an non
72, 4 cenatus quidem dicitur
76, 25 fratra] *fortasse* sinistra [*cf. Sallust. fragm. ed. Dietsch. p.* 6]
77, 25 ergo mutatio loci vel permansio in loco
78, 8 corrumpunt
33 o particula multas significationes habet

324, 31 ponam bisulcam et crebrinodam arundinem *Hauptius Herm. vol.* I *p.* 403

330, 31 Consentii libris manu scriptis addendus est codex bibliothecae universitatis Bononiensis undecimo vel duodecimo saeculo scriptus, quem mihi indicavit Detlefsenus. continet autem Prisciani institutionem de nomine et pronomine et verbo et participio, Servii et Maximi Victorini libros conplures, Malli Theodori de metris, Bedae de metris et schematibus libros, Isidori et Virgilii Asiani excerpta, Capri et Agroetii artes de orthographia, postremo Consentii librum de nomine et verbo initio mutilum, *et magistro dicto intellegas simul discipulum necesse est* (339, 30) — *avertor fontes* ΠΧΠΑΙΚΙΟ ΑΙΒΗΡ ΚΩΝCΗΝΚΙΙ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΙ VIPI ΚΑΑΡΙ

575, 16 *l.* ut Ovidius (*met.* II 325) utque malum late solet inmedicabile cancer: *cf. Hertz. annal. philol. nov. a.* 1867 *p.* 318

INDEX

LIBRORVM QVI HOC VOLVMINE CONTINENTVR

	Pag.
Cledonii ars	1—79
Pompeii commentum artis Donati	81—312
Iuliani excerpta	313—324
Excerpta ex commentariis in Donatum	325—328
Consentii ars de nomine et verbo, de barbarismis et metaplasmis	329—404
Phocae ars de nomine et verbo	405—439
Phocae de aspiratione liber	439—441
Eutychis ars de verbo	442—489
Augustini artis breviatae excerpta	490—496
Augustini regulae	496—524
Palaemonis ars	525—547
Aspri ars	547—554
Fragmentum Bobiense de nomine et pronomine	555—566
De dubiis nominibus	567—594
Macrobii de differentiis et societatibus graeci latinique verbi excerpta [fragmentum Bobiense de verbo]	595—655


Grauskala #13
C
Y
M
B.I.G.
A 1 2 3 4 5 6 M 8 9 10 11 12 13 14 15 B 17 18 19
Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19
Farbkarte #13
B.I.G.
Blue
Cyan
Green
Yellow
Red
Magenta
White
3/Color
Black

Standort: W 10
Signatur: GUS 1292
Akz.-Nr.: 85/1409
Id.-Nr.: W473525X

10 GVCG1011-5

W80058002